9. An moniales, attento antiquo Jure communi, poſſint habere, annuos redditus in uſus licitos, & honeſtos, de licentia tamen ſuperioris, juſta cauſa, & ad nutum prædictorum amovibiles? ibid.
10. Sed quid dicendum, attento Decreto cap.2. Trid. ſeſſ.25. de Regul.? fol.189.
11. An ergò monialis, habens annuos redditus, ut ſupra, cenſenda ſit infernalis, & damnata? fol.191.
12. An conſuetudo inducta à monialibus habendi, & exigendi livellos per ſeipſas, extirpari poſſit à Prælata? fol. 192.
13. An Regularis poſſidens annuos redditus ex indulto Apoſtolico, poſſit illos expendere in uſus licitos, ſine licentia ſuperioris, immò contrà ejus voluntatem? ibid.
14. Ad d. licentia requiſita ad debitum uſum paupertatis, debeat eſſe expreſſa, vel ſufficiat ſi ſit tacita generalis? ibid.
15. An d. licentia danda ſit ex juſta cauſa, & quænam ſit iſta? fol.193.
16. An habens ſuperflua, hoc eſt non neceſſaria, & pretioſa, ut puta vaſa aurea, argentea, gemmas, & ſimilia, de licentia Prælati, excuſetur à vitio proprietatis? ibid.
17. An Prælatus poſſit ſubdito concedere facultatem perpetuam, & irrevocabilem diſponendi de rebus ſibi conceſſis ad uſum? fol.194.
18. An licentia ab uno ſuperiore conceſſa, duret etiam ſub alio ſuperiore alterius loci? ibid.
19. Quotnam conditiones requirantur ad hoc, nè Regularis retinendo, vel expendendo aliquod peculium, peccet contra votum paupertatis? fol.195.
20. Si monialis pecunias, reſque ſuas non depoſitet apud communem depoſitariam Monaſterii, an ſit proprietaria? ibid.
21. Regularis, cui Prælatus dat licentiam accipiendi à

 ſuo

ſuo depoſito unum aureum, ad emendum libros, ſi illud expendat in alios uſus ſibi neceſſarios, an peccet contra votum paupertatis? ibid.

21. An taciturnitas Prælati videntis, aut ſcientis Religioſum ſubditum aliquid diſtrahere, vel acquirere, & non contradicentis, excuſet à vitio proprietatis? fol. 196.

23. An Regularis peccet contra votum paupertatis ſi ex rebus ſibi conceſſis ad proprium uſum, aliquid donet intrà, vel extrà Religionem: privando ſe tamen proprio commodo, & Religionem non gravando in re aliqua, nec alio uſu? ibid.

24. An Prælatus peccet mortaliter contra votum paupertatis impendendo redditus bonorum Monaſterii in quoſcunque uſus, etiam illicitos; & profanos? fol. 197.

25. An licentia expendendi ad turpia, excuſet à vitio proprietatis? ibid.

26. Sed quid dicendum de recipientibus aliquid à Religioſo ad uſus turpes, & vanos: teneturne ad reſtitutionem? ibid.

27. An perſona Religioſa recipiens aliquid, ob turpem quæſtum ſui corporis, ſit proprietaria? fol.199.

28. An Prælatus poſſit ſubditum licentiare ad ludendum, ludò tamen honeſto, præciſis ſcandalo, & lege prohibente? ibid.

29. An Regularis ſubditus, poſſit, abſque vitio proprietatis, aliquid ludere? & an lucrifaciens aliquid ab eo in ludo, teneatur reſtituere? fol.200.

30. Monialis clam accipiens de cibariis Monaſterii, ſi ea inſumat, an ſit proprietaria? ibid.

31. Monialis, quæ occultè projicit cibaria ad cœnam præparata, eâ ſola ratione, quia ſibi non placent; an ſit proprietaria? fol.201.

32. An monialis valeat, ex ſua induſtria, & arte, facere ſuo amico, aut conſanguineo, aliquod Opus magni valoris? ut puta inſignem recamaturam, vel aliquid ſimile ſaccaro conditum? ibid.

33. Quænam quantitas ſit neceſſaria, ad hoc, ut Religioſa, dando, recipiendo, aut retinendo aliquid, ſine licentia ſuperioris, peccet contra votum paupertatis? fol.201.

34. An monialis, ex licentia Abbatiſſæ, poſſit frequenter ſuo Confeſſario pecunias multas elargiri: ſibi tamen à propinquis datas? ibid.

35. An monialis poſſit, inſcio ſuperiore, remittere parentibus annuos redditus ſibi per eoſdem debitos: ex juſta tamen cauſa? fol.202.

36. An monialis, de licentia Abbatiſſæ, poſſit licitè redditus ſibi conceſſos ad uſum, propinquis dare? fol. 203.

37. An Regularis ſit proprietarius, ſi ſine licentia ſuperioris recipiat aliquid à quovis homine? ibid.

38. An monialis poſſit ſuccedere ab inteſtato, hoc eſt, eſſe hæres, non ex teſtamento, ſed Jure propinquitatis ſanguinis? fol.204.

39. An legatum, ſub tali conditione Monachæ relictum, quod ad ipſam ſolam pertineat, & nullatenus ad Monaſterium, poſſit ſuſtineri abſque vitio proprietatis? ibid.

40. An moniales poſſint, ſine licentia ſuperioris, ad invicem commutare, aut commodare res conceſſas propriis uſibus? ibid.

41. An moniales peccent contra votum Paupertatis, ſi propria authoritate recipiant in depoſitum pecunias externorum? ibid.

42. Si quis laicus, ob turpem amorem, ſit certum quid alicui moniali elargitus: & è contrà illa eidem tantumdem ob eumdem amorem, an teneatur reſtituere, quod à moniali accepit? fol 205.

43. An monialis accipiens, vel dans litteras ad alios ſine licentia ſuperioris, ſit proprietaria? ibid.

44. An monialis ſit proprietaria, ſi ſine licentia ſuperioris accipiat Reliquias Sanctorum? ibid.

45. An Regularis, qui ex alterius Cella, accipit manuſcripta concionum, aut alterius generis, ad ſibi tranſcribendum, peccet contra votum paupertatis? fol. 206.

46. Religioſus, qui ſine licentia ſuperioris, diſponit de ſuis manuſcriptis in vita, vel in morte, an ſit proprietarius? ibid.

47. Fratres Franciſcani de Obſervantia, qui manu propria denarios, vel pecunias tangunt, an ſint proprietarii? ibid.

48. An dict. præceptum Regulæ, de non tangendo pecuniam, admittat parvitatem materiæ, excuſantem tranſgreſſorem à culpa, & pœna proprietarii? ibid.

49. Sed maius dubium eſt, an Religioſus Franciſcanus dict. ſtatutum violet, ſi pecuniam tangat, non immediatè, ſed mediatè, involutam ſcilicet in ſudario, vel in aliqua carta, aut in pera, ad longum iter, expendendam in vita neceſſariis, non à dicto Religioſo, ſed ab aliquo extraneo? fol. 207.

50. An Religioſus ſit proprietarius, ſi recipiat ab amico ſyngrapham capſoriam, ſeu polizam banchariam, ſine licentia Prælati? ibid.

51. An Regularis tranſgrediens votum paupertatis, duplex peccatum committat, nempè furti, & ſacrilegii? ibid.

52. Quotnam, & quæ ſint pœnæ à Jure communi Canonico impoſitæ contra proprietarios? fol.208.

53. Sed quid dicendum, ſi Religioſus defunctus, ſubitanea morte repertus fuerit cum Burza multorum denariorum, eſt ne ſtatim privandus ſepultura Eccleſiaſtica? fol. 208.

54. An verò dicta reſolutio comprehendat Minoritam repertum in morte cum Marſupio denariorum? ibid.

TRACT. XVI. De Voto Caſtitatis. fol. 210.

Quæſt. 1. Caſtitas generaliter ſumpta, unde dicatur, quid ſit, & quotuplex? fol.210.

2. Continentia unde dicatur, quid ſit, & quotuplex? ibid.

3. Caſtitas Religioſa, an ſit virtus? ibid.

4. Caſtitas Religioſa quid ſit? ibid.

5. Votum ſolemne Caſtitatis, ad quid obligat? ibid.

6. An perpetua continentia ſit poſſibilis? ibid.

7. An votum ſolemne differat à voto ſimplici Caſtitatis? ibid.

8. An Caſtitas ſit præſtantior conjugio? ibid.

9. Moniales, quibuſnam modis, poterint votum caſtitatis cuſtodire? ibid.

10. Moniales, quæ ſe violari permittunt, qua pœna ſunt puniendæ? fol.212.

11. Violans monialem, quâ pœnâ ſit plectendus? ibid.

12. An laicus violator monialis, pro patrato ſacrilegio, debeat puniri à Judice Eccleſiaſtico, vel potius laicali? ibid.

13. Corrumpere monialem, quidnam ſit? fol.213.

14. Corrumpens monialem quot peccata committit? ibid.

15. An violatio voti Caſtitatis, reſpectu monialis corru-

Digitized by Google

corrupta, habeat plures malitias in confeſſione ſacramentali neceſſariò confitendas? fol.214.

16. *An corrumpens monialem non Virginem, ſit ſacrilegus?* ibid.

17. *Sed major difficultas eſt, an hujuſmodi corruptor det in caſum reſervatum ab Epiſcopo loci?* ibid.

18. *An corrumpens Monacham mantellatam, ſivè pizzocham, ſtantem in ſæculo, ſit ſacrilegus?* ibid.

19. *An monialis, quæ ſtuprata prætenditur, ſit ab obſtetricibus inſpicienda, ad finem procedendi in ejus ſtupro?* fol.215.

20. *An dictum monialis corruptæ, probet concludenter contra corruptorem?* fol.216.

21. *Violans monialem, à quo ſit abſolvendus?* ibid.

22. *An monialis, violato Voto Caſtitatis, teneatur illud iterum ſervare?* ibid.

23. *An Virginitas per monialem amiſſa, poſſit ſaltem per divinam omnipotentiam recuperari, & eidem reſtitui?* fol.217.

24. *Moniales quonam Iure prohibeantur matrimonium contrahere?* ibid.

25. *An Summus Pontifex, ex rationabili cauſa, poſſit in ſolemni voto Caſtitatis diſpenſare?* ibid.

TRACT. XVII. De Voto Obedientiæ. fol. 217.

Quæſt. 1. *Obedientia in genere, quid ſit, & quotuplex?* fol.217.

2. *Obedientia, & Inobedientia, unde dicantur, & in quo conſiſtant?* fol.218.

3. *Obedientia quotnam conditiones debet habere, ad hoc, ut ſit Deo grata, & meritoria?* ibid.

4. *Obedientia Religioſa, quid ſit, & quotuplex, & in quo conſiſtat?* ibid.

5. *An votum Obedientiæ Religioſæ ſit aliquid diſtinctum à traditione, quæ fit in profeſſione Religioſa?* fol.219.

6. *An votum Obedientiæ ſit præcipuum, & potiſſimum inter vota Religionis?* fol.220.

7. *An votum Obedientiæ, ſit de eſſentia ſtatus Religioſi?* ibid.

8. *An votum religioſæ Obedientiæ ſit ejuſdem rationis in omnibus Religionibus?* ibid.

9. *An votum Obedientiæ obliget ad obedientiam formalem: ita ut Religioſus teneatur exequi præceptum ſuperioris, ut præceptum eſt?* ibid.

Sed dices, poteſtne Prælatus præcipere ſuo ſubdito, ut impleat præceptum, ut præceptum eſt? ibid.

10. *Præceptum quid, & quotuplex ſit? & an differat à conſilio, & mandato?* ibid.

11. *Religioſus quotnam titulis teneatur ſuis ſuperioribus obedire?* fol.221.

12. *An violatio voti Obedientiæ, ſeu inobedientia, ſit ſemper peccatum mortale?* ibid.

13. *An ſuperior poſſit obligare Religioſum ſubditum ſub mortali, ad obediendum ſibi in re levi, & è contra in re gravi, ſub veniali?* ibid.

14. *Quonam modo poſſit cognoſci, legem, vel præceptum ſuperioris obligare ad mortale, ſi tamen perſpicuè non conſtet de voluntate jubentis?* fol.222.

15. *Religioſus ſubditus, cuinam ex voto Obedientiæ teneatur obedire?* ibid.

16. *An Religioſus ſubditus teneatur obedire ſuo ſuperiori in omnibus, & per omnia?* fol.223.

17. *An Religioſus teneatur obedire Prælato, etiam in indifferentibus, hoc eſt, in his, quæ neque Regula præcipit, neque verò prohibet, ut eſt, levare feſtucam de terra, aſpicere aves, & ſimilia?* fol. 224.

18. *An ſubditus teneatur obedire Prælato, in illo, quod debet reſultare in ſcandalum aliorum?* ibid.

19. *An Religioſus teneatur obedire ſuo ſuperiori in actibus interioribus ſuæ voluntatis?* fol. 225.

20. *An Religioſus teneatur obedire Prælato præcipienti ea, in quibus poteſt diſpenſare, ut potè, quod comedat carnes, loquatur in loco ſilentii, & ſimilia?* ibid.

21. *An Religioſus ſubditus, ſi dubitet, an id, quod ſibi præcipitur, ſit contra Deum, vel non, teneatur obedire?* ibid.

22. *An ſubditus dubitans, an id, quod ſibi præcipitur, ſit licitum, teneatur priuſquam obediat, inquirere & inveſtigare, an licitum ſit?* fol. 226.

23. A*n Religioſi mendicantes juſſi à proprio Prælato inſervire ſuis Religioſis domeſticis, peſte affectis, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, teneantur, ex voto Obedientiæ obedire, non obſtante vitæ periculo?* fol.227.

24. *Duobus Prælatis diverſa præcipientibus, cuinam ſubditus teneatur obedire?* ibid.

25. A*n Religioſi, ex vi voti obedientiæ, teneantur obedire Deo?* fol. 228.

26. *An Regulares, ex voto obedientiæ, teneantur obedire Papæ?* ibid.

27. *An Religioſi, ex voto Obedientiæ, teneantur obedire Sac. Congr. Emin. Cardin. à Sixto V. inſtitutæ ſuper Regulares?* fol. 229.

28. *An Regulares, ex vi voti Obedientiæ, teneantur obedire Legatis de latere, & Nuntiis Apoſtolicis?* ibid.

29. *An Religioſi, ex voto Obedientiæ, teneantur obedire Sacro Collegio Cardinalium, tempore Sedis Vacantis?* ibid.

30. *An Religioſi, ex voto Obedientiæ, teneantur obedire Vicario, vel ſuppriori Monaſterii, exiſtente ibi proprio Prælato?* ibid.

31. *An Regulares, teneantur, ex voto Obedientiæ, obedire Epiſcopo loci, in quo degunt, ſecluſo ipſorum exemptionis Privilegio?* fol. 230.

32. *An moniales, ex voto Obedientiæ, teneantur obedire Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ Monaſterii?* ibid.

33. *An Regulares, ex voto Obedientiæ, teneantur parere Delegato à proprio Prælato, in ejus tamen abſentia?* ibid.

34. *An Regulares, ex voto Obedientiæ, teneantur adimplere præcepta à Prælato impoſita, illis exiſtentibus extra Provinciam illius?* ibid.

35. *An Regulares, ex voto Obedientiæ, teneantur parere Prælato excommunicato?* fol. 231.

36. *An P. Generalis, vel Provincialis poſſit eximere ſubditum ab Obedientia ſui immediati Prælati?* ibid.

37. *An D. Papa poſſit eximere quemcumque Religioſum ab Obedientia inferiorum Prælatorum?* ibid.

38. *An Generales Ordinum, maximè perpetui, eximantur à voto Obedientiæ?* ibid.

39. A*n Religioſus teneatur obedire Prælato præcipienti, ut accipiat aliquod munus, ſeu officium intrà Religionem?* fol. 232.

40. *An Romanus Pontifex poſſit præcipere Regulari profeſſo, ut Epiſcopatum accipiat?* ibid.

41. A*n Religioſus poſſit licitè acceptare Epiſcopatum, vel aliam dignitatem extrà Ordinem, ſine licentia ſui ſuperioris?* ibid.

TRACT. XVIII. De Horis Canonicis, fol. 233.

Quæſt. 1. H*ora Canonica quid ſit, & quotuplex, & an recens in Eccleſia?* fol. 233.

2. *An inſtitutio prædictarum Horarum ſit de Iure Divino?* fol. 238.

3. *Quinam de Iure teneantur dict. Horas perſolvere?* ibid.

4. *An dicta obligatio recitandi divinum officium ſit de ſolo Iure Eccleſiaſtico, vel etiam naturali?* fol. 239.

5. *An Clerici non beneficiati, nec in ſacris conſtituti, teneantur divinum officium recitare?* ibid.

6. A*n præbendatus in duabus Eccleſiis, in die, in quo diverſum ſit officium in utraque Eccleſia, teneatur utrumque officium dicere?* ibid.

7. *Religioſi profeſſi, in ſacris nondum conſtituti, quonam Iure teneantur divinum officium recitare?* ibid.

8. *Regulares in ſacris nondum conſtituti, qui ex vi Regulæ, vel voti, ſpeciale præceptum non habent recitandi, an teneantur ſub mortali privatim Horas Canonicas recitare, ſi omiſerint choro intereſſe?* fol. 237.

9. *Moniales choro addictæ, quæ ex vi Regulæ, vel voti, ſpeciale præceptum non habent recitandi, an teneantur ſub mortali privatim divinum officium recitare, ſi deſtiterint eſſe in choro?* fol. 238.

10. *An Religioſi profeſſi, qui Converſi dicuntur, teneantur divinum officium celebrare?* fol. 239.

11. *An Novitii teneantur divinum officium perſolvere?* ibid.

12. A*n equites, qui Commendatores appellantur, teneantur ſub mortali illas Orationes dicere, quas ſibi Regula præſcribit, loco horarum Canonicarum?* fol. 240.

13. *Religioſus ad chorum deputatus, nondum tamen ſacris initiatus, ſi ex Privilegio Papæ, extrà clauſtra degat, an teneatur dictas horas recitare?* ibid.

14. *Religioſus Choriſta, qui diſpenſationem habuit à Papa ducendi uxorem, ad cujus eff. ctum exiit de Monaſterio, & uxorem duxit, an teneatur dict. officium recitare?* ibid.

15. A*n Religioſus Clericus fugitivus, vel ejectus de Monaſterio, teneatur dict. officium recitare?* ibid.

16. A*n Religioſus ad remum damnatus, teneatur horas recitare?* ibid.

17. A*n Religioſus, choro deputatus, teneatur dictu*

Digitized by Google

ctas horas dicere, ſi ex choro extrahatur, & fiat Converſus? ibid.

18. *Divinum officium ubinam dicendum ſit?* fol. 241.

19. *An Divinum officium ſit ſub mortali in choro recitandum?* ibid.

20. *An Regulares recitantes Divinum officium in ſacriſtia, ſatisfaciant ſuæ obligationi pſallendi in choro?* ibid.

21. *An Prælatus peccet mortaliter, ſi deſinat intereſſe choro, & cum aliis ſociatim officiare?* ibid.

21. *An Prælati Regulares peccent mortaliter, ſi abſque legitima cauſa ſint notabiliter negligentes in frequentatione chori: & è contra frequentes in permiſſione exemptionis à choro?* ibid.

23. *An communitas Religioſorum teneatur ſub mortali, publicè in choro quotidiè divinum officium recitare?* fol. 142.

24. *An dicta obligatio communis obliget ſingulos de communitate, ſi ob negligentiam Prælati, omitteretur publica divini officii recitatio in choro?* ibid.

25. *An dict. præceptum recitandi divinum officium in choro, afficiat ſingulos Religioſos, qui choro deputantur?* ibid.

26. *An Religioſus ſubditus choro deputatus peccet mortaliter, ſi ex ſola conſuetudine nunquam ad chorum accedit?* fol. 243.

27. *An meliùs ſit publicè recitare in choro, quàm alibi privatim?* ibid.

28. *An uſus chori faciat Religionem perfectiorem?* ibid.

29. *Quotnam Religioſi requirantur ad conſtituendum chorum?* fol. 2‹4.

30. *An obligatio chori adimpleatur, ſi ad illum concurrant ſoli Novitii, qui in Monaſterio probantur?* ibid.

31. *Regulares quanam forma Breviarii teneantur uti in choro?* ibid.

32. *An Regulares, qui non tenentur uti Breviario Romano, poſſint illo uti extra chorum ſine conſenſu ſuperioris, & capituli, ſi in choro utantur proprio Breviario?* fol. 245.

33. *An obligati divinum officium perſolvere, ſatisfaciant recitando in choro, alternis verſibus?* ibid.

An qui ſubmiſſè recitant, ſatisfaciant ſuo muneri? ibid.

34. *An obligatus ad recitandum officium, teneatur, dum una pars chori tacet, attendere aliam, quæ cantat, eamque audire?* fol. 246.

35. *An recitans officium in peccato mortali, ſuo muneri ſatisfaciat?* ibid.

36. *An recitatio officii divini, quæ juſſu Eccleſiæ funditur, vim habeat ex opere operato?* ibid.

37. *Si quis, prætermiſſa una hora, dicat aliam, ut ſi poſt primam dicat ſextam, an peccet mortaliter?* ibid.

38. *Quænam pars officii judicanda ſit notabilis, ut ejus omiſſio ſit materia ſufficiens ad mortale?* fol. 247.

39. *An obligatus ad recitandum officium divinum, omittens unam ex Horis Canonicis, nempè ſextam, aut nonam, peccet mortaliter?* fol. 248.

40. *An qui non poteſt divinum officium recitare, teneatur illud per alium perſolvere, vel ab alio recitante audire?* ibid.

41. *An obligati ad recitandum divinum officium, peccent mortaliter, ſi illud recitent abſque ulla interiori attentione, adeò, ut teneantur illud repetere?* ibid.

42. *An ſemper peccet, qui voluntariè ſe occupat in actibus externis, dum recitat officiũ; etiamſi illæ actiones non requirant magnam attentionem, uti eſt ſe veſtibus induere, vel ſpoliare, ac ſimilia peragere?* fol. 250.

43. *An Dominicanus recitans cum Carmelitano, ſuæ obligationi ſatisfaciat?* ibid.

An autem hic ſic recitans, peccet mortaliter? ibid.

44. *An recitans officium privatim, peccet venialiter, ſi ſine cauſa prætermittat recitare horas, temporibus determinatis?* ibid.

45. *An obligati ad recitandum Horas Canonicas in choro, peccent mortaliter, & debeant ſtipendio privari, ſi officium parvum B.M.V. non recitent in choro?* fol. 211.

46. *An Religioſi non utentes Breviario Romano, peccent mortaliter, ſi omittant recitare in choro officium parvum B. M. V.?* fol. 251.

47. *An officium defunctorum ſit in præcepto, adeò, ut prætermittentes illud recitare, peccent mortaliter, & teneantur fructus reſtituere?* fol. 252.

48. *Pſalmi Graduales, Pœnitentiales & Litaniæ, an ſint in præcepto, adeò, ut prætermittentes recitare in choro, peccent mortaliter, ſi non recitent privatè?* ibid.

49. *An Litaniæ, quæ dicuntur in die S. Marci, & in tribus diebus Rogationum ſint in præcepto, adeò, ut prætermittentes illas recitare, peccent mortaliter, & teneantur pro rata reſtituere?* fol. 253.

50. *Quot-*

50. *Quotnam ſint cauſæ excuſantes à recitatione officii, & fructuum reſtitutione*: ibid.

51. *An infirmitas excuſet à recitatione officii divini*: ibid.

52. *An infirmus, qui non poteſt dicere totum officium, teneatur dicere illam partem, quam poteſt?* fol. 254.

53. *An cæcus excuſetur à recitatione officii divini?* ibid.

54. *An ſurdus teneatur officium recitare?* ibid.

55. *An ſurdus ſit irregularis*: fol. 255.

56. *An gravis occupatio excuſet à recitatione officii*: ibid.

57. *An Carentia Breviarii excuſet à recitatione officii*: ibid.

58. *An ignorantia excuſet à recitatione officii?* fol. 256.

59. *An excommunicatio, & interdictum excuſent à recitatione divini officii?* ibid.

60. *An S. Papa poſſit diſpenſare cum Clericis Sacro Ordine inſignitis, cum Beneficiariis, & Regularibus, ut divinum officium non recitent*: ibid.

61. *An D. Epiſcopus loci, poſſit diſpenſare cum ſuis ſubditis, ne divinum officium teneantur recitare*: fol. 257.

62. *An Prælatus Regularis poſſit diſpenſare cum ſuo ſubdito, ne recitet in choro*: ibid.

63. *An Prælatus Regularis, ex juſta cauſa, primâ, vel altera vice, poſſit cum ſuis ſubditis diſpenſare, ut in publica recitatione, quæ fit in choro, valeant unum officium in aliud commutare, utpotè officium de feria in aliud de Sanctis?* ibid.

64. *An Abbatiſſa poſſit cum infirmis ſibi ſubditis diſpenſare in recitatione divini officii, ſicut ex Privilegio Apoſtolico poſſunt ſuperiores Regulares*: fol. 258.

65. *Quotnam ſint privilegia Regularium circa recitationem officii divini*: ibid.

66. *An prædicta privilegia vacent, ſi fuerint edita vivæ vocis oraculo?* fol. 259.

RERUM

RERUM REGULARIUM PRAXIS RESOLUTORIÆ TOMUS QUARTUS

DE MONIALIBUS.

TRACTATUS I.

DE STATU RELIGIOSO IN COMMUNI.

Quæſt. 1. Status communiter ſumptus, unde dicatur, quid ſit, & quotuplex?

1. PRo claritate dicendorum adverte, quòd ſtatus ſecundùm vocis proprietatem, dicitur à ſtando, ſive à verbo ſto, ſtas, quod ſignificat erectum eſſe, & ſua mole conſiſtere, cui opponitur ſedere: & de ſua prima & propria ſignificatione importat quandam hominis diſpoſitionem, ſecundum modum ſuæ naturæ ſibi convenientem, ſcilicet ex quadam libertate, cum quadam immobilitate, & firmitate, prout expreſsè dicit *D. Thom. 2. 2. q. 183. ar. 1.* ubi in principio Corp. ſic loquitur:

2. *Reſpondeo dicendum, quòd ſtatus, propriè loquendo, ſignificat quandam poſitionis differentiam, ſecundùm quam aliquid diſponitur ſecundùm modum ſuæ naturæ, quaſi in quadam immobilitate.* Hæc ibi, quæ ibidem ſingula declarantur; & primò, quòd prædicta poſitionis differentia conveniat ſecundùm modum ſuæ naturæ; declaratur exemplo ab hominis poſitione deſumpto, ibi, *eſt enim naturale homini, ut caput ejus in ſuperiora tendat, & pedes in terra firmentur, & cætera membra, medio convenienti ordine, diſponantur: quod quidem non accidit, ſi homo jaceat vel ſedeat, vel accumbat, ſed ſolùm quando erectus ſtat.*

3. Et quaſi in quadam immobilitate, declaratur, *ibi, nec rurſus ſtare dicitur, ſi moveatur, ſed quando quieſcit. & inde eſt, quod etiam in ipſis actibus humanis dicitur, negotium aliquem ſtatum habere, ſecundùm ordinem ſuæ diſpoſitionis, cum quadam immobilitate, & quiete: unde & circa homines ea, quæ de facili variantur, & extrinſeca ſunt, non conſtituunt ſtatum, ut puta, quòd aliquis ſit dives, vel pauper, in dignitate conſtitutus, &c.*

4. Ex qua dicta prima & propria ſignificatione nominis ſtatus, deducit ſanctus Doctor ubi ſuprà aliam, ea ſcilicet tantùm ad hominis ſtatum pertinere, quæ perſonæ hominis obligationem reſpiciunt, ſupple, affirmativè, vel negativè, ut notat ibidem Cajet. & patet de ſtatu Regulari, qui diſtinguitur à ſæculari, ob obligationem trium votorum, quam obligationem non includit ſtatus ſæcularis; & liquet ibi, ſed ſolùm id videtur ad ſtatum hominis pertinere, quod reſpicit obligationem perſonæ hominis; prout ſcilicet aliquis eſt ſui juris, vel alieni: & hoc non ex aliqua cauſa levi, vel de facili mutabili, ſed ex aliquo permanente, & hoc eſt, quod pertinet ad rationem libertatis, vel ſervitutis: *unde ſtatus pertinet propriè ad libertatem, vel ſervitutem, ſive in ſpiritualibus, ſive in civilibus*, hæc ibi: ad quorum majorem declarationem Cajet. multa refert exempla, & objecta contrariorum eruditè reſolvit.

5. Exinde item patet, nomine ſtatus in hominibus ſignificari quandam conditionem, ſeu modum eſſendi, quadam ratione perfectum, ſeu completum, & permanentem; prout docet idem *S. Thom. in quol. 3. ar. 17. in Corp.* ubi ſic loquitur: *Et quamvis ſtatus multa ſignificet, & rectitudinem, & firmitatem, etſi quæ ſunt alia hujuſmodi; tamen cùm dicimus aliquos eſſe in ſtatu perfectionis, accipitur ſtatus pro conditione, ſecundùm quod libertas vel ſervitus dicitur ſtatus, prout conſuevit dici, quòd error perſonæ, aut conditionis, aut ſtatus impedit matrimonium, non autem error fortunæ, aut qualitatis, &c.* Hæc ille.

6. Et liquet ex communi uſu loquendi: nam Phyſici terminum augumenti in homine, vel in quovis alio vivente, ſtatum appellant: Aſtronomi terminum aſcenſus ſolaris ſtatum vocant: Medici completum febris incrementum ſtatum nominant: Scholaſtici punctum difficultatis, ſtatum quæſtionis appellant: & Juriſtæ hominem, qui complevit annum vigeſimumquintum, ſuæ ætatis ſtatum attigiſſe dicunt, & ſic de aliis; de quibus eſt omninò videndus *Paul. Nazar. in 2. opuſc. de ſtatu & oblig. Relig. cap.* 1.

7. Quot autem ſint ſpecies ſtatuum, & eorumdem differentiæ, conſulendus eſt Emin. Cajet. ubi ſuprà.

Quæſt. 2. *Religio unde nominetur, quid ſit, & quotuplex?*

1. Religionis nomen, ſive etymologia, teſte *D. Thom.* 2.2. *q.* 81. *art.* 1. non uno & eodem modo à Doctoribus explicatur; nam *Marcus Tullius Cicero in* 2. *lib. Rhetor. de invent. circa finem, & lib.* 2. *de natura Deorum*, quem ſequitur *D. Iſidorus lib.* 10. *Etymol. cap.* 17. *dicit, quòd Religio nominatur à Relegendo*, quod eſt verbum compoſitum ex propoſitione re, & lego, legis, quod ſignificat ſemel, atque iterum legere ea, quæ ſunt divini cultus: unde ſubjungit, quòd Religio eſt quædam cultio ſuperioris naturæ, quam divinam vocant, quæ cultum, cæremoniamque affert, & quòd Religioſus à Religione appellatus eſt, pro eo, quòd retractat, hoc eſt, iterum tractat, & relegit, id eſt, iterum legit ea, quæ ſunt divini cultus, quia hujuſmodi ſunt frequenter in corde revolvenda, ſecundùm illud *Proverb.* 2. *In omnibus viis tuis cogita illum.*

2. Sanctiſſimus verò Auguſtinus *lib.* 10. *de Civit. Dei, cap.* 1. ait, *Religionem juxtà latinè loquendi conſuetudinem, non imperitorum, ſed doctiſſimorum, non ſolum ſignificare ſolius Dei cultum, ſed etiam officium, quod hominibus cognatis, & affinibus, vel aliis quacumque ratione nobis conjunctis, exhibemus.*

3. Hanc tamen ſententiam expendens *D. Thom. ubi ſuprà, in reſponſione ad ſecundum*, habet hæc propria verba: *Quod Religio refertur ad ea, quæ exhibentur cognationibus humanis, extenſo nomine Religionis; non autem ſecundùm quod Religio propriè dicitur*: unde *Auguſtin. parum ante verba inducta præmittit; Religio diſtrictiùs non quemlibet, ſed Dei cultum ſignificare videtur*: hæc ibi, & meritò; nam ad cognatos, nobiſque conjunctos, pietas vel amicitia, aut obſervantia haberi dicitur, non autem Religio, niſi metaphoricè, & per quandam exaggerationem, juxtà illud Jacobi 1. cap. 1. *Religio munda & immaculata hæc eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum.*

4. Unde idem D. Auguſtin. *lib.* 10. *de Civit. Dei, cap.* 4. *dicit, quòd Religio dicitur à reeligendo*; Verbum compoſitum ex propoſitione re, & eligo, eligis, quod ſignificat iterum eligere, quod jam erat electum, & liquet ibi, *Religio ex hoc dicta, quòd Deum reeligere debemus, quem amiſeramus negligenter.*

Verùm iſthæc item uſurpatio impropria cenſetur; nam eligere Deum negligenter amiſſum, non eſt munus Religionis, ſed pœnitentiæ: & eſto, quòd pœnitentia aliquo modo ſub Religione contineatur, adhuc tamen illud munus eſt quaſi ſecundarium, & per accidens; Religio numquam de per ſe reſpicit Deum, & ad illum tendit, etiamſi numquam negligenter amiſſus ſit.

5. Quamobrem idem *S. Auguſt. in lib. de vera Religione, tom.* 1. *circa finem*, inquit, *quòd Religio dicitur à Religando*, verbum compoſitum ex propoſitione re, & ligo, ligas, quod ſignificat rem priùs ligatam, iterum ligare, & liquet ibi, *Religet nos Religio uni Omnipotenti Deo.*

6. Hanc explicationem D. Thom. amplectitur ubi ſuprà, ac etiam *in opuſculo* 19. contra impugnantes Religionem, *cap.* 1. *in princip.* ubi ità loquitur.

7. *Nomen igitur Religionis, ut Auguſt. lib. de vera Relig. innuere videtur à religando ſumptum eſt.* Illud autem propriè ligari dicitur, quod ità uni aſtringitur, quod ei ad alia divertendi libertas tollatur, ſed religatio iteratam ligationem importans, oſtendit, ad illud religari, cui primò conjunctus fuerat, & ab eo diſtare incepit; & quia omnis creatura priùs in Deo extitit, quàm in ſeipſa, & à Deo proceſſit, quodammodo ab eo diſtare incepit ſecundùm eſſentiam per creationem: ideò rationalis creatura ad ipſum Deum debet religari, cui primò conjuncta fuerat, etiam antequam eſſet, ut ad locum, unde exeunt flumina, revertantur. *Eccl.* 1. *&c.* Hæc ibi.

8. Inter quæ expende ly, & quia omnis creatura priùs in Deo extitit, quàm in ſe ipſa; nam hoc dupliciter poteſt explicari, ſecundùm quòd res futuræ dicuntur eſſe coram Deo ab æterno in ejus præſcientia, prout intelligitur illud *Hier. in epiſt. ad Tit.* 1. *ubi dixit*, quòd *Angeli ſervierunt Deo ante tempora*, non quod Angeli realiter fuiſſent in mundo ante omne tempus, ſed quòd fuerunt ante tempora in præſcientia Dei, prout etiam & illud *Apocal.* 13. ubi de Chriſto immaculato Agno dicitur, *qui occiſus eſt ab origine mundi*, non quod Chriſtus fuerit occiſus in principio mundi, cùm certum ſit eum fuiſſe occiſum ferè nuper ſub Pontio Pilato, prout Evangeliſtæ atteſtantur; ſed ità dicitur, ſecundùm præſcientiam Dei, qua Deus ipſe futura infallibiliter cognoſcit.

9. Veruntamen, cùm præſcientia propriè ſumpta non ſit in Deo, ſed ſolùm metaphoricè, prout & pœnitentia; nam præſcientia eſt futurorum ſcientia: nihil autem Deo futurum eſt, ſecundùm *Auguſt. lib.* 1. *ad Simplicianum, q.* 2. ubi ità loquitur: *Quid eſt præſcientia, niſi ſcientia futurorum? quid autem futurum eſt Deo, qui omnia ſupergreditur tempora: Et D. Greg. lib.* 2. *moral. cap.* 25. *ubi ſic ait. Quomodo eſt præſciens Deus, dum illa, quæ futura ſunt, præſciuntur; & ſcimus, quod Deo futurum eſt nihil, ante cujus oculos præterita nulla ſunt, præſentia non tranſeunt, & futura non veniunt?* Dicendum eſt, prædictum exemplum per D. Thom. ubi ſuprà exhibitum, etſi ſubtile ſit, non eſſe proprium.

10. Attamen ſi intelligatur ſecundum quod omnes res futuræ coexiſtunt Deo in menſura æternitatis, eſt proprium: quandoquidem omnes creaturæ ſunt verè & realiter præſentes ipſi Deo ab æterno, in menſura æternitatis, ſecundùm propriam Phyſicam, & realem exiſtentiam, ut ipſemet *D. Thom. docet* 1. *p. q.* 14. *art.* 13. *& q.* 50. *art.* 3. *&* 1. *contra gent. cap.* 66. *&* 67. *& de veritate, q.* 12. *& de malo q.* 2. *art.* 3. & mirificè manifeſtant ejus Diſcipuli, *Capreol. in* 1. *ſent. diſt* 38. *q.* 1. *Cajet. in d. loc.* 1. *par. Ferr.* 1. *cont. gent. cap.* 66. *Bannes & Zumel in dict. loc.* 1. *part. D. Didacus Alvarez in lib. de aux. diſp.* 8. *Naz. contr.* 3. *P. Navar. in dict. loc.* 1. *p. D. Thom. diſp.* 43. *ſect.* 3.

11. *Aulus* tandem *Gellius lib.* 4. *Noctium Attic. cap.* 9. *ex Maſurio Sabino refert, Religionem dici ex eo, quòd Deo dicata, ab humanis uſibus debent eſſe disjuncta*, quæ tamen derivatio ab Emin. *Cajet. in præcit. loc.* 2. 2. non laudatur, & meritò, cùm hæc deductio ſit valde remota, ſive effectum, ex quo deſumitur, ſive ipſarum vocum diſſimilitudinem conſideremus.

12. Sed quidquid ſit de dictis Religionis derivationibus, exinde tamen *D. Thomas in cit. loc.* 2. 2. in fine cor. hoc corrollarium infert, *Sive autem Religio dicatur*

catur à frequenti electione, ſive ex iterata lectione ejus, quod negligenter amiſſum eſt, ſive dicatur à relegatione, Religio propriè importat ordinem ad Deum, ipſe enim eſt, cui principaliter alligari debemus, tamquam indeficienti principio, ad quem etiam noſtra electio aſſiduè dirigi debet, ſicut in ultimum finem, quem etiam negligenter peccando amittimus, & credendo, & fidem proteſtando, recuperare debemus. Hæc ille.

13. Et in reſponſione ad ultimum argumentum ità perficit: *Ad quintum dicendum, quòd Religioſi, quamvis poſſint communiter omnes, qui Deum colunt, ſpecialiter tamen Religioſi dicuntur, qui totam vitam ſuam divino cultui dedicant à mundanis negotiis ſe abſtrahentes. Sicut etiam contemplativi dicuntur, non qui contemplantur, ſed qui contemplationi totam vitam ſuam deputant, hujuſmodi autem non ſe ſubjiciunt homini propter hominem, ſed propter Deum, ſecundùm illud Apoſtoli Galat. 4. Sicut Angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Jeſum.* Hæc ille.

14. Et in eodem libro *q.* 186. *art.* 1. *in principio corporis dicit, quòd ſicut ex ſupradictis patet, id quod communiter multis convenit, Antonomaſticè attribuitur ei, cui per excellentiam convenit, ſicut nomen fortitudinis vendicat ſibi illa virtus, quæ circa difficillima firmitatem animi ſervat, & temperantiæ nomen vendicat ſibi illa virtus, quæ temperat maximas delectationes. Religio autem, ut ſuprà habitum eſt, eſt quædam virtus, per quam aliquis ad Dei ſervitium, & cultum aliquid exhibet: & ideò antonomaſticè Religioſi dicuntur illi, qui ſe totaliter mancipant divino ſervitio, quaſi holocauſtum Deo offerentes.* Hæc ille.

Ex quibus Religio ſic poteſt diffiniri:

15. Religio eſt ſtatus hominum ad perfectionem chriſtianam per continentiæ, paupertatis, & obedientiæ vota tendentium; non enim neceſſe eſt, ut quicumque in Religione eſt, jam ſit perfectus, ſed ut ad perfectionem tendat, prout idem *D.Thom. docet cit.loc. in reſponſione ad tertium.* Religio nominat ſtatum perfectionis ex intentione finis, qui eſt perfectiò charitatis, cujus aſſecutionem Religioſus intendit: unde in eadem *quæſt. art.* 2. in medio corporis ait, *ſtatum Religionis eſſe quandam diſciplinam, vel exercitium ad perfectionem perveniendi,* ex quo deducit, *illum, qui ſtatum Religionis aſſumit, non teneri habere perfectam charitatem, ſed teneri ad hoc tendere, & operam dare, ut habeat charitatem perfectam, & ſubjungit, & eadem ratione non tenetur ad hoc, quod illa impleat, quæ ad perfectionem charitatis conſequuntur: tenetur autem, ut ad ea implenda intendat, contra quod facit contemnens; unde non peccat, ſi ea prætermittit, ſed ſi ea contemnat, ſimiliter etiam non tenetur ad omnia exercitia, quibus ad perfectionem pervenitur, ſed ad illa, quæ determinatè ſunt ei taxata ſecundùm regulam, quam profeſſus eſt.* Hæc ille.

16. De qua aurea doctrina *D. Thom. ſunt omninò legendi Cardinal. Cajet. in dict. art.* 2. *§. ad objecta verò,* ubi eruditè docet, quid ſit contemptus, & peccare ex contemptu, *Sylv. in ſum. ver. Religio* 1. ubi ex eadem doctrina docet, quòd Religio ſumitur dupliciter, primò ſcilicet, ut eſt virtus, quæ alio nomine appellatur latria, cujus proprium eſt, Deo cultum debitum adhibere. Secundò pro Univerſitate, vel Collegio hominum colentium Deum, & iſta ſumitur quadrupliciter, ut ibidem optimè declaratur. *Tabiena eod. verb. Religio, Joann. Azor. opuſc.* 2. *c.*2. *de ſtatu Relig. Miranda tom.*1. *manual. quæſt.* 1. *art.* 2. *ubi in concluſione quarta dicit, quòd prædictæ Religionis derivationes quàm maximè ſibi conveniunt. Suarez tom.*1. *de Relig. lib.*1.*cap.*1. *Laym. lib.* 4. *tract.* 1. *in proœm. & Egomet in toto* 1.*tract.*4.*p. praxis, ubi de Religione multa.*

* * *
* *

Quæſt. 3. *Religio an ſit virtus Theologica, vel moralis?*

1. QUòd Religio ſit virtus, non cadit ſub dubio, teſte *D.Thoma,* 2.2.*q.*81. *art.* 1. quandoquidem virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & opus ejus bonum reddit, ſecundùm Philoſoph. *in* 2. *Ethic.* ubi dicit, *quòd virtus uniuſcujuſque rei eſt, qua opus ejus bonum reddit:* ſed ad Religionem pertinet reddere honorem debitum Deo, quod ſapit rationem boni, ut conſtat ex deciſis.

2. An autem ſit virtus Theologica, vel moralis, quæſitum eſt inter Doctores non leve: verùm, quòd non poſſit inter Theologicas virtutes numerari, docet expreſsè idem *D. Thom. ubi ſuprà, art.* 5. quia illæ proximè ac directè verſantur circa Deum, tanquam objectum, quod eum credendo, ſperando, amando, in quantum eſt primum principium creationis, & gubernationis rerum: Religio autem proximè, ac directè verſatur circa exhibitionem cultus divini; & ſic circa hominis actionem, per quam divinæ excellentiæ proteſtatio fit, prout eſt ſacrificare, vovere, orare, jurare; immò quodlibet aliud opus bonum ad honorem Dei agere, ſecundùm illud Apoſtoli 1. *ad Corinth.* 10. *Omnia in gloriam Dei facite,* quamobrem ſub his præciſis verbis ad quæſitum reſpondit.

3. *Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ſupradictum eſt, virtus eſt, quæ bonum facit habentem, & opus ejus bonum reddit. Et ideò neceſſe eſt dicere, omnem actum bonum ad virtutem pertinere; manifeſtum eſt autem, quòd reddere debitum alicui, habet rationem boni, quia per hoc, quòd aliquis alteri debitum reddit, conſtituitur in proportione convenienti, reſpectu ipſius, quaſi convenienter ordinatus ad ipſum; ordo autem ad rationem boni pertinet, ſicut & modus, & ſpecies, ut per Auguſtinum patet in libro de natura boni: cùm ergo ad Religionem pertineat reddere honorem debitum alicui, ſcilicet Deo, manifeſtum eſt, quòd Religio virtus eſt.* Hæc ille.

4. Ex quibus *ad ſecundum ibidem ait, quòd Religio ordinat hominem in Deum, non ſicut in objectum, ſed ſicut in finem;* quod eſt dicere, quòd Religio per actionem ſuam indirectè attingit Deum, tanquam finem actionis, ſive ut ibidem eruditè *Cajet. dicit in art.* 3. tamquam objectum cui, & non ut objectum quod, ſcilicet principale, & intrinſecum.

5. Exinde idem *Doctor Sanctus ibidem in art.* 6. infert, *quòd Religio inter morales virtutes præſtantiſſima eſt, quia propinquius, quàm aliæ, attingit finem, & liquet ibi in corp.*

6. *Reſpondeo dicendum, quòd ea, quæ ſunt ad finem, ſortiuntur bonitatem ex ordine in finem: & ideò, quantò ſunt fini propinquiora, tantò ſunt meliora: Virtutes autem morales, ut ſuprà habitum eſt, ſunt circa ea, quæ ordinantur in Deum, ſicut in finem: Religio autem magis de propinquo accedit ad Deum, quàm aliæ virtutes morales, in quantum operatur ea, quæ directè, & immediatè ordinantur in honorem divinum, & ideò Religio præeminet inter alias virtutes morales;* hæc ibi: *ubi in argumento, ſed contra dicit, quòd Religio eſt pars juſtitiæ, quæ eſt virtus moralis* & meritò, quia ſicut ad juſtitiam ſpectat, reddere unicuique quod ſuum eſt, & ad hanc actionem hominis animum inclinare, ſic & Religionis proprium eſt, prout eſt quædam virtus moralis, divinum cultum, & honorem Deo debitum exhibere, & in id hominis cor & animum inclinare, ut interiori & exteriori cultu ejus divinam eminentiam proteſtetur, in quantum eſt creationis & conſervationis omnium rerum unicum primum, & univerſale principium, prout *idem D. Thom. docet in cit. loc. art.* 1. ubi ex Cicerone colligit,

 nos

nos naturali ductu ad Dei cultum teneri ; & in articulo ſecundo ait, *Quòd reddere debitum, habet rationem boni, quia per hoc, quòd aliquis alteri debitum reddit, conſtituitur in proportione convenienti reſpectu ipſius, quaſi convenienter ordinatus ad ipſum.* Hæc ille.

7. Ex quibus benè apparet, quòd hæc virtus, de qua loquimur, magnam affinitatem gerit cum virtute Juſtitiæ, ac proinde ejus pars potentialis cenſetur; *Miranda tom.1. manual. Prælat. quæſt.1. art.1. concl.1. in fin. & P. Suarez tom.1. de Relig. lib.1. cap.3.* deficit tamen à proprietate, quia licèt Religio Deo cultum debitum perſolvat, non tamen ſecundùm æqualitatem, ut debito pleneè ſatisfieri poſſit, *Laym. lib.4. de Juſtitia, tract.1.*

Quæſt. 4. Status Religioſus quid ſit?

1. QUòd Religio ſignificet perfectionis ſtatum, dictum eſt hìc ſuprà *quæſt.2. nu.15. §. Religio eſt,* ubi ex doctrina *Divi Thomæ quæſt.186. art.1. ſic diffinitur.*

2. *Religio eſt ſtatus hominum ad perfectionem chriſtianam per paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ vota tendentium.*

3. Quid autem ſit hujuſmodi Religionis ſtatus, idem *D. Thom. in d.q.186. art.2.* reſpondet, *quòd ſtatus Religionis eſt quædam diſciplina, ſive exercitium ad perfectionem perveniendi diverſis exercitiis:* de qua diffinitione lepidè tractat *Ludovic. Miranda 1. part. manual. Prælat. quæſt.1. art.4. & ſequent.*

4. Verùm ſtatus religioſus pro peculiari modo ſumptus, ità poteſt definiri; eſt peculiaris & ſtabilis vivendi modus in communi pro Religione approbatus à S. Papa.

5. Dixi, pro peculiari modo ſumptus, quia ſtatus Religionis generaliter ſumptus, ſupponit pro Eccleſia Catholica, quæ talem doctrinam, talemque modum colendi Deum profitendo, Religio chriſtiana dicitur: imò & unica, & ſola Religio dici poteſt, quia extrà illam nulla eſſe poteſt vera Religio, *Suarez tom.1. de Relig. lib.1. cap.2. nu.7. in fin.*

6. Dixi ſtabilis, quia hujuſmodi modus vivendi reſpicit obligationem, & immobilitatem: non utcumque, ſed perſonalem, & voto firmatam, ut conſtat ex deciſis hìc ſuprà *quæſt.1.* ubi latè de natura ſtatus, & docet *D. Tho. 2.2. q.183. ar.1.*

7. Hinc eſt, quòd ad ſtatum religioſum non ſufficit nudum propoſitum ſervandi illa tria evangelica conſilia, continentiæ ſcilicet, obedientiæ, & paupertatis; ſed requiritur obligatio perſonalis voto firmata non ad tempus determinatum, ſed in perpetuum, hoc eſt, uſque ad finem vitæ, ut firmiter, immobiliter, & ſine ulla ſpe reſiliendi homo à mundo abſtractus, Deoque conſecratus, dicatur propriè mutaſſe ſtatum. *Layman. lib.4. ſumm. tract.5. cap.1. de eſſentia ſtatus Religioſi, nu.3.*

8. Dixi vivendi in communi, quia Religioſus ſtatus neceſſariò debet aſſumi in communitate religioſa, & non privatim, ad hoc, ut ſicut Religioſus per vota ſubſtantialia Religionis immediatè Deo facta, ipſi Deo obligatur, ſic etiam interveniat particularis obligatio humana, per modum pacti reciproci, quo Religioſus ſe donet Religioni, eique ſe obliget ſervire uſque ad mortem : & vice verſa Religio acceptet illius traditionem, illique promittat alimenta exhibere, omnaque victui neceſſaria uſque ad finem vitæ, ut ex multis oſtendunt *Navar. lib.3. de Regul. conſ.5. num.17 Sanchez de matrim. diſp.25. num.12. Suar. tom.3. de Relig. lib.2. cap.4. num.11. Pelliz. tom.1. ſui manual. tract.a. de natur. ſtat. Relig. cap.1. q.14. n.22. & Egomet 4. par. tract.8. q.8. & ſeq.*

9. Dixi pro Religione approbatus, quia aliud eſt modum vivendi inſtitui, & approbari pro Religione, & aliud pro nudo, & ſimplici modo piè vivendi, unde ſtatuta & modi vivendi Congregationum ſæcularium etiam exiſtentium in Eccleſiis noſtris, non comprehenduntur, nec dicuntur eſſe ſub titulo ſtatus Religioſi, ſed ſub cauſa pietatis, ſeu devotionis chriſtianæ; ac proinde Confratres nequeunt propriè Religioſi appellari, *Innoc. in cap. dilecta, de exceſſib. Prælat. Sylveſt. verb. Collegium, q.2. Miranda tom.1. q.25. art.3. Layman. loc. cit. in fin. & Egomet in 4. par. tract.1. q.3. n.14. & tract.3. ... ror. in ſæc. q.3.*

10. Dixi à Papa, quia nullus Papa inferior poteſt modum vivendi pro Religione approbare, per ea ... ta, quæ dico *in tract. de Eremitis, q.15.* & probat *text. ... ne nimia 9. de Relig. Domib.6. & cap. Relig. eod. titul. in ... & ex tract. Joan. 22. incip. Sancta Romana, cujus propria verba habes loc. cit.*

Quæſt. 5. An tria dicta vota Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ ſint de ſubſtantia, & eſſentia cujuſvis Religionis, ſive ſtatus Religioſi.

1. SAnctiſſimus Præceptor noſter Aquinas *opuſc. 19. contra impugnantes Relig. cap. 1. & in tertio contra gent. cap.130. & in 2.2. q.186. à 1. artic. uſque in fin.* reſpondet ad quæſitum affirmativè, & movetur ex multis.

2. Primò, quia ſtatus Religionis eſt quædam diſciplina, ſive ſchola, & exercitium perfectionis acquirendæ, ut dicitur in *d.q.186. art.2. in corp.* ſed hujuſmodi Religionis perfectio nequit integrè acquiri, & perfectè obtineri abſque obſervantia trium prædictorum Conſil. ergo tria prædicta conſilia ad finem prædictum ſunt neceſſariò obſervanda in tali ſtatu, ſecus corruet religioſa perfectio.

3. Minor verò ſubſumpta multipliciter probatur: primò quoad conſilium Paupertatis, quia ad perfectionem charitatis acquirendæ, primum fundamentum eſt voluntaria paupertas, ut aliquis abſque proprio vivat, dicente Domino *Matth. 19. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & veni, & ſequere me.* ergò?

4. Secundò, quoad conſilium caſtitatis; nam ad adipiſcendum Religionis perfectionem, requiritur abſtractio eorum, per quæ homo impeditur, ne feratur totaliter in Dei ſervitium; uſus autem carnalis copulæ, ob vehementiam delectationis, & ob concupiſcentiam, quæ ex ejus frequenti experientia augetur, maximè retrahit animum ab illa perfecta intentione tendendi in Deum; Unde *Apoſtolus in 1. ad Corinth. c. 7. ait, Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe, qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus eſt, & mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta, & corpore, & ſpiritu; quæ autem nupta eſt, cogitat, quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro.* Hæc ibi, de quibus *D. Tho. cit. loc. ar.4. & d. opuſc. 19. c.1. & d. lib.4. contra gent. c.130.*

5. Tertiò, quoad conſilium Obedientiæ; nam ſtatus Religionis eſt quædam diſciplina & exercitium tendendi in perfectionem, ut dictum eſt, quicumque autem in tali diſciplina & exercitio inſtituuntur, & exercitantur ad hoc, ut perveniant ad talem perfectionem, oportet quòd directionem alicujus ſequantur, ſecundùm cujus arbitrium inſtruantur, & excitentur, ut perveniant ad talem finem, ut quaſi diſcipuli ſub

ſub magiſtro; ergò oportet, quòd Religioſi in iis, quæ ad religioſam vitam pertinent, alicujus inſtructioni & imperio ſubdantur: imperio autem & inſtructioni ſubjicitur homo per obedientiam, ergo obedientia requiritur ad Religionis perfectionem, ità loquitur *D. Tho. loc. cit. art.* 5.

6. Confirmatur, & magis declaratur; nam ſtatus perfectionis religioſæ exigit, ut homo paratus ſit in omnibus eligere, quod melius ſit: hoc autem proprio arbitrio & voluntate facere, difficillimum extat, & multò difficiliùs ſtabilitatem in hoc tenere per ſolam propriam voluntatem, ergo ne erret, & vacillet, neceſſarium eſt, certam aliquam regulam & rationem operandi in hoc ſibi præfigere, ſequendo alicujus arbitrium, quod non poteſt eſſe, niſi per obedientiam, ut dictum eſt, ergo.

7. Et quamvis ex his dictis concluſio præfata quoad ſuas ſingulas partes remaneat probata, nihilominùs poteſt & aliis rationibus probari: quandoquidem Religioſi Deo dedicati, ad hoc, ut ipſi ſoli Deo ſerviant, & vivant, debent eſſe ſeparati, & abſoluti ab omni cura, & ſolicitudine rerum humanarum, ſecundùm illud *Pauli ad Timoth.* 2. *Nemo militans Deo, implicat ſe negotiis ſæcularibus, ut ei placeat, cui ſe probavit*: occupatur autem humana ſolicitudo erga tria; primò quidem circa propriam perſonam, quid agat; ſecundò circa perſonas ſibi conjunctas: & maximè circa uxorem, & filias; & tertiò circa res exteriores procurandas, quibus homo indiget ad ſuſtentationem vitæ; ergo ad amputandam ſolicitudinem circa res exteriores, datur homini in lege divina conſilium paupertatis, ut ſcilicet res hujus mundi abjiciat, quibus animus ejus ſolicitudine aliqua implicari poſſit, juxta illud Domini *Matth.* 19. *Si vis perfectus eſſe, &c.* Ad amputandum verò ſolicitudinem uxoris, & filiorum, datur homini conſilium continentiæ & virginitatis, & liquet ex illo 1. *Corinth. De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do*: & hujuſmodi conſilii rationem aſſignans, ſubdit: *Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt, &c.*

8. Ad amputandam autem ſolicitudinem hominis circa ſeipſum, datur conſilium obedientiæ, per quam homo diſpoſitionem ſuorum actuum committit Superiori, propter quod dicunt Hebræorum ultimo: *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis: ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri*: ergo tria dicta evangelica conſilia ſunt omninò de eſſentia perfectionis religioſæ, ita loquitur *D. Thom. in dict. lib.* 3. *contra gent. c.* 130. *& d. opuſc.* 19. *c.* 1.

9. Confirmatur, & magis declaratur, quia de ratione perfecti ſtatus Religioſi eſt, ut quis per Deum renunciet omnibus rebus, boniſque creatis, quæ perfectum Dei amorem impedire poſſunt: hæc autem bona vel ſunt externa, vel interna, ad corpus pertinentia; vel enim pertinent ad animam, & propriam voluntatem; ergò omnibus illis renunciandum eſt in ſtatu perfecto Religionis, ſed ad hanc integram renunciationem neceſſaria ſunt tria dicta conſilia; nam per paupertatem externa bona renunciantur, per caſtitatem proprium corpus, & per obedientiam propria voluntas abnegatur; ergo hæc tria intrinſecè ad talem ſtatum ſunt neceſſaria; ità diſcurrit *D. Thom.* 2. 2. *q.* 186. *art.* 7. ubi in medio corporis ait: *Quòd cùm quis offert Deo totum, quod habet, holocauſtum eſt, quod uti incenſum ex Dei amore totum conſumitur.*

10. Confirmatur magis, quia ſicut ad virtutem non ſufficit vitare malum, ſed neceſſarium eſt, bonum operari, ità ad ſtatum perfectionis non ſatis eſt fugere pericula, vel impedimenta tollere proficiendi in perfectione charitatis, ſed etiam neceſſarium eſt, totam vitam ſuam Deo offerre ſub voto, ut eruditè docet idem *S. Thom. in opuſc.* 18. *c.* 15. *de perfectione vitæ ſpiritualis*, & liquet ibi, perfectionis eſt, non ſolùm aliquod opus perfectum facere, ſed etiam opus perfectum vovere, quod item dicit 2. 2. *q.* 186. *ar.* 6. *in corp.*

11. Confirmatur tandem, quia ſicut ad perfectionem chriſtianæ vitæ eſſentialiter pertinet perfecta obſervantia præceptorum, ità ad conſequutionem perfectæ charitatis eſſentialiter & intrinſecè requiritur obſervantia prædictorum conſiliorum, *S. Th.* 2. 2. *q.* 186. *ar.* 2.

12. Ex quibus benè infertur, ergo ſicut ablata perfecta obſervantia præceptorum aufertur perfectio chriſtianæ vitæ, ità & ablata perfecta obſervantia prædictorum conſiliorum aufertur perfectio religioſa; unde meritò prædicta vota dicuntur ſubſtantialia & eſſentialia: ſunt enim prima ſubſtantia, primumque fundamentum perfectionis ſtatus religioſi: quo fundamento ablato, aufertur & ſuperædificatum; ad quod item facit *text. cap. ad Monaſterium, de ſtatu Monach.* ubi dicitur, *quòd Abbas ob prædicta ſuper his votis non poteſt diſpenſare.*

Quæſt. 6. An perpetua continentia ſit poſſibilis?

1. Et quidem prætermiſſis hæreticorum calumniis, dico quòd ſic, ex auxilio tamen gratiæ divinæ: ducorque ex multis. Primò ex verbis illis *Matth. c.* 19. *Sunt eunuchi, qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cælorum*, ubi *Cajet.* ait, *Dominum loqui de eunuchis, qui ſeipſos caſtraverunt, non membrorum abſciſſione, ſed abdicatione officii generandi, ſeu potius voto virginitatis, quia caſtratio ſignificat non ſolùm abdicationem uſus, ſed etiam poteſtatis, & propterea inſinuat votum, quo homo ſe privat poteſtate utendi ſeipſo ad officium generandi, &c.* quam Cajetani explicationem lætanter amplectitur *Emin. Bellar. tom.* 1. *contr.* 5. *lib.* 2. *c.* 23. *de Monach.*

2. Secundò, ex *tex.* 1. *Cor.* 7. ubi Apoſtolus ſic loquitur: *De virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, &c.* Conſilia autem non dantur, niſi de iis, quæ in noſtra ſunt poteſtate, ut dicit *Ariſt. in* 3. *Ethic. c.* 3. *& in* 3. *Rethor. ad Theod. c.* 14. ubi ſic dicit: *Primum igitur tenendum eſt non de omnibus bonis aut malis Conſiliarium conſulere, ſed de his, quæ poſſunt fieri, vel non fieri: de iis autem, quæ neceſſariò ſunt, aut erunt, aut quæ impoſſibile eſt eſſe, vel fieri, nulla deliberatio eſt.*

3. Tertiò, ex uſu Eccleſiæ Catholicæ, in cujus exordio, tempore ſcilicet Apoſtolorum, vitæ virginalis, & cælibis inſtitutum in maxima fuit æſtimatione, ut conſtat ex prædictis verbis Apoſtoli, & ex multis epiſtolis, quas ad diverſas Eccleſias miſerunt *SS. Martyres Ignatius, Clemens Romanus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Juſtinus Martyr, Cyprianus, Irenæus, & alii plures*, de quibus eſt omninò legendus *D. Cardinalis Baronius in ſuis Eccleſiaſt. Annalib. præſertim ſub anno* 57. 58. 84. 95. 301. 320. 326. 373. nec non *eruditiſſimus Paulus Nazarius opuſc.* 2. *de ſtatu & obligat. Relig. c.* 5.

Dixi, ex auxilio tamen gratiæ divinæ, quia virginitatis & continentiæ virtus, ſtando in ſolis, nudis, & puris viribus naturalibus, eſt quidem hominibus impoſſibilis, facilis autem auxilio divinæ gratiæ, prout unanimiter docent Patres ſancti, & præſertim *S. Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Nazianzenus, Chryſoſtomus, Baſilius, & alii* Catholici expoſitores *in d. c.* 19. *Matth.*

5. Quod quidem auxilium divinum nulli ritè illud à Deo poſtulanti denegatur, ut eleganter ex multis oſtendit *D. Didacus Archiepiſcopus Tranenſis, ſua in diſp.* 112. *de auxiliis divinæ gratiæ.*

Digitized by Google

Quæſt. 7. An ad perfectionem ſtatus Religioſi requiratur, ut tria dicta evangelica conſilia ſub voto promittantur?

1. AFfirmativè *S. Thom.* communiter receptus *in opuſc. 18. c. 15. in principio de perfectione vitæ ſpiritualis, & in lib. 3. contr. gent. c. 130. in fin. & 2. 2. q. 186. art. 6.* duciturque ex multis.

2. Primò, ex intrinſeca natura ſtatus, qui de ſe exigit ſtabilitatem, & immobilitatem, ut liquet ex deciſis hîc ſuprà *quæſt. 1.* hæc autem immobilitas in ſtatu Religionis non poteſt aliunde haberi, niſi per votum, quod conſiſtit in quadam promiſſione Deo facta omninò obſervanda, ut colligitur *ex 5. Eccleſ.* ubi Sapiens dicit: *Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio.* Secundò movetur ex differentia, qua ſtatus Religioſus differt à ſtatu ſæcularium; nam ſtatus Religioſorum in hoc differt à ſtatu ſæcularium; quia licèt tam iſti, quàm illi aſcendant, vel aſcendere conentur ad charitatis perfectionem, non tamen uno, & eodem modo, nec eodem obligationis vinculo; nam ſæculares, etſi ad dictam perfectionem aſcendere conentur, ad id tamen non ſunt ſpecialiter aſtricti, nec ſunt in perfectionis ſtatu, ut latè docet idem *D. Thom. in d. q. 186. art. 4. ad 2.*

3. Tertiò ex eo, quòd Nazaræi in veteri Teſtamento cum voto ſe Deo dedicabant, ut dicitur *in 6. Numeri,* ibi, *Vir, ſive mulier cùm fecerit votum, ut ſanctificetur, & ſe voluerit Domino conſecrare, à vino, & omni quod inebriare poteſt, abſtinebunt cunctis diebus, quibus Domino voto conſecrantur:* at illud votum emittebatur ad majorem firmitatem vitæ promiſſæ, eratque de intrinſeca ratione illius ſtatus, ergo idem emittendum eſt à Religioſis novi Teſtamenti, & multò fortiùs, cùm hi uſque ad mortem ſe Deo dedicent; illi autem ad certum tempus dedicabantur, ut conſtat *ex d. text. Numeri,* & docet *D. Thom. in d. q. 186. art. 6. in arg. ſed contra.*

4. Et tandem ducitur ex uſu, & praxi Apoſtolorum, qui in principio naſcentis Eccleſiæ ad perfectionem ſtatus Religioſi tria dicta conſilia ſub voto obſervare promiſerunt, teſte *D. Thom. in cit. ar. 6. in reſp. ad 1. & clariùs in q. 88. art. 4. in reſp. ad 3.* ubi ſic ait: *Apoſtoli autem intelliguntur voviſſe pertinentia ad perfectionis ſtatum, quando Chriſtum relictis retibus ſunt ſequuti.*

5. Nec eas inficias, eo prætextu, quod in novo teſtamento non legitur; quia licèt hoc in ſacris Scripturis non legatur, ex eadem tamen Scriptura ſacra colligitur expreſsè, cùm in illa implicitè & virtualiter contineatur, præſertim *Matth. 19. & Luc. 9.* ibi, *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. & nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens retrò, eſt aptus regno cælorum;* prout Patres ſancti eorundem verborum expoſitores unanimi conſenſu atteſtantur, quos ſequitur *D. Thom. in præcit. loc. & Nazar. ubi ſuprà c. 5. Mirand. 1. par. manual. q. 1. concl. 3. & Tambur. de iur. Abb. tom. 1. diſp. 2. q. 8. n. 4.*

6. Nec replices dicendo, quòd aliqui ex Apoſtolis habuerunt uxores, etiam ubi dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia;* ergo vota ſolemniter minimè promiſerunt, quæ cum conjugio ſtare non poſſunt.

7. Nam falſa eſt conſequentia, quia ut dicunt *Hier. in Apol. ad Rom. & D. Auguſt. epiſt. 89. nu. 4.* omnes Apoſtoli poſt nuptias per votum obedientiæ fuerunt continentes, & ſe à matrimonio abſtinuerunt, quod colligunt ex illis verbis Domini, *& ſequere me:* & ex illis Apoſtolorum, *& ſequuti ſumus te,* relinquendo ſcilicet conjugium, & bona, ut dictum eſt ſuprà.

Quæſt. 8. Votum, ſub quo promittenda ſunt dicta conſilia, ad hoc, ut ſtatum Religioſum conſtituat, an debeat eſſe ſolemne?

1. AFfirmativè dic, quia ad conſtituendum ſtatum religioſum, requiritur obligatio firma, & immobilis, ut conſtat ex deciſis, & docet *D. Thom. 2. 2. q. 184. art. 4. in corp.* ibi, *ſecundò requiritur, quòd obligatio prædicta cum aliqua ſolemnitate fiat, ſicut & cæteris, quæ inter homines obtinent perpetuam firmitatem, quædam ſolemnitas adhibetur: & in art. 5. ſubſequenti,* ibi, *ad ſtatum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea, quæ ſunt perfectionis cum aliqua ſolemnitate, ſupple religioſa, per quam vovens, ſtatui religioſo indeſinenter & conſtanter incorporetur, & adſcribatur.*

2. Hæc autem firma, ſtabilis, & perpetua obligatio de jure communi non poteſt haberi à voto ſimplici, ſed tantummodò à ſolemni, ut probat *c. meminimus 3. & c. rurſus 6. qui clerici, vel voventes, & c. qui poſt votum 5. de regul. in 6.* & liquet ibi, qui poſt votum à ſe de certa Religione intranda emiſſum, Religionem aliam etiam laxiorem ingreditur, & profitetur in ipſa, poteſt (voto non obſtante priori, cui tamquam ſimplici, per ſecundum ſolemne noſcitur derogatum) manere licitè in eadem: quod item dicitur *in c. unic. de voto in eod. lib.* ex quibus apparet, quòd duplex ſit votum, ſimplex ſcilicet, & ſolemne; & quòd ſimplex impedit, ſed non dirimit matrimonium contrahendum; ſolemne verò impedit contrahendum, & dirimit ſubſequens contractum, etiam ratum, & conſummatum. *Conc. Trident. ſeſſ. 24. de matrim. can. 9.* Amplia, ut etiam dirimat antecedenter contractum, etiam ratum; ſi tamen non fuerit conſummatum, ut patet de conjuge ſe monachante ante copulam carnalem. *Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 26.*

Quæſt. 9. Voti ſolemnitas an ſit de Iure divino, vel Papali Eccleſiaſtico?

1. FUit hæc quæſtio ante tempora Bonifacii VIII. valde difficilis, tum ob ejus obſcuritatem, tum ob multarum opinionum diverſitatem; ejus namque obſcuritas in hoc conſiſtit; cùm enim votum ſimplex & ſolemne ſint ejuſdem ſpeciei, & ambo æquè obligent coram Deo, ut expreſsè dicitur *in c. rurſus, qui clerici, vel voventes, & liquet,* ibi, *quòd cùm ſimplex votum apud Deum non minùs obliget, quàm ſolemne, pro eo, quod juravit temerè, pœnitentiam agat, & votum, quod Deo fecit, ſtudeat obſervare, &c.*

2. Cur igitur in effectibus inferendis paria non ſunt? etenim, ut expreſsè dicitur *in d. c. rurſus, & in c. unico, de voto in 6.* Votum ſimplex impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum; ſolemne autem impedit, & dirimit ſubſequens contractum.

3. Dices, hoc facit ſolemne votum ex eo, quia extrahit voventem ex uno in alium ſtatum, ſimplex verò nequaquam; ſed hoc eſt, quod quæritur, unde ſolemne votum hanc vim habet à jure divino, vel humano eccleſiaſtico?

4. Sanctiſſimus Præceptor noſter *Aquinas 2. 2. q. 88. art. 7. & ſequ.* videtur dicere, hoc peragere ſolemne votum ex jure naturali, & divino, etiam ſecluſo quocumque ſtatuto eccleſiaſtico: duciturque ex eo, quia hujuſmodi votum talem vim habet à ſua ſolemnitate, quæ conſiſtit in quadam conſecratione ſpirituali, benedictione, vel alio ſimili ſacro ritu. Unde *in d. art. 7. in corp.* ait, *ſolemnitas voti attenditur ſecundùm aliquid ſpirituale, quod ad Deum pertineat, id eſt, ſecundùm aliquam*

ſpiritua-

ſpiritualem benedictionem, vel conſecrationem, quæ ex inſtitutione Apoſtolorum adhibetur certæ regulæ, ſecundo gradu, poſt ſacri ordinis ſuſceptionem, ut dicit Dionyſius 2. c. Eccleſ. Hier.

5. Et in reſponſione ad primum ſubnectit, *quod hujuſmodi ſolemnitas pertinet, non ſolùm ad homines, ſed ad Deum, in quantum habet aliquam ſpiritualem conſecrationem, ſeu benedictionem, cujus Deus eſt auctor, & ſi homo ſit miniſter, ſecundum illud Numer. 6. invocabunt nomen meum ſuper Iſrael, & ego benedicam eis, &c.*

6. Quòd magis explicat *in ar.* 9. ubi inquit, *Solemnitas voti in quadam ſpirituali benedictione, & conſecratione conſiſtit &c.* ex quibus in *art.* 11. *colligit*, hoc votum eſſe indiſpenſabile; quia res ſemel Deo conſecrata, quandiù permanet in ſuo eſſe, non poteſt non eſſe conſecrata: & immediatè iterum ſubjungit, ſolemnitas autem voti conſiſtit in quadam benedictione voventis; ex quibus declarare videtur, conſecrationem ipſam, & benedictionem eſſe à Deo effectivè, & ab hominibus exequutivè, nec non eſſe formalem cauſam, ſolemnizantem votum, & horum omnium fundamentum docuit in *prædict. ar.* 7. ubi inquit, *quod unicuique rei ſolemnitas adhibenda eſt, ſecundùm conditionem ſuæ naturæ, ut patet in militia, matrimonio, teſtamentis, contractibus, & ſimilibus.*

7. Dixi videtur dicere, videtur declarare; quia in effectu, realiter, & ſecundùm veritatem, *S. Thom.* nunquam fuit in hac opinione, qua dicitur, ſolemnitatem ſubſtantialem, & eſſentialem voti, conſiſtere in quadam conſecratione, vel benedictione voventis.

8. Immò hæc opinio ab eodem *S. Thom.* parvipenditur, & dejicitur *in 4. ſent. diſt.* 38. *qu.* 1. *ar.* 2. *de voti diviſione, ubi in §. ulterius inter cætera fuit objectum, quod votum non ſolemnizatur per ſuſceptionem habitus Religionis, ex eo, quod hujuſmodi habitus quandoque ſuſcipitur ſine profeſſione, vel ordinis ſuſceptione, ergo?*

Ad quam objectionem ſub his præciſis verbis reſpondet.

9. *Ad ſecundum dicendum, quod habitus Religionis eſt duplex, quidam, qui non profeſſis dari ſolet, alius, qui datur profeſſis, & ſi in quibuſdam Religionibus utriſque idem habitus detur; tamen in profeſſione conſuevit habitus benedici, & habitus ſic benedictus, quaſi alius computatur: primus ergo habitus non ſufficit ad ſolemnizandum votum, etiam priùs emiſſum, ſed ſecundi habitus ſuſceptio ſolemnizat votum; quia eſt quædam præſumpta profeſſio, contra quam præſumptionem, etiam non admittitur probatio. ſi ſerventur debitæ circumſtantiæ, ſicut quod detur habitus ab eo, qui dare poſſit, & coram fratrum multitudine: ſi enim aliquis in domo ſua talem habitum ſuſcepiſſet, non propter hoc præſumeretur votum ſolemnizaſſe; & ideò habitus non debet poni, ut alia cauſa ſolemnitatis; quia non ſolemnizat votum; niſi in quantum eſt profeſſio quædam præſumpta.* Hæc ille.

10. Ex quibus plura manifeſtè apparent. Primò, quòd ſecundùm *D. Thom.* ſolemnitas ſubſtantialis, ſeu eſſentialis voti, per quam, tanquam per cauſam formalem, votum fit ſolemne, & vim habet inhabilitandi ad conjugium, & bona, conſurgit ab actuali profeſſione ritè facta, hoc eſt ſolemnizata ad præſcriptum conſtitutionum Apoſtolicarum.

11. Secundò, clarè apparet, quòd ſuſceptio ſecundi habitus, ſecundùm eundem Sanctum Thomam, ſolemnizat votum, non per aliam novam cauſam, diſtinctam à profeſſione prædicta; ſed tantùm præſumptivè, & indicativè, hoc eſt accidentaliter, in quantum ſcilicet eſt præſumptio, indicium, ſignum, & conjectura profeſſionis ſolemniter factæ.

12. Hinc idem *D. Thom. in d.* 2. 2. *q.* 88 *ar.* 7. *dicit*, quod ſolemnitas voti attenditur ſecundùm aliquid ſpirituale, non dicit, quòd ſit, vel quòd conſurgit ex aliquo ſpiritualiritu, ſed attenditur, hoc eſt, conſurgit præſumptio, & indicium voti ſolemniter facti: ſic pariter eſt intelligendus *S. Thom.* ubicunque dicit, quod ſolemnitas voti conſiſtit in quadam ſpirituali benedictione; nam ſolennitas voti, ut idem *D. Thom.* docet *in d. loc. ſententiarum ad primum argum.* poteſt eſſe duplex per ſe eſſentialis, & accidentalis, ſivè intrinſeca, & extrinſeca, ut ibidem explicatur; & horum omnium ibidem fundamentum ponit *D. Thom.* ſub his verbis.

13. *Ad tertiam quæſtionem dicendum, quòd votum, ut dictum eſt, dicitur ſolemne, ex hoc, quod habet completam vim obligandi: ea enim ad ſolemnitatem rei pertinere dicuntur, quæ et completum eſſe tribuunt; votum autem cum eſſentialiter ſit promiſſio, complementum ſuæ virtutis accipit, ſicut & promiſſio, cui quidem obligatio tunc completur, quando aliquis hoc, quod promittit, in præſenti dat, quodammodo ponens eum cui ſit promiſſio, in corporali poſſeſſione alicujus rei, undè haberi poſſit, quod promittit; ſicut ſi aliquis fructus agri promitteret, & promittendo agrum daret; & ſimiliter, ſi ſervitium aliquod promitteret, & ſe in ſervum daret: & ideò, tunc votum ſolemnizare dicitur, quando aliquis præſentialiter ſe dat Deo, divinis ſervitiis mancipando: quod quidem fit per ordinis ſacri ſuſceptionem, & profeſſionem certæ regulæ debito modo factæ, ſcilicet in manu ejus, qui debet recipere, & aliis circumſtantiis ſervatis, quæ ſecundum Jura determinantur: aliàs enim non eſſet votum ſolemne, quantumcunque quis profiteretur: quia ex tali profeſſione non fieret ſub poteſtate eorum, qui Religioni præſunt.* Hæc ille.

14. Idipſum *D. Thom. docet in quodlibet.* 3. *art.* 18. ibi, *hujus autem diverſitatis eſt, quia votum ſolemne habet promiſſionem cum quadam traditione: unde votum continentiæ non ſolemnizatur, niſi per ſuſceptionem ordinis ſacri, per quam homo actualiter divino cultui mancipatur, vel per profeſſionem, ad certam regulam, & ſuſceptionem habitus profeſſorum; quia ſic etiam homo actualiter mancipatur, ad ſerviendum Deo in Religione; Votum autem ſimplex habet promiſſionem, ſine traditione.* Hæc ille.

15. Idem docet *in quodlib.* 8. *ar.* 10. ibi, *In voto enim ſimplici eſt ſola promiſſio, quæ quis promittit Deo ſe continentiam ſervaturum, ex ſola autem promiſſione non transfertur dominium, in voto autem ſolemni, eſt ſimul promiſſio, & collatio; tunc enim eſt votum ſolemne, quando ſimul aliquis cum voto conſecratur Deo, & ponitur in aliquo ſtatu ſanctitatis, vel per ſuſceptionem ordinis, vel per profeſſionem certæ regulæ.* Hæc ille.

16. Ex quibus manifeſtè apparet, quod ſecundùm *S. Thom.* ſubſtantialis ſolemnitas voti, non in aliqua benedictione conſiſtit, ut quidam immeritò dixerunt, ſed in actuali traditione perſonæ voventis, & acceptatione ejus, qui poteſt hujuſmodi traditionem acceptare, & certæ regulæ perpetuò adſcribere, ut benè advertit *Sot. lib.* 6. *q.* 2. *ar.* 5. *de Juſt. & Jur. concluſ.* 2. *& Joann. Bapt. Corrad.* 1. *par. qu.* 311 *in addit.* Ergo prædicta ſolemnitas voti ſecundùm *S. Thom.* non ſolum non excludit ſtatutum Eccleſiæ, ſed illud præſertim includit, intrinſecè, & neceſſariò præſupponit, ut conſtat ex illis verbis, *& per profeſſionem certæ regulæ, ut puta Sancti Baſilii, vel S. Benedicti, aut S. Auguſtini, vel S. Franciſci:* hæ quatuor tantum regulæ reperiuntur in Eccleſia per Sanctam Sedem approbatæ, & ex illis aliis verbis ſubſequentibus, ſcilicet *in manu ejus, qui debet recipere, & aliis circumſtantiis ſervatis, quæ ſecundùm Jura determinantur; alias enim non eſſent ſolemne quantumcumque quis profiteretur, qui ex tali profeſſione non fieret ſub poteſtate eorum, qui Religioni præſunt.* Hæc ille, & quid clarius haberi poteſt in doctrina D. Thomæ?

17. Hinc dicendum eſt, quod *Eminen. Cajet. in* 2. 2. *qu.* 88 *art.* 7. *Angel. in ſum. verb. imped.* 5. *Roſella eod. verb. Sanchez lib.* 7. *de imped. diſp.* 27. *num.* 9. *& lib.* 8. *diſp.* 8. *& in ſumm. lib.* 5. *quæſt.* 1. *num.* 2. *Suarez tom.* 3. *de relig. lib.* 2. *cap.* 7. *Bartol. à S. Fauſto, tom.* 1. *lib.* 5. *qu.* 232. *Graff. dec. aur.* 1. *p. lib.*

Digitized by Google

lib.2.cap.31.de diſpenſatione num.19. & p.2. lib.2.cap.12. de voto,num.38.Rodriq.tom.1.q.1.ar.2.& in addit.ſum.4.par. cap.180.num.4.Portell.in dub. verb.voti ſolemnitas, & alii plures, dicentes votum ſolemne caſtitatis, eccleſiaſtico Jure dirimere matrimonium ſubſequens contrahendum, non adverſantur S. Thomæ, ut quidam malè putant; ſed potiùs ei arrident, & ſubſcribunt, ut conſtat, ex ſupra immediatè dictis.

18. Idem, cæteris paribus, dicendum cenſeo de Conſtitutione Bonifacii VIII. quæ habetur in *c. unic. de voto in 6.* ubi expreſsè dicitur, *quod voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inventa, quod idem dixit Gregor. XIII. in ſua Bulla, Aſcendente Domino, ſub §. & licet, in fine*, ibi, *Non conſiderantes voti ſolemnitatem ſola Eccleſiæ Conſtitutione inventam eſſe.*

19. Ergo quoad hoc, non eſt ampliùs de opinionibus diſputandum, cum magis ſtandum ſit determinationi Eccleſiæ, quàm dictis Sanctorum, teſte eodem *D. Thom. in 2. 2. qu.10. ar.12.* ubi ſic ait, *unde magis ſtandum eſt auctoritati Eccleſiæ, quàm auctoritati, vel Auguſtini, vel Hieronymi, vel cujuſcunque Doctoris.*

20. Nec dices, Romanum Pontificem *in d. Conſtitut.* loqui de ſolemnitate accidentali, quæ in externis cæremoniis conſiſtit, quia loquitur de ſubſtantiali, ſivè eſſentiali, per quam, veluti per quandam formam, ſolemnizatur votum ſimplex, & vim & robur accipit irritandi matrimonium ſubſequens contractum, ut conſtat ex textu, & patet de Subdiacono Græco, & Latino; Græcus enim ſuſcipiendo Ordinem ſacrum, non fit inhabilis ad contrahendum; è contra, Italus per ſuſceptionem dicti ſacri Ordinis fit incapax matrimonii: & hoc non aliunde, niſi ex Conſtitutione Eccleſiæ, cui placuit, quamvis rationabiliter, ità ſancire.

21. Nec tandem nocet *Tabien. in ver. impedimentum 2. ſcilicet voti,* ubi, *ſub num.4.* ait, *& quamvis dicatur in illa decretali, quod ſolemnitas voti ſit ab Eccleſia; non tamen dicit, quod ſolùm impediat ex eo, quòd eſt ab Eccleſia: immò nec dicit ſtatuimus, ſed declarandum præſenti duximus oraculum; ecce non ſtatuit, ſed declarat: & fortè, quod illud intelligit de voto annexo ordini ſacro; ſecùs de voto Religionis.*

22. Quia hæc omnia loquitur contra textum; nam dum *Boniſ. in d. Conſtit.* inquit, quod votum debet eſſe ſolemne, ad hoc, ut ſit efficax ad dirimendum matrimonium: & immediatè ſubnectit, quòd voti ſolemnitas, ex ſola Conſtitutione Eccleſiæ eſt inventa, ergo eſt omninò dicendum, quod impedimentum dirimens matrimonium poſt profeſſionem contractum, ſolum dirimit, & impedit ex eo, quod eſt ab Eccleſia; & non alterius rei natura: nam ut omnes ſciunt, effectus formalis non poteſt ſeparari à ſua cauſa formali, à quâ fluit & dimanat; ſed impedimentum dirimens matrimonium, eſt effectus formalis ſolemnitatis voti, quæ eſt à ſola Conſtitutione Eccleſiæ, ergo ſola Eccleſiæ Conſtitutio facit hominem incapacem matrimonii: expende quæſo illam particulam, *ex ſola conſtitutione Eccleſiæ!* & dices, quod ſola Eccleſia inhabilitat ad contrahendum.

23. Sic pariter ſecundum ejus dictum, eſt contra textum, qui ità loquitur (*præſentis declarandum duximus oraculo ſanctionis*;) quid enim eſt declarare per modum præſentis ſanctionis, niſi ſtatuere, & legem ferre?

24. Undè *Tullius in Amicitia dicit, ſanctio ſancta jubetur in amicitia,* hoc eſt, firma lex datur: ergo; & quod tandem lex dicta utrum votum comprehendat, ſacri Ordinis ſcilicet, & Religionis, liquet, ibi, illud ſolum votum debere dici ſolemne, quantùm ad poſt contractum matrimonium dirimendum, quod ſolemnizatum fuerit per ſuſceptionem ordinis, aut profeſſionem expreſſam, vel tacitam, factam alicui de Religionibus per Sedem Apoſtolicam approbatis.

Quæſt. 10. An vera, & propria Religio, poſſit ſtare cum ſolo voto ſimplici?

1. ET quidem, poſſe reſpondeo, ex ſtatuto tamen Sedis Apoſtolicæ, ducorque ex multis; primò quia dum ſolemnitas voti, inventa eſt ex ſola Eccleſiæ conſtitutione, ut dictum eſt immediatè ſupra, poteſt ad nutum ejuſdem Eccleſiæ adhiberi, & omitti; ergo ſicut Eccleſia induxit ſolemnitatem in votis Religioſorum: ità poteſt, ſine tali ſolemnitate ſtatum Religioſorum approbare, & inſtituere: aliàs dicta ſolemnitas, non diceretur voluntaria, ſed ſimpliciter neceſſaria ad perfectionem communis ſtatus Religioſi; quod eſt falſum.

2. Secundò, cum votum ſimplex obliget apud Deum, non minùs, quàm ſolemne, ut expreſsè dicitur *in c. rurſus, qui clerici, vel voventes, conſecrat Deo aliquo modo materiam, de qua ſit, ergo illa materia ſub voto Deo promiſſa, et ipſo, quod per votum Deo conſecratur, Deo ſubjicitur, & pro eo Romano Pontifici, qui eſt Dei Vicarius, ad quem ſpectat procurare, & efficere, ut quicquid Deo adhibetur, et ſolvatur, hoc, vel illo modo, in tali ſtatu.*

3. Confirmatur, & magis declaratur, ſi quis publicè voveret Hoſpitali perpetuò ſervire, & Hoſpitale illud votum acceptaret, poſſet utique Pontifex, ſuo jure utens illum compellere ad tale votum ſervandum, ut ſine controverſia Doctores docent, ergo per vota ſimplicia poteſt perſona ſpecialiter conſtitui ſub jure Pontificis, qui etiam poterit jus illud in aliam perſonam, vel Congregationem transferre, ut patet de multis Congregationibus in Eccleſia, quæ non attingunt ſtatum propriè, & verè Religioſum, vel quia non faciunt, vel quia in illis non ſunt vota perpetua, etiam ex parte voventium, vel per alias cauſas: & nihilominus approbatæ ſunt à Romanis Pontificibus, ut utiles, & honeſti vivendi modi, ut patet hic Neapoli de Congregatione Cleric. S. Philippi Nerii, quæ ſtat ſub protectione Papæ, ergo?

4. Tertiò, moveor ex verbis *D. Thom. in 4. ſent. diſt.38. q.1. ar.2.* ubi dicit, quod antequam eſſent iſtæ regulæ, quæ modò ſunt, erat aliquis modus vivendi, ab Eccleſia approbatus, quò aliqui ad ea, quæ ſupererogationis ſunt, ſe obligabant; & tunc certi temporis obligatio, ad alium modum vivendi, idem faciebat, quod nunc obligatio ad certam regulam.

5. Ad quod facit id, quod dicit *S. Baſilius, epiſtol.2. ad Ampl. can.15.* quod ſcilicet, qui ſe Monachorum Ordini addicerent, tacitè cælibatum admittere conſueverunt; quod poſteà expreſsè vovere cœperunt, ibique ſubjungit, primùm omnium Summorum Pontificum, Innocentium Secundum cum Romana Synodo generali, anno Domini 139. Religioſis matrimonium omne interdixiſſe; ità ut matrimonium poſt votum ſolemne contractum, nullam vim haberet; ut item conſtat ex præcit. juribus; quod dictum amplectitur *Cajet. 2.2. q.188. ar.7. §. vel hæc opinio, Suar. tom.3. lib.9. de voto caſtit. cap.21. nu.8. & multis cit. D. Alexander Sperellus, tom.1. deciſ. for. Eccleſiaſtici, deciſ.2. num.90.*

6. Et tandem ducor ex *Conſtitut. Gregor. XIII incip. Aſcendente Domino,* ad favorem Jeſuitarum, edita ſub anno Domini 1584. die verò 25. Julii, quæ per extenſum habetur *in comp. privil. Societ. ver. Relig.* & in *ſum. Conſtit. Pontificum, in conſtit.1321.* qua ſcholares, & coadjutores Reformati Societatis, poſt emiſſa vota ſimplicia, dicuntur, & declarantur eſſe verè, & propriè Religioſi, ſicut, & cæteri, qui in Religione approbata à S. Sede emiſerunt vota ſolemnia; & liquet, ibi, *non ſolùm eos, qui in coadjutorum formatorum, ſivè ſpiritualium, ſivè temporalium ſocietatis gradus, & myſteria admittuntur, ſed & alios omnes, qui in ea, biennio probationis peracto, tria Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ vota publica, ſcilicet, ſimplicia emiſerunt, emittentvè in futurum, verè & propriè Religioſos fuiſſe & eſſe,*

Digitized by Google

iſſe, & ubicumque ſemper ab omnibus cenſeri, & nominari debere, non ſecus, atque ipſos, tum ſocietatis, tum quorumvis aliorum regularium profeſſos; hæc ibi, de quibus, & aliis ſingulis partibus dictæ bullæ inviſendæ ſunt *Navar. conſ. 49. de regul. quod incipit, verè; & in comment. 1. de regul. n. 19. Rodriq. tom. 1. q. 1. ar. 4. Henriq. lib. 12. ſum cap. 5. n. 6.* latè *Sanch. in ſum. lib. 5. cap. 1. q. 2. num. 11.* latiſſimè *Suar. tom. 4. de Relig. per totum lib. 3. Laym. in ſum. lib. 4. tract. 5. num. 3.* & noviſſimè *Pellizz. tom. 1. manual. tract. 1. cap. 1. qu. 18. num. 26.*

7. Quare non eſt ampliùs de re quæſita diſputandum; ſed ſtandum in deciſis à S. Papa.

Nec eas inficias, eo prætextu, quòd *S. Thom. in 2. 2. q. 184. art. 4. in corp.* dicat, quòd de ratione perfectionis ſtatus Religionis eſt, ut opera ſupererogationis, ſub ſolemni voto promittantur; & quod *in c. porrectum, de regul.* dicatur, quòd habitus non facit Monachum, ſed ſolemnis profeſſio; & idem repetatur *in c. Relig. de ſen. excom. in 6. & in aliis capit.* quia tam *D. Thom.* quàm prædicta capitula loquuntur de facto, & non de poſſibili, hoc eſt, de eo, quod fit regulariter, & fieri debet ſecundùm Jus commune Canonicum; non autem de eo, quod fieri poteſt de ſpeciali Privilegio, & de plenitudine poteſtatis Papæ.

8. Nec replices dicendo, quòd contra ſtatuta Patrum, aliquid concedere, vel mutare, nec Romanæ Sedis auctoritas poteſt, ut dicitur *in c. contra ſtatuta 25. q. 1.*

9. Quia hoc dictum, ut ibidem, & in præcedenti Canone *gloſſa* advertit, & *D. Thom. docet in opuſc. 20. contra impugnantes Religionem cap. 4. in fin.* intelligendum eſt de illis, quæ ſtatuta Patrum determinarunt eſſe de Jure divino, ut ſunt articuli fidei, qui per conſilia generalia determinati ſunt: ſecùs autem dicendum eſt de illis, quæ Sancti Patres, & Concilia determinarunt eſſe de Jure poſitivo, & humano Eccleſiaſtico; hæc enim de unanimi conſenſu omnium Sanctorum Patrum, & conciliorum, relicta ſunt diſpoſitioni Papæ, ut ſapientiſſimè ex multis oſtendunt *Illuſtriſſ. Epiſcopus Calarienſis, D. Melchior Cano de locis, lib. 5. cap. 5. de auth. Concil.* & eruditiſſimus *Dominic. Bann. 2. 2. q. 10. ar. 1. dub. 5.* ubi de re opulenter diſcurrunt.

Quæſt. 11. An caſtitas conjugalis poſſit ex conſtitutione Eccleſiæ ſtare cum vera, & propria Religione?

1. PRæſens quæſtio à præcedenti realiter diſtinguitur, aliud enim eſt, quærere, an Pontifex poſſit eximere Religioſum à ſolemni voto caſtitatis, & aliud an poſſit inſtituere Religionem, cui non repugnet conjugium, ſeu caſtitas conjugalis? Non tamen definit eſſe intricata, cum ſuos hincinde habeat Achilles.

2. Theologorum Auriga *S. Thom. in 2. 2. q. 186. art. 4.* reſpondet ad quæſitum negativè, & movetur ex eo; quia matrimonium ex diametro, & de directo Religioni opponitur, retrahitque animum uxorati, nè totaliter feratur in Dei ſervitium, tum propter delectationis vehementiam, tum etiam, ob ſolicitudinem, quam ingerit conjugato ad conjugem gubernandum, & filiis theſaurizandum, ergo eſt incompatibilis cum propria, & vera Religione, quæ de ſui intrinſeca ratione exigit completam perfectionem ſtatus Religioſi; ad quod facit *tex. c. cum ad Monaſterium de ſtat. Monac.* ubi ſic loquitur, *quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis adeò eſt annexa regulæ monacali, ut contra eam, nec Summus Pontifex poſſit indulgentiam indulgere,* ergo perpetua, & integra continentia ita eſt de intrinſeca ratione ſtatus Religioſi, ut non poſſit, nec quidem à Sancto Papa diſpenſari.

3. Ex indè ſic *S. Thom. loco cit. loquitur, ad tertium dicendum,* quod illi modi vivendi, ſecundùm quos homines matrimonio utuntur, non ſunt ſimpliciter, & abſolutè Religiones, ſed ſecundùm quid, in quantum ſcilicet in aliquo participant quædam, quæ ad ſtatum Religionis pertinent.

4. Et meritò, quia dum ad integram, & omnimodam perfectionem ſtatus Religioſi neceſſariò requiritur ſimplex, & integrum votum caſtitatis, & votum caſtitatis conjugalis non eſt ſimplex, & integrum, ſed tantum qualificatum, & ſecundùm quid; ergo non eſt ſufficiens ad ſimpliciter conſtituendum ſtatum Religioſum, ſed ſecundùm quid; quandoquidem qualitas conjuncta enti, illud qualificat, & in diverſam ſpeciem reponit, ità ut non dicatur ampliùs tale; *Bartol. in l. ſi quis poſthumum ff. ſi filium in fin. & Menoch. de arbitr. Jud. q. 11. n. 13.*

5. Hinc multi Theologi, & Legiſtæ, *cum eod. Bartol. & Baldo in l. 1. ff. de pœnis*, dicunt, quod militares Ordines S. Jacobi, Calatravæ, Alcantaræ, & ſimilium, non ſunt verè, & propriè Religiones, ſed ſecundùm quid, ac proindè Equites in eiſdem profitentes non ſunt verè & propriè Religioſi, ſed tantùm nominetenus, ſeu vocaliter, & non realiter.

6. Hanc *D. Thom.* ſententiam mordicus defendit noſter *Sotus lib. 7. de Juſt. & Jur. q. 5. ar. 3.* & in *4. ſent. diſt. 27. art. 4.* licet quoad Equites Hieroſolymitanos mutaverit ſententiam *cit. loc. de Juſt. Aragon. Auguſtinian. lib. ſuo de Juſt. & Jur. 2. 2. q. 88. ar. 11. P. Cordua in ſuo quæſtionario lib. 1. qu. 24. D. Franciſcus Sarmento de redditibus Eccleſiaſticis 4. p. cap. 1. num. 13. Valent. tom. 2. diſp. 10. q. 4. verſ. itaque; Azor. 1. p. inſtit. moral. lib. 13. cap. 3. quæſt. 2. Marta de juriſd. p. 4. caſ. 113. Gutier. pract. q. 9. lib. 2. q. 111. n. 2. Emanuel Rodriquez in 2. p. ſum. cap. 99. num. 8. noſter Joann. de la Cruz de ſtat. Relig. lib. 1. cap. 2. dub. 3. in concluſ. 2. Ledeſma in ſum. tom. 2. tract. 10. cap. 8. dub. 2. concluſ. 2. Graff. to. 1. lib. 3. conſ. 11. Molfeſ. in ſum. to. 1. tract. 6. cap. 2. num. 30. Molina de Juſt. & Jure tract. 2. diſp. 141. verſ. eſt verò. & diſp. 623. num. 5.* & hanc eſſe receptam Theologorum ſententiam, atteſtantur *Fernand. diverſ. qu. Jur. p. 1. q. 10.* & ita probabiliter ſuſtineri poſſe, dicit *Dian. 3. p. mor. tr. 2. de dub. reg. reſol. 64. verſ. adde*, licèt in locis infra citandis contrariam ſententiam teneat; & ita fuiſſe per Rotam deciſum, refert *Vvianus in praxi juriſpatron. p. 2. lib. 6. c. 2. num. 17.*

7. Oppoſitum tamen tenent eruditiſſimi DD. & præſertim *Doctiſſimus Navar. in numeris locis ſuæ doctrinæ, & maximè in tract. de redditibus Eccleſiaſticis qu. 1. monit. 55. num. 5. & q. 3. monit. 27. nu. 1. & conſ. 20. 23. de regul. & de his, quæ vi metuſvè cauſa fiunt, conſ. 3. num. 6. & tit. de ſponſal. conſ. 13. Fortunius Garcia in conſilio præſtito pro militibus S. Jacobi, D. Covarr. de ſponſal. 1. p. cap. 2. 3. Eruditiſſ. Burgos de Paz* latè *Didacus Lamotta in tract. de confirmat. ordinum D. Jacobi, lib. 2. per tot. Nicol. Garcia de beneſ. cap. 4. n. 15. D. Thor. in compend. deciſ. Neapol. tom. 2. verſ. miles Hieroſolymit. Emanuel Rodriq. tom. 1. q. 1. ar. 6. cum ſuo compendio reſol. 125. §. de origin. ordinum militar.* eruditè *Miranda, tom. 1. manual. q. 10. art. 4. Petrus Bellug. in ſpeculo Principum, §. 7.* opiparè *P. Suarez, tom. 4. de Relig. tract. 9. de varietate Religionum, lib. 1. cap. 4. per tot. Novar. de elect. & variis fori, q. 81. D. Ricc. 3. p. praxis reſol. 376. num. 3. & 4. p. reſol. 173. & reſol. 176. Thomas Sanchez in ſum. lib. 4. c. 16. num. 11. & de ſtatu Relig. lib. 7. cap. 29. num. 105. Joan. Ramirez in tract. de fundat. ordin. S. Jacobi, cap. 1. fol. 18. nu. 20. Joan. Sanchez in ſelectis diſp. 49. nu. 11. D. Bartol. à S. Fauſto in ſuo theſau. Relig. lib. 8. q. 176. in novis, P. Diana 1. par. moral. tract. 2. de immun. reſol. 49. §. ſed. reſol. 23. & p. 3. tra. 2. de dubiis, reſol. 30.* & noviſſimè *D. Alexander Sperellus 1. p. deciſ. 2. ubi eleganter diſputat ad partes, & moventur ex multis.*

8. Primò, ex doctrina *S. Thom. 2. 2. q. 188. art. 3.* ubi expreſsè ex multis oſtendit, Religionem militarem poſſe

inſtitui

inſtitui ad militandum pro defenſione fidei, & Chriſti fidelium, ut patet de Davide, & Machabæis.

9. Secundò, ex tot Bullis Summorum Pontificum, & præcipuè *Alexandri III. Martini V. & Pii V.* quas extendunt, & refert *Didacus Lamotta cit. loc. & Suar in partim, ubi ſupra*, in quibus Equites S. Jacobi de Spara, Alcantaræ, Calatravæ, multoties vocantur perſonæ Eccleſiaſticæ, & verè Religioſæ; ergo non eſt nobis integrum, ſine nota magnæ temeritatis, rem deciſam à S. Papa in dubium revocare.

10. Tertiò, ex Bulla *Clement. VIII. de largit. muner regularibus inhibita*, in quà excipiuntur Ordines militares, ut *in §. militiæ*; & non aliundè, niſi quia ſupponuntur eſſe verè, & propriè Religioſi: exceptio enim debet eſſe in eadem regula, ut in terminis diſcurrit *Joann. Valer. in differentiis utriuſque ſor. verſ. munera, Bartol. à S. Fauſto, & Diana cit. loco.*

11. Quartò, ex eo, quod vota Religionis, in tantùm dicuntur eſſe de ſubſtantia Religionis, in quantùm ſunt media, & inſtrumenta tendendi ad perfectionem charitatis, tanquam in finem Religionis: etenim ipſamet perfectio charitatis, eſt finis Religionis, prout manifeſtè docet *S. Thom. 2. 2. qu. 186. ar. 2.* ibi, *tertio modo pertinet*, &c. clarius ibidem, *ar. 7. ad 1.* ibi, *votum Religionis ordinatur, ſicut in finem ad perfectionem charitatis; ad quam pertinent omnes interiores actus virtutum.*

12. Hæc autem media, ad conſequendum finem prædictum, non exigunt, ut de neceſſitate finis promittantur ſimpliciter, ſecundùm totum ſuum rigorem, & latitudinem, ſed ſufficit, ut fiant ſecundùm aliquem gradum convenientem ſuo fini.

13. Unde ſapientiſſimè *S. Thom. in opuſc. 19. contra impugnantes Relig. cap. 1. in fin.* dicit, quod non eſt aliquod opus miſericordiæ, ad cujus exequutionem Religio inſtitui non poſſit; & ſi non ſit hactenus inſtituta, &c. ad quod facit *c. quod Dei timorem 5. de ſtat. Monach.* ubi *glo. in fin. caſus ait, licet eadem ſit ſubſtantia ordinis Canonicorum, & Monachorum eſt tamen differentia in qualitatibus*, quod eſt dicere, omnes Religiones conveniunt in ſubſtantia Religionis, hoc eſt in charitate; at differunt in modis, per quos ad illam pervenitur: ergo licet cælibatus ſit perfectior continentia conjugali; adhuc tamen, cum ſit accidens, non variat ſpeciem in genere, ſeu in ratione caſtitatis; nec quidem in genere Religionis, cujus perfectio eſſentialiter conſiſtit in charitate, & accidentaliter in modis perveniendi ad illam, *Navar. in cit. conſ. 13. 23. de reg. Covar. 2. p. epit. decret. cap. 3. §. 1. num. 18.* & ſequitur *Rot. Rom. dec. 266. p. 2. diverſ.*

14. Nec his obſtat dicere, quòd caſtitas conjugalis ex præcepto debet obſervari ab omnibus conjugibus, ergo non cadit ſub voto, quia aliter eſt obſervanda ab Equitibus S. Jacobi, & aliter à ſæcularibus, quandoquidem Equites prædicti non poſſunt tranſire ad ſecundas nuptias, nec quidem contracto matrimonio uti in diebus Dominicis, B. M. Virginis, Apoſtolorum, nec item tempore belli, ne fortè debilitentur, ut dicitur expreſsè in eorum regulis: hæc autem cum ſint opera ſupererogationis, & conſilii, poſſunt voveri, & ſub voto promitti, ut patet de conjugibus, qui de mutuo conſenſu poſſunt in Religionem ire.

15. Nec replices, dicens, quod hi bona poſſident, & in Monaſterio non habitant; quia aliud eſt loqui de Ordinibus militaribus, & aliud de Monachalibus; ſtare enim in Monaſterio, non eſt de ſubſtantia Religionis Militaris, nec poſſidere bona ad præſcriptum regulæ.

16. Hinc benè vides, inter opinionem D. Thomæ, & cæterorum, nullam ſecundùm rem, diſſonantiam reperiri; quandoquidem ille, ubi ſupra, loquitur de Religione Monachali, cujus finis eſt contemplationi & orationi vacare; non autem de Religione militari, cujus finis eſt, indicere bellum, movere caſtra, & arma tractare.

17. Nec in dicta *qu. 188. art. 3. dicit*, quod Religio militaris poteſt æque perfectè inſtitui, ut illa monachalis; quo nam modo his Equitibus S. Jacobi de Spata poſſunt adaptari illa verba Chriſti noſtri Redemptoris, & Apoſtolorum dicentium *Matth. 19. Sunt & eunuchi, qui ſeipſos caſtraverunt, &c.* & illa, *Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, &c.* dum hi poſſident conjuges, & bona?

18. Quà propter benè dicit *Sot. in d. lib. 7. de juſt. q. ar. 3. ad tertium argum.* quòd illa Religio, quæ puram caſtitatem non vovet, non eſt illa Evangelica, quæ in conſiliorum exercitio poſita eſt; & conſequenter Equites profitentes in ea, non ſunt ſimpliciter Religioſi evangelici: hoc eſt, non ſunt verè Religioſi, qui vitam monachalem profiteantur; at ſunt Religioſi militares, ad quos pertinet bellum gerere, & caſtra movere; & favent *Roder. & Mirand. loc. cit.*

19. Nec ex indè nobis nocet *Nav. in prec. loc.* tum quia ibi quæſtionem confundit; loquitur enim promiſcuè de militibus, qui ad regulæ præſcriptum, caſtitatem ſimpliciter promittunt, & de iis, qui ſolum caſtitatem conjugalem profitentur; tum etiam, quia licet *S. Thom. cit. loc.* dicat, poſſe inſtitui Religionem militarem ad militandum, non tamen dicit, poſſe inſtitui, ſine voto caſtitatis ſimpliciter dictæ: immò hoc expreſsè negavit *q. 186. art. 4. ad 3.* ſupponit ergo *D. Thom.* poſſe militares ... vatis tamen votis, quæ ſunt de ſubſtantia veræ, & propriæ Religionis, ut patet de Religione Equitum S. Joannis: tum item, quia non ex eo convincit, quod Ordines militares *in conſt. Apoſtol.* vocantur Religioſi ſimpliciter; quia hoc fortè Papa dixit ex eo, quod prædictæ Religiones regulariter conſtant ex clericis, & militibus, caſtitatem ſimpliciter profitentibus, ut patet de Equitibus Hieroſolymitanis, nullo habito reſpectu ad eos qui ſyncopatam, & diminutam caſtitatem vovent, ut benè advertit *eruditiſſimus P. Joannes Azor. tom. 1. inſtit. moral. lib. 13. cap. 3. ſub lit. D.* tum denique, quia etſi milites S. Jacobi in Hiſpania, & S. Stephani ſub magno Duce Florentino, Calatravæ, & Alcantaræ, profiteantur regulam Sancti Auguſtini, vel S. Benedicti, aut Ciſtercienſium; non tamen exindè licet inferre, ergo ſunt verè, & propriè Religioſi evangelici: nam quamvis profiteantur caſtitatem; non tamen ita, ut regula S. Auguſtini, vel S. Benedicti exigit, & poſtulat; ſed eo modo, quo ipſorum Militarium Ordinum conſtitutiones illam limitant, & præfigunt: etenim vovere caſtitatem dumtaxat conjugalem, non eſt abſolutè vovere caſtitatem regulæ S. Auguſtini, vel S. Benedicti; quia hæc & illa regula exigit caſtitatem abſolutè, & ſimpliciter promiſſam: ideoque immeritò Sotum carpit, & contra eum invehit.

20. Sed dices, pœnes quid diſtinguuntur regulares verè Apoſtolici, & regulares militares non Apoſtolici?

21. Reſpondet *Medina Minorita, de ſacr. hom. continentia, lib. 14 controverſ. 7.* Quod qui vota Religionis vovent, & obſervant in perfectiſſima Religione, & in apice perfectionis conſtituta, dicuntur Religioſi verè Apoſtolici, de quibus loquitur *D. Thom. cit. loc.* Religioſi verò Militares, in quibus vovetur caſtitas conjugalis, ſunt veræ Religiones, ſed non perfectiſſimæ; non utile tamen poteſt negari, quin ſint veræ Religiones, aliud enim eſt eſſe tale, & aliud perfectè tale.

22. Sapientiſſimus verò *Suar. in d. tom. 4. de Relig. lib. 1. de varietate Religionum in genere, cap. 4. ſub num. 25. Sequitur*, dicit, hos milites quoad ſtatum verè eſſe Religioſos, quamvis quoad uſum, & obſervantiam, re vera non vivant ſimpliciter Religioſè, ſed valide ſecundum quid, exinde poteſt inferri, quod illi ſint verè regulares evangelici, qui ſunt in ſtatu verè Religioſo, & in eo ſint Re-

ligioſi

poſè ſimpliciter vivunt, quod eſt idem per diverſa.

13. Nec his nocet *Garz. de benef.* 1. *p. cap.* 4. *num.* 20. D. *Sperell. ubi ſupra, num.* 94. dicentes, quod non dicitur propriè tale, quod non eſt ſimpliciter tale, & abſolutè *l. Lucius* §. *hoc quæſitum, & l. hoc legatum, & utrobique Bartol. & alii ſcribentes in ff. de legat.* 3. ergo Religiones militares, ſi abſolutè, & ſimpliciter non ſunt veræ Religiones, earum milites profeſſores, nequeunt dici veri, & abſolutè Religioſi: quia dicit *Medina ubi ſupr.* quod Religiones militares ſunt verè, & propriè Religiones, ſed non perfectiſſimæ; & conſequenter milites earum profeſſi, erunt Religioſi perfecti in illo genere, ſed non in Apice perfectionis instituti: *& Suarez ſubjungit* ... quod prædicti milites, quoad ſtatum, ſunt verè, & propriè Religioſi, ſecùs autem quoad praxim, & uſum: qui velimus adulatores videri, & ſequitur doctiſſimus *Diana, p.* 8. *tract.* 1. *de poteſtate Pontiſ. reſol.* 73. § *legimus* *propè in fin.*

Quæſt. 12. *Status Religioſus, qui in dictis tribus votis conſiſtit, an ſit de Iure divino?*

1. RESpondeo affirmativè, loquendo tamen de Jure divino conſulente; non autem præcipiente; moveor, quia prædictus ſtatus Religioſus fuit immediatè institutus à Chriſto Domino per modum conſilii, & exhortationis, non autem præcepti, ut mirificè docet *D. Thom.* communiter receptus in lib. 3. *contra Gentil. cap.* 130. & *libro* ... & ideò hujuſmodi divinæ legis admonitiones, dicuntur conſilia, & non præcepta, in quantum ſuadentur homini, ut per meliora, minùs bona prætermittat; *D. Th.* 2. 2. *q.* 186. *ar.* 2. *in corp.* ibi, *tertio modo pertinet aliquid ad perfectionem, instrumentaliter, & diſpoſitivè, ſicut paupertas, continentia, abſtinentia, & alia hujuſmodi, &c.* & ... ex illo *Matth. cap.* 19. ubi Chriſtus Dominus juveni vitam æternam poſſidere petenti; ſic reſpondit, *Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me, & habebis theſaurum in Cœlo.* Hæc ibi, in quibus expreſſè conjungit paupertatem cum obedientia: expende ... *Vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me*; & dices, quod neceſſariò ſupponit caſtitatem; ... qui ſe ſemel connubio tradidit, non poteſt dici, quod reliquit omnia, dum uxorem retinet: immò neque ſeculum. Conjugatus enim tenetur circa res uxorias eſſe ..., ſuiſque filiis theſaurizare: ergo nequit dici eſſe perfectus Religioſus, ut benè notant *Sot. de Inſt. & Iur.* ... *qu.* 5. *art.* 3. *in* 2. *rat. concluſ. & P. Suar. tom.* 3. *de Relig.* ... *cap.* 2. *num.* 5. *in fin.*

2. Quod idem Dominus *in eod. cap.* 19. *Matt.* paulu... poſtea, & clariùs dixerit, ibi, *Sunt enim eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt, & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus, & ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtraverunt propter Regnum Cœlorum, qui poteſt capere capiat.* Hæc ibi; quæ omnia verba, de communi conſenſu Catholicorum ad votum caſtitatis referuntur.

3. Quòd item Dominus ibidem, pauld interiùs apertiùs declaravit, ibi, *Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.*

4. Item concluſio patet ex illo *Lucæ* 14. ubi poſtquam Dominus protulit eadem verba *Matth.* in calce ſubjungit; *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus*; Hæc ibi; quæ correſpondent verbis *cap.* 10. *ejuſdem Evangelii Lucæ*, ibi, *Nolite portare ſacculum, neque peram, neque calceamenta*; nec non illis *cap.* 10. *Evangelii Matth.* ibi, *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam.*

5. Quibus additur, quòd prædictus ſtatus ità à Chriſto Domino inſtitutus fuit illicò, à Sanctis Apoſtolis amplexatus, exequutus, ſivè exequutioni mandatus, ut liquet ex eodem *cap.* 19. *Matth.* ubi Petrus, nomine Apoſtolorum omnium Domino dixit, *Ecce nos reliquimus omnia*, id eſt, conjugium, & bona, ut explicat *S. Hieronymus lib.* 1. *contra Jovin. & ſequuti ſumus te*, ſupple tua conſilia, *quid ergo erit nobis?* &c. ergo nullus Catholicorum poterit de dicta concluſione dubitare.

6. Neque his obſtat Hæreticorum cavillatio, qua dicunt, quòd cum inſtitutio divina debeat eſſe circa particularia, & non conſtet Chriſtum Dominum aliquam Religionem in particulari inſtituiſſe, non eſt abſolutè dicendum, Religioſum ſtatum, ſeu Religiones inſtituiſſe, cùm nullam in particulari inſtituerit.

7. Quia nobis Catholicis ſufficit Chriſtum Dominum inſtituiſſe Religioſum ſtatum quantum ad omnia, quæ ſunt de ſubſtantia talis ſtatus, etiam ſi non inſtituerit particularem determinationem ejus ad talem regulam, vel circumſtantias: qui enim rei ſubſtantiam producit, abſolutè dicitur illam producere, & ſi accidentalia non producit, ut patet de Sacramento Baptiſmi, quod abſolutè dicitur Chriſtum inſtituiſſe, non quod hoc, vel illud inſtituerit, cùm nullum in particulari, ante hujuſmodi inſtitutionem, baptizaverit, ſed quia docuit, & inſtituit ſubſtantialia, & eſſentialia ad peractionem, & exercitium talis Sacramenti, ut patet *ex S. Baſilio in regul. monach. regul.* 19. *cap.* 1. *& reg.* 70. *cap.* 8.

8. Item reſpondeo, quòd falſiſſimum eſt, dicere, quòd divina inſtitutio debet eſſe circa aliqua particularia; nam inſtituere, nil aliud eſt, niſi deſignare talis rei ſubſtantiam, ſeu velle, ut talis res moralis, ſivè ſit ſtatus, ſivè Sacramentum, fiat hoc, vel illo modo, abſtrahendo à particularibus, & ab omnibus, etiam accidentibus, ut patet de Chriſto Domino, qui omnia Sacramenta inſtituit; non tamen omnia in particulari exercuit, vel contulit.

9. Item reſpondeo, quod Chriſtus etiam in particulari Religionem inſtituit, dum ad eam Apoſtolos congregavit, eoſque edocuit perfectionem religioſæ vitæ: unde Apoſtoli fuerunt verè Religioſi, & vota Religionis emiſerunt, prout ex multis, & præcipuè *S. Auguſtinus atteſtatur apud D. Thom.* 2. 2. *q.* 88. *ar.* 4. *ad* 3. ubi dicit, Apoſtolos voviſſe pertinentia ad perfectionem ſtatus, quando Chriſtum, relictis omnibus, ſunt ſequuti.

10. Id ipſum dicit idem *D. Thom. in q.* 186. *ar.* 6. *ad primum*, ubi ait, quod Apoſtoli Chriſtum ſunt ſequuti firmiter, & immobiliter per votum, ergo?

11. Cætera verò Hæreticorum ſophiſmata rejicit idem *D. Thom. in præcit. loc.* de quibus etiam videndi ſunt, *Sot. cit. loc. Miranda tom.* 1. *Manual. q.* 1. *ar.* 4. *Suar. tom.* 3. *de ſtat. Relig. lib.* 3. *cap.* 2. *Aſcanius Tamburinus tom.* 1. *de Jur. Abb. diſp.* 2. *q.* 8. *Joan. Azor. tom.* 1. *cap.* 23. *q.* 8. *Emin. Card. Bellarm. lib.* 2. *de Monach. cap.* 5. & ipſemet 3. *part. prax. tract.* 10. *de Prælat. q.* 1. ubi ad intentum multa habes.

Quæſt. 13. *An S. Papa poſſit Monachum profeſſum à ſolemni voto caſtitatis eximere?*

1. GRandis eſt iſta quæſtio, & pendet ex illa, an Papa poſſit ſolemnem Religioſorum profeſſionem irritare? Circa quam variant Doctores; nam *B. Albertus, re, & nomine Magnus, in* 4. *ſent. diſtinct.* 38. *ar.* 16. & 18. *Altiſiodorus in ſum. lib.* 3. *tract.* 28. *cap.* 1. *q.* 2. *D. Thom.* 2. 2. *q.* 88. *ar.* 11. *Capreolus in* 4. *ſent. diſt.* 35. *q. unic. ad argumenta Scoti, & Durandi contra ſecundam concluſionem. D. Bonaventura* 4. *de ſent. diſt.* 38. *art.* 2. *qu.* 3. *Eminent. Joannes à Turrecremata Dominicanus in cap. ſicut bonum,* 1. *cauſ.* 27. *q.* 1. *eruditiſſimus P. Fr. Joan. Viguerius Granat. tom.* 1. *de ſtat. Eccleſ. cap.* 27. §. 1. *verſ.* 21. *lit. O. Sylveſter magnus Theologus, & peritiſſimus Juriſta in ſum. ver. votum.* 4. *q.* 5. *Abulen-*

Abulenſis q.109. num.30. ubi quoſdam antiquos Canoniſtas pro ſua ſententia refert, *Sotus in 4. diſt.38. q.2. ar.2. & lib.7. de Juſt. & Jur. q.4. ar.2. D. Ambroſius Catherinus, lib.6. cap.2. Jacobus Alman in tractatu de poteſtate Papæ cap.15. Ludov. Lopez. 1. p. inſtruct. conſcientiæ, cap.49. Tabiena ver. diſpenſatio, q.7. Armilla eod. ver. num.12. Petrus de Aragona, 2.2. q.88. ar.11. licet dubius, Joann. Baptiſta Corradus 1. p. reſp. q.311. Torre de Relig. tom.1. q.88. ar.11. & alii Doctores non pauci,* reſpondent ad quæſitum negativè, ducunturque ex multis.

2. Primò, quia non poteſt Papa facere, ut res ſemel Deo conſecrata, permanens in ſuo eſſe, maneat non conſecrata, ut patet de Calice conſecrato, qui integer perſeverans, non poteſt fieri, ut deſinat eſſe conſecratus: implicat enim, ut idem identicè ſumptum, non ſit idem; ſed Religioſus per ſolemnem profeſſionem conſecratur divino cultui, ità ut eſſe Religioſum, aliud non ſit, niſi eſſe Deo conſecratum, ergo non poteſt S. Papa efficere, ut perſona Religioſa per profeſſionem Deo dedicata, quamdiu vivit, non ſit Religioſa.

3. Secundò, ex *cap. ult. Levitici,* ubi ſunt hæc præciſa verba *Animal autem, quod immolari poteſt Domino, ſi quis voverit, ſanctum erit, & mutari non poterit,* id eſt, nec melius malo, nec pejus bono: & paululum infra generaliter dicitur. *Quidquid ſemel fuerit conſecratum ſancto ſanctorum, erit Deo.* Hæc ibi, ergo ſi qua perſona eſt per ſolemne votum Religionis Deo conſecrata, non poteſt in alios uſus commutari.

4. Tertiò, *ex cap. cum ad Monaſterium 6. de ſtatu Monach.* ubi *Papa Innoc. in fin. decretalis;* ita loquitur, *nec æſtimet Abbas, quod ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo Monacho diſpenſare: quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeò eſt annexa regulæ Monachali, ut contra eam, nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere.* Hæc ibi, ubi *gloſ. in verb. abdicatio ſubnectit, & ità habes hic, quod Papa in multis, præter articulos fidei, diſpenſare non poteſt, ſcilicet, ut Monachus proprium habeat, & in voto continentiæ.*

5. Quartò, ex eo, quod Religioſus per ſuam profeſſionem ſolemnem, quæ conſiſtit in actuali traditione ſui ipſius, & acceptatione ejus, quæ nomine Eccleſiæ traditionem acceptat, tranſit in dominium, & proprietatem Religionis, cui ſe tradidit; ſed qui ſic traditur in alterius dominium, de jure naturali, & divino, non poteſt illi ſubtrahi ſine ejus injuria: etenim pacta, & contractus, naturali, & divino jure ſunt obſervanda, ergo?

6. Quintò, ex illo exemplo D. Matthæi Apoſtoli, qui maluit occidi, quàm permittere, ut Iphigenia, ſua ope Deo conſecrata, deſponſaretur Regi mortali; quamvis Rex ipſe dimidium ſui Regni illi offerret.

7. Sextò, quia ſtatus Religioſus eſt de Jure divino; nam, ut dictum eſt ſupra, licet modus practicandi eſſentialia vota Religionis, ſub hac, vel illa regula, ſub hujus, vel illius poteſtate, ſit de Jure Eccleſiaſtico: nihilominus ſubſtantialia vota fuerunt inſtituta à Chriſto Domino, & ab Apoſtolis acceptata; ſed Summus Pontifex nequit diſpenſare in jure divino, ergo?

8. Septimò, quia Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio corporali conſumato, ut probat *text. cap. unic. de voto in 6. adjuncta gloſſa in fine caſus, & docet Covar. tom.1. p.2. c.7. §.4. num.13.14.* aliter falleret illud Chriſti dictum *Matth.19. Quos Deus conjunxit, homo non ſeparet,* & fieret conjugibus magna injuria; ergo multò minus poterit diſpenſare in matrimonio ſpirituali, quod mediat inter Deum, & ſolemniter profeſſum; tum quia hujus matrimonii vinculum, eſt ſtrictius, & indiſſolubilius; tum etiam, quia per exercitium actuum profeſſorum, cenſetur conſumatum.

9. Octavò, quia nihil eſt melius continentia, pro quò poſſit fieri compenſatio, juxta illud *Eccleſ.26. Omnis ponderatio, non eſt digna animæ continentis.*

Exindè *D. Thom. cit. loc.* zelo cuſtodiæ caſtitatis Deo dicatæ, contra ſolitam ſuam urbanitatem dicit, quod Papa non poteſt facere, quod ille, qui eſt profeſſus Religionem, non ſit Religioſus, licet quidam Juriſtæ ignoranter contrarium dicant; & ibidem ad ſecundum dicit, quod in voto continentiæ perfectiſſimè ſolemnizato, licet non poſſit diſpenſari; hoc tamen non eſt, in quantum actus caſtitatis, ſed in quantum incipit [illegible] triam pertinere per profeſſionem Religionis: & [illegible] *in medio corp.* cum recitaſſet opinionem, quam probabilem exiſtimavit *in 4. ſentent. diſtinct.38. qu.1. art.4.* de diſpenſatione voti, quod ſcilicet ſi communis utilitas totius Eccleſiæ, aut unius Regni, vel Provinciæ expoſceret, poſſet convenienter, & in voto continentiæ, & in voto Religionis diſpenſari: illam rejiciendo [illegible] dicit ad primum, quod *periculis rerum humanarum obviandum per res humanas; non autem per hoc, quod res divinæ convertantur in uſum humanum. profeſſi autem Religionem, mortui ſunt mundo, & vivunt Deo. unde non ſunt revocandi ad vitam humanam, occaſione cujuſcumque eventus.* Hæc ille.

10. His tamen non obſtantibus; contraria opinio, quæ docet votum ſolemne caſtitatis Religioſæ, in caſu magnæ utilitatis Eccleſiæ, vel Reipublicæ Chriſtianæ, eſſe diſpenſabile à Papa, eſt verior, & communior, [illegible] que poſt Priſcos Theologos, Juriſtis, & Canoniſtas, defendunt *Petrus de Palude in 4. ſentent. diſtinct.38. q.4. art. 4. concluſ.11. S. Anton. in 3. par. tit.16. cap.1. § 10. & in [illegible] cap.7. caſu 12.* ubi plures Doctores pro hac ſententia refert, *Herveus quodlib.11. q.13. Franciſcus Ferrarienſis in 3. par. contra Gentil. cap.124.* ubi dicit, *Papam poſſe diſpenſare in caſu prædicto, per modum tamen interpretationis, & declarationis, Petrus Soto lect.5. de matrim. in fin.* ubi [illegible] ait, *neceſſaria, & legitima cauſa interveniente, non eſt cur Papa non poſſit in prædictis diſpenſare. Martinus Ledeſma in 4. 2. p. q.69. ar.7. in fin. Eminentiſſ. Cardinalis Caietanus late in 2.2. q.88. ar.11. & tom.1. opuſc.27. Anton. de Cordub. lib.1. q.24.* ſcitè *Ludov. Miranda 1. par. Manual. qu.2 [illegible] 8. Navarrus in ſum. cap.12. num.75. & in com.2. de re[illegible] mer.35. & cap. 22. num.21. D. Didacus Covar. tom.1. [illegible] tit. de teſtam. cap.2. num.10. verſ. nec me latet, Angel. ver. [illegible] tum 4. num.5.* opiperè *Michael Medina Minorita lib. [illegible] continent. Sacerdot. Tolet. lib.4. cap.18. num.5. Henriquez lib.12. de matrim cap.5. n.7. Valent. 2.2. diſp.6. q.6. [illegible] Joan. Azor. tom.1. inſtit. moral. lib.12. cap.7. q.1. ubi varios Doctores, & facta Summ. Pontificum, pro hac ſententia refert. Sanchez lib.8. de matrim. diſput.7. num.7.* luculenter *P. Suarez tom.3. de Relig. lib.6. de Religioſa profeſſ. cap. [illegible] per totum, Graff. deciſ. aur. 1. p. lib.2. de diſpenſatione cap.3 [illegible]* ſcitè *P. Gregor. Sayrus in ſua clavi Regia lib.6. c.11. de [illegible] diſpenſatione dub.1. nu.14. & ſequent. Bartol. à S. Fauſto in theſaur. Relig. lib.5. q.260. in novis.* & latè *lib.7. q.42. Martin. Bonacina tom.2. in 2. præcepto decalogi diſp.4. q.2. p. [illegible] 4. num.22. ubi ampliat ſuum dictum ad votum ſolemne obedientiæ, & paupertatis, Gratian. diſcep. forenſ. tom.3. c.45. num.9. Peyr. de ſubdito q.2. cap.24. ver. duo ſexto [illegible] tiſſimus Diana par. 8. tract. 1. de poteſtate Pontif. reſol. 7 [illegible]* opulenter 11. *D. Alexander Sperell. tom.1. deciſ.2. nu. [illegible] & ſequent. & dec.21. num.46. Roder. tom.1. qu.25. art.2. & tom.3. q.1. ar. 5. Thom. Malvenda in annal. Prædic. in 1. [illegible] tur. ſub anno Chriſti nati, 198. Baldus in l. ſi pater. §. ultimo ff. de adoptionib. cum fil. P. Raphael Averſa de matrim. q.4. de obligation. continentiæ, §. ad alteram quæſtionem. Joann. Bap. Lezan. 1. par. cap.2. num.6. & Egomet 2. p. tract.5. de tranſact. q.25. num.4.* & latè *in 4. p. tract. [illegible] q.16. nu.6. & tract.16. q.7. nu.5.* & alibi multoties, ut in *repertorio verbo votum,* & alii plures, quorum non eſt numerus, [illegible] probant opinionem multis modis.

12. Primò, quia Papa poteſt diſpenſare in voto ſimplici caſtitatis, ut probat *textus cap. meminimus 3. qui [illegible]*

vel

vel voventes, §. *verum*, & docet *D.Thom. 2.2. quæſt.88. ar.10. ad ſecundum, & q.89.ar.9.ad* 3. & ſequitur multis citatis, *Covar.tom.1.ſub tit.de teſtam.cap.2.num.12.in fin.* Ergo multò fortius poterit diſpenſare in voto ſolemni; nam votum ſimplex eſt de jure divino; ſolemnitas verò voti, eſt à ſola Conſtitutione Eccleſiæ, ut probat *textus c. unic. de voto in 6. & Conſtit. Gregor.XIII. incip. Aſcendente Domino, & dictum eſt hic ſupra qu.* 9. Sed poteſt ex cauſa juſta, & rationabili mutare, & irritare quaſcunque Conſtitutiones Eccleſiaſticas: qui enim fecit legem, poteſt legem deſtruere, ergo.

13. Dices, fortè, quod Summi Pontifices, ubi ſupra non loquuntur de ſubſtantiali ſolemnitate voti, quæ conſiſtit in ipſa actuali traditione voventis; quia hæc eſt de jure naturali, & divino, ut dictum eſt: ſed de ſolemnitate accidentali, quæ conſiſtit in modo acceptandi obligationem promiſſam; & hæc inventa eſt à Conſtitutione Eccleſiæ; quia, ut ſæpè dixi, falleris toto Cœlo; tum quia certum eſt *Bonifacium Papam Octavum in dicto cap.unic. de voto*, loquutum fuiſſe de ſolemnitate voti, quoad vim inhabilitandi perſonam ad matrimonium contrahendum; quandoquidem de hac ſola ſolemnitate fuerat ſibi propoſita quæſtio, & liquet, ibi, *quod votum debet dici ſolemne, ac ad dirimendum matrimonium efficax, nos conſulere voluiſti: & illicò ſubjungit, nos igitur attendentes, quòd voti ſolemnitas, &c.* ergo, ibi, loquitur de ſolemnitate, quoad effectum dirimendi matrimonium poſt contractum: tum etiam, quia ibi loquitur de voto ſolemni in communi, ſolemnizato, ſcilicet per ſuſceptionem ſacri Ordinis, vel religioſæ profeſſionis; & dicit utram ſolemnitatem, hanc vim habere à ſola Conſtitutione Eccleſiæ; ergo loquitur de ſolemnitate ſubſtantiali, non autem accidentali, quæ nullatenus poteſt hæc prædicta inferre, ut conſtat ex deciſis.

14. Secundò, quia aliud eſt loqui de ſtatu Religionis, & de traditione, ac votis quæ in eo fiunt, quantum ad ſubſtantiam & obligationem intrinſecam ipſorum, & aliud de peculiari ſolemnitate hujus, vel illius profeſſionis, quoad hunc effectum inhabilitandi perſonam ad matrimonium contrahendum; nam illud primum, eſt de jure divino, ut omnes atteſtantur: non autem hoc ſecundum, ſed eſt de jure Eccleſiaſtico; etenim aliud eſt loqui de jure divino inſtituente, & præcipiente modum inſtituta practicandi, ut patet de Baptiſmo, qui fuit à Chriſto inſtitutus, & præceptus, etiam quoad modum illum adminiſtrandi, ut conſtat, ibi, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto*, & ibi, *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.*

15. Aliud verò de jure divino inſtituente tantùm, ſed non præcipiente modum practicandi, ut patet de Sacramento Ordinis, quod fuit à Chriſto Domino inſtitutum; at non præceptum ſub hoc, vel illo modo; unde non omnes Chriſti fideles tenentur Sacramentum Ordinis ſuſcipere: nec Eccleſia Orientalis, & Occidentalis, uno, & eodem modo illud adminiſtrant: ſed ea, quæ ſunt de jure divino, quoad ſubſtantiam, & inſtitutionem tantùm; ſed non quoad modum illa practicandi, remanent in diſpoſitione Eccleſiæ, quoad modum illa practicandi, ut patet de Conſecratione Auguſtiſſimi Sacramenti Altaris, quæ ex divina inſtitutione debet fieri in pane; quòd autem ille panis ſit fermentatus, vel azimus, eſt ex determinatione Eccleſiæ; patet etiam de confeſſione Sacramentali, quæ licet ſit à Chriſto Domino inſtituta, & præcepta; tamen quoad illam, quoties, & quomodo practicanda, reſpicit determinationem Eccleſiæ, & ſic de aliis.

16. Confirmatur, & magis declaratur, ex eo, quòd Chriſtus Petro dixit, *Petre paſce oves meas, & quodcunque ſolveris ſuper Terram, erit ſolutum & in Cælis*: ergo Chriſtus Dominus reliquit Petro, & pro eo, cuivis Romano Pontifici, pro tempore exiſtenti in ſua Eccleſia amplam poteſtatem decidendi, & declarandi, quæ fortè obſcura, vel indeciſa remanſerunt, de quorum numero eſt hoc, de quo quæritur, aliàs per Chriſtum Dominum non fuiſſet benè proviſum Sanctæ Eccleſiæ.

17. Tertiò, ex eo, quòd à plenitudine poteſtatis Papæ, nihil poteſt excludi, quoad ſpiritualia: niſi ens impoſſibile, includens ſcilicet contradictionem, & repugnantiam; quòd excluditur ab omnipotentia Dei propter ſui incompoſſibilitatem, ergo vinculum Religionis, ob majus, & commune bonum, eſt diſſolubile, & diſpenſabile à Papa; cum ex nullo capite repugnantiam, vel infactibilitatem includat.

18. Quartò, moventur ex conſuetudine Eccleſiæ, quæ maximam habet auctoritatem; eique magis ſtandum, quàm dictis Sanctorum, prout ſapienter dicit *D. Thom. 2.2.q.10.ar.12.* quandoquidem Benedictus IX. Romanus Pontifex, anno Domini 1041. Caſimirum primum Poloniæ Regem, Monachum Cluniacenſem profeſſum, atque Diaconum, abſolvit à ſolenni voto caſtitatis, eumque liberè permiſit uxorem accipere, ut exindè filios ſibi procrearet, prout multis citatis referunt *Azor. clav. Reg. & Suarez ubi ſupra.*

19. Item Cæleſtinus Papa Tertius, circa annum Domini 1186. exemit à voto ſolemni religioſæ caſtitatis, Conſtantiam filiam Rogerii Regis Siciliæ, quæ erat Monialis profeſſa in Conventu Panormi; ad hoc, ut à voto Religionis abſoluta, nuberet Henrico Imper. prout de facto nupſit, ex quo Fridericum II. genuit, prout atteſtantur *Cajet. in loc. 2.2. S. Ant. 2.p. hiſtor. tit.19.c.6. Platina in vita Caleſtini, & Thomas Fazellus, qui res Siculas diſertè annotavit:* & quamvis *Baronius tom.12. Annalium*, ſub anno Chriſti 1186. hoc totum fabuloſum judicet: rejicitur tamē à noſtro *Malvenda*, ubi ſupra, multis citatis.

20. Item, Innocentius Secundus, circa annum Domini 1134. diſpenſavit cum Ramiro II. Aragonum Rege, ut uxorem aſſumeret, non obſtante, quòd antea fuerit Monachus Tomarienſis, & Abbas Sancti Facundi, & deindè Epiſcopus primum Burgenſis, ſecundo Pampilonenſis; & tandem Balbarcenſis, prout atteſtantur Annales Aragonici; *lib.1. cap. 50. Hiſpanici lib. 10.cap.25. Petrus de Palude citato loco, P. Suar. in d. lib.6.c. 16. num.6.*

21. Item Alexander Tertius, cum Nicolao Juſtiniano Monacho profeſſo diſpenſavit, ut poſſet matrimonium contrahere, ad hoc, nè ſua tam illuſtriſſima familia periret, qui exindè genitis filiis, & tribus filiabus, ad Monaſterium rediit, ubi poſteà obiit miraculis clarus, *Malvenda loc cit.* ubi multis relatis, invehit contra Baronium, qui hoc falſum eſſe putat, *tom.12. annal. ſub ann. Chriſt.* 1136.

22. Et tandem, aliis diſpenſationibus prætermiſſis, Gregor. XIII. diſpenſavit cum Germano Eminentiſſ. Cardinalis Loyſæ Gallo, Sacerdote profeſſo, & Provinciali Ordinis Cappuccinorum, *Bartol. à S. Fauſto in d. quæſt.* 42. Ideoque non eſt amplius de Papæ poteſtate diſputandum.

23. Nec his deciſis objecta nocent; nam dicitur ad primùm, quod licet Papa non poſſit facere, ut res ſemel conſecrata, remaneat non conſecrata: hoc tamen intelligendum eſt, in ſenſu compoſito, hoc eſt, durante, cum ipſa re, conſecratione; ſecus autem in ſenſu diviſo: undè illud, quòd dicitur de Calice conſecrato, eodem modo ſolvitur: nam etſi Calix ille, qui ſemel eſt Deo conſecratus, regulariter, ac de jure, in communes uſus nequeat converti: omiſſa tamen formula conſecrationis, ob juſtam cauſam, vendi, & emi, & ad alios uſus prophanos locari poteſt, ut benè advertunt *præcit. DD.* & additur, quod illud aſſumptum, procedit ſecluſa neceſſi-

neceſſitate, & authoritate ejus, qui poteſt diſpenſare: nam facto caſu, quòd aliquis laicus periculoſiſſimè ſitit, & non habet unde bibat, niſi per Calicem conſecratum: licitè poteſt eo uti ad bibendum, ne ſiti moriatur, ſicut David, & qui cum eo erant in neceſſitate, uſi ſunt panibus propoſitionis, qui erant Deo conſecrati: neceſſitas enim, quod eſt illicitum, licitum facit, *cap. quod non eſt licitè 4. de reg. jur.*

24. Et additur, ſecluſa auctoritate ejus, &c. quia, qui rem conſecravit ob commune bonum, poteſt illam exe-crare, & in alios uſus convertere.

25. Ad ſecundùm, qui dicunt, quod illud Levitici, fuit cæremoniale, quod per mortem Chriſti, extinctum eſt: alii negando paritatem, ajunt, quòd ſtatus Religioſus non conſiſtit in aliqua conſecratione, ut falsò ſupponitur, ſed in ipſa actuali traditione: profeſſio enim nihil aliud eſt, quam ipſamet abdicatio, & mancipatio ad divinum cultum, cum habitudine ad benedictionem, ſivè conſecrationem futuram, & hoc intellexit *D. Thom 2.2. ubi ſupra, & liquet ex deciſis q.9.* verum *gloſ. in jur. regul. 51.* intelligit prædictum dictum Levitici procedere in eadem forma, secùs ablatâ formâ: nam ad redemptionem captivorum, vel urgentia debita, Calices, & Vaſa alia Eccleſiaſtica vendi poſſunt, etiam laicis, conflata tamen, & minuta, ad quod probandum *Ibid. in verb. ſemel Deo*, adducit multa Jura.

26. Ad tertium deſumptum *ex c. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum*, dicitur, ut ſupra, quod ſcilicet Romanus Pontifex non poteſt diſpenſare, ut Religioſus inſimul ſit Religioſus, & uxoratus, non ob defectum poteſtatis, ſed quia cum hi ſtatus ſint inter ſe repugnantes, & contrarii, non ſunt inter ſe inſimul incompoſſibiles.

27. Ad quartum dicitur, quod quando Papa eximit Monachum à monachatu, nulli facit injuriam, cum in tali caſu diſponat de rebus ſibi commiſſis, ut dicitur *in c. inter corporalia de translat.* & patet, ibi, *non humana, ſed potiùs divina poteſtate conjugium ſpirituale diſſolvitur, cum per translationem, depoſitionem, aut ceſſionem, authoritate Romani Pontificis, quem conſtat eſſe Vicarium Jeſu Chriſti, Epiſcopus de Eccleſia removetur.* Hæc ibi; ex quibus benè apparet, quod S. Papa, ex cauſa poteſt de bonis, perſonis, & Juribus Deo quæſitis, & conſecratis, licitè diſponere, abſque ulla injuria tertii.

28. Ad quintum, deſumptum ab exemplo *D. Matth.* dicitur, quod non affertur ad propoſitum; nam in officio dicti Sancti, nihil dicitur de voto ſolemni Religionis; ſed ſolum Iphigeniam feciſſe votum virginitatis, in quo noluit Matthæus diſpenſare; non ob defectum poteſtatis; ſed fortè ob defectum legitimæ cauſæ; vel quia ficta erat illa promiſſio medietatis Regni; aut quia eo tempore talis diſpenſatio fuiſſet in detrimentum Religionis Chriſtianæ.

29. Ad ſextum dicitur, ut dictum eſt ſupra, quod ea, quæ ſunt ex jure divino inſtituente tantùm, & non præſcribente modum inſtituta practicandi, remanent in diſpoſitione Eccleſiæ, quoad praxim, & uſum: & additur, quod non poteſt negari Romanum Pontificem poſſe diſpenſare in jure divino, ſaltem per modum interpretationis, & declarationis, ut patet de reſidentia Prælati, habenda in ſua Eccleſia: quæ licet ſit de jure divino, ſecundùm illud, *Petre paſce oves meas*, nihilominus, ob rationabilem cauſam à Papa diſpenſatur.

30. Ad ſeptimum negando paritatem, dicitur, quod S. Papa non diſpenſat in matrimonio corporali conſummato, ne fiat injuria conjugibus, & proli, quòd nequit dici de matrimonio ſpirituali, ut dictum eſt immediatè ſupra, & habetur *in d. c. inter corporalia de translat.*

31. Ad octavum tandem, quod dicitur, non dari bonum æquivalens continentiæ, ob quod juſtè fiat diſpenſatio; reſpondet idem *D. Tho. 2.2. q. 88. ar. 11. in corp.* ibi, *ſed hoc non videtur efficaciter dici, quia bona animæ, utpote contemplatio, & oratio ſunt multò meliora bonis corporis, & magis Deo conformant; & tamen poteſt diſpenſari in voto orationis, vel contemplationis; unde non videtur eſſe ratio, quare non poſſit diſpenſari in voto continentiæ, ſi reſpiciatur abſolutè ad ipſam continentiæ dignitatem.* Hæc ille, qui aliam rationem exploſit, in hæc verba progreditur.

32. Et ideò *aliis videtur, quod in voto ſolemni continentiæ poſſit diſpenſari, propter aliquam communem utilitatem, vel neceſſitatem, ut patet in exemplo præmiſſo de pace terrarum, ex aliquo matrimonio contrahendo, Sed quia decretalis inducta expreſſè dicit, quod nec Summus Pontifex poteſt contra cuſtodiam caſtitatis, Monacho licentiam dare, ideò aliter videtur dicendum.* Hæc ille.

33. Ex quibus benè vides, amice lector, quod opinio iſta de indiſpenſabilitate voti ſolemnis, non eſt S. Thomæ abſolutè, ſed limitatè, juxta textum decretalis relatæ *cap. cum ad monaſterium, de ſtatu monach.* ut conſtat ex illis verbis, *Sed quia decretalis inducta expreſſè dicit, quod nec Sum. Pontifex, &c.*

34. Ex quibus liquidò apparet, S. Thomam non negaſſe dictam authoritatem Romano Pontifici abſolutè, ſed limitatè juxta textum *d. c.* hoc eſt, docuiſſe Romanum Pontificem non poſſe diſpenſare in voto ſolemni Religionis, ita ut aliquis Religioſus profeſſus, ſit monachus, & conjugatus ſimul: quia hoc implicat in adjectis, & repugnantiam continet, ut doctè notant *Emin. Cardin. in d. 2.2. ar. 11. & à S. Fauſto loc. cit. in §. profeſſio* [illegible] *ob rationem P. Suarez in d. tom. 3. de Religione, lib. 6. de profeſſ. Religioſa, cap. 17. num. 24.* exceſſit, & immeritò dixit, *videtur opinionem D. Thomæ non poſſe defendi, ſine errore ex quo hodie non videtur probabilis:* nam dum ſententia D. Thomæ fundatur *in d. c. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monach.* debet explicari, & intelligi prout explicatur, & defenditur *textus d. cap.* eò fortius, quia D. Thomas nunquam dixit ſolemnitatem voti eſſe de jure divino, ſed ex conſtitutione Eccleſiæ, ut *hic ſupra q. 9.* & etſi, quod dixerit, eſſe de jure divino; numquam tamen negavit Papam, ſaltem per modum interpretationis, vel declarationis, poſſe diſpenſare ſuper iis, quæ ſunt de jure divino. Unde meritò ſe correxit in ſubſequenti *num. 25.*

Quæſt. 14. An poſſidere aliquid in communi, diminuat perfectionem Religionis?

1. NEgativè *S. Thom. 2.2. q. 188. ar. 7. & 3. contra Gent. cap. 132. & in opuſcul. 17. contra retrahentes homines ab ingreſſu Religionis, cap. 15. & opuſcul. 19. contra impugnantes Relig. cap. 6.* opiparè, *noſter Joan. de Neap. Doctor Pariſienſis in ſuis variis quæſt. qu. 42. Eminentiſſ. Caiet. cit. loc. 2.2. Sylveſter in ſum. ver. Relig. 1. q. 5.* & eſt communis inter omnes Catholicos: dummodo tamen ſit moderatum, & fini Religionis correſpondeat: quia perfectio Religionis non conſiſtit eſſentialiter, in paupertate; ſed inſtrumentaliter, & diſpoſitivè, in quantum eſt inſtrumentum, & medium perveniendi ad perfectionem charitatis, quæ eſt finis ultimus Religionis, ut dictum eſt ſupra: ſed hoc medium, & inſtrumentum, ad conſequendum talem finem, non exigit, ut ſecundum totum ſuum rigorem, & ſecundùm omnes ſuos gradus practicetur, ſed ſufficit, ſi obſervetur in gradu à regula præſcripto; quandoquidem paupertas habet plures gradus; nam datur paupertas profunda, ſivè perfecta, qua Religio nihil poſſidet in particulari; ſed ſolum in communi, prout eſt Religio S. Benedicti, S. Auguſtini, S. Baſilii, S. Dominici, & ſimilium: magis perfecta, ſivè profundior, eſt illa, qua Religio, nec quidem in communi poſſidet, ut eſt Religio S. Franciſci de Aſſiſio Regularis Obſervantiæ, & Cappuccinorum, qui vivunt ſolùm ex eleemoſynis oſtiatim emendicatis: profun-

diſſima

diſſima autem, ac perfectiſſima paupertas eſt, quam obſervat illa Religio, quæ nec ex mendicatis; ſed tantùm ex ſibi ſpontè miſſis eleemoſynis vivit, qualis extat Illuſtriſſima Religio Theatinorum, quæ mihi in hoc ſemper fuit viſa rigidiſſima, cum ſoli, quoad victum, divinæ providentiæ innitatur: tum etiam quia ſic deciſum reperitur, *in Can. expedit* 8. *cauſ.* 12. *quæſt.* 1. & liquet, ibi, *ſine impedimento perfectionis poſſe Eccleſiæ facultates, quæ ſunt profectò communes, poſſideri; &c.* tum item, quia ſic habetur *Actuum Apoſtolorum* 2. ibi, *quod omnes, qui credebant, habebant omnia communia, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Et Actuum 4. dicitur, quod multitudinis credentium erat cor unum, & anima una,* nec quiſquam eorum, quæ poſſidebant, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſed erant illis omnia communia; tum tandem, quia in tali uſu, & praxi fuerunt omnes Sancti Religionum fundatores, vel inſtauratores, de quibus legatur *D. Thom. in præcit. loc.* quia ibi, Angelicè loquitur, *& Joann. de Neapoli, ubi ſupra*; quia conſtanter propugnando veritatem catholicam, ſapientiſſimè convenit Gulielmum Okam, qui anno Domini 1324. cum Michaele de Ceſenna, contra Papam Joannem XXII. ejuſque authoritatem inſurrexit, à quo Hæretici ſunt declarati.

2. Dixi, dummodò ſit moderatum, & fini Religionis correſpondeat; nam ut dicit *S. Thom. cit. loc.* 2. 2. unaquæque Religio, tantò erit ſecundùm paupertatem perfectior, quantò habet paupertatem magis proportionatam ſuo fini: manifeſtum eſt enim, quod ad exteriora, & corporalia opera vitæ activæ, indiget homo copia exteriorum rerum: ad contemplationẽ autẽ pauca requiruntur.

3. Hinc etſi Equites S. Jacobi de Spata, & conſimiles, poſſideant multa bona; ex quo tamen illa poſſident juxta inſtituta ipſorum, ad finem propugnandi fidem, ſunt veri Religioſi, non vitæ ordinariæ, & communis, ſed altioris, prout atteſtantur *Navarr. conſ.* 11 *de regul. & Suar. to.* 4 *de Relig. tract.* 9. *lib.* 1. *cap.* 4.

Undè, quoad odia, & rigores, propter ſpeciale privilegium à Summo Pontifice ſibi conceſſum, non comprehenduntur ſub jure Religioſorum, ut patet ex aliis allegatis, & refert *Lezana* 2. *p. ſum. cap.* 5. *num.* 19. *& ſeq.*

4. Neque his obſtat, quod dictum eſt immediatè ſupra, quod ſcilicet Religio tantò eſt perfectior, quantò pauperior, quia hoc, *teſte Cajet. ubi ſupra*, debet intelligi de perfectione, ſecundùm quid, hoc eſt, ſtando infra latitudinem boni paupertatis, non autem de perfectione abſolutè, & ſimpliciter dicta, quæ conſiſtit in perfectione charitatis; nam alia Religio poſſet pauperiorem excedere ſecundum altitudinem alterius majoris boni, ut puta obedientiæ, continentiæ, aut charitatis; quæ enim ſecundùm meliora excedit, eſt ſimpliciter melior, ut patet de utiliſſima, & illuſtriſſima Religione Societatis Jeſu, quæ licet non vacet choro, vacat tamen utilioribus operibus charitatis, per quæ viatores recedunt ab erroribus, & viam veritatis amplectuntur.

5. Nec replices dicendo, quod poſſidere res moderatas in communi, etiam ingerit ſolicitudinem, quæ poſſidentes retrahit à ſequela Chriſti, & conſequenter minuit profectum Religionis; quia falſa eſt conſequentia: nam ſolicitudo, quæ adhibetur erga res communes, pertinet ad amorem charitatis, quæ non quærit, quæ ſua ſunt: ſed communibus vacat, nè finis Religionis, ob defectum neceſſariorum ad victum, deſit in Monaſterio; ergo non minuit, ſed auget profectum Religionis: nec per illa verba *Matth.* 6. *Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, &c.* quia ibi, non interdicitur omnis ſolicitudo; ſed illa tantùm, quæ poſſet eſſe ſuperflua, & nociva: exindè benè apparet, quod habere ſuperabundantes & immoderatas divitias in communi, eſt impedimentum perfectionis, licet non totaliter eam excludat.

6. Undè *Eminentiſſ. Cajet. cit. loc. § in reſponſ. ad* 3. Hæc ſubnectit. *Perſpice, quam vituperabiliter tantas divitias multi Religioſi divites in communi conſumant in ſumptuoſis fabricis; & copioſi, redditus, qui Monaſteriis Monachorum, & hujuſmodi ſunt dati, non ad impedimentum præſtandum contemplativæ vitæ, quam magnarum divitiarum ſolicitudo impedit, ſed ut hoſpitalitati vacent, aut patres pauperum ſint, divertuntur in ſuperfluas expenſas, ità ut impleatur verbum Hieronymi, quod ſuſpirat eos Eccleſia divites; ſat eis eſſe deberet, quod habentes neceſſaria, ut pauperes Chriſti, tam in victu, quàm in habitationibus, reliqua pauperibus erogent, ut gauderet Eccleſia eorum divitiis, non enim eſt rationabile, tot ad Eccleſiaſtica Collegia donatas eſſe divitias, & niſi quia benè utebantur illis, & non ad divitias, aut pompam, ut hodie à multis fieri videtur, arbitrantibus ſe obſequium præſtare Deo in hujuſmodi ſumptibus.* Hæc ille; qui eſt omninò inviſendus, quia ibi religioſè loquitur, & chriſtiano zelo invehit contra illos, qui gulæ indulgentes, nec quidem quotidiana pitantia ſunt contenti: ſed quid inde dicendum de hoc noſtro ſæculo, in quo his, qui ingluviei intendunt, nec quidem tres, aut quatuor quotidianæ ſufficiunt.

Quæſt. 15. An ſtatus Religioſus fuerit ante adventum Chriſti?

1. ET dico, quòd ſic; per modum tamen figuræ, & adumbrationis, prout teſtatur *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 186. *ar.* 6. *in argum. ſed contra cui favet Roder. tom.* 1. *q.* 1. *ar.* 1. *Miranda* 1. *p. manual. quæſt.* 5. *ar.* 2. *Hieronymus Platti doctiſſimus Jeſuita lib.* 2. *de bono ſtatus Religioſi, cap.* 19. *Azor. tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 23. *quæſt.* 8. & conſtat ex illo *Pauli ad Hebr.* 7. ubi dicit, *quod nihil ad perfectum adduxit lex; & ad Galat.* 4. ait, *quod tempus veteris legis, fuit tempus infantiæ,* ibi, *ità & Nos cum eſſemus parvuli, ſub elementis mundi hujus, eramus ſervientes, &c.* & patet de Nazareis, Elia, Elizæo, Samuele & aliis, qui fuerunt figura Monachorum noſtri temporis, & de Judith, & Nazareis fœminis, quæ fuerunt umbra Sanctimonialium novæ legis: ſecus autem dicendum, quoad eſſentiam, & ſubſtantiam perfectionis ſtatus Religioſi: quia ſic fuit inſtitutus immediatè à Chriſto Domino, ut conſtat ex verbis ſacræ ſcripturæ, per extenſum relatis immediatè ſupra *quæſt.* 9. & patet de Apoſtolis, de S. Maria Magdalena, S. Martha, & aliis Virginibus, de quibus latè dico infra *in tract.* 3. *de clauſura monial. q.* 10. & latius *tract. de Eremit. q.* 4.

2. Confirmatur concluſio, & magis declaratur: quia ſtatus Religionis eſſentialiter conſiſtit in ſæpe dictis tribus votis ſolemnibus, quæ impediunt matrimonium ratum, non conſumatum, & dirimunt ſubſequens contrahendum, fiuntque in manu Prælati, ad præſcriptum Eccleſiæ, quod non poteſt dici de votis illius temporis, ſi quà fortè tunc aderant: nam nullibi legitur, quod fuerint ſolemnia, perpetua, perpetuò inhabilitantia voventes ad contrahendum, vel quod fierent in manu Prælati ad præſcriptum Summi Pontificis, ergo.

Quæſt. 16. An ſtatus Religioſus admittat diverſitatem Religionum?

1. REſpondeo affirmativè; nam, ut res ipſa docet, in eo, aliæ ſunt Monachales, aliæ Mendicantes, aliæ Clericales, aliæ Militares, aliæ Hoſpitalariæ, aliæ Tertiariæ, & ſimiles: & meritò, nam ſicut in Eccleſia univerſali reperitur diverſitas ſtatuum, ut puta Epiſcoporum, Monachorum, Prædicatorum, & Doctorum, & colligitur ex illo *Pauli ad Epheſios* 4. ubi ait, *Ipſe, ſcilicet Chriſtus dedit quoſdam Apoſtolos, alios verò Evangeliſtas,*

alios autem Paſtores, & Doctores ad conſumationem Sanctorum.

2. Ità cæteris paribus in ſtatu Religioſo reperiuntur multiplices, ac diverſæ Religiones, aliæ vacantes vitæ contemplativæ, aliæ activæ, aliæ mixtæ, & horum ſtatus, alius incipientium, alius proficientium & alius perfectorum.

Quod totum amplia ad moniales, quæ cum ſint acceſſoriæ ad Religiones virorum, ſequuntur naturam ſui principalis: exceptis tamen iis, quæ fortè ſexui repugnant.

3. Undè in ipſarum ſtatu, aliæ ſunt monachales, & aliæ Mendicantes, *cap. periculoſo in §. ſanè de ſtatu regul. in 6.* aliæ Canonicales, ſeu militantes ſub Regula Canonicorum, aliæ militares, hoc eſt, viventes ſub regula Ordinum Militarium, inſignia, & habitum illorum deferentes.

4. Et quamvis moniales nequeant concionari, confeſſiones ſuſcipere, militare & ſimilia peragere, quæ ad vitam activam ſpectant; nihilominus non deſinunt eſſe Religioſæ mendicantes, cum ſatis eis ſit, quod unaquæque Religio monialium illa mendicantem imitetur, cujus habitum ſuſcepit, regulam eſt profeſſa, & ſtatuta obſervat, ut praxis ipſa docet.

Quæſt. 17. An fuerit rationi conſonum, tot Religiones eſſe in Eccleſia?

1. PHœnix Doctorum *S. Thom. 2. 2. q. 183. ar. 2. & q.* 188. *ar.* 1. reſpondet ad quæſitum affirmativè, tum quia hoc pertinet ad decorem, & pulchritudinem Eccleſiæ, ut dicitur *Pſalmo* 44. & liquet ibi, *adſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato: circumdata varietate, &c.* nomine autem Reginæ, intelligitur Eccleſia, & nomine varietatis, qua condecoratur Eccleſia, intelliguntur variæ, ac diverſæ Religiones, quæ multifariè Eccleſiam decorant, & ornant, *Joan. de la Cruz de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 1. dub. 2. Lud. Miranda tom. 1. manual. qu. 2. de Relig. ar. 1. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 1. nu. 2. & P. Franciſcus Pellizz. tom. 1. manual. de varietate Religionis tract. 1. c. 3. ſect. 1. q. 1.* tum etiam, quia cum ſtatus Religionis, ut ſæpè dicitur, ſit quædam ſchola, ſeu exercitium, quo aliquis exercetur ad perfectionem charitatis; cumque etiam diverſa ſint charitatis opera, quibus homo poteſt vacare, & diverſi ſint modi exercitiorum charitatis, in quibus poſſunt ipſimet Religioſi ſe occupare, convenientiſſimum fuit, ut tot diverſæ Religiones eſſent in Eccleſia ad exercendum tot diverſos actus charitatis: tum item, quia ſicut in naturalibus, perfectio, quæ eſt in Deo ſimpliciter, non poteſt eſſe in creaturis, niſi multipliciter: ſic perfectio gratiæ, quæ in Chriſto, ſicut in capite adunatur, ad ejus membra diverſimodè redundat; ut ſic corpus Eccleſiæ perfectum ſit; ad quod facit, quod dicit *Apoſtol. Corinth.* 12. ibi, *ſicut in uno corpore multa membra, non eundem actum habent, ità multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.*

2. Ergo ad participationem gratiæ Chriſti, multiplices Religiones, tam virorum, quàm fœminarum requiruntur: tum tandem quia varia ſunt, ac diverſa hominum ingenia; propenſiones variæ, nec eædem inſunt hominibus vites, unde unus appetit ſolitudinem, alius ſocietatem, & ſic de ſingulis, ut ajebat Abbas Neſtorius apud Caſſianum in collat. Patrum. Igitur de ſpeciali Dei providentia, & ex ſpeciali nutu Spiritus ſancti, reperiuntur in Eccleſia tot diverſæ, ac multiplices Religiones, ad hoc, ut unuſquiſque Chriſti fidelium ſequi poſſit ſuam propenſionem, & naturam in obſequium Dei.

3. Quibus accedunt tot exempla Sanctorum, qui varias Religiones inſtituerunt necnon communis conſenſus Eccleſiæ, & etiam Summorum Pontificum authoritas, qua tot varias Religiones approbarunt.

4. Unde meritò *Gregor. XIII. in ſua Bulla incip. Aſcendente Domino,* dicit, *Cum divina providentia, pro temporum neceſſitate, varia, & ſalutaria ordinum inſtituta in Eccleſia ſua produxerit, noviſque in ea ſubindè naſcentibus morbis, nova remedia, noviſque emergentibus hoſtium impugnationibus, nova regularium ordinum auxilia excitarit, & cuique illorum, juxta cujuslibet peculiaris gratiæ vocationem, peculiares quaſdam notas, peculiaria inſignia, & opportuna, ad finem, quem intendunt media ſugeſſerit, &c.* Hæc ibi.

5. Ex quibus benè apparet, quod non ſolùm fuit expediens, eſſe in Eccleſia tot diverſas Religiones virorum, & fœminarum: verùm apprimè neceſſarium, ut prædictæ rationes demonſtrant: quo fit, ut concluſio ſit de fide, & ſine errore in fide, oppoſitum non poſſit defendi.

6. Neque his nocet dicere, quod unus eſt Deus, una fides, unum Baptiſma, una charitas, & unus omnium Chriſtianorum ultimus finis, & cultus, quod Deus ipſe colitur.

7. Quia licet unus ſit Deus, &c. multa tamen ſunt media, exercitia & modi, per quos pervenitur ad profectum charitatis, & ad talem finem, &c. ideoque licet in omnibus Religionibus ſint eadem ſubſtantialia vota: non tamen uno, & eodem modo practicantur.

8. Quapropter pluralitas iſta Religionum non repugnat unitati fidei, & charitatis, cum omnes conveniant in ſubſtantia Religionis, hoc eſt in perfectione charitatis; quæ reſpicit Deum, & homines; & diſconveniant in exercitiis, & mediis perveniendi ad illam. Unde omnes Religiones dicuntur una Religio, quoad ſubſtantiam: diverſæ tamen & plures, quoad accidentalia, ut ſcitè probat *S. Thom. loc. cit.*

9. Nec proindè dices, ergo dictæ Religiones non differunt ſpecie inter ſe; quia licet hoc ſit verum quoad finem genericum omnium Religionum, qui eſt perfectio charitatis, ut dictum eſt.

10. Differunt tamen ſpecie, quoad fines ſpeciales; nam unaquæque Religio, ultra finem generalem habet ſuum finem particularem & ſpecialem, ut puta docendi, prædicandi, contemplandi, redimendi captivos, defendendi fideles, per quos particulares fines, Religiones ſunt inter ſe diverſæ, & ad invicem diſtinguuntur, *D. Thom. loc. cit.*

11. Unde latrent Hæretici quantum volunt, quia non mordent, quando dicunt, quod dicere, hos Religioſos eſſe Sancti Dominici, & hos eſſe Sancti Franciſci, eſt dicere ego ſum Pauli, ego autem Apollo, quod reprehendit *Paulus 1. ad Corinth. &* 3.

Nam qui ità dicebant, videbantur dicere, quod fides Pauli, & Apollo eſſent inter ſe ſubſtantialiter differentes circa finem genericum Apoſtolatus; quod erat falſiſſimum; quia hoc erat ſchiſma, & contentiones in Eccleſia introducere; meritò ſunt reprehenſi ab Apoſtolo *cit. loc.* quod non poteſt procedere in caſu noſtro; tum quia nullum imminet fidei periculum; tum etiam, quia fratres S. Dominici, & fratres S. Franciſci, conveniunt in fine generico Religionis; nam omnes laborant pro Dei cultu, omneſque ſtudent attingere perfectionem Religionis; diverſis tamen mediis, & exercitiis.

12. Nec replices dicendo, impoſſibile eſſe, quin ex hac varietate Religionum emanent multæ lites, contentiones, & murmura; cum aliæ alias præcedere intendunt, vel honore aut loco, vel fama, aut exiſtimatione, literis, & ſimilibus, quibus laici, aut ſcandalizantur, aut impediuntur in bono proficere.

Nam licet ex hac varietate ſequi videantur incommoda prædicta: nihilominus habito reſpectu ad tot commoda, & magnas utilitates, quas Religiones afferunt,

Digitized by Google

afferunt, pro nihilo reputantur: & additur, quod res humanæ ità ſunt, ut ſine aliquo incommodo poſſideri nequeant: ideoque quando hæc ſequuntur, non ex re ipſa, ſed ex infirmitate, & malitia humana naſcuntur, non tamen ſunt omittenda bona propter mala.

13. Neque tandem nobis objicies, quod *S. Baſilius in regul. q.* 35. quærens, an expediat in eodem Pago plures eſſe Religioſorum Conventus? Reſpondet, non expedire; tum quia difficilè eſt, unum invenire condignum Prælatum, nè dum plures, tum quia inter eos, qui ſunt ejuſdem artis, facilè oriuntur contentiones & æmulationes, juxta illud, figulus figulum odit; quandoquidem hoc argumentum fuit ſupra ſolutum; tum etiam, quia *S. Baſilius cit. loc.* non loquitur propriè de diverſitate Religionum, ſed de multiplicatione domorum ejuſdem Religionis in eodem Pago, quod eſt aliud à caſu noſtro; tùm item, quia tunc temporis non reperiebantur homines, qui hujuſmodi domos poſſent utiliter regere; etenim tunc temporis regulariter Monachi non erant Sacerdotes, neque docti, quod non eſt dicendum de tempore noſtro; cætera autem vide apud *S. Thomam ubi ſupra.*

Quæſt. 18. *An ſtatus Religioſus, perpetua traditione, & ſine interruptione, ſemper fuerit in Eccleſia?*

1. VT certa ab incertis ſeparentur, adverte, quod non agitur hic de perpetua traditione ſtatus Religioſi ab Elia, Eliſæo, & ſimilibus: quia ille ſtatus, non fuit verè, & propriè ſtatus Religionis: niſi per modum umbræ, ac figuræ, ut dictum eſt ſupra. Sed de perpetua duratione ſtatus Religioſi, qui mcæpit à tempore Chriſti, & Apoſtolorum, & perſeverat uſque ad præſens in Eccleſia, affirmat communis Patrum conſenſus & traditio, ut atteſtatur *S. Dionyſius, qui fuit immediatè Apoſtolorum diſcipulus, in cap. 6. Eccleſ. Hier.* ubi de Monachorum inſtitutione, Epiſtolam ſcribit ad Demophilum Monachum, *S. Hier. de Virg. Illuſtr. in Philippo, & Marco,* ubi refert, tempore Marci Evangeliſtæ, longè ante diu fuiſſe Monaſteria in Ægypto, & Alexandria, *Euſeb. lib. 2. hiſt. cap. 16.* & alii plures, quos allegat, & ſequitur *P. Suarez tom. 3. de Relig. lib. 3. de authore, origin. & antiquit. ſtatus Religioſi, cap. 3. num. 2. & ſequent.* ubi annos enumerat, & ſupputat.

Quod etiam poteſt ratione ſuaderi; nam ſuppoſito, quod omnis Religio ab Apoſtolis ſumpſit exordium, qui pretia prædiorum conſervabant, & diſtribuebant unicuique prout opus erat, & docet *S. Thom. 2. 2. q. 188. art. 7. in fin. corp.* & clarè habetur in *Act. Apoſtol. 4.*

2. Exindè non incongruè infertur, ergo hi, qui de manu Apoſtolorum Religionem aſſumpſerunt, cæteros pariter Religioſos effecerunt; & hi alios, & alios, & ſic de ſingulis; quod optimo jure probatur; nam unuſquiſque naturali appetitu, appetit facere ſibi ſimile, ergo ſicut Apoſtoli Religioſi Religioſos effecerunt, ità & hi alios & alios, & ſic de ſingulis, cum vis gratiæ Chriſti, non ſit inferior ipſa natura. Unde etiam *Paulus dicebat 1. Corinth. 7. Volo autem omnes eſſe, ſicut meipſum,* ergo.

3. Quod amplia ad Moniales, quæ ſub ſtatu Religioſo comprehenduntur; hæ namque, etiam in illo tempore fuerunt, & à Sanctis Apoſtolis originem traxerunt, prout tradunt *Tertull. in ſuo lib. de Virgin. & Cyprian. libr. de habitu Virg.* & conſtat ex eo, quia Matth. Iphigeniam, Paulus Teclam, Petrus Petronillam Virgines conſecrarunt, & Martha Maſſiliæ Collegium Virginum congregavit, cum quibus uſque ad mortem ſanctiſſimè vixit. Theophila circa annum trecenteſimum, Nicomediæ multa Virginum regebat Monaſteria, & in eodem ferè anno in Hiſpania floruit Monialium Virginum ſtatus, ex *Elibertin. Concil. cap. 13. & 27. Suar. cit. loc. num. 12.* ex quibus manifeſtè apparet, quod ſtatus, tam Monachorum, quàm Monacharum, incæpit à tempore Apoſtol. & ſine intermiſſione in Eccleſia perſeveravit, ad quæ vide, quæ dico *tract. de Eremit. q. 4.*

Quæſt. 19. *Hæ Religiones eruntne ſemper in Eccleſia, uſque in diem Iudicii univerſalis?*

1. ET dico, quod ſic; probabiliter tamen loquendo, tum quia ea, quæ ſunt de jure divino ſunt immutabilia, & ſemper perſeverant, ut dictum eſt ſupra; tum etiam, quia diverſitas ſtatuum, utputa Epiſcoporum, & Monachorum, & officiorum, Doctorum, ſcilicet & Prædicatorum, non ſolùm ſunt de ornatu, & utilitate Eccleſiæ, ſed etiam de neceſſitate, ut dictum eſt hic ſupra *q. 17.* & docet *Lud. Miranda tom. 1. manual. qu. 2. ar. 1.* ergo ſemper erunt in Eccleſia ad occurrendum emergentibus morbis, ut dicit *Gregor. XIII. in ſua Bulla Aſcendente Domino.* Sed Eccleſia ſemper erit, & nunquam deficiet, & colligitur ex illo *Luca 22.* ubi Chriſtus Petro dixit, *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos;* quod dictum intelligendum eſt, non ſolùm de Apoſtolis, qui tunc erant, ut roborarentur à Petro, ſed etiam de omnibus fidelibus, qui uſque ad finem mundi, futuri erunt, ne ſcilicet aliquis credentium diffidat, teſte *Theoph.* quem refert *S. Thom. in ſua caten. aurea in d. c. Luc.* ergo.

2. Confirmatur, & magis declaratur, nam de annexis, & connexis, idem eſt judicium, & juxta *Iur. reg.* acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, ergo ſtante Eccleſia, ſtabunt & Religiones, quæ ſivè ſint acceſſoriæ, ſivè utiles, ſivè neceſſariæ, mihi ſufficit, quod ſemper ſequuntur Eccleſiam, ergo Eccleſia nunquam videbitur ſine ſua varietate; ad hoc facit id, quod dixit Sanctiſſimus Patriarcha Franciſcus de Paula, inſtitutor inclyti Ordinis Minimorum, quod ſcilicet circiter tempora univerſalis Judicii, erit in Eccleſia nova Religio, quæ mirabilia operabitur; & colligitur ex *Epiſtola 1. opuſcul. eius Neapoli impreſſorum* 1642. ubi leguntur hæc formalia verba.

3. *Et iterum futurus eſt Sanctus, hic erit magnus Princeps, & Rector Congregationis Sanctorum Cruciferorum Jeſu Chriſti, cum quibus deſtruet totam ſectam Maometicam, cum reliquis infidelibus, annihilabit omnes hæreſes, & tyrannides totius orbis deſtruet, quia talis eſt voluntas Altiſſimi.*

4. Quod idem repetit *in Epiſtola 4. eiuſdem opuſculi, &c.* an autem hæc ita erunt, futurus probabit eventus: unum ſcio, quod Sanctus iſte habuit donum prophetiæ in gradu heroico, & prophetico ſpiritu futura multa prædixit, ut teſtatur Eccleſia in feſto ipſius.

Quæſt. 20. *An ſtatus Religioſus, quoad ſubſtantiam, idem ſemper fuerit in Eccleſia?*

1. AFfirmativè dic; tum quia Religioſus ſtatus, quoad ſuam ſubſtantiam, & eſſentiam, eſt de jure divino, etenim fuit immediatè à Chriſto Domino inſtitutus, ut liquet ex deciſis, *hic ſupra q. 9.* ſed illa, quæ ſunt juris divini, immutabilia ſunt, & eadem ſemper apud omnes, ergo; tum etiam, quia ſtatus Religioſus ſubſtantialiter ſumptus, conſiſtit in actuali traditione propriæ perſonæ, qua homo ſe totum divino ſervitio conſecrat, profitendo illa tria Evangelica conſilia, paupertatis, caſtitatis & obedientiæ, ut dictum eſt ſupra, & eleganter ex multis oſtendit *D. Thom. 2. 2. q. 186. ar. 6.*

Digitized by Google

ar.6.& 7. ſed talis fuit ſtatus Religioſus primitivæ Eccleſiæ,& qui nunc eſt,ut res ipſa docet, ergo.

2. Amplia,ut ferè ſit idem,etiam in cæremoniis,& religioſis ritibus,communiter ſumptis; nam magna convenientia eſt inter Religioſos primitivæ,& præſentis Eccleſiæ,prout ſunt habitus,communis habitatio, chorus, exercitia, actiones, & ſimilia, quæ ad Religioſam vitam ſpectare videntur; quod etiam habet locum in Monialibus.

3. Hæ namque, etiam olim ſpeciali habitu utebantur, quo ab aliis diſtinguerentur, ex *Conc.Carth.4.c.ultim.* licet honeſto, & Religioſo, & ſociatim vivebant, ſerviebant choro, ut teſtantur *S.Baſilius in regul.* 14. *S.Hier.in Epiſtola ad Detriadem*, *& S.Benedict. in regul.* 54. quas valde ab Hæreticorum calumniis propugnando, defendit *D.Thom.2.2.qu.*187.*ar.*7. ubi latè de Monachorum veſtibus, & in *opuſc.* 19. *cap.*8. ubi acriter invehit contra eos, qui intendunt famam Religioſorum maculare: de qua re legendi ſunt *Eminen.Bellarm.lib.2.de Monach.*5. ubi contra ſibila Calvini multa refert, & *Suar.tom.3.de Relig.lib.3.c.*4. ubi ad caſum poſitum multa adunat.

Quæſt. 21. *An Religioſi debeant ſuos injuriatores tolerare?*

1. Affirmativè *S.Thom.in quodlib.5.ar.26.* loquendo tamen de injuriis perſonalibus, quia in his decet perfectos viros eſſe maximæ patientiæ, ut ſint parati plura ſufferre, ſecundùm illud *Matth.*5. *Si quis percuſſerit te in dextera maxilla, præbe ei alteram:* ſecùs autem dicendum de injuriis illatis, quoad ſtatum ipſorum, utputa cum quis verbis, vel factis deroget ſtatui perfectionis: hoc enim vergeret in injuriam Dei, ad quorum probationem ſubjungit, contra quoſdam: Dicitur *Ezech.*14. *Non aſcendiſtis ex adverſo, nec oppoſuiſtis pro domo Iſrael:* ergo non debent pati ſuum ſtatum impugnari, at reſiſtere in quantum poſſunt; hinc Dominus injurias, quæ contra humanitatem ejus inferebantur, patienter toleravit: ſicut cum Judæi dicebant, *Ecce homo vorax, & potator vini*, ut habetur, *Matth.*6. & ſicut Diabolus dixit ei, *Mitte te deorſum*, quod videbatur ad propriam injuriam pertinere: ſed injurias Dei non tolerabat; unde Phariſæos durè redarguit *Matth.* 12. quia dicebant, quod in Beelzebub ejiceret Dæmonia, quod pertinet ad injurias Spiritus ſancti; & ſimiliter cum Diabolus ei dixit, *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me*, quod ad injuriam Dei pertinebat, ſtatim in eum repulit, dicens, *Vade Sathana*, ut habetur *Matth.*4. ubi dicit *Chryſoſtomus, illius diſcamus exemplo, noſtras quidem injurias unanimiter ſuſtinere: Dei autem injurias, nec uſque ad auditum ſufferre, quoniam in propriis injuriis eſſe quemlibet patientem, laudabile eſt. Injurias autem Dei diſſimulare, nimis eſt impium.* Hæc ille.

2. Hujus generis argumentum fusè proſequitur *in opuſc.* 19. *contra impugnantes Religiones, cap.* 14. ubi eorum extenſis argumentis, qui nitebantur probare, Religioſos non poſſe licitè ſuis contradictoribus reſiſtere, ſubdit.

3. *Eſt ergo in reprehendentibus diſtinguendum; quia, aut ordinatè reprehendunt, & intentione correctionis; & ſic ſunt, non ſolùm ferendi, ſed diligendi: aut reprehendendo, falſa imponunt, apud alios detrahentes: & tunc quandoque ſunt pariter ſuſtinendi: quando ſcilicet talis detractio, non multum nocet aliis, generando ſcandalum in cordibus auditorum; quandoque autem, ſi fieri poteſt ſunt repellendi, non amore privatæ gloriæ, ſed communis utilitatis: ſi verò repelli non poſſunt; nihilominus patienter tolerandi ſunt.* Hæc ille.

4. Et in ſubſequenti *cap.*15.§.*ſciendum eſt*, ſic loquitur. *Conſiderandum eſt, quod aliqui Religioſorum adverſarii, impugnant ipſam Religionem, vel Religioſorum ſtatum in his, quæ ad ſpiritualia pertinent: aliquando verò in temporalibus: & ſiquidem in ſpiritualibus impugnentur, totis viribus reſiſtere debent, & præcipuè in illis, in quibus non ſolùm ſibi, ſed & aliis proſunt, quia cum Religionis ſtatum, non aſſumant, niſi ut ſpiritualibus vacent; per impugnationem perfectionis propoſitum impeditur: unde ſicut perfectionis eſt, ut homo perfectionis propoſitum cuſtodiat, ità & ut impedimentibus reſiſtat: ſi autem pro temporalibus: tunc perfectionis eſt, ut quis damnum patienter ſuſtineat: quod vergit in ſuum proprium detrimentum: niſi fortè inferenti violentiam conſulere vellet, ejus malitiæ reſiſtendo.* Hæc ille.

Quæſt. 22. *An liceat Religioſis occidere calumniatorem, crimina gravia de ſua Religione ſpargentem, vel ſpargere minantem, ſi aliter ea calumnia arceri non poſſit?*

1. Doctiſſimus *Franciſcus de Amico tom.5. de juſt. diſput.36.ſect. 7. numm.*118. reſpondet ad quæſitum affirmativè,& ſe fundat, tum in defenſione famæ, quæ ex virtute, & ſapientia naſcitur, tum in defenſione honoris, qui eſt verus honos; cum ſit præmium virtutis, quem juſtè Clerici,& Religioſi defendere debent; quandoquidem fama, & honor, eſt majus, & pretioſius bonum hominis, quàm omnia alia bona extrinſeca, divitiæ ſcilicet, dominia, potentatus, &c. ut docet *D.Tho.2.2.q.*103.*ar.*1. *ad ſecundum*, & liquet ibi; *Sed nihil poteſt eſſe in humanis rebus, & corporalibus majus honore; in quantum ſcilicet ipſa corporales res, ſunt ſigna demonſtrativa excellentis virtutis: tum item in illa regula, qua dicitur, vim vi repellere licet, cum moderamine inculpatæ tutelæ: exindè infert, ergo ſaltem hunc honorem poterunt Clerici, & Religioſi, cum moderamine inculpatæ tutelæ, etiam cum morte invaſoris defendere: quin interdum lege ſaltem charitatis videntur ad illum defendendum teneri, ſi ex violatione propriæ famæ, tota Religio infametur.* Hæc ille. Qui diſputationis gratia hanc opinionem refert, eam tamen non tenet, ut expreſsè habetur 2.2.*q.*64.*ar.*4.*& opuſc.*19.*cap.* 15.§.*ſciendum.*

Verùm hæc opinio, ſi opinio dici poteſt, communi ſententiæ adverſatur; & meo videri, ob multa non poteſt ſuſtineri.

2. Primò, quia ex Diametro opponitur *cap.de his 6.diſtinct.*50. ubi cuidam Sacerdoti, qui ſe defendendo, Paganum occiderat, Dominus Papa, ſic loquitur.

De his Clericis, pro quibus conſuluiſti, ſcilicet, qui ſe defendendo, Paganum occiderunt, ſi poſtea per pœnitentiam emendati, poſſint ad gradum priſtinum redire, aut ad altiorem conſcendere; ſcito nos nullam occaſionem dare, nec ullam tribuere eis licentiam, quemlibet hominem quolibet modo occidendi; verum ſi contigerit, ut Clericus Sacerdos talis ordinis, ſaltem Paganum occiderit, multum ſibi conſulit ſi ab officio Sacerdotali receſſerit: latiuſque eſt illi in hac vita Domino ſub inferiori habitu, irreprehenſibiliter famulari, quàm alta indebitè appetendo, damnabiliter in profundum demergi. Hæc ibi.

3. Secundò adverſatur *c.ſuſcepimus*, 10. *de homicidio*, ubi quidam Monachus, ex quò occidit duos latrones, timens nè occideretur ab illis, declaratur irregularis, & liquet ibi, *verum, quoniam expediebat potiùs poſt tunicam, relinquere pallium, & rerum ſuſtinere jacturam, quàm pro conſervandis vilibus rebus & tranſitoriis, tam acriter in alios exardeſcere; abſtineat iſte humiliter ab Altaris miniſterio, & uterque peccatum ſuum, ad arbitrium tuum, ſtudeat expiare; conſtat enim eos contra manſuetudinem Eccleſiaſticam, ex utriuſque ope interemptos.* Hæc ibi; quæ multò magis debent habere locum in caſu noſtro, quam in caſu expreſſo *in dict. cap. ſuſcepimus*; nam ibi Papa loquitur in caſu invaſionis vitæ: nos autem verſamur in caſu

Digitized by Google

caſu invaſionis honoris, & famæ, quæ minoris pretii ſunt, quàm vita: unde *gloſſ. prædict. cap. ſuſcepimus, in ver. ligaverunt*, ait, *Clericus verò, ſua defendendo, non debet armis reſiſtere, nec aliquem propter res interficere, arg. 23. q. 8. c. 1. & c. convenior, & arg. 36. diſtinct. ſi quis vult, argum. contra ſupra eo, c. 2. laicus verò poteſt res ſuas, & patriam tueri, & prævenire hoſtem, argum. C. unde vi, leg. 1. & 23. q. 2. Dominus; ſed Clericus cum armis pugnare non debet, etiam contra Saracenos, ſupra de vot. ex multa, & 50. diſtinct. Clericum, qui Paganum.* Hæc ille.

4. Tertiò, quia contradicit ſanctis Patribus, & præcipuè *S. Auguſtino in epiſtola 154. ad Publicolam, & in lib. 1. de liber. arbitr. cap. 5. 14. & 15. & lib. 1. de Civit. Dei, c. 21.* conſtanter affirmat, nemini Chriſtianorum licere, ob cuſtodiam rerum fortunarum, invaſorem occidere; quod dictum refertur *in c. de occidendis hominibus, 8. 23. q. 5.* ubi miles & Judex tantùm excipiuntur; qui quippè Judex poteſt hoc facere, non per ſe, ſed ſervatis ſervandis, pro utilitate aliorum, ut ibi notat *gloſſa in caſu poſito*.

5. Nec non contradicit *D. Tho. in 2. 2. q. 64. ar. 4.* ubi cùm quæſiviſſet, utrùm occidere malefactores liceat Clericis? in Corpore ità reſpondet: *Non licet Clericis occidere, duplici ratione: primò quidem, quia ſunt electi ad Altaris miniſterium, in quo repræſentatur paſſio Chriſti occiſi: qui cùm percuteretur, non repercutiebat, ut dicitur 1. Petri 2. Et ideò non competit, ut Clerici ſint percuſſores, aut occiſores; debent enim miniſtri ſuum Dominum imitari, ſecundùm illud Eccleſ. 10. Secundùm Judicem populi, ſic & miniſtri ejus: alia ratio eſt, quia Clericis committitur miniſterium novæ legis, in qua non determinatur pœna occiſionis, vel mutilationis corporalis; & ideò, ut ſint idonei miniſtri novi teſtamenti, debent à talibus abſtinere.* Hæc ille.

6. Et quamvis *idem D. Thom. in quodl. 5. art. 26.* & in *opuſc. 19. contra impugnantes Relig. c. 14. & 15. dicat*, quòd injuriantibus Religionis ſtatum, & contradicentibus, licet Religioſis reſiſtere: non tamen dicit, quòd licet reſiſtere occidendo, armis arreptis, & privatâ authoritate, ſed modo legitimo, à jure ſibi permiſſo, ut ſe declarat *in d. c. 15. §. ſciendum*, ubi ità loquitur, *aliquando Religioſorum adverſarii impugnant Religionem, vel Religioſorum ſtatum in his, quæ ad ſpiritualia pertinent, aliquando verò in temporalibus; ſiquidem in ſpiritualibus, &c.* & paulùm infrà ſubdit: *Omnibus quidem interdicitur cum contentione, vel fraudulenter, vel apud infideles Judices ſua repetere, movendo cauſam, & infra in §. in aliquibus tamen,* hæc ſubnectit. Primus caſus eſt, quando oritur contentio de re ſpirituali; unde *Act. 15.* cùm eſſet orta contentio de obſervatione legalium, hanc Paulus detulit ad Judicem Apoſtolorum, & infrà loquendo de temporalibus dicit, quòd Paulus appellavit ad Cæſarem, ergo.

7. Quartò, quia omnes leges, quæ pro defenſione neceſſaria adducuntur, de eo tantùm caſu loquuntur, quo vis ipſi corpori, vel vitæ adhibetur; nulla autem vis infertur vitæ, vel corpori, quando injuria verbalis infertur: unde *Proportianus dixit, quid enim ſunt verba, niſi quia aërem verberant, & animam, id eſt, vitam non lædunt.*

8. Confirmatur, quia licèt de jure permittatur defenſio, moderata tamen, & non vendicatio, *ut libet, l. 5. l. ſcientiam 45. §. qui cùm aliter, 4. ff. ad l. Aquil. l. furem, 9. ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. 2.* ibi, *in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus, C. unde vi,* & habetur expreſsè in *c. ſignificaſti 18. de homicid.* & liquet ibi, *quamvis vim vi repellere, omnes leges, & omnia Jura permittant: id tamen debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ non ad ſumendam vindictam, ſed ad injuriam propulſandam.* Hæc ibi.

9. At qui injuriis laceſſitus, mutilat, vel injuriatorem jugulat, honorem ſuum non defendit, ſed potiùs vindictam exercet, quod eſt contra illud *Deut. cap. 32. v. 35.* ubi Deus dicit: *Mea eſt ultio, & ego retribuam in tempore,* & illud *Pauli ad Rom. 12.* ibi, *Nulli malum pro malo reddentes,* ergo.

10. Confirmatur ratio adducta, & magis declaratur, quia ad moderamen inculpatæ tutelæ aut requiritur æqualitas armorum, ità ut inermis cum inermi, armatus cum armato congrediatur, prout plures Juriſtæ tenent, *in l. 3. ff. de Juſt. & Jur. & l. 1. C. unde vi,* quos ſequitur *Navar. in manual. c. 15. nu. 3. & Carrerius multis cit. in ſua pract. §. homicid. 6. n. 96.*

11. Aut ſaltem requiritur extrema neceſſitas ad occurrendum vitæ periculo: quidquid ſit de inæqualitate armorum, prout tenet communis opinio, & docet *gloſſ. in c. de his Cleric. 6. in ver. de his, diſt. 50.* ubi dicit, quòd committentes homicidium ex neceſſitate excuſantur. *Sot. de Juſt. lib. 5. q. 1. ar. 5. §. at verò. Anton. Gomez. tom. 3. variar. reſol. c. 3. n. 22. Emin. Card. de Lugo de Juſt. & jur. to. 1. diſp. 10. ſect. 6. n. 151.* & alii multi, quos allegat, & accuratè ſequitur *Illuſtr. D. Greg. Caraffa, amiciſſimus noſter, & meritiſſimus Epiſcopus Caſſan. in ſuo lib. de duello, tract. 3. de duell. ſpeciebus, q. 3. n. 2. & 3.*

12. In caſu verò poſito neutra qualitas concurrit, non quippe æqualitas armorum, nec quidem extrema neceſſitas, cùm hi, de quibus loquimur, poſſint eſſe in judicio, & agere de actione injuriarum, vel in tribunali S. Inquiſitionis, ibique agere, ut contumelioſus iſte citetur ad dicendum, quid ſentiat de fide, cùm acriter mordeat, & vituperet Religionis ſtatum, in cujus inſtitutione & approbatione S. Papa errare non potuit, ſicut nec in cæteris rebus fidei, ut dico *in tract. de Erem. q. 15.* vel ad retundendam hujuſmodi temeritatem, poterint reſiſtendo dicere, mentiris, vel es de re malè informatus, quia Religio mea ſanctiſſima eſt, quod verbum poteſt licitè proferri, ut infrà dico.

13. Quintò, quia etſi quidam eruditiſſ. *DD.* teneant, ad defenſionem honoris licere aggreſſorem occidere, utì ſunt *Sot. de juſt. & jur. lib. 5. q. 1. ar. 8. §. ſupereſt autem de honore videre, Nav. in ſum. c. 15. n. 3. in fin. §. idem nobis videtur,* ubi ad hoc multa jura refert *Azor. to. 3. lib. 2. c. 1. q. 14. Ant. Gomez. to. 3. var. reſol. c. 3. nu. 23. D. Didac. Covar. tract. 1. in Clem. ſi furioſus 3. p. relect. §. unic. nu. 4. Bonac. to. 1. de Irreg. diſp. 7. q. 4. p. 7. n. 10. & to. 2. diſp. 2. de reſtit. & contract. q. ult. ſect. 1. p. ult. n. 7. Dian. 5. p. moral. tract. 4. de homic. reſol. 9. Lezan. in ſum. ver. homic. n. 9. Laym. in ſum. lib. 3. tr. 3. p. 3. ſect. 5. verſ. dicendum tertiò, P. And. Lanfranch. to. 2. opuſc. 10. n. 7.* opiparè & eruditè *D. Greg. Caraffa in lib. de duell. tract. 3. q. 12. & 13.* & alii *DD.* non pauci per eoſdem allegati.

14. Hi tamen ibidem cum proteſtatione loquuntur, ſe ſcilicet non loqui de Clericis & Monachis, quorum laus & honor non conſiſtit in armorum uſu, ſed in exercitio virtutum charitatis, humilitatis, ac patientiæ: ſunt enim ſpeciales imitatores Jeſu Chriſti, noſtri Redemptoris, qui cùm malediceretur, non maledicebat, cùm pateretur, non comminabatur, *1. Petri cap. 12. v. 22.* unde Clericis & Monachis nullatenus licet aliquem occidere, etiam publica authoritate, *cap. Epiſcop. diſt. 45. c. ſententiam, c. Clerici, ne Clerici, vel Monach. ut in tot. tit. de percuſſor.*

15. Et quamvis prædicti *DD.* de laicis tantùm loquantur, de eis tamen loquuntur limitatè, ad propulſandam ſcilicet gravem injuriam illatam viro nobili, aut alteri homini gravi, & honorato, quæ quippe injuria aliàs evadi, & propulſari non poteſt.

16. Nihilominus alii non minùs eruditiſſimi, & timoratæ conſcientiæ, negant hoc Chriſtianis licere, etiam cum limitatione prædicta, prout ſunt *Azor. to. 3. lib. 2. c. 1. q. 17. Filliuc. tract. 29. c. 3. q. 7. n. 49. Molfeſ. to. 1. ſum. tract. 11. c. 1. n. 74. Leſſius lib. 2. de juſt. & jur. c. 9. n. 78.*

Digitized by Google

Petrus Hurtad. in 2. 2. de ſpe & charit. diſp. 170. *ſect.* 15. §. 123. *& Diana p.* 5. *tract.* 3. *de homicid. reſol.* 12. ubi quærit, *an liceat occidere contumelioſum*, §. *verum*, *& p.* 7. *tract.* 10. *miſcell. reſol. ubi in propriis terminis reprobat opinionem, quam impugnamus, & p.* 8. *tract.* 7. *miſcell. reſol.* 51. *ubi contrariam ſententiam de occidendo contumelioſum, dicit eſſe probabilem ſpeculativè, non autem practicè, Lezana conſ.* 10. *ubi de re noſtra diffusè Paſqual. deciſ.* 441. *& alii per eoſdem allegati.* Quorum ratio eſt ſuperiùs adducta, quia ſcilicet aliud eſt loqui de invaſore, & aliud de injuriatore.

17. Invaſio enim eſt violatio præſentanea, vel illicò futura, injuria verò eſt blaſphemia, non autem vis & violentia: tum etiam, quia occidere poſt alapam ſibi impactam, vel poſt verba ſibi turpiter dicta, non eſt repellere vim, ad hoc, ne injuria inferatur: quia jam cenſetur illata: etenim immediatè ſequitur ad turpium prolationem verborum: ſed eſt ulciſci, quod omnes leges abhorrent.

18. Hinc *DD.* malè ſentiunt de oppoſita ſententia; nam *Andreas Gail. obſerv.* 100. *nu.* 8 *ait, ità ſentientes magis politicè, quàm chriſtianè ſcribere, & diſputare*, & loquitur de occidendo aggreſſorem ad defenſam honoris, quod item dicit *Bald. lib.* 4. *conſ.* 312. *& Sylvius* 2. 2. *D. Tho. q.* 64. *art.* 7. *q.* 9. *concl.* 2. *Covar. in d. Clem. ſi furioſus* 3. *p. relect.* §. *unic. nu.* 4. *in fin.* dicit, quòd occidere ad defenſionem honoris, eſt quoddam barbarum, & inhumanum, immò brutum, & ferinum, quod priùs dixerat *Alex. in ſuo conſ.* 119. *Accurtius apud Molinam tom.* 4. *diſp.* 11. *nu.* 2. *Auguſtin de Ancona tract. de poteſt. Eccleſiaſt. q.* 52. *ar.* 3. *Gerſon tract. de Euchar. & Richard. de S. Vict. in opuſc. charit. dicunt, quòd in foro poli oppoſita opinio non poteſt habere locum, Doctiſſimus Paulus Layman in d. loc. ſum lib.* 3. *ſect.* 5. *tract.* 3. *p.* 3. *c.* 3. *n.* 4. *verſ. idemque ſentiendum, in fine dicit, quòd vulgi error eſt, pro honore moriendum eſſe, & infrà in c.* 5. *ubi de duello multa congerit ſub n.* 2. *verſ. dicendum tertiò, loque do de occidendo calumniatorem occultè, ait, quòd res plena ſcandali, ac peſſimi exempli erit, ſi innoteſcat, hominem de calumnia convictum, per inſidias occiſum eſſe; & Paſqual. deciſ.* 451. *dicit, prædictam opinionem de occidendo calumniatorem, nullam habere probabilitatem, quia de facto nobis non licet occidere quemquam.*

Quæſt. 23. *An integrum ſit Religioſis, calumniatori dicere, mentiris?*

1. ET quidem licere de jure civili, non eſt, qui neget: habetur enim expreſsè *in l. quæ omnia,* 25. *ff. de Procuratoribus,* ibi, *ſed ſi adverſarius, aut Procurator dicat, Dominum mentiri, &c.* & in fine, ibi, *caeterùm ferendus eſt, pudorem ſuum purgans, hoc eſt, Procurator non debet removeri ab officio, ſi non animo nocendi, ſed defendendi dixerit, ſuum Dominum mentiri; & in l. qui cùm natu* 14. *de bonis libertinorum,* & liquet ibi, *idem puto, etſi ab eo petitus, retorſit in eum crimina, ignoſcendum eſt enim ei, ſi voluit ſe ulciſci provocatus: & docent Bartol. in d. l. quæ omnia, n.* 2. *de Procurat. Farinac. in pract. crim. p.* 2. *q.* 125. *de homic. & p.* 7. §. 4. *nu.* 526. *Bald. lib.* 4 *conſ.* 45. quos ſequuntur omnes alii Juriſperiti.

2. Quod procedere etiam in foro conſcientiæ, in tribus caſibus probat *D. Thom.* 2. 2. *q.* 72. *art.* 3. *in corp.* Primò quidem propter bonum ejus, qui contumeliam infert, ut videlicet ejus audacia reprimatur, & de cætero talia non attingat, ſecundùm illud *Proverb.* 26. *Reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur.*

3. Secundo modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias verbis illatas: unde *Gregor. dicit ſuper Ezech. hom.* 9. *Hi, quorum vita in exemplo imitationis eſt poſita, debent, ſi poſſunt, detrahentium ſibi verba compeſcere, ne eorum prædicationem audiant, qui audire poterant, & ità in pravis moribus remanentes, benè contemnant.*

4. Tertiò, propter officium charitatis, non propter cupiditatem privati honoris, ut in reſponſione ad primum, ut cùm quis audit verba contumelioſa, prolata contra fidei, & Religionis honorem.

5. Sed præſcindendo ab his, an abſolutè liceat, ob ſolam defenſam honoris calumnioſo dicere, tu mentiris?

6. Affirmat doctiſſimus *Sotus de iuſt. & iur. lib.* 5. *art.* 3. *paulò ante reſponſ. ad* 1. eò fortiùs, ſi perſonæ injuriatæ ſint perſonæ publicæ, ut Religioſi, & laici togatam veſtem deferentes, *Valent. to.* 3. *diſp.* 5. *q.* 18. *p.* 3. *verſ. poteſt autem, Sayr. in Clav. Reg. lib.* 12. *c.* 4. *n.* 14. *Sà verb. infamia, n.* 4. *Arag.* 2. 2. *q.* 70. *ar.* 3. *q.* 3. eruditè *Paſqual. deciſ.* 437. *n.* 4. & multis allegatis mirificè *Illuſtriſſ. ac Sapientiſſ. Epiſcopus Caſſanen. D. Gregor. Caraffa in ſuo libro de duello, tract.* 5. *ſect.* 5. *q.* 4. *n.* 3. ubi ex *Caſtill. to. variar. tra. lib.* 4. *n.* 2. ait, ſi unus dicat, tu es proditor fidei, fur, adulter, hæreticus, ſodomita, vel alia hujuſmodi, & injuriatus dicat, tu immò es proditor, &c. reſpondendo per eadem verba, retorquendo in ipſum adverſarium, vel dicat, tu mentiris, rectè reſpondet, & moventur, tum quia clavus clavo retunditur, tum etiam, quia paria delicta mutua compenſatione tolluntur, prout expreſsè dicitur *in c. intelleximus,* 6. *de adulteriis, & in eodem titulo argum. l. ex plagis,* §. *Tabernarius ad l. Aquileam, & Clem.* 1. *de homicid.*

7. Nec obſtat dicere, quòd calumnia jam tranſiit, quid ergo fatigaris calumniam auferre? quia prædicta retorſio non fit ad tollendam calumniam, quæ tranſiit, ſed ad oſtendendum, calumniatorem eſſe mendacem, & conſequenter non ei credendum eſſe; etenim calumnia, quamdiu creditur calumniatori, lædit, & nocet.

8. Sed dices, nonne magis modeſtè faceret Religioſus, ſi ſuo calumniatori dicat, falleris, deciperis, es de re malè informatus, ſcio, quòd ex ira loqueris, mihi non convenit, quod loqueris, & ſimilia æquivalentia?

9. Reſpondet *Paſq. loc. cit.* quòd per prædicta verba non repellitur completè injuria, quia contumelia non ſolùm continet verba injurioſa, ſed etiam ut provenientia ex animo injuriandi, ut dicitur *in l. illud,* §. 1. *ff. de injuriis, & l. ſi convitiis, C. eod.* & docent *Bald. conſ.* 120. *in fin. lib.* 3. *& conſ.* 277. *Cravet. conſ.* 9. *n.* 29. *& Menoch. conſ.* 107. *lib.* 2. *& conſ.* 1197. *n.* 1. *& ſeq. lib.* 12.

Quæſt. 24. *An Religioſus dimittendus à Religione cogi poſſit, ut de Religione non malè dicat?*

1. SUb diſtinctione reſolve, aut dimittendus iſte, non eſt in Religione profeſſus, & ſic nulla ratione cogi poteſt, cùm ſuper eum jus nullum Superior habeat: non poteſt tamen negari, quin jure naturæ & divino teneatur omninò ſub mortali à maledictis abſtinere: etenim unicuique Deus mandavit de proximo ſuo, & fuit ſuperadditum, diliges proximum tuum, ſicut teipſum.

2. Aut hujuſmodi expellendus, eſt profeſſus, & ejicitur ut incorrigibilis, & morbida pecus, & ſic poteſt cogi ſub vinculo præcepti obedientiæ; tum quia uſque ad dimiſſionem habitus ſubditur Prælatis ex voto obedientiæ; tum etiam, quia etiam poſt expulſionem remanet Religioſus, per ea, quæ dico *in tract. de ejectis, & expulſis:* verùm ad hoc ligari non poteſt aliqua ſcriptura, aut pœnis, quia hoc eſt quid ſpeciale, & extrà rationem regulæ,

Digitized by Google

regulæ, ad quod nullatenùs cogi poteſt, cùm promiſit obedire Prælato jubenti ſecundùm regulam, & non aliter.

Quæſt. 25. *Monialis unde dicatur, & quid ſit?*

1. CErtiſſimum eſt, quòd Monialis communi vocabulo appellatur Monacha Græcè, Latinè ſola, ſeu ſolitaria, à communi hominum communione remota, ut dixi de Monacho 2. *p. tract.* 1. *q.* 1. *n.* 3. & de *Eremit. tract.* 14. *q.* 1. *n.* 1. & probat *tex. cap. ſi cupis*, 16. *q.* 1. cujus propria verba habes ubi ſuprà.

2. Benè verum eſt, quòd interdum dicitur ſanctimonialis, hoc eſt, ſanctitati adſcripta; interdum verò ſponſa Chriſti, per illud *Eccleſ. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum:* aliquando dicitur Deo dicata, ex quo per religioſam profeſſionem divino cultui conſecratur: ſæpè dicitur caſtimonialis, quia ex voto promiſſo perpetuam caſtitatem ſervare tenetur: unde poteſt dici, quòd Monialis illa ſit, quæ velit & Regulæ, & Deo vacare, prout in ſimili dixit *S. Gregor. Nazianz. Jamb.* 15.

Quæſt. 26. *An in omni Religione Monialium reperiatur aliqua varietas & diſtinctio?*

1. ET dico, quòd ſic, accidentalis tamen, & non ſubſtantialis; quandoquidem quædam ipſarum admittuntur, ut vacent choro, quædam verò ad communitatis infima ſervitia, & obſequia: illæ licèt in rigore non ſint Clerici, veruntamen poſſunt æquivalenter dici Clerici, reſpectu illarum, quæ ſunt laicæ, *Pellizz. de monial. c.* 1. *q.* 5. *n.* 7. Item aliæ ſunt velatæ, aliæ ſine velo, aliæ profeſſæ, aliæ verò novitiæ, aliæ præſunt, aliæ verò ſubſunt, & ſic de aliis accidentariis.

Quæſt. 27. *An Moniales profiteantur vitam activam, vel contemplativam, aut mixtam?*

1. REſpondeo, quòd regulariter loquendo, profitentur vitam contemplativam, & monaſticam; ducorque ex eo, quod vita regularis mixta, quæ emanat ex contemplatione, & actione ſpirituali, verſante in miniſteriis erga proximum, non poteſt habere locum in Monialibus; tum quia fœminæ non ſolùm ſunt incapaces Ordinum, ſed etiam officii docendi, juxta illud 1 *Corinth.* 14. ibi, *Mulieri docere non permitto,* ubi *S. Chryſoſtomus in catena lepidè ait: Semel docuit, & cuncta pervertit*; tum etiam, quia non poteſt vacare cæteris operibus miſericordiæ corporalis; nam dedecet eas, extra clauſtra viſitare infirmos, vel in carcere detentos, in hoſpitio recipere, hoſpitum pedes lavare, captivos redimere, & ſimilia peragere: etenim nequeunt egredi de clauſura, nec intra ſepta perſonas exteras recipere, niſi in caſibus à jure permiſſis, de quibus infra in tract. de clauſura.

2. Si ergò vita, quam Moniales profitentur, non poteſt eſſe activa, neque mixta, ob prædicta, erit de neceſſitate contemplativa: non enim datur quartum genus vivendi; ac proinde ſub proprio gradu Monachorum continentur, & communiter vocantur Monachæ.

3. Dixi regulariter loquendo; nam etſi Moniales ſint aliquid laborantes manibus ſuis, hoc autem, quod agunt, non eſt opus proprium ipſarum, ſed extat aliis fœminis, & Monachis commune, qui ad vitæ ſuſtentationem, vel corporis ſanitatem, indigent exercitatione, & manuum labore, ut res ipſa docet.

Quæſt. 28. *An ſtatus Religioſus Monialium quoad ſubſtantiam ſemper fuerit in Eccleſia, ſicut hodie?*

1. QUòd virgines & viduæ à principio naſcentis Eccleſiæ fuerint ſecundùm conſuetudinem Deo conſecratæ, certum eſt: & conſtat ex deciſis *hìc ſuprà, q.* 9. Et quòd ſecundùm eamdem conſuetudinem, ad commodiùs Deo vacandum, fuerint congregatæ in ſeparatis domibus, ſive monaſteriis, non eſt dubitandum. Conſtat enim ex hiſtoria, quam de B. Virgine Martha, refert Eccleſia, quæ atteſtatur, dictam virginem Maſſiliæ, in loco à viris remotiſſimo, monaſterium fœminarum ædificaſſe, ibique cum multis mulieribus in perpetua virginitate uſque ad mortem ſanctè vixiſſe.

2. Idipſum teſtatur *Chryſoſt. homil.* 8. *in Matth.* ubi cùm de Monachis Ægypti multa dixiſſet, ſubdit: *Atque hæc non in viris ſolùm, verùm etiam in fœminis ſplendere conſpicias. Et S. Hier. epiſt.* 48. *ad Sibinionem dicit: Moris eſt in Ægypti, & Syriæ Monaſteriis, ut tam virgo, quàm vidua, quæ ſe Deo voverint, & ſæculo renunciantes, omnes divitias ſæculi conculcaverint; crinem Monaſteriorum matribus offerant deſecandam; non in recto poſtea contra Apoſtoli voluntatem inceſſura capite, ſed ligato pariter, ac velato, &c. Et S. Auguſtinus de monial. Eccl. c.* 31. *ait: Hæc eſt etiam vita fœminarum, Deo ſolicitè, caſtèque ſervientium, quæ habitaculo ſegregatæ, ac remotæ à viris, quàm longiſſimè decet, pia tantùm illis charitate junguntur.* Hæc ille.

3. Ex quibus clarè apparet, quòd Moniales vixerint ſociatim in domibus ſeparatis, quàm longiſſimæ à viris, tonſuratæ tamen, ac capite velatæ.

4. An autem hæ ſemper ſumpſerint hunc ſtatum in propriis Monaſteriis, & Conventibus, an in privatis domibus? res eſt incerta: quod item procedit de habitu, & modo vivendi: veriſimiliùs tamen eſt, quòd tunc temporis varii fuerint modi vivendi, ac multiplices & diverſi habitus; etenim quædam Moniales habitabant conjunctim, quædam ſeparatæ in domibus propriis, ut probat *tex. c. mulieres* 27. *q.* 1. *c. ex parte il.* 2. *de converſ. conjugat. & c. inſinuante, qui Clerici, vel voventes, & habetur expreſſè in Conc. Gen. Carthagin.* 3. *celebrato ſub anno Domini* 397. *cujus propria verba habes infrà in tract.* 3. *de clauſ. q.* 11.

5. Quandoquidem habitus non eſt de ſubſtantia monachatus, nec vita ſocialis, nec item monaſterium, *cap. porrecta, de ſtat. monach.*

6. An verò ipſarum ſtatus fuerit cum tribus votis, quæ ſunt de ſubſtantia ſtatus Religioſi, vel tantùm cum voto continentiæ, prout plures Tertiariæ hodie domi manentes fiunt Monachæ, & Religioſæ?

7. Reſpondeo, quòd cùm hæ exortæ ſint à viris, ſintque ad eos acceſſoriæ, dicendum eſt de eis, ſicut dictum eſt de monachis, quos imitati ſunt, *tract.* 14. *de Eremit. qu.* 15.

8. Et additur, quòd illæ, quæ ſtatum Religioſum integrè non ſunt amplexæ, regulariter non poterant dici verè & realiter Monachæ, & propriè Religioſæ. Subſtantia enim ſtatus Religioſi, ſicut dictum eſt ſuprà, conſiſtit in dictis tribus evangelicis conſiliis, & copulativè ſumptis: ergo deficiente ſubſtantia, deficit ſuſtentatum: benè verum, quòd potuiſſent dici Religioſæ latè, ac impropriè, viventes ſcilicet in religioſo modo vivendi: non tamen pro Religione approbata, de qua re vide quæ dico *de Eremit. q.* 15.

*****

Quæſt. 29.

Quæſt. 29. An Clauſura Monialium ſit de ſubſtantia ſtatus Religioſi?

1. RESpondeo negativè, tum quia tria dicta vota, ut putà paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, ſatis ſunt ad conſtituendum ſtatum Religioſum, tam reſpectu virorum, quàm fœminarum, ut conſtat ex deciſis; tum etiam, quia ſacræ Virgines antiquitùs ante tempora Innoc. III. & Bonifacii VIII. ſolebant in propriis domibus Religionem profiteri, ut conſtat ex dicendis *in tract. de Clauſura, q. 2.* Et tamen erant verè Religioſæ Moniales; tum item, quia nulla lege eccleſiaſtica determinatum eſt, clauſuram eſſe de intrinſeca ratione ſtatus Religioſi Monialium, ſed de maxima convenientia, ad occurrendum ipſarum periculoſo ſtatui, ut dixit *Bonif. in ſua Conſtit. incip. Periculoſo*, quam per extenſum habes infrà *in tract. de Clauſura, q. 2.*

2. Quamobrem, ſi S. Papa dat privilegium contra Clauſuram, non exinde intrinſecè læditur ſtatus Religioſus earumdem: quod ſecus eſſet, ſi clauſura foret de intrinſeca ratione ſtatus præfatarum, de qua re vide, quæ infrà dico de Clauſtris.

TRACTATUS II.

DE MONASTERIIS MONIALIUM.

Quæſt. 1. *An quis poſſit ſine licentia Papæ erigere aliquod Monaſterium Monialium, quod non ſit de Regulis approbatis?*

1. NEgativè deciditur *in cap. ne nimia 20. de Religioſis Domibus*, ibi, *firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam Religionem inveniat*, & in *cap. Religionum unic. eod. tit. in 6.* aliàs Moniales dicti novi Monaſterii non erunt Religioſæ, nec perſonæ Eccleſiaſticæ, ut probat *textus cap. indemnitatibus 43. §. ſupradicta, de elect. in 6.* ibi, *ſupradictæ ſiquidem, nedum in Monaſteriis, in quibus ſunt Moniales viventes ſub aliqua, de Religionibus approbatis, ſed etiam in illis, ubi ſunt juxtà quarundam Provinciarum conſuetudinem mulieres, quæ nec propriis renunciant, nec &c.*

2. Nec quidem poſſunt nominari Moniales, ut clarè dicitur *in cap. Pernicioſum, 25. 18. q. 2.* ibi, *quæ licèt neque ſecundùm Regulam B. Benedicti, neque Baſilii, aut Auguſtini vivant, Sanctimoniales tamen vulgò cenſeri deſiderant:* quod etiam amplia ad Moniales Epiſcopis immediatè ſubjectas; nam hujuſmodi ſubjectio nihil infert, quò minùs hæ prædictæ non teneantur ad ſuſcipiendum unam Regulam de approbatis, ut dicitur *in d. cap. Pernicioſum:* quandoquidem nulla eſt Regula à Sede Apoſtolica pro his ſolis Monialibus, vel pro illis principaliter approbata: ideoque neceſſarium eſt, ut unam de approbatis amplectantur, ſive ſint ſubjectæ ipſis Monachis, ſive Epiſcopis: ſicut enim olim Monachi erant Epiſcopis ſubjecti, abſque ullo præjudicio Regulæ, quandoquidem ſubeſſe omnino viſitationi, & correctioni Epiſcopi ordinarii, non præjudicat ſubſtantialibus Regulæ, per ea, quæ dico *2. p. prax. tract. 2. q. 23.*

3. Neque his obſtat *cap. de Monachis, 12. 18. q. 2.* ubi dicitur, quòd ad fundandum novum Monaſterium, ſufficit conſenſus Epiſcopi, & liquet ibi: *Monaſterium novum, niſi Epiſcopo permittente, aut probante, nullus incipere, aut fundare præſumat:* quia *dictum cap.* loquitur de Monaſterio, de novo erigendo in Diœceſi, non autem de novo erigendo in Eccleſia ultrà Regulas approbatas, quia ad id requiritur ſpecialis licentia Papæ, juxta *tex. d. cap. ne nimia, 20. de Relig. Domibus, & cap. Relig. unic. eod. tit. in 6.*

* * *

Quæſt. 2. Sed quid dicendum, ſi dictum Monaſterium de non approbatis à Papa reperiatur in Diœceſi erectum de licentia Epiſcopi loci, poteſt nè ſaltem remanere pro honeſta Congregatione mulierum?

1. AFfirmat doctiſſimus P. *Suarez tom. 4. de Relig. lib. 1. de variet. Relig. cap. 10. nu. 10.* cui ſubſcribit *Pellizz. tract. de Monial. cap. 1. q. 4. n. 5.* ubi ſic ait: *Alioquin eſſe poterit honeſta quædam mulierum Congregatio, non tamen vera Religio, ſeu religioſa Profeſſio, juxta d. cap. unic. de Relig. Domib.* Verumtamen mihi non arridet, tum quia licèt quidam graves Authores, quos ego refero *in tract. de Eremitis, q. 16.* dicant, *d. cap. ne nimia, tit. de Religioſis Domib.* non comprehendere inſtituentes ſtatum cum votis ſimplicibus, ut eſt ſtatus Beatarum, ſeu Tertiarum ſancti Dominici, S. Franciſci, & ſimilium, ex quò harum ſtatus non eſt verè Religioſus: nihilominus alii expendentes dictum Decretum Greg. X. dicunt, Epiſcopum poſſe confirmare novam Congregationem, erectam tamen ſine diverſo habitu, & ordine Regulari per d. *cap. de Monachis, & cap. Cellulas, 18. 2.* quod non facit ad caſum noſtrum, tum quia nos loquimur de novo Ordine omninò. *D. Barboſa de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 41. n. 203. & Novar. in ſua Lucerna Regul. verbo Religio:* tum etiam, quia Pius V. ſua *Conſtit. incip. Lubricum vitæ genus, quæſt. 76. inter Bullas ejuſdem, in Bull. Cherub.* prohibet hujuſmodi fœminarum Congregationes, ibi, *nec deinceps patiantur in ullis Congregationibus, Domibus, ſeu Conventibus, ampliùs converſari, quò circa mandamus univerſis, & ſingulis Prioribus, Præpoſitis, Generalibus, Provincialibus, & Conventualibus, ac aliis cujuſcunque dignitatis, & nominis Miniſtris, Conventibus, Canonicis, Fratribus, & perſonis congregationis hujuſmodi, ut ſtatutum noſtrum prædictum, non expectatâ aliâ juſſione, aut mentis noſtræ declaratione, humiliter recipiant, & ſtudiosè obſervare procurent; quòd ſi fortè aliqui in eo, quo nunc ſunt ſtatu (quem omninò tollimus, & abolemus) contra hoc ſtatutum perſiſtere contenderint, ſingulos omni dignitate, officio, adminiſtratione, & beneficio privamus, & ad futura perpetuò indignos decernimus, excommunicationis quoque ſententia innodamus, eo ipſo,* hæc ibi, de quibus vide, quæ dico *in d. tract. de Eremit. quæſt. 16.*

2. Hinc jure optimo *Greg. Papa IX. ſua Conſtit. incip. ad audientiam noſtram, lata anno Domini* 1241. *die verò prima Maii, Pontif. ſui anno* 14. damnavit, & abolevit quandam ſimulatam Religionem mulierum Diſcalceatarum, ut meliùs eſt videre *in dicta Bull.* quæ habetur

Digitized by Google

habetur *in Bull. Roder.* & *eſt* 12. *inter Bullas ejuſdem Papæ.*

3. Et noviſſimè *Urb. VIII. ſua Conſtit. incip. Paſtoralis Rom. Pontif.* edita anno Domini 1631. die verò 22. Martii, Pontif. ſui anno 8. ſuppreſſit, & annullavit quandam fictam, & ſimulatam Congregationem Jeſuitarum, ut meliùs eſt videre *in d. Bull.* quæ per extenſum habetur *in* 4 *tom. Bull. Cherub in fine.*

Quæſt. 3. *Monaſterium Monialium, ſi ſit de Regulis approbatis, an poſſit erigi ſine licentia Epiſcopi loci, & Papæ?*

1. QUòd nullum Monaſterium poſſit in aliqua Diœceſi conſtrui, ſine conſenſu Epiſcopi loci, certiſſimum eſt, & habetur expreſsè *in cap. quidam* 10. & *cap. de Monachis,* 12. *cauſ.* 18. *q.* 2. & *in cap.* 3. *Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul.* ibi, *Nec de cætero ſimilia loca erigantur ſine Epiſcopi licentia, in cujus Diœceſi erigenda ſunt.*

2. Et quòd ultra licentiam Epiſcopi requiratur ſpecialis licentia Papæ, præcipuè quoad Moniales, non eſt hodie dubitandum, tum quia ità declaravit Sacra Congregatio Epiſc. & Regul. 10 Aprilis, 1615. & referunt *Gavantus in Manual. Epiſcop. verb. Monialium Monaſteria, n.* 3. & *Novar. in Luc. ver. Moniales*; tum etiam, quia *d. Decretum Conc. Trid.* nec quidem reſpectu Monaſteriorum virorum, excludit diſpoſitionem *cap. cùm ex eo, de exceſſibus Prælat. in* 6. ubi dicitur, *quòd nullum Monaſterium erigatur, abſque ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ,* & *cap. Religionum unic. de Relig. Domib. in* §. *Confirmatos*; ubi item Regulares prohibentur de novo ædificare, ſine ſpeciali licentia Sanctæ Sedis, *Zerola in praxi Epiſcopali p.* 1. *ver. Monachi,* §. 2. *Campan. in diver. Jur. Canon. rubric.* 12. *cap.* 13. *n.* 8. & *D. Barboſa allegat.* 26. *nu.* 4. & *in collect. ad d cap.* 3. *Trid. nu.* 29. & *Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 33. *q.* 1. *nu.* 6. tum item, quia hoc nuper expreſsè ſanxit Innoc. X. ſua Conſtit. incip. *inſtaurandæ Regularis diſciplinæ,* edita an. Domini 1652. die verò 15. Octob. Pontif. ſui anno nono, ibi, *Conſtitutiones fœl. recordat. Bonif. VIII. quæ incipit, cùm ex eo, nec non Clem. VIII. incip. quoniam ad inſtitutum, &c.* ubi apponit Decretum irritans, & tranſgreſſores ſubmittit pœnis privationis, & inhabilitatis; quibus addit, quòd conſtructo Monaſterio Monialium, etiam de licentia Papæ, non ibi celebretur ſine licentia Epiſcopi loci.

3. Nec dices, quòd prædictæ Conſtitutiones loquuntur de viris, & non de fœminis; tum quia cùm prædicta Decreta fuerint edita ad occurrendum ſcandalis, & reſpiciant favorem Religionum, & quietem animarum, cenſentur favorabilia, & conſequenter extenduntur ad Moniales, quæ in favorabilibus veniunt ſub nomine Monachorum; tum etiam, quia prædicta decreta ſunt Monialibus magis neceſſaria, quàm viris, ob earum honeſtatem, & Eccleſiæ decorem, de quibus vide quæ dico 2. *p. tract.* 1. *de Monaſt. quæſt.* 9. & 13. ubi de re multa habes.

Quæſt. 4. *An Epiſcopus loci poſſit dictam licentiam concedere, non vocatis & auditis priùs Prælatis Conventualibus locorum, ubi conſtruenda ſunt Monaſteria Monialium?*

1. NEgativè dic, tum quia in dandis hujuſmodi licentiis non poteſt præterire formam ſibi præſcriptam in Conſtit. Clem. VIII. incip. *quoniam ad inſtitutum,* innovatam, & ampliatam in decretis Sac. Congregat. juſſu Greg. XV. editis, *incip. cùm aliàs,* quæ decreta per extenſum habes 2. *p. prax. tract.* 1. *de Monaſt. poſt quæſt.* 14. tum etiam, quia Moniales comprehenduntur ſub dicta Bulla, & decretis, per ea multa, quæ dico *cit. loc. q.* 21. tum item, quia ità declaravit Sac. Congregat. Card. 19 Decembris, 1620. & referunt *D. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 13. & *multis citatis Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp.* 33. *q.* 1. *n.* 4.

Quæſt. 5. *Monaſteria Monialium quò, & quomodo ædificanda ſint?*

1. REſpondeo, quòd habita licentia Papæ, & Epiſcopi loci, nec non adimpletis conditionibus expreſſis in Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Decretis Sacræ Congregationis; Monaſteria Monialium non ſunt erigenda, niſi intra mœnia Civitatis, juxta Decretum *Sac. Conc. Trid. cap.* 6. *in fin. ſeſſ.* 25. *de Regul.*

2. Et non niſi in illis locis, quæ muro ſunt cincta, & munita; prout *Sac. Congregat. Cardinal. declaravit, die* 13 *Septembris,* 1583. & referunt *D. Barboſ. de Jur. Eccleſ. c.* 12. *n.* 10. *Hier. Vener. in examine Epiſcop. lib.* 6. *cap.* 21. *n.* 13. & *Tambur. de Jur. Abbat. diſput.* 34. *q.* 2. *nu.* 3.

3. Et non niſi ad minus habeant annuos redditus trecentorum ſcutorum pro duodecim ſuſtentandis, prout eadem Sacra Congregatio Trident. declaravit 27 Maji, 1603. & *refert Gavantus in ſuo Manuali Epiſcop. ver. Monialium Monaſteria, n.* 1.

4. Quibus portæ duæ tantùm concedantur, una jumentis & vehiculis, & altera aliis uſibus, quarum unaquæque duabus clavibus claudatur; altera apud Præfectam, altera verò apud antiquiorem profeſſionem, etſi expedire videatur, addatur vectis ab exteriori parte, clave commiſſa viro fideli, *Gavant. ibid.*

5. Tres rotæ, aut quatuor ad ſummum; ad januam, in collocutorio, in Eccleſia pro ſacris veſtibus, & propè ſedem confeſſionalem.

6. Rota, quæ eſt in Eccleſia, binas valvas ligneas habeat, interiores cum clave apud Præfectam, exteriores cum clave apud Cappellanum ſervanda, ſive alium, judicio Superioris; *ibidem Sacr. Congregat. apud Gavant.*

7. In collocutorio nullo modo ſit porta, per quam aditus ſit in Monaſterium, prout *Sac. Congregat. declaravit die* 12 *Octobris,* 1592.

8. Oſtium collocutorii interioris ſit ſemper clauſum, ejuſque clavis ſit apud antiquiorem earum, quæ auſcultatrices dicuntur.

9. Duo ferrei cancelli conſtruantur ibi, qui ſaltem palmo diſtent alter ab altero.

10. In intimo cancello verſus Moniales ferrea lamina appingatur, immobilis, cui lineus pannus, nigri coloris, ligneis tabellis affixus, inſtar feneſtrellæ, quæ aperiri poſſit, cùm erit colloquendum.

11. Lamina ſit perforata exiguis foraminibus, & in ea fieri poteſt quadrata feneſtrella, cujus clavis ſit apud Præfectam: neque aperienda erit, niſi Epiſcopo, vel Superioribus Ordinis, aut parentibus, & ſanguine conjunctis Monialium, aut Notario Inſtrumenta confecturo, vel Concionatori, *Gavant. ibid.*

12. Clavis oſtii exterioris collocutorii committatur Confeſſario, vel pio viro, qui noctu, & certis diebus invigilent, ne collocutioni ſit aditus.

13. Dormitionis locus ſit unus, clave noctu apud Præfectam retenta.

14. Duo alia Monaſterii loca ſint communia, pro veſtibus Monialium, & pro labore manuum.

15. Caminus privatis cellis non permittatur, & ubi eſt, obſtruatur. Horti in anguſtiores fines concludantur.

16. Ea ſit clauſura Monaſterii, ut Monialibus ab externorum hominum aſpectu & auditu liberis, ſecurè per monaſterium ambulare liceat.

17. Ædes

17. Ædes proximæ ne locentur famoſis mulieribus: neque in ea loca migrent Regulares viri, nevè areas Monialibus proximas emant, unde Monialium aſpectus fieri poſſit.

18. Propè dictum monaſterium tollantur omnes arbores altæ, prout eadem *Sac. Congregat. declaravit, die* 13 *Auguſti*, 1583. prout hæc prædicta, & alia hujus generis atteſtatur *Gavant. cit. loc. & in partem habes in decret. Sac. Congregat. editis, pro Monialib. Neap. extenſis infrà.*

19. Eccleſia verò Monial. quomodo ſit diſponenda, & practicanda, ex multis oſtendit idem *P. Bartol. Gavantus cit. loc.*

Quæſt. 6. Monaſterium Monialium an poſſit cogere vicinum ad vendendum ſibi domum ſuam, contiguam tamen, & neceſſariam pro ſua conſtructione, vel ampliatione?

1. ET dico, quòd ſic, per ea multa, quæ retuli 2. *p. prax. tract. 2. de Privil. Monaſterii q. 9. & docet Gram. deciſ. 75. & Pellizz. tom. 2. tract. 8. ſect. 2. n. 113. & colligitur ex l. ſi quis ſepulchrum, 12. ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum*, ubi textus ità loquitur:

2. *Si quis ſepulchrum habeat, viam autem ad ſepulchrum non habeat, & à vicino jure prohibeatur; Imperator Antonius cum parte reſcribit, iter ad ſepulchrum peti precariò, & concedi ſolere, ut quoties non debetur, impetretur ab eo, qui fundum adjunctum habeat, &c.* & infrà ſubnectitur, *Præſes etiam compellere debet, juſto pretio iter ei præſtare, ità tamen, ut Judex etiam de opportunitate loci proſpiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum.* Hæc ibi.

3. Quæ ut vides, non loquuntur expreſsè in puncto controverſiæ, ſed extenduntur ad caſum poſitum, propter identitatem rationis, ut putà favore Religionis, ſeu piæ cauſæ, & publicæ utilitatis, ut communiter atteſtantur Doctores, quos longa manu congerit *Gurba deciſ. 86. n. 2. & 7.* ubi textum multipliciter ampliat, & exornat, & poſt alios declarat, quibus conditionibus dicta coactio & venditio fieri debet, & in facti contingentia ad eum recurrere, non erit inutile: nec non ad alios, quos refert *Surd. conſ. 62. n. 7. & 8.*

4. Et quamvis materia dictæ legis, *ſi quis ſepulchrum*, ſit arbitraria, ità ut Judex, penſatis circumſtantiis, poſſit juſta de cauſa ab ea recedere, ut poſt allegatos tradunt *Didacus Covar. var. reſolut. lib. 3. cap. 14. ſub num. 8. verſ. caterùm, ſi controverſiam iſtam, & Rota Rom. deciſ. 372. p. 1. recent.* quæ exinde dixit, tribus concurrentibus, nempè eximia nobilitate familiæ, facilitate Monialium emendi ex alio latere Monaſterii, ac maxima vetuſtate alicujus palatii, non poſſe illius Dominum cogi ad vendendum pro ampliatione Monaſterii.

5. Nihilominus hæc doctrina non debet applicari ad caſum noſtrum, qui loquitur de publica utilitate, & neceſſaria, cui cedere debet omnis privata commoditas, ſoluto tamen damno tertii, ut dixit *Covar. cit. loc. verſ. 7. eadem opinio, & ſequitur Pellizz. tom. 2. tract. 8. cap. 7. ſect. 2. n. 12. & Paulus Laym. lib. 3. ſect. 5. tract. 4. cap. 17. num. 34. verſ. alter caſus*, ubi ampliando dictam noſtram concluſionem, ait, quòd *licèt privata ædes ſimpliciter neceſſariæ non ſint ad ampliationem Monaſterii; ſi tamen ſint valdè utiles ad plurium Religioſorum, vel Clericorum habitationem, cum bono publico junctam, communem eſſe Doctorum opinionem, etiam tunc ad vendendum Dominum ipſarum poſſe cogi.*

* * *

Quæſt. 7. An dictum Privilegium cogendi vicinum pro ampliatione Monaſterii, procedat in locatione domus vicini ad modicum tempus?

1. NEgativè reſpondet *D. Ricc. 1. p. deciſ. Curiæ Archiep. deciſ. 10. & Collect. 130. per ea, quæ retuli 1. p. prax. tract. 2. de Privil. Monaſt. q. 10.* Veruntamen è adverſo contendit *D. Alexander Sperellus tom. 1. fori Eccleſ. deciſ. 58. num. 19. & ſequent.* ubi ob multa acriter invehit contra præfatum D. Ricc. 1. quia d. Privilegium à Jure Civili Religioſo loco conceſſum, *in d. l. ſi quis ſepulchrum*, eſt favorabile, & non odioſum, ut dicit *Ricc. cit. loc.* unde à Doctoribus extenditur non ſolùm ad conſtructionem, & ampliationem Monaſterii, verùm etiam pro reædificatione Eccleſiæ deſtructæ, item pro clauſtro, vel ſcholis fabricandis, item pro dormitorio extendendo, item pro Monaſterii viridario, item pro ipſius viridarii clauſura, item pro omni eo, quod connexum eſt Monaſterio; item & pro conſtruendo ſeminario puerorum, item pro conſtruenda domo Parochi propè Eccleſiam, &c.

2. Secundò, quia dictum Privilegium non eſt propriè Privilegium, ſed beneficium à Jure civili conceſſum Religioſo loco, ſive ſepulchro.

3. Tertiò, quia ſicut dictum Privilegium fuit ampliatum ad prædictos caſus, multò plus debet extendi ad locationem ad modicum tempus, in qua verſatur minus damnum vicini; eſt enim utrobique eadem ratio, ut putà favor Religionis, & piæ cauſæ, fitque proinde extenſio de caſu ad caſum, etiam in exorbitantibus, immò etiam in pœnalibus, propter Jura ſibi allata.

4. Quartò, quia iſta res, de qua agimus, non eſt extenſio, nec ampliatio, ſed evitatio abſurditatis, cui enim licet, quod eſt majus, multò plus licet, quod eſt minus, maximè ſtante rationis identitate: ſi igitur Monaſterium vel Eccleſia cogit vicinum ad vendendum ſuam domum, quod eſt plus & majoris incommodi ejuſdem vicini, profectò abſurdum eſt dicere, quòd ei non licet cogere eundem vicinum ad modicum tempus eandem domum, quod eſt minus, & minoris incommoditatis.

5. His tamen non obſtantibus, *ſapientiſſimus D. Riccius* meo videri immeritò carpitur: tum quia licèt dictum Privilegium *d. l. ſi quis ſepulchrum*, ſit favorabile reſpectu petentis viam ad ſepulchrum, tamen reſpectu debentis illam concedere, eſt valdè odioſum, quia eſt contra jus commune, & contra jus tertii: etenim per communem Juris Regulam nemo cogitur emere, vel vendere, ut clarè dicitur *in l. invitum, 11. C. de contrahenda emptione, & venditione*, & liquet ibi, *invitum comparare, vel diſtrahere, poſtulantis deſiderium juſtam cauſam non obtinet:* & infrà, *ſub tit. de jure deliberandi, idem habetur in l. nec emere 16.* ubi textus ſic loquitur: *nec emere, nec donatum aſſequi, nec damnoſam quiſquam hæreditatem adire compellitur, & ſub titulo de locato, & conducto, in l. invitos conductores 10.* Jus ſtat pro Domino domus, qui non poteſt cogi ad locandum, ſicut & colonus non poteſt cogi ad conducendum: ergo dictum Privilegium, prout reſpicit damnum & incommoditatem tertii, non eſt favorabile: ergo non debet ut ſic ampliari, ut libet, ſed cum quadam diſcretione, & proportione debet extendi, ità ut non ſit inutile, nec odioſum omninò, *Syl. & Armill. ver. Privil. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 1. & Egomet 1. p. prax. tract. de interpretat. Privil. q. 6. nu. 1. & patet de Privilegio Canonis, ſi quis ſuadente diabolo, 17. qu. 4.* quod quamvis reſpectu Clerici percuſſi ſit favorabile, reſpectu tamen percutientis eſt odioſum; quapropter non extenditur extrà cauſam ibi expreſſam, ut putà diabolicam ſuaſionem, ità à pari dictum Privilegium *d. l. ſi quis ſepulchrum*, non debet ampliari ultrà cauſam

ibi

Digitized by Google

ibi expreſſam, ut putà venditionem faciendam ex cauſa ſimpliciter neceſſaria, non autem utili: ſecùs ageretur contra textum, qui loquitur de neceſſitate ſimpliciter, & quando res aliter fieri non poteſt, ut ibi liquet, & docent *Covar. & Gramm. cit. loc.* tum etiam, quia cum materia *d. l. ſi quis ſepulchrum,* eſt arbitraria, ut dictum eſt ſupra ſicut D. Riccius, cum cæteris decidentibus in caſu poſito, in quò agebatur de commoditate, & urbanitate; non autem de neceſſitate locandi, male judicavit? tum item, quia Privilegium *d. l. ſi quis ſepulchrum,* ex quo opponitur Juri communi ſuperiùs allegato, debet potiùs dici Privilegium, quàm beneficium; per ea, quæ dico *1. p. prax. tract. 2. de Privil. quæſt. 1. numer. 5.* & habetur in *cap. cum his, quæ ad cultum 30. de teſtam. l. divus, ff. de uſu, & habitat. & cap. Abbate, de ver. ſignif.* & eſto quòd ſit purum beneficium, nomine nomine Privilegii largè ſumpti, venit Indultum, gratia, Indulgentia, Bulla, Reſcriptum, beneficium, licentia, oraculum & ſimilia, ut dico *cit. loc. nu. 7. & tract. 7. de Communicat. Privil. qu. 13. num. 2.* Cur ergo deſpicitur Illuſtriſſ. D. Riccius, quia forſitan fuit largè locutus?

6. Tum item; quia in caſu poſito, favor Religionis non debet abſolutè ampliari, ſed juxta textum *d. l. ſi quis ſepulchrum,* & non aliter.

7. Tum item, quia licet ſit verum dicere, quòd cui convenit plus, convenit minus: hoc tamen procedit in eadem linea: ſecùs autem fallit; etenim exigere decem pro quolibet centenario, majus eſt, quam exigere unum: & tamen hoc, quod minimum eſt, fieri nequit in mutuo: illud autem, quod majus eſt, licitè fit in contractu venditionis cum poteſtate redimendi quandocunque.

8. Item ratione monetæ mutuo traditæ, nihil licitè recipere poſſumus; ſecùs autem ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis; ergo non rei quantitas legitimat actum, ſed titulus, quo quæritur: Titulus autem venditionis, & locationis ad modicum tempus, inter ſe valde differunt, & arguere à diverſis, (ut omnes ſciunt) vitioſum eſt: Nec tandem mihi arridet dicere, quòd vicinus in locatione Domus ſuæ, patitur minus damnum, & minus incommoditatis, quàm in venditione ejuſdem.

9. Quandoquidem certum eſt, quod vicinus coactus ad locandum, magis inquietatur, non ſolùm ad alibi habitandum, verùm etiam, quia tali locatione durante, privatur uſu dict. ſuæ Domus, & pretii illius. Item quia regulariter loquendo, valdè fatigatur in exactione cenſus ejus. Item quia tenetur locatæ Domus deſtructa reficere. Etſi fortè peritura ſit, ſuo locatori perit, non autem conductori, quæ quippè in venditione rei propriæ locum non habent: immò fieri poteſt, ut pretium exindè acceptum, in majus, & certius lucrum ipſius vendentis convertatur, ut praxis ipſa docet.

Quæſt. 8. An ſaltem vicinus cogi poſſit ad obſtruendas feneſtras, è quibus proſpicere poteſt Moniales?

1. DE hac re affirmativè dixi *2. p. prax. tract. 2. de Privileg. q. 12.* ubi ad hoc retuli Pragmaticam Regni; quod item affirmat *D. Reg. Rovit. Novar. & D. Ricc. Collect. 4211. p. 9.* ubi limitat, non procedere, quando Monaſteria, de novo ædificarentur juxta antiqua ædificia privatorum, & ità in facto fuiſſe in Sac. Concil. judicatum, contra Monaſterium S. Mariæ Ægyptiacæ, & refert *Doctiſſ. Joan. Bapt. de Thoro in ſupplemento Compend. deciſ. Neap. verb. feneſtra.*

2. Quibus adde textum, *cap. periculoſo 1. de ſtatu Regular. in 6.* ibi, *ut ſic à publicis, & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omninò ſervire Deo valeant liberiùs, & laſciviendi opportunitate ſublata, eidem corda ſua & corpora, in omni ſanctimonia diligentiùs cuſtodire.*

3. Per quem textum quidam dicunt, ſed & meliùs, ob honeſtatem, & verecundiam Sanctimonialium, id quòd ſupradictum eſt: noſtram verò reſolutionem firmat *Beroius in conſil. 135. n. 9. & 10. D. Didacus Covar. l. 3. variar. c. 14. ſub n. 8.* ibi, *tamen Jure prohibitum eſt privatum ædificium ità altius attolli, ut ex eo videri poſſint Religioſi & Religioſæ, intra proprias Domus, Religioſe habitantes, Padill. in l. altius, n. 9. atteſtans de communi, cum relatis per Marc. Ant. deciſ. Siciliæ 8. n. 6. ubi atteſtatur id eſſe certiſſimum de conſuetudine Panormit. c. 29. n. 31. & 32. & Paulus Laym. l. 3. ſect. 5. tract. 4. cap. 17. §. 4. n. 34. in fin. ver. alter caſus.*

4. Nec obſtat dicere, tunc vicinum poſſe prohiberi, ne Domum ſuam elevet, ſi id facit, non ad propriam utilitatem, ſed ut in domo vicini videat Uxorem, vel filias, vel, ut aſpiciat Moniales, aut Religioſos; tunc enim facere dicitur ad æmulationem, *argum. l. fundo ff. rei vend. & l. opus ff. de operibus publicis,* ſecus autem ſi principaliter id faceret pro ſua utilitate: tunc enim, & ſi incidenter proſpicere poſſet Puellas vicinas, vel Religioſas, cum videre Religioſos & Religioſas, non ſit de genere prohibitorum, non poteſt impediri, ut plures atteſtantur per *legem altius, C. de ſervit. & aqua, & l. fluminum §. ſi, ff. de damno infecto, cum quibus Bald. in d. l. altius. Jaſon. & alii graves DD.*

5. Tum quia Jura allegata fallunt in caſu poſito, favore Religionis, & publicæ utilitatis, prout teſtatur *Covar. cit. loc.* tum etiam, quia dicta diſtinctio poteſt habere locum quoad Regulares Maſculos; non autem quoad Moniales, *Berous cit. loc.* ubi dicit. *Bald.* & *Jaſon.* non habuiſſe opinionem contrariam, ſed tenuiſſe ſupradictam.

6. Neque his obſtat *Flavius Amendola in ſua addit. ad deciſ. D. Vinc. de Franchis,* dicens, quod imò Moniales ipſæ ſunt cogendæ ad claudendum ſuas feneſtras, è quibus proſpici poſſunt, juxtà Pontificis Conſtitutionem relatam à *Steph. Quar. in ſum. Bull. ver. Monaſter. Monial.* quia ibi nulla adeſt Papæ Conſtitutio, ſed tantum quædam ordinatio Sac. Congregat. & eſt 23. in ordine, quâ cavetur, ne Moniales habeant feneſtras in pariete clauſuræ, è quibus aſpici poſſint, niſi neceſſariæ ſint ad lumen recipiendum: quæ quippè ordinario in caſu, de quo agebatur, nullatenus poterat procedi contra Moniales, nam diſceptabatur de feneſtris Chori, quæ ad lumen recipiendum erant neceſſariæ: ergo juſtitia ſtabat pro Monialibus: non autem pro vicinis.

7. Verùm non deſinam dicere, quòd Illuſtriſſimi locorum Ordinarii in his caſibus, ne graventur vicini, conſueverunt mandare in dictis feneſtris fieri tubas ligneas, vel cancellos ferreos, per quos impeditur aſpectus; & ſic fuiſſe deciſum per Sac. Concil. in cauſa Anelli Longhi, cum Monaſterio S. Ligorii, refert ibidem *D. Thor. cit. loc.*

Verùm ſi hoc non ſufficit, vel indè emanat omnimoda obſcuratio manſionum Monialium, coguntur vicini proſſus proſpectum tollere, ne ſacræ virgines lædantur, ut dictum eſt in ſua clauſura.

8. Nec tandem replices dicendo, reſolutionem prædictam habere locum, tunc quando caſæ vicinorum ſunt Monialibus valdè proximæ; ſecus autem, ſi fuerint remotæ, adeò ut inter ipſas, & Monialium Monaſteria, mediet via publica.

9. Quia hoc dictum nullo jure probatur; ſed potiùs contrarium fuit ſæpè deciſum; nempè, quòd etiam, ſi via ſit intermedia, adhuc tamen cogatur quis ad claudendum ſuas feneſtras, habentes proſpectum ad Moniales, prout deciſum referunt *D. Regens de Franch. in deciſ. 225. D. Capiblanc. & D. Reg. Tapia in prag. 3. de Monial. num. 1.*

nu. 1. & ſe fundant in favore Religionis, & honeſtatis Monialium, *arg. l. ſunt perſonæ, de Relig. & ſum. funer.*

10. Et reverà inter hunc & illum caſum nulla poteſt diverſa ratio aſſignari: ſi enim Moniales videntur à feneſtris vicini, parum refert, quòd via mediat, vel non mediat, ſatis eſt, quòd in domo propria lædantur.

11. Non reticeam tamen dicere, quòd hæ opiniones poſſunt ad concordiam revocari; ſi dicatur, quòd aut agitur de claudendis feneſtris veterioribus vicini, & ſic non poteſt cogi ad effectum prædictum, ſed poteſt cogi ad vendendum ipſis Monialibus dictam ſuam domum, vel ſuam ſervitutem, illas ſcilicet excæcandi, vel per illas ampliùs non proſpiciendi; juſto tamen mediante pretio; nam ſi Moniales pro conſtructione ſui Monaſterii, aut pro ampliatione ipſius, poſſunt cogere vicinum ad ſibi vendendum ſuam ſervitutem, domum, vel agrum, cur non poterint ad effectum prædictum? Secus autem dicendum de claudendis feneſtris novis, ut dictum eſt ſuprà; nam magna eſt differentia inter veterem, & novam feneſtram; aliud enim eſt diu poſſediſſe, & aliud de novo poſſidere in præjudicium alterius, *arg. l. Imperatores, & l. cujus, ff. de ſerv. urb. præd.* quod procedit, etiamſi inter domum prædictam mediet aliqua publica via, & hoc favore Religionis, & honeſtatis, ut dictum eſt ſuprà, & atteſtantur *Ant. de Padill. in l. altius num. 19. C. de ſervit. & aqua. D. Reg. de Franch. in d. dec. 223. nu. 4. Gurba dec. 86. nu. 9.* & alii plures, quos allegat & ſequitur *Berous in d. conſ. 135. nu. 6.* & ad hoc faciunt illa jura, quæ refert *Molina de juſt. & jur. tit. de delictis, diſp. 709. nu. 6. & Paulus Laym. loc. cit.*

Quæſt. 9. *Sed dices, vicinus iſte à quonam Judice cogendus eſt ad exequendum prædicta?*

1. Reſpondeo, quòd cogendus eſt à ſuo Judice competente, juxta illam Juris Regulam, qua dicitur, quòd *actor ſequitur forum rei*, & habetur expreſsè in *C. de juriſd. omn. judic. & C. ubi in rem action. l. ult. & ff. de alien. jud. mut. cauſa facta, & in auth. ut cler. apud proprios Epiſcopos coll. 6.* & reperitur canonizata in *can. experientiæ tuæ, 13. cauſ. 11. q. 1.* ubi dicitur, quòd ſi aliquis clericus vult laicum convenire, apud Judicem Provinciæ ſæcularem conveniat, & liquet ibi, *experientiæ tuæ præſenti authoritate mandamus, ut in cauſis, in quibus qualibet eccleſiaſtici officii perſona, loco petitoris exſtit, quemquam laicum pulſatura apud ſua Provinciæ Judicem ſuas proponere actiones non deſerat*, quod item replicatur in ſubſequenti *can. 16. incip. Si quiſquam*, ubi Papa dictam Regulam laudat, & mandat obſervari; idem reperitur ſancitum in *c. ſi clericus laicum, 5. de foro competenti:* ergò in caſu noſtro, ſi vicinus ſit clericus, cogendus eſt per Epiſcopum, ſi laicus, per Judicem ſuum laicum: eò magis, quia ut dictum eſt, videre Monachos, vel Monachas, non eſt de genere prohibitorum. Unde S. Auguſtinus in Regula ad Fratres, dicit: *Nec fœminas videre prohibemini, ſed ab ipſis appeti, vel appetere velle, crimnoſum eſt.* Ergo proſpectus hujuſmodi de per ſe non eſt actus peccaminoſus, & conſequenter ut ſic non poteſt ſpectare ad Judicem Eccleſiaſticum; etenim pro peccatis, & pro cauſa ſpirituali, & eccleſiaſtica, recurrendum eſt ad Judicem eccleſiaſticum, pro cauſa verò laica, ad laicum; quamobrem Apoſtolus pro laico gravamine ſibi illato, appellavit ad Cæſarem, & pro cauſa ſpirituali, Principem Apoſtolorum adivit.

2. His accedit hujus Regni Pragmatica 1. *de Monial.* qua Sereniſſimus Rex noſter ſubditis mandat, ut feneſtræ exiſtentes ex aſpectu monaſteriorum Monialium, de quibus aliqua vertitur lis, infra menſem claudantur, & ampliùs non fiant: ex qua Pragmatica duo clarè apparent, & quòd laici ad hujuſmodi ſuas feneſtras obſtruendum fuerint conventi coram Judice laico, & quòd his fuit à Rege mandatum, ne ampliùs facient, & ità in Sac. Concil. Neapolit. fuiſſe ſæpè deciſum, referunt *D. Regens de Franch. deciſ. 223. Capiblanc. in Prag. 1. n. 176. de Baronibus, D. Regens Tapia in Prag. 3. de Monialib. n. 1.* ubi refert, ità fuiſſe deciſum inter Moniales S. Andreæ, cum Barone Galeota, *Thor. in comp. deciſ. Neapol. tom. 1. ver. vicinus. Novar. Forens. 1. p. qu. 1. D. Regens Rovit. deciſ. 92. & D. Reg. Capyc. Latro, deciſ. 157. l. 2.*

2. Verùm doctiſſimus *Alexander Sperellus 1. p. deciſ. 58. n. 1.* ait, quòd cùm ex viſitatione Monaſterii Monialium S. Pauli, Civit. Palmæ, comperiſſet, quendam Smeraldum de Smeraldis, in cacumine domus ſuæ ædificaſſe quoddam ſolarium, vulgò loggia, per quod interiora clauſuræ proſpiciebantur. Cùmque pariter vitaſſet idem ſolarium, præcepit eidem Smeraldo, ut à ea parte illud occluderet, qua intra monaſterii ſepta proſpectus habebatur.

4. De qua re dolens Gubernator Civitatis, ajebat, quòd poſuiſſet falcem in meſſem alienam: unde, inquit ipſe, fuit coactus oſtendere, quòd hoc licito jure potuiſſet facere, quod iterum ſe feciſſe in Civit. Genuæ atteſtatur *nu.* 10.

5. Verùm enimverò, jus illud, quo ſuffultus dicebat, ſe potuiſſe prædicta ritè facere, non apparet: quandoquidem jura allata convincunt vicinum, in caſu poſito cogi poſſe ad effectum prædictum: non tamen dicunt, poſſe cogi à Judice eccleſiaſtico, etiamſi ſit laicus; cùm tamen non poſſit præſumi, quòd vir iſte ingenio, & officio Illuſtriſſ. hoc inconſideratè egerit, dicendum eſt, quòd hoc fecit ſuffultus *c. cùm ſit generale, 8. de foro competenti, ubi d. Juris Regula* limitatur non procedere, quando Judices ſunt remiſſi in exhibenda juſtitia perſonis eccleſiaſticis; in tali enim caſu in favorem Eccleſiæ introductum eſt, ut malefactores ſuos, qui ſacrilegi ſunt cenſendi, venerabiles locorum Rectores poſſint ſub quo maluerint Judice convenire.

Quæſt. 10. *Si quis in ſuo teſtamento legat, ut de ſuis bonis conſtruatur unum Monaſterium in tali loco, non diſtinguendo de maribus, vel fœminis, an in tali diſpoſitione Moniales ſint præferendæ Fratribus, vel è contra?*

1. Sapientiſſimus *Lud. Miranda tom. 1. ſui Manual. q. 33. art. 8.* cui arridet *P. Pellizz. tom. 2. ſui Manual. tract. 8. c. 7. ſect. 2. num. 116.* dicit, quòd in tali caſu Moniales debent præferri Fratribus, ex eo, quia monaſterium Monialium cenſetur opus magis pium, magiſque Eccleſiæ neceſſarium, & utile, ut virgines Deo conſecratæ conſerventur, & conſervari poſſint in ſua integritate, & puritate, quod priùs docuit *Angelus in authen. de Eccleſ.* ubi dicit, quòd quando in aliquo teſtamento, ſive legato, duæ cauſæ piæ ſunt inſtitutæ, inſtitutio pauperioris loci prævalebit, & debet prævalere, prout atteſtantur *Bald. in l. in multos, ff. de ſtat. hom. in fine, & in l. cùm multæ, C. de bonis, quæ liberis, & Deo, in tota impræſentia de probat. & Menoch. de adipiſcend. par. 4. num. 788.*

2. Quod ampliando *Miranda cit. loc.* dicit, hoc procedere in quolibet legato relicto pro Monialibus, & etiam pro Fratribus, ſi ad utrumque bona legatoris deficiant.

3. Verùm alii tenent contrarium, quòd ſcilicet in caſu deficientiæ bona teſtatoris dividenda ſunt pro rata; tum quia omnes legatarii pari paſſu ambulant, cùm ad rem legatam omnes habeant actionem perſonalem; tum etiam, quia favor piæ cauſæ utrobique reperitur.

tum

rum denique, quia talis præſumitur mens & voluntas teſtatoris, dum utrumque Monaſterium in ſua diſpoſitione nominavit, & ità audio à ſapientiſſimis fuiſſe deciſum, unde ampliatio Mirandæ non placet.

Quæſt. 11. An propè Monaſterium Monialium poſſit ædificari aliud virorum ejuſdem, vel alterius Ordinis, maximè infrà ſpatium centum quadraginta cannarum?

1. NEgativè per allegata 2. *p. prax. tract. 2. de Privil. Monaſteri, qu. 13. & conſtat ex Bulla Clem. IV. incip. ad conſequendam gloriam cæleſtis patriæ*, quæ per extenſum habetur *in Bull. Cherub. pag. mihi* 113. & liquet ibi, *nullique mulierum prædictis, ſeu quibuslibet aliis Ordinibus, aliquod Monaſterium, Eccleſiam, vel Oratorium ædificare, ſeu conſtruere, &c.* ad quod faciunt tot alia Monachorum privilegia, prohibentia conſtruere propè eoſdem, quæ licèt loquantur de viris, extenduntur tamen ad fœminas, dummodò ſexui, & ipſarum ſtatutis non repognent, de quibus latè *Ludov. Miranda tom. 1. manual. qu. 33. ar. 4.*

Quæſt. 12. Monaſteria monialium an ſint ſubjecta juribus Parochiæ, ita ut teneantur à Parocho Sacramenta ſuſcipere?

1. QUòd de jure communi omnia Monaſteria, omneſque Eccleſiæ, & pia loca ſubſint curæ, & juriſdictioni Epiſcopi loci, in quo ſunt fundata, non eſt, qui dubigat; habetur enim expreſsè in *c. Abbates*, 15. *cauſ.* 18. *q.* 2. ibi, *Abbates pro humilitate Religionis in Epiſcoporum poteſtate conſiſtant, & ſi quid extra Regulam fecerint, ab Epiſcopis corrigantur, &c.* & in ſubſequenti cap. hæc leguntur: *Monaſteria, vel Monachorum diſciplina, ad eum pertineant Epiſcopum, in cujus ſunt territorio conſtituta*, hæc ibi. Unde in *cap. cùm dilectus*, 8. *de Religioſis domibus*, dicitur, quòd Monaſterium ſubjectum eſt Epiſcopo, in cujus Diœceſi ſitum eſt, niſi probetur eſſe exemptum, & liquet ibi, *ſi vobis conſtiterit de exemptione, &c.* & ratio potuit eſſe, quia de jure communi ad Epiſcopum pertinet cura Diœceſis, tam in Monaſteriis, quàm in aliis Eccleſiis, & piis locis omnibus, & conſequenter omnia Monaſteria, etiam Monialium, quoad Sacramentorum ſuſceptionem, aliorumque jurium Parochialium, ſubduntur Parochis, in quorum Parochiis conſtructa ſunt, tanquam Epiſcoporum Vicariis, ſive Locumtenentibus.

2. Verùm de hoc non quæritur, ſed ſuppoſito Privilegio exemptionis quoad omnes, & quòd aliquæ Moniales ex conſuetudine, vel alio capite, hoc exemptionis Privilegium perdiderunt; ac proinde remanſerunt ſubjectæ Epiſcopo loci, prout de facto plures hodie ſubeſſe reperiuntur, tenentur nè ſuſcipere Sacramenta de manu Parochi, ſicut cæteri Parochiani; an verò de manu Epiſcopi: hoc eſt, quod quæritur.

3. Ad quod dicunt *Panor. d. cap. Dilectus, de Relig. Domib. Joan. Azor. 1. p. inſtit. moral. lib. 13. q. 4. & Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 34. q. 4. n. 2. in fin.* quòd Epiſcopus loci tenetur dictis Monialibus ſibi ſubjectis Presbyterum aſſignare, quem Cappellanum vocant, ad hoc, ut Moniales prædictæ de manu ejus Sacramenta recipiant, & ab omni alio jure Parochiæ ſint immunes, adeò ut nec ad decimas, nec ad alia Jura teneantur ex Bulla Pii V. *incip. de ſtatu, publicata anno* 1560. ad quod item facit Conſtit. Greg. XV. incip. *Inſcrutabili Dei providentia, de exemptorum Privilegiis, edita* 1622. de qua re multa *Novar. in ſua Lucer. Regul. ver. Moniales.*

Quæſt. 13. An Monaſterium Monialium gaudeat Privilegio fori, & Canonis, & exemptionis à gabellis, & immunitatis, pro confugientibus ad illud?

1. AFfirmativè dic per ea, quæ dico 2. *p. prax. tract. 2. de privil. qu. 6.* & habetur expreſsè in tota *authen. coll. 9. tit. 15. de ſanctiſſ. Epiſcop. Clericis, & Monachis, & præcipuè in cap. 6. ut Clerici, in fin.* ibi, *nullam contra Eccleſiam, aut Monaſterium, aut res ejus, aut gubernantium actionem habeant, &c.* & infrà *cap.* 21. Imperator vult, ut apud proprium Epiſcopum conveniantur, ibi, *ſi quis contra aliquem Clericum, vel Monachum, aut Diaconiſſam, aut Monaſterium, aut aſceterium habeat aliquam actionem, adeat priùs ſanctiſſimum Epiſcopum, cui horum unuſquiſque ſubjaceat*, hæc ibi, quæ omnia confirmantur in *C. tit. 2. de ſacroſanctis Eccleſiis, l. Privilegia* 12. *& in l. caſſa, & ibidem ſub tit. 3. Cod. de Epiſcopis, & Cler. l. cauſa, hæc leguntur; cauſa, quæ ſit cum Monacho, vel cum muliere qualibet in Monaſterio conſiſtente, non apud Judicem civilem ventiletur, ſed apud Epiſcopum, qui de perſona præſentia, quod convenit, ſtatuet, ſive per Abbatem, vel Antiſtitem, vel per alios hoc fieri debeat, qui ſecundùm legem rem diſponat, & ſacras Regulas, ſalva perſona reverentia*; hæc ibi.

2. De Privilegio Canonis conſtat *ex cap. de Monialibus, de ſententia excom.* & docent communiter *DD. quos ſequitur Nicolaus Garſia 1. p. de benef. in cap. 4. num. 12.*

3. De Privilegio exemptionis à gabellis, probat *textus, l. ſancimus, 19. C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, ubi Imperator ſic loquitur: *Sancimus, res ad venerabiles Eccleſias, vel monaſteria, &c. & in l. item nulla, eod. tit. 3. ait: Item nulla Communitas, vel perſona publica, vel privata collectas, vel exactiones, Angarias, vel Parangarias Eccleſiis, vel aliis piis locis, aut eccleſiaſticis perſonis imponere, aut invadere eccleſiaſtica bona præſumant, &c.*

4. Ad quod item facit *cap. quàm ſit neceſſarium, 5. 18. q. 2. & cap. non minus 4. & cap. adverſus 7. de Immunitate eccleſiaſtica, & cap. quamvis de cenſibus in 6.*

5. Et tandem de Privilegio Immunitatis pro confugientibus ad Eccleſias, loquitur *textus l. fideli, devotaque perceptione ſancimus 1. & l. præſenti, l. decernimus, C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt, tit. 12. & textus cap. inter alia, 6. de Immunitate Eccleſiaſtica*, ubi à S. Papa declarantur multi caſus, in quibus confugientes ad Eccleſiam, prædicta immunitate non gaudent.

6. Et quamvis proinde confugientes ad Monialium Eccleſias, poſſunt ipſarum immunitate gaudere; nihilominus juſſu Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi loci Ordinarii, ad omnem bonum finem, & præcipuè ad conſulendum decori, & honeſtati Monialium exindè extrahuntur, ducunturque ad alias Eccleſias, vel ad Epiſcopale Palatium, ut praxis ipſa docet.

7. Quod procedit, etiamſi ex tali confugio non orietur ſcandalum, *Pellizz. tom. 2. Manual. tract. 8. cap. 5. num. 53.*

Quæſt. 14. An verò dictum Privilegium fori extendatur ad illos, qui aſſumpto habitu Religioſo, adhibentur ad ſervitia, & obſequia Monialium, & accipiendum pro ipſis eleemoſynam?

1. AFfirmat *Martinus Bonac. tom. 1. de excommunic. diſp. 2. q. 4. p. 3. ſub nu. 10. verſ. hinc ſequitur*, ubi etiam agit de Tertiariis S. Dominici, de Eremitis, & Equitibus Religioſis.

2. Sed immeritò hoc dicit; tum quia prædicti homines, ſive ſint mares, ſive fœminæ, non ſunt Profeſſi, nec Novitii, neq; degentes intra Clauſtra Monialium, ut ſupponitur, ergò nec ſtrictè, neque largè, nec propriè, neque impro-

impropriè poſſunt dici perſonæ eccleſiaſticæ, nam Privilegium Clericale de directo & per ſe competit Clericis, vel in Religioſo ſtatu exiſtentibus; tum item, quia eis reſiſtunt Jura allata 1. *p. tract. 6. de eccleſ. Privil. q. 21. & latè 4. p. tract. 16. de Tertiariis extra ſepta, q. 7. & tract. 17. de ſororib. q. 3.* tum item, quia licèt Privil. Eccleſiæ extendatur ad ſervos, *cap. Eccleſiarum ſervos, 12. q. 2.* hoc tamen intelligitur de ſervis perpetuò adſcriptis Eccleſiæ, eique gratis, & ſine mercede ſervientibus, prout teſtantur multi graviſſimi Doctores, quos longo ſermone congerit *D. Regens San Felic. to. 3. deciſ. 418.* ubi vehementer invehit contra tenentes contrarium; quod item poſt alios docet *Roder. tom. 3. q. 77. ar. 3. § circa quos: quibus favet doctiſſimus Joan. Baptiſta Lezana, 2. p. ſum. cap. 16.* ubi *n. 2.* dicit, *quòd ſervitores Regularium, cùm vota ſolemnia non emittant, abſolutè & ſimpliciter dicendi ſunt ſæculares, & n. 14. expendens verba cap. 11. Sac. Conc. Trid. incip. quoniam privilegia,* ait, *quòd tria de Jure Conc. Trid. copulativè requiruntur ad gaudendum diſpoſitione dicti Decreti Conciliaris, ſcilicet actu ſervire, intra ſepta degere, & ſub Prælatorum obedientia vivere.*

3. Unde iterum non approbo, quod iterum de dictis ſervitoribus Monialium dixit *Bonac. tom. 3. de Cenſuris in Bulla Cœnæ, diſput. 1. q. 16. ſect. 1. p. 3. n. 18. & P. Ant. Diana 4. p. moral. tract. 1. de immunit. reſolut. 31. ubi in fine ſubſcribit opinioni Bonac.*

Quæſt. 15. *Monaſterium Monialium ſub Generalis poteſtate inſtitutum, an poſſit per eumdem vel per eaſdem ſubjici Epiſcopo loci, ſine licentia Papæ?*

1. Doctiſſimus *P. Lauren. Portellus 1. p. caſu 12. n. 4. P. Franc. Ceſpedes cap. 23. de exempt. dub. 326. & P. Joan. Baptiſta Lezana conſul. 4.* reſpondent ad quæſitum negativè, & moventur ex multis.

2. Primò, quia hujuſmodi ſubjectio ſubſtantialiter, & in rigore eſt renunciatio Privilegii exemptionis Monialium, quod eis fuit conceſſum à ſola Sancta Sede, ut conſtat ex deciſis *2. p. prax. tr. 13. de exempt. q. 4.* ſed huic Privilegio nequeunt Prælati Regulares, etiamſi ſint majores, ſine licentia Papæ renunciare, per ea, quæ retuli *cit. loc. q. 10.* & habetur expreſsè *in cap. cum tempore 8. de Arbitris,* ibi, *cùm de Jure nequiveris, ſine licentia Rom. Pontif. renunciare Privilegiis, vel Indulgentiis libertatis, quæ Monaſterium illud indicant, ad jus & proprietatem Romanæ Eccleſiæ pertinere: & in cap. denique 3. cauſ. 6. q. 3.* ibi, *ſuper Epiſcopatus abrenunciatione orta fuiſſet contentio, ex more ad Apoſtolicam Sedem referri, convenerat; & in c. Abbas 2. 18. q. 2.* ibi, *nulli Eccleſiæ ſubjiciatur, ubi gloſſa in fine caſus poſiti,* dicit, *quòd hoc intelligitur de Monaſteriis exemptis:* quæ quippe jura adeo vera ſunt, ut etiam ſi ipſemet S. Papa vellet abrenunciare Papatui, licèt in terris ſuperiorem non habeat, adhuc tamen debet renunciare coram Emin. Cardinal. tanquam coram teſtibus, qui videant ipſum Deo renunciare, prout teſtantur *Comitol. lib. 1. q. 9. Moralium, q. 100. n. 2. & Portell. cit. loc. n. 4.*

3. Secundò, quia certiſſimi Juris eſt, quòd bona, loca, Monaſteria, ac Perſonæ omnium Ordinum Mendicantium, ſubjiciuntur immediatè D. Papæ per ea, quæ dico *cit. loc. de exempt. & conſtat ex Mari magno Eremitarum S. Auguſtini §. 31. Item ex Mari magno Carmelitarum, §. 5.* ergo ſubjicere hujuſmodi Moniales Epiſcopo loci, inſcio Papa, eſt contra jus Papæ agere, & falcem mittere in meſſem alienam; etenim quando S. Papa in Privilegio exemptionis dicit, *vos nobis immediatè ſubjicimus;* tunc conſtituit ſe immediatum ſuperiorem Epiſcoporum, & Judicem ordinariorum prædictorum, ut notat *Henriquez in ſum. lib. 7. de Indulg. c. 25. num. 1.* ergo.

4. Tertiò, quia beneficium non poteſt renunciari, niſi coram Superiore, à quo fuit receptum; ſecus renunciatio nihil valet, & aliter renuncians debet puniri, ut probat *text. c. admonet, 4. de renunciatione,* ibi, *quòd ſi quis contra prohibitionem tuam venire præſumpſerit, in eum Canonicam exerceas ultionem, &c.* qui textus licèt loquatur de Epiſcopis, extenditur tamen ad Regulares per ea, quæ ibidem allegat *Gloſſ. in ver. inconſultò.*

5. Sed P. Generalis habet regimen Monialium de manu Rom. Pontif. ut liquet ex allegatis Privilegiis, ergo &c.

6. Quòd item Moniales nequeant ſe ſubjicere Epiſcopo loci, inconſulto eod. Papa, & Generali Ordinis, probatur pariter ex multis.

7. Primò, quia ſicut eſt contra jus Epiſcopi, quòd Clerici ſe ſubmittant Judici non ſuo, ut expreſsè dicitur *in c. ſignificaſti, 19. de for. compet.* ibi, *Clerici tamen in Judicem non ſuum conſentire non poſſunt, quòd ſi fecerint, factum non tenet,* per ea, quæ ibidem allegat *gloſſ. ver. Clerici.*

8. Ita à pari eſt contra Jus Papæ, & Generalis Ordinis, quòd Moniales ſe ſubjiciant Prælato non ſuo, ad quod facit *c. cùm olim de privileg.* ubi S. Papa ſic ait, *Nos igitur attendentes, quòd eadem Privilegia non ſolùm pro libertate Monaſterii faciebant, ſed etiam exprimebant jus noſtrum, & Eccleſiæ Romanæ juſtitiam tuebantur.*

9. Secundò, quia hoc privilegium gubernandi Moniales fuit datum Prælatis Regularibus à Sede Apoſtolica, ad honorem & favorem Ordinis; ſed Privilegiis, quæ circumcernunt favorem, & honorem Ordinis, nec Prælatus, nec ſubditus poteſt renunciare per ea, quæ dico *de renunciat. Privil. & conſtat ex d. cap. cum tempore de Arbitrariis, ergo.*

10. Tertiò, quia juriſdictio Epiſcoporum gubernandi Moniales exemptas, univerſaliter fuit extincta à Romanis Pontificibus, & maximè ab Eug. IV. per duo ejus Privilegia, quorum unum refert *Roder. in ſuo Bul. fol. mihi 241. & alterum 239.* per quæ dictas Moniales ſubjicit immediatè gubernationi Prælatorum Ordinis, & eximit ab omni juriſdictione Epiſcoporum, ac etiam Legatorum, Archiepiſcoporum, & ſimilium, ità ut non poſſint in eas ferre aliquas Cenſuras, *& in ſecundo Privil.* idem Papa ait, *per has Sanctiones Apoſtolicas, illas per vos decernimus gubernari, &c.*

11. Sed juriſdictio ſemel extincta, nequit reviviſcere, niſi renovetur ab eo, qui illam abſtulit; ergo hujuſmodi juriſdictio nequit Epiſcopis locorum competere, ſine nova facultate ſibi facienda à Rom. Pontif. ad hoc, quod dicitur de Delegato Apoſtolico, vide *Mare magnum Ordinis noſtri, §. 17. & Minorum §. 15. 16. & 17. & non pigebit.*

12. Neque his nocet dicere, quòd Generalis Ordinis poteſt dimittere Ordinario loci aliquod Monaſterium ſui Ordinis, per allegata *2. p. de ædificat. Monaſter.* ergo ità à pari poterit ſubmittere perſonas ſibi ſubditas, quia falſa eſt conſequentia, & paritas; nam quando P. Generalis dimittit Monaſterium ob aliquam juſtam cauſam, tunc dimittit parietes, ſaxa, &c. non autem Fratres ſibi ſubditos.

13. Nec replices dicendo, quòd Prælati Regulares poſſunt ſubjicere ſuos ſubditos Epiſcopo pro abſolutione obtinenda, exemptione non obſtante, ergo.

Quandoquidem D.D. graviſſimi antecedens negant, etiam quoad forum internum, & quoad forum crepitoſum, nec quidem unus reperitur, qui illud admittat. *Sanchez ad Decal. l. 4. c. 39. nu. 29.* cætera autem objecta vide apud *Lezan. cit. loc.*

Quæſt. 16.

Digitized by Google

Quæſt. 16. *Monaſterium Monialium, ſi auferatur à Regimine Regularium, & ſubjiciatur Epiſcopo loci, an teneatur obſervare ſtatuta, & Conſtitutiones ſui ordinis?*

1\. RESpondeo affirmativè; tum quia Moniales hujuſmodi per hanc novam ſubjectionem, qua auferuntur à Regimine Regularium, & de novo ſubjiciuntur Epiſcopo loci, non deſinunt eſſe Moniales ordinis S.Dominici, nec deſinunt profiteri regulam, & ſtatuta ejuſdem ordinis.

2\. Confirmatur, & magis declaratur, quia ſtatus Religioſus Monialium, per hanc ſubjectionem de novo factum, non læditur intrinſecè, hoc eſt non mutatur quo ad ſubſtantialia, ut patet de ſtatu Religioſo Monachorum, qui olim ſubdebatur Epiſcopo loci, & ab eodem gubernabatur juxta regulam, & propria ſtatuta, & non aliter, ergo.

3\. Tum item, quia ità confirmat communis uſus; etenim Moniales, quæ hodie ſubſunt Regimini Epiſcopi loci, reguntur juxta ſuam regulam; & ſubeſſe omninò viſitationi, & correctioni ordinarii, non eſt viſitari, & puniri ſupra, vel contra Regulam; ſed ſecundùm Regulam, ut conſtat ex deciſis *2.p.prax.tract.2.q.23.* & doctores *Barboſ.allegat.105.nu.77.Tambur.tom.1.de Jur.Abbat.diſput.15.q.7.n.28.Lezan.ver. Epiſcopus, quoad Regulares num.6.& Bordon.deciſ.162.* qui concorditer dicunt, per hanc novam ſubjectionem, exemptionem, Regularium dumtaxat deperdi, & nihil aliud.

Quæſt. 17. *Monaſterium Monialium, an meliùs ac vigilantius regatur à ſuperioribus ſui ordinis, quam ab Epiſcopis, Clericis, vel Fratribus alterius ordinis?*

1\. P*Ortell.2.p.caſu 13.ſub num.2.poſt Roder.tom.1. q.17. ar.3.& Mirand.in tract.Monialium q.5.ar.2.in fin.* dicit quod ſic, & movetur ex multis.

2\. Primò ex eo, quod Moniales S. Claræ, in prima ſua fundatione, erant ſubjectæ gubernationi unius Cardinalis, qui per Viſitatores delegatos, non autem per ſe, illas viſitabat, & electiones faciebat: currente tamen tempore pervenit ad aures Papæ, quod regimen illud Monialibus non conveniebat, & quod meliùs illis erat, gubernari per Generalem, & Provincialem ordinis; quibus de cauſis motus Eugenius IV. prædictarum Monialium regimen abſtulit à dict.Emin.Cardinali, & illud commiſit P.Generali, & Provincialibus ordinis, ut conſtat *ex duobus Privil. extenſis in Bull. Rodriq. inter Bullas ejuſdem Papæ fol.mihi* 239.242. ut dictum eſt ſupra.

3\. Secundò, quia dicta Privil. fuerunt confirmata per omnes ſubſequentes Pontifices; etiam per Sac. Congregat.Conc.Trid.Seſſ.25.de Regul. unde tranſierunt in Jus commune, & legem perpetuam omnium Regularium, qui cum minoribus in Privilegiis communicant.

4\. Tertiò, quia ſi Evangelium Chriſti Domini; & tot Concilia obligant, ut Prælatus cognoſcat ex vultu oves proprias, unde Concil.Trid.vult.ut Epiſcopi per ſe ſingulis annis viſitent proprias oves, multo magis debet hoc attendi reſpectu Monialium, quæ non ſunt oves alterius ordinis.

5\. Quartò, quia Epiſcopi non ſtant ſindicatui de bona, aut mala adminiſtratione bonorum Monialium; ſecus autem Provinciales, ergo hi meliùs invigilant circa Moniales, ſaltem ob timorem ſtandi ſindicatui de adminiſtrata tutela.

6\. Confirmatur, & magis declaratur; quia Moniales debent regi præcipuè, & inſtrui circa regulam, quam profeſſæ ſunt, & jurarunt obſervare: hoc autem meliùs fit à Religioſis ejuſdem Regulæ, quàm ab alienis. Res enim domeſtica, ad domeſticos pertinet *Suar. tom.4.de Relig.l.7.cap.8.* ad quod facit *cap.officii tui 38.de elect.* ubi Clericus ſæcularis, quantumvis eruditus, non poteſt eligi in Abbatem; quia in Regula Monachali non cenſetur inſtructus, & conſequenter non idoneus ad Inſtructionem Monachorum ergo; &c.

7\. His tamen non obſtantibus, dicendum eſt, quod de hac re non poteſt dari certa & perpetua Regula: quandoquidem judicium hoc de benè regendo Religioſas fœminas, emanat è vita, & moribus Religioſorum; qui ſine ſpeciali gratia Dei, nunquam permanent in eodem ſtatu; nam interdum aſcendunt, aliquando deſcendunt, nunc ſtant, nunc verò cadunt; modo floreſcunt, modo autem marceſcunt: ſunt namque homines, ſicut, & cæteri mutationi ſubjecti: Nec item ſemper in ſtatu Monachali eliguntur digniores in Prælatos; ô utinam raro indigniores: & quamvis omnis electio ſit à Deo; poſitivè tamen, vel permiſſivè; nonnè Deus ſæpè nobis dat Regem in furore ſuo? nonnè ob populi peccata ſæpius permittit hypocritam regnare? ergò aliquando mittit Prælatum ad ædificationem, interdum verò ad correctionem, ne dicam, indiſſipationem, ſunt enim ejus judicia incomprehenſibilia; juſta tamen, & occulta: ſed recedant verba, ubi facta loquuntur. Moniales S. Claræ, primæ, & ſecundæ Regulæ, à tempore Innocentii IV. uſque ad Urbanum IV. qui vixit ſub anno Domini 1266. ſemper fuerunt ſubjectæ Prælatis Ordinis Minorum, ut conſtat ex eorum Chronicis: Verùm eodem tempore Urban. IV. exortâ magna & gravi lite inter hos, & illas, fuerunt exemptæ à prædictorum juriſdictione & gubernio, & ſubmiſſæ juriſdictioni & Regimini cujuſdam Emin. Cardin. Joannis Cajetani nomine; quod duravit uſque ad tempora Jul.2.fæl.rec.qui ſub anno Domini 1503. iterum illas ſubjecit Prælatis præfati ordinis Minorum, ut eruditè ex multis oſtendit *Miranda ubi ſupra in princ. ar. 2.* & in princ. præteriti ſæculi, Moniales Sancti Dominici Civitatis Tabernarum Provinciæ Calabriæ, ſubdebantur Prælatis ordinis Prædicatorum: nunc verò Illuſtriſſ.Epiſc.loci.

8\. His tandem, cæteris prætermiſſis, accedat *Bulla fæl. rec. Greg.15.incip.Inſcrutabili Dei providentia, edita ſub anno Domini 1622. & eſt 18. inter Bullas ejuſdem in Bull. Romano Cherub.* quâ plura avocantur à Prælatis ordinum Regularium, & ſubduntur locorum Epiſcopis.

9\. Primùm, ne Prælati Regulares poſſint aſſignare Monialibus Confeſſorem ordinarium, vel extraordinarium, quin prius prædicti Confeſſores fuerint approbati per Epiſcopum loci, approbatione particulari, pro ſuſcipiendis confeſſionibus Monialium.

10\. Secundùm, ut Procuratores Conventuum Monialium, ſivè ſint Fratres, ſivè ſæculares, teneantur quotannis ratiocinium reddere coram Epiſcopo de redditibus ſingulis, & expenſis Conventus.

11\. Tertiùm, ut exiſtente cauſa, poſſit Epiſcopus monere Prælatum Regularem, ut ab officio amoveat confeſſarium, vel Procuratorem Conventus Monialium; idque Prælato non exequente, poſſit illos Epiſcopus amovere.

12\. Quartum, Ut Epiſcopi poſſint aſſiſtere electionibus Abbatiſſarum, & Prælatatum ſubditarum Regularium, & ut in illis præſideant &c.ut ibidem, quæ ut vides, apprimè limitant, & reſtringunt juriſdictionem Prælatorum ordinum, erga Moniales; & non aliundè forſitan: niſi ob quorumdam ipſorum negligentiam. Solertes ſunt, ſed non omnes.

13\. Et quamvis eruditiſſimus *Portell.cit.loc.ſub num.1.* dicat,

dicat, quod præfatus Greg. XV. ob falſam Informationem, & precum importunitatem, hæc prædicta Sancivit, ad quod pro ſe allegat *cap. per ambitioſam importunitatem, de reſcriptis in 6.*

14. Mihi tamen non placet, nec quidem placere poteſt; tum ob varia dubia exindè exorta, & juſſu ejuſdem Greg. & ſubſequentis Papæ, à Sac. Congregat. ſoluta, tum quia Egomet tunc temporis Romæ eram, & præſens fui tot ſeſſionibus in noſtro Conventu S. Mariæ ſuper Minervam, factis ab omnibus ferè Generalibus, & Procuratoribus ordinum, ac aliis Regularibus graviſſimæ literaturæ, accerſitis coram Reverendiſſ. P. Generali noſtri ordinis Fratre Seraphino Sicco Papienſi, ad conſulendum de re; qui poſt tot multiplices prolixos diſcurſus, concluſerunt ſe in voce, & in ſcriptis debere informare S. Papam ſuper honore, & fama, & aliis pretenſis gravaminibus, quæ ex dict. Bulla ſibi emanarent, prout de facto eidem Papæ ſupplicarunt; etiam per Eminent. Religionum Protectores, ut dignaretur dicta prætenſa gravamina legere, & conſiderare, quæ erant ferè quadraginta in uno congeſta folio, typis dato, quod pro expeditione, juxta praxim, reportavit nihil: ergo inutile extat, ad importunam petitionem, vel falſam informationem recurrere; ubi tot adhibitæ fuerunt diligentiæ, ne publicaretur dict. bulla.

Quæſt. 18. An Monaſterium Monialium Sancti Dominici, communicet in Privilegiis cæterorum ordinum?

1. SUnt qui negant ex eo, quia dictæ Moniales non habent communicationem Privilegiorum: Verumtamen falluntur omninò; quandoquidem certum eſt, quòd Privilegia conceſſa Religioſis fratribus noſtri ordinis, extenduntur ad Moniales ejuſdem, ut notat *P. Diana p. 10. tract. 13. Miſcell. reſolut. 24. & conſtat ex deciſis 1. p. prax tract. 6. quæſt. 3.* ubi ad id habes Decreta Summorum Pontif. qui multoties hoc declararunt: exceptis tamen odioſis, & ipſarum ſexui repugnantibus, ut ibidem dicitur.

2. At Patres Dominicani habent privilegium communicationis, quo communicant in alienis privilegiis, ſic adeò, ut privilegia communicata, cenſeantur propria, ut ibidem ex multis oſtenditur, & independenter: & de per ſe; ergo non eſt dubitandum, quin Moniales viventes ſub eodem ſtatuto Regularium, participent privilegia Regularibus conceſſa, prout atteſtantur *D.D. ibid. relati, & ſequuntur Caſtr. Palaus, 1. p. tract. 3. de Privil. diſput. 4. p. 2. §. 9. num. 1. & Zachar. Paſqualig. deciſ. 178. & P. Diana cit. loc. p. 10.*

Quæſt. 19. Monaſterium Monialium S. Dominici, an gaudeat prædicto privil. communicationis, ſi reperiatur commiſſum regimini Fratrum Minorum?

1. ET quidem gaudere, certum eſt ex privilegio conceſſo Fratribus Minoribus à Bonifacio VIII. quod refertur *in Comp. privil. Fratrum Minorum, & aliorum mendicantium, ver. communicatio num. 6.* ubi collectori[illegible] loquitur. *Bonifacius VIII. ſtatuit ad inſtar Innocentii IV.* quod quæcumque moniales commiſſæ fuerint gubernationi fratrum minorum, virtute *alicujus indulti Apoſtolici, Moniales ſic commiſſæ, gaudeant Privilegiis conceſſis, & concedendis dictis Fratribus.*

2. Quod dictum procedit, & verum extat, etiam, ſecluſo dict. Privil. nam ex quo, per S. Papam ſubjiciuntur regimini, & juriſdictioni Prælatorum ordinis Minorum, dicuntur pars, & membrum dict. ordinis; & conſequenter gaudent omnibus gratiis, & privilegiis illius, ut benè notat *Paſqual. deciſ. 180. num. 3.*

3. Et additur, quod licet in caſu poſito Moniales non ſubſint regimini Patrum Dominicanorum; adhuc tamen non poteſt negari, quin ſint pariter pars ordinis ipſorum; ideoque tamquam pars gaudent privilegiis totius.

4. Quod amplia ad conſimiles, quæ reperiuntur ſubjectæ Epiſcopis locorum, quòd nota *contra Bordon. tom. 2. concil. Regul. reſolut. 52. quæſt. 24. Barboſ. de Jur. Eccleſ. l. 2. cap. 41. num. 217. & alios, quos allegat, & ſequitur Sanchez in ſum. l. 6. cap. 7. num. 116. verùm ipſe Bordon. cit. loc. num. 69. ſe corrigit, & ſententiam mutat, ut etiam notat P. Diana par. 10. tract. 13. Miſcell. reſol. 24. verſ. ſed difficultas eſt.*

Quæſt. 20. In Monaſterio Monialium, an ſit conſtituendus numerus, & à quo?

1. AFfirmativè deciditur *in cap. 3. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ibi, *in prædictis autem Monaſteriis, & domibus, tam virorum, quàm mulierum, tam immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantùm numerus conſtituatur, ac in poſterum conſervetur, qui vel ex redditibus propriis Monaſteriorum, vel ex conſuetis Eleemoſynis commodè poſſint ſuſtentari.* Idipſum ſanxerunt *Pius V. Greg. VIII. Clem. VIII. Paulus V. & Urb. VIII.* quorum decreta per extenſum habes, *2. p. prax. tract. 2. q. 16.* ubi expenditur, quid ſit commodè, aut competenter, vel abſque penuria ſuſtentari *quæſt. 18.* & quod hujuſmodi numerus ſtatuendus ſit ab ordinariis locorum, tam in Monaſteriis ſibi ſubjectis, quam exemptis, habetur *in Bulla Greg. 13. edita anno Domini* 1572. *incip. Deo ſacris.*

2. In hoc autem numero præfigendo, comprehenduntur Converſæ neceſſariæ, prout Sac. Congregatio declaravit, die 6. Novembris 1595. & refert *Bartol. Gavantus in ſuo Manuali Epiſcop. ver. Monialium numerus;* quod nota contra *Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 5. quæſt. num. 1. ubi tenet contrarium, fultus authoritate Navar. in cap. ſtatuimus num. 44. de Regul.* & additur, quod prædictus numerus Monialium Monaſterii, ad minus debet eſſe quindecim Monialium, prout eadem Sac. Congregat. declaravit, ſub die 27. Maii 1603. teſte *Gavanto cit. loc.* cætera autem privilegia Monaſterii, vide *in cit. loc. noſtræ praxis, per totum tract. 2.* ubi latè agitur de privilegiis Monaſterii, *& tract. 11. ubi latè de ſucceſſione Monaſterii.*

* * *
* *

TRACT.

TRACTATUS TERTIUS.

DE CLAUSURA MONIALIUM.

Quæſt. 1. *Clauſura Monialium quid ſit, & quotuplex, & unde dicatur?*

1 CUm omne æquivocum ſit primùm dividendum, & poſtmodum diffiniendum; Advette, quod clauſura eſt duplex; una ſcilicet naturalis, ut liquet in antris deſerti, & portubus Maris: alter verò artificialis, ut in domibus, quæ muris, ſeris, & vectibus clauduntur: & hæc poteſt ſimpliciter ſumi, latè & expreſsè.

2. Primo modo dicta, juxta nomen clauſura, ſignificat omne illud, quo locus aliquis cingitur, terminatur, aut includitur, & ſecundum hanc nominis ethymologiam, incluſura, oſtium, clauſtrum, ſepta, aditus, porta, janua, ſera, ſeu ſeratura; & quid ſimile, poſſunt appellari clauſura, dicuntur enim à verbo claudo, claudis, ſivè includo, includis, aut referuntur ad idem: unde pro eadem re ſupponunt, & ſola voce differunt.

3. Verum preſsè ſumpta, aut laicorum carceres ſignificat, *l.3. ſi quis, ff. ad ſenatus C. ſyllanum*, §. 6. *ſubvenitur*; aut Religioſorum habitacula, quibus religioſi includuntur, ad Deo quietius vacandum. Undè religioſi pœnitentes, ſolent dici clauſtrati, ſeu clauſtrales, vel clauſi & incluſi, ut communis uſus loquendi, & praxis ipſa docet.

4. Aut tandem ſignificat legem, qua hujuſmodi clauſtrales vetantur exire de clauſtro, inſcio Prælato.

5. Hoc autem clauſtrum in Monialibus, eſt ille clauſus locus, qui janua clauſa continetur, ad quem ſæcularibus non patet acceſſus, pro ut Gregor. 13. declaravit in ſua bulla incip. *Deo ſacris*, quæ per extenſum habetur in *Bull. Cherub. & apud Steph. quar. ver. Monaſteria Monialium, fol. mihi* 339. & liquet *in* §. *declaramus*, ubi habentur hæc formalia verba.

6. *Declaramus præterea, nullis Monialibus, etiam tertiariis licere habere oſtium, per quod ex monaſterio introiri poſſit in ipſarum monialium eccleſiam exteriorem, in quam concurrentibus ad miſſas, & divina officia patere ſolet acceſſus, neque ab janua Monaſterii, quæ eſt pro clauſura ipſius Monaſterii, etiam ad claudendum aliam ulteriorem januam, per quam patere ſolet aditus ſæcularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad crates, ſeu loca colloquiis deſtinata, quæ vulgò parlatoria vocantur, vel ad pulſandum ipſam januam clauſuræ, quæ loca cùm ſaltem pro cauſis prædictis patere ſoleant ſæcularibus, extra clauſuram cenſeri debent; etiam tempore, quo clauſa ſunt, &c.* hæc ibi, ex quibus *DD.* hanc faciunt univerſalem; ea omnia ſcilicet loca, ad quæ liber acceſſus patet ſæcularibus, eſſe omninò extra clauſuram, illa verò, à quibus communiter ſæculares prohibentur, eſſe intra clauſuram; & meritò, cùm clauſura inſtituta ſit, ut Moniales ab hominum turbis, & communi conſuetudine ſeparentur, & ad talem finem ſeptis & muris ambiantur, & concludantur, *Roder. tom. 1. qu. 46. ar. 1. Suar. tom. 4. de Relig. l. 1. cap. 10. num. 6. Sanch. ad decal. l. 6. cap. 15. num. 6. Bonac. cap. 1. q. 1. de clauſ. p. 1. num. 1. Comitol. lib. 6. Reſponſ. Moral. qu. 3. P. Joſeph. Giball. de clauſ. Sanctim. diſp. 1. cap. 2. § . 16. latè Barboſa in collect. ad cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 18. q. 1. & egomet, 2. p. praxis tract. 3. quæſt. 1. & ſequent.*

Quæſt. 2. *Clauſura Monialium, an ſit de jure Naturali Divino, vel potiùs humano eccleſiaſtico?*

1. ET quidem loquendo de Clauſura Monialium in communi, præciſa à voto, & præcepto Regulæ; dicendum eſt de ea, ſicut 2. *p. tr.* 3. *q.* 9. dictum eſt de clauſura virorum; non eſſe ſcilicet de Jure naturali divino, ſed humano eccleſiaſtico; cujus concluſ. prima pars patet ex dictis, ubi ſupra: quibus ad majorem evidentiam adduntur alia.

2. Primò, quia tempore Apoſtolorum fuerunt multæ ſanctimoniales, etiam in congregatione viventes, inſtar virorum, quæ clauſuram non ſervabant, ex quo non erat de Jure naturali, & divino, alias eam ſervaſſent, prout cætera præcepta naturalia, & divina ſervarunt, *Navar. comm. 4. nu. 39. in fin. de Regul. Roder. tr. 1. qu. 44. ar. 1. Miranda in tr. de ſacris Monialibus q. 1. ar. 1. Suar. to. 4. de Relig. l. 1. cap. 8. num. 1. & P. Sanch. l. 6. ad decal. cap. 15. n. 3.*

3. Secundò, quia Puellæ & viduæ, ante tempora Innoc. 3. & Bonif. 8. ſuſcipientes habitum Religionis de manu Epiſcopi, ut par erat, efficiebantur verè Religioſæ, & perfectè Moniales, ſivè eſſent in domo propria, ſivè in Monaſterio, ut expreſsè habetur *in c. Vidua* 20. *qu.* 1. & magis expreſsè *in cap. Mulieres* 31. 27. *quæſt.* 1. ubi habentur hæc præciſa verba.

Mulieres obtentu Religionis Velatæ; aut in Monaſterio Regulariter vivant, aut in domibus ſuis ſuſceptum habitum caſtè obſervent; hæc ibi, & expreſſiſſimè *in cap. ex parte il* 2. *de converſione conjugat*, ibi, *ſi tamen velit in domo propria manere, quæ ſi propoſitum caſtitatis ſervatura*, hæc ibi, ubi *Gloſſa in ver. propoſitum*, ait, *benè dicit, propoſitum; quia ſi verè caſtitatis votum devoverat alicui Religioni S. Auguſtini, vel Benedicti, in propria domo manendo, benè ſolemnizaretur votum.*

4. Ad id facit *cap. inſinuante* 7. *qui Clerici, vel vovent*, ibi, *quod in manibus cujuſdam de fratribus Sancti Auguſtini fecit, eo adjecto tenore, ut in domo propria, cum omni ſubſtantia ſua remaneret*: hæc ibi & meritò, quia religionis votum, non ſolùm poteſt extra clauſuram obſervari; verum etiam ab his, qui ſunt uxoribus alligati, ut patet de Petro Apoſtolo, & probat *D. Thom.* 22. *q.* 186. *ar.* 4. *ad primum*, ibi, *aſſumpſit ad perfectionis ſtatum, etiam illos, quos invenit Matrimonio junctos &c.* ergo clauſura non eſt ſimpliciter neceſſaria ad ſtatum Religionis:

5. Tertiò, quia antiquitus fiebant Monaſteria dupla, ſeu mixta, hoc eſt, Monachorum, & Monacharum ſimul habitantium, quod tunc temporis, ob notoriam ſimplicitatem & bonitatem, cohabitantium in eis, non erat ſcandaloſum, quod miraculo tribuit Miranda *cit. loc.* Verum poſtmodum, ad occurrendum inſidiis Diaboli, & ſcandalorum occaſionibus, fuit meritò vetitum, & optimo jure prohibitum *in cap. diffinimus* 21. 18. *q.* 2. ubi habentur hæc formalia verba.

6. *Diffinimus, minimè duplex monaſterium fieri; quia ſcandalum id, & offendiculum multis efficitur: ſi verò aliqui cum cognatis, mundo abrenunciare, & monaſticam vitam ſectari voluerint, debent quidem viri, virorum adire cœnobium; fœminæ verò mulierum ingredi monaſterium; in hoc enim placatur Deus, quæ autem hactenus fuerunt dupla, ſecundum regulam S. Patris noſtri Baſilii & ſecundum præ-*

præceptionem ejus ità formentur, non habitent in uno Monaſterio monachi, & monachæ. Adulterium enim intercipit cohabitationem, ſi habeat aditum monachus ad monacham, vel monacha ad monachum ſecretò ſingulariter ad collocutionem, non enbet monachus in muliebri monaſterio, neque ſingulariter cum monacha convivetur &c. hæc ibi, quæ ferè eadem repetuntur in ſubſequenti cap. ſub hac forma verborum.

7. *In nullo loco monachos, & monachas permittimus unum monaſterium habitare; ſed nec ea, quæ duplicia vocant, & ſi quod tale eſt, Religioſus Epiſcopus mulieres quidem in ſuo loco manere ſtudeat, monachos autem aliud monaſterium ædificare cogat. Si autem plurima ſint talia monaſteria; ſeparentur in aliis monaſteriis monachæ, & in aliis monachi; res autem, quas habent communes, ſecundum jura eis competentia diſtribuantur;* hæc ibi, quæ ferè eadem ponuntur *in Auth. de Sanctiſſimis Epiſcopis, §. ſi quis autem ad monaſticam vitam, coll. 9.*

8. Et quamvis in concilio Hiſpalenſi fuerit ſtatutum, ut monaſteria monialium in provincia Bæticæ per monachos gubernentur, hac tamen cautela ſervata, ut monachi cum monialibus familiaritatem non habeant, ut liquet in ſubſequenti capitulo, quod eſt infraſcripti tenoris.

9. *Monaſteria puellarum longiùs à monaſteriis monachorum, aut propter inſidias Diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocentur,* hæc ibi: ex quibus benè apparet, quod antiquitus reperiebantur erecta monaſteria mixta, & dupla contra omnem Religioſam clauſuram.

10. Dixi præciſa à voto, quia votum obligat voventem de jure divino, ut conſtat ex immediatè infrà dicendis.

11. Dixi præciſa à præcepto regulæ, quia ſi inter cætera præcepta regulæ, ſit præceptum clauſuræ, obligat profitentem, ut unum de votis ſubſtantialibus; non quia eſt in regula, at quia eſt præceptum regulæ; præcepta enim regulæ obligant profitentem de Jure naturali, & divino, ut dixi immediatè ſupra.

12. Confirmatur, Conſtitutiones ordinis Prædicatorum, ex genere ſuo non obligant illius profeſſores ad culpam, ſed ad ſolam pœnam; niſi propter præceptum, ut expreſsè habetur in *textu 4. Prologi*; quia per transgreſſionem præcepti expreſſi in Regula, ne dum violatur imperium præcipientis, verùm etiam offenditur Deus, cui in profeſſione facta eſt promiſſio, contra illud *Pſalmi 75. vovete, & reddite Deo veſtro, diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio,* & additur, quod *Deus non irridetur.*

13. Hinc non probo, quod dicit *Martinus Bonacina q. 1. de clauſura, p. 5. n. 2. § reſpondetur, & Tambur. diſp. 18. de jure Abbatiſſ. q. 3. nu. 6.* quod ſcilicet regulæ præcepta non ſunt de Jure naturali & divino, quia omnis promiſſio facta Deo, obligat, ut dictum eſt ſuprà, de Jure naturali, & divino.

14. Quod autem prædicta clauſura ſit ex Jure humano Eccleſiaſtico, conſtat item ex multis.

15. Primò ex conſtit. Bonifacii octavi incip. *Periculoſo,* quæ per extenſum habetur *in cap. unic. de ſtatu Regularium in 6.* ſub tali tenore verborum.

16. *Periculoſo, & deteſtabili quarundàm monialium ſtatui, quà honeſtatis laxatis habenis, & monachali modeſtiâ, ſexuſque verecundiâ impudenter abjectis, extra ſua monaſteria nonnunquam per habitacula ſæcularium perſonarum diſcurrunt, & frequenter infrà eadem monaſteria perſonas ſuſpectas admittunt, in illius, cui ſuam integritatem, voluntate ſpontanea devoverunt, gravamen, offenſam, in Religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum providere ſalubriter cupientes: præſenti conſtitutione perpetuo irrefragabiliter valiturâ, ſancimus, univerſas & ſingulas moniales, præſentes atque futuras, cujuſcunque religionis ſint, vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus exiſtentes, ſub perpetua in ſuis monaſteriis debere de cætero permanere clauſura; ità quod nulli earum Religionem tacitè, & expreſſè profeſſæ ſint, vel eſſe, valeat quacunque ratione, vel cauſa, niſi forte tanto, & tali morbo evidenter earum aliquam laborare conſtaret, quod non poſſet cum aliis abſque gravi periculo, ſeu ſcandalo commorari, monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas: nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ, (niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius, ad quem pertinuerit ſpeciali licentia) ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem, ut ſic à publicis, & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omninò ſervire Deo valeant liberiùs & laſciviendi opportunitate ſublatâ, eidem corda ſua, & corpora, in omni ſanctimonia diligentiùs cuſtodire, &c.* hæc ibi.

17. Secundò ex ſacro *Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de Regul.* ubi prædicta Conſtitutio Bonif. 8. innovatur per hæc præciſa verba.

18. *Bonifacii octavi conſtitutionem, quæ incipit, periculoſo: renovans ſancta Synodus, univerſis Epiſcopis ſub obteſtatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ præcipit; ut in omnibus monaſteriis, ſibi ſubjectis, ordinariâ, in aliis verò, Sedis Apoſtolicæ Auctoritate, clauſuram ſanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter reſtitui, & ubi inviolata eſt, conſervari maximè procurent, inobedientes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas quacunque appellatione poſtpoſitâ, compeſcentes, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Quod auxilium, ut præbeatur, omnes Chriſtianos Principes hortatur Sancta Synodus, & ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, omnibus Magiſtratibus ſæcularibus injungit; Nemini autem ſanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio etiam ad breve tempus, quocunque prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſa, ab Epiſcopo approbanda, indultis & quibuſcumque privilegiis non obſtantibus: ingredi autem intra ſepta monaſterii, nemini liceat, cujuſcumque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel ſuperioris licentia, in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda. Dare autem tantum Epiſcopus, vel ſuperior licentiam debet in caſibus neceſſariis; neque alius ullo modo poſſit, etiam vigore cujuſcumque facultatis, vel indulti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi, &c.* hæc ibi.

19. Tertiò ex Conſtitutione Pii V. edita anno Domini 1566. 4. Kal. Junii, *incip. circa Paſtoralis, &c.* qua pariter innovantur prædicta, & liquet ibi.

20. *Authoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, atque perpetuò decernimus, univerſas & ſingulas moniales, præſentes atque futuras, cujuſcunque Religionis, Ordinis, vel militiarum, etiam Hieroſolymitan. ſint, quæ vel jam receptæ ſint, vel in poſterum in quibuſvis monaſteriis, ſive domibus recipientur & tacitè, vel expreſſè, Religionem profeſſæ, etiam ſi converſæ, aut quocunque alio nomine appellentur, & ſi ex inſtitutis, vel fundationibus, earum regulæ ad clauſuram non teneantur, nec unquam in earum monaſteriis, ſeu domibus, & ab immemorabili tempore ea ſervata fuerit, ſub perpetua in ſuis monaſteriis, ſeu domibus, de cætero debere permanere clauſura, juxta formam dict. conſtitutionis fal. recor. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit periculoſo, in Sacro Conc. Triden. approbatam, & innovatam; quam nos authoritate præfata, etiam approbamus & innovamus in omnibus, & per omnia, ac illam diſtrictè obſervari mandamus; quod ſi aliquæ moniales forſan reperiantur, quæ conſuetudine, etiam immemorabili, aut inſtituto, vel fundatione regulæ ſuæ freta, animo obſtinato huic clauſuræ reſiſtant, aut quoquomodo reluctentur, ordinarii una cum ſuperioribus earum, omnibus, Juris, & facti remediis compellant, eaſdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præcisè ſubeundem dict. clauſuram, & perpetuò obſervandum, &c.* hæc ibi.

21. Quartò ex alia conſtit. ejuſdem Pii V. *incip. Decori,*

Digitized by Google

tori & honeſtati, edita anno 1570. qua declaratur prima ejus conſtit. quod ſcilicet *nemini Monialium liceat,* poſt profeſſionem exire à monaſterio ; etiam ad breve tempus ;. niſi ex legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda, ut conſtat ex ejus §. 1. ubi hæc præciſa verba leguntur.

22. *Sanè periculo, & ſcandalo plena res eſt, ac Regulari obſervantiæ vehementer adverſatur, ſanctimoniales, aliquando parentes, fratres, ſorores, aut alios agnatos, vel cognatos, nec non monaſteria, & alia filiationes nuncupata, etiam eis ſubjecta, viſitandi, aut infirmationis cauſa, aliovè prætextu à Monaſteriis exire, & per ſæcularium perſonarum domos diſcurrere, & vagare; quo veluti colore, eximium quoque honeſtatis & pudicitiæ decus, in diſcrimen committunt. Vndè nos malo huic pro noſtro Paſtoralis officii debito ſalubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto Sac. Concil. Trident. de Clauſura Monialium diſponendi, ac aliis noſtris literis ſuper hujuſmodi clauſura editis adjicientes, volumus, ſancimus, & ordinamus, nulli Abbatiſſarum, Prioriſſarum, aliarumve monialium, etiam Carthuſien. Ciſtercien. Sancti Benedicti & mendicantium, & quorumcunque aliorum ordinum etiam militiarum, ac ſtatuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum exiſtentium, etiam à Regina, vel Illuſtri proſapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis, ſeu aliorum monaſteriorum, etiam eis ſubjectorum, aut domorum, parentum aliorumvè conſanguineorum viſitandorum, aliavè occaſione & prætextu, niſi ex cauſa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, quæ tamen infirmitas præter alios ordinum Superiores, quibus cura monaſteriorum incumberet, etiam per epiſcopum, ſeu alium loci ordinarium, etiamſi prædicta monaſteria ab Epiſcoporum, & ordinariorum juriſdictione exempta eſſe reperiantur, cognita, & expreſſè in ſcriptis approbata ſit, à monaſteriis præfatis exire, ſed nec in prædictis caſibus extra illa, niſi ad neceſſarium tempus ſtare liceat. Aliter autem quàm, ut præfertur, egredientes, ſeu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices perſonas, ſivè laicas aut ſæculares, vel Eccleſiaſticas, conſanguineas, vel non, excommunicationis majoris latæ ſententiæ vinculo ſtatim eo ipſo, abſque alia declaratione ſubjacere, à quo, præterquam à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, abſolvi nequeant, &c.* hæc ibi, quibus accedunt conſtitutiones Greg. 13. incip. *ubi gratiæ,* & Deo ſacris, & conſtit. Pauli 5. incip. *Monialium,* quæ eſt 74. in dict. bull. Cherub. quas item reſpectivè habes *in ſum. bullar. Steph. quar. ver. monaſteria monialium.*

23. Non reticeam tamen dicere, quod quidam, ex prædictis conſtitutionibus contendunt aſſertam concluſionem evertere, & contrariam aſtruere multipliciter, & primo, quia Bonifacius 8. in dict. ſua conſtit. indixit monialibus clauſuram, ad evitandum ſcandala, & pericula præcavendum, quæ poſſent vergere in damnum populi, & offenſam Dei; Jus autem naturale, & divinum dictat hæc præcavenda eſſe.

24. Secundò, quia *Concil. Trident. ubi ſupra,* tollit privilegia contraria Clauſuræ, contra quam; ſi tantum eſſet Juris humani, poterant illa dari *ex c. propoſuit, de Conceſſ. præbend.*

25. Tertiò, quia Pius 5. in proœmio dict. bullæ, circa *paſtoralis,* jubet dict. conſtitutionem Bonifacii ſervari, non obſtante quacunque conſuetudine, etiam immemorabili; Jus autem humanum poteſt conſuetudine abrogari, *cap. ſuper quibuſdam, de verb. ſignific.*

26. Quartò, quia idem Pius in dict. ſua bulla Decori, aſſerit, contrarium ſtatutum, de non ſervanda ſcilicet clauſura, eſſe rem periculo, & ſcandalo plenam, quod non eſſet, niſi lege naturali, & divina illud damnaretur, & clauſura prædicta indiceretur.

27. Quintò, quia ad id facit illud Pſalm. *unam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ,* ergo.

28. Veruntamen hæc objecta non poſſunt nocere deciſis, ut opiparè loquitur *Navar. in d. 4. comm. de Regul. n. 43. Sanchez ad decal. lib. 6. cap. 15. n. 3. in fin. Bonac. de clauſura, q. 1. p. 3. n. 2. §. non obſtat ſecundò. P. Gibal. de clauſ. ſanctimonialium, diſquiſit. cap. 1. §. in med.*

29. Non quidem primum, quia Bonifacius, Trid. & Pius 5. *cit. loc.* non dicunt, quod ſtatus monialium vivendi ſine ſua clauſura, vel alia mitiori, antecedenter ad dictas conſtitutiones, erat periculoſus, deteſtabilis, &c. ſed quod ſtatus aliquarum, quæ laxatis honeſtatis habenis, impudicè diſcurrunt, &c. & hunc talem ſtatum admittit *Navar. cit. loc.* eſſe contra Jus naturæ, hoc eſt, contra virtutes, nempe honeſtatem, bonam famam monialium, & Eccleſiæ exiſtimationem; ad quæ præcavenda, dictat, & ſuggerit natura: Fallit igitur ejus illatio; non valet dicere, hoc fit dictante natura, ergo obligat de Jure naturæ; quia natura prædicta non ſuggerit, reſpectu omnium nationum, at tantum reſpectu prædictarum; quandoquidem Jus naturæ in univerſum afficit omnes.

30. Ad ſecundùm pariter dicitur, quod *Conc. Trid. ubi ſuprà,* non dicit non poſſe per Papam concedi privilegia contra prædictam clauſuram, præceptam à Bonifacio, ſed quod, non obſtantibus privilegiis illa ſervetur! Ad tertium item dicitur, quod Pius V. *allegatus cit. loc.* non dicit; quod contra ſuam conſtitutionem de clauſura, non poſſit introduci conſuetudo immemorabilis, ſed dicit, quod illa ſervetur, non obſtante quavis conſuetudine. Ad quartum dicitur, ſicut dictum eſt ad primum, & ad quintum dicitur, quod eſt ridiculum, & nugatorium, cum, nec quidem per allegoriam, ad caſum noſtrum poſſit trahi.

Quæſt. 3. Clauſura à quonam ſit imponenda Monialibus?

1. ET quidem à ſuperioribus ipſarum per allegata *2. p. praxis tr. 3. q. 3.* ſuperior autem monialium, non modò eſt S. Papa; ſed etiam Epiſcopus loci, & Prælatus monaſterii, qui non ſolùm ex facultate ſibi facta à Bonif. 8. Trid. & ſubſequutis Pontificibus; verum etiam Jure ordinario poteſt ſibi ſubditis, ea omnia imponere, quæ implicitè vel explicitè ſunt ſecundùm Regulam, de quorum numero eſt clauſura, ut conſtat ex deciſis.

Quæſt. 4. Epiſcopus loci, an poſſit Moniales ſubjectas Regularibus exemptis cogere ad Clauſuram?

1. EMin. Cardinalis *Bellar. in cap. 5. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. in obſervat. doctrina §. ex bulla, D. Aloyſ. Ricc. 4. p. praxis, reſolut. 189. D. Barboſ. in Remiſſ. ad d. cap. 5. Trid. §. Congregatio, & in Coll. bull. ver. clauſura, & 3. p. de off. & poteſt. Epiſcopi allegat. 102. num. 5. & ſeq. & in Coll. ad d. cap. 5. Trid. num. 14. & ſeq. & lib. 1. de jure eccleſ. cap. 11. §. 8. num. 226. & cap. 44. de Monial. nu. 107. Novar. in Luc. Regul. ver. clauſ. num. 4. & ver. Epiſcopus, num. 7. Lez. eod. ver. n. 13. Gibal. de Clauſ. monial. diſquiſit. 1. cap. §. 6. conſect. 2.* affirmativè dicunt ad quæſitum, ex delegatione tamen S. Sedis, non autem auctoritate ordinaria; ducunturque ex multis.

2. Primò, ex textu *d. cap. 5. Conc. Trid.* ibi, *ut in omnibus Monaſteriis ſibi ſubjectis, ordinariâ, in aliis verò, Sedis Apoſtolicæ auctoritate,* hæc ibi, quæ cum indiſtinctè loquantur, univerſaliter debent intelligi.

3. Secundò, ex textu *cap. 22. ejuſdem ſeſſionis 25. de Regul.* ibi, *hæc omnia, & ſingula in ſuperioribus decretis contenta, obſervari, Sancta Synodus præcipit in omnibus Cœnobiis, Monaſteriis, &c: nec non quarumcunque ſanctimonialium;*

Digitized by Google

lium, ſub quavis ſubjectione & dependentia, cujuſcumque ordinis mendicantium, vel non mendicantium, &c. hæc ibi; per quæ benè vides, moniales omnium regularium, abſque ulla exceptione, comprehendi ſub dict. cap. 5. Tridentini, eſt enim illud decretum, unum de contentis in dicta ſeſſione, ad finem cuſtodiendi clauſuram.

4. Tertiò, ex textu §. 9. *conſtit. Pii 5. incip. circa paſtoralis,* ibi, *ac in monaſteriis monialium, ſibi ordinario jure ſubjectis, in his verò, quæ ad Rom. mediatè, vel immediatè ſpectant eccleſiam, Sedis Apoſtolicæ authoritate, unà, cum ſuperioribus eorundem, clauſuram, ut præmittitur, quam primum poterunt, ſervari procurent. Contradictores, atque rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis;* hæc ibi, ex quibus plura collige.

5. Primò, hanc facultatem ſervandi clauſuram Monialium exemptarum, fuiſſe à Pio 5. Epiſcopis conceſſam cumulativè cum ſuperioribus regularibus, non autem privativè: nam S. Papa loquitur per illam dictionem, unà, hoc eſt, ſimul, pariter; verum non dicit dependenter à prædictis, quamobrem, quotieſcunque hi ſuperiores requiſiti ad procurandum, quæ ad clauſuram pertinent, & ipſi recuſant vel tardant adimplere, poterit dict. Illuſtriſſ. Epiſcopus loci, etiam ſine præſentia illorum, etiam illis invitis, hujuſmodi Monaſteria ingredi, & viſitare, an ibi ſervetur clauſura, & ad talem effectum interrogare moniales, & illæ tenentur reſpondere, etiam ſi nunquam aliàs viſitatæ fuiſſent, nec poteſt in his Epiſcopus ad talem effectum, à Regularibus impediri; quia ſua hæc juriſdictio, à regularibus non dependet; & ita à Sacr. Congregatione ſæpè fuiſſe deciſum, referunt *Bellarm. cit. loc. poſt obſervationem doctrinæ, Barboſ. Ricc. Novar. & Lez. ubi ſupra,* quibus adduntur *Gallet. in Margar. caſuum conſcientiæ, ver. Clauſura, Gavant. in Manual. ver. Monial. clauſura, num. 47. Sellius in ſelectis Canon. cap. 8. num. 2. Eraſm. Choch. de juriſdictione ord. in exempt. p. 2. qu. 45. num. 15. & 81. Campanil. in diver. jur. Canon. Rub. 12. cap. 13. n. 83. Naldus in ſum. ver. Clauſura n. 2. & Victorell. tr. de orig. & clauſura Monialium, §. an Epiſcopi Superioris.*

6. Secundò colligendum, facultatem à Pio V. Epiſcopis conceſſam, non ſolùm habere locum in manifeſta violatione clauſuræ, ut malè dixit *Miranda, de Monialibus q. 2. ar. 14. concluſ. 3.* verum etiam in omni ſuſpicione violationis ejuſdem; etenim Pius V. hujuſmodi facultatem non reſtrinxit, ſed generaliter conceſſit ad finem prædictum; quod evidenter ſupponunt deciſiones Sac. Congregat. per DD. relatæ ubi ſupra.

7. Tertiò, in his Epiſcopum Regularibus invalere; quia ipſe poteſt ſibi rebelles, & contradictores, cenſuris afficere, quod non poſſunt illi.

8. Quartò, moventur ex Conſtitutione Greg. XV. *de exemptorum privil. incip. inſcrutabili,* lata die 9. Februarii 1522. & præcipuè *ex textu* §. 3. ubi ſunt hæc verba. *Ad hæc, tam Regulares, quàm ſæculares hujuſmodi nullis privilegiis, aut exemptionibus tueri ſe poſſint, quominus, ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa Clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum monialium, etiam Regularibus ſubjectorum, ab Epiſcopo loci, ſimiliter tanquam ad hoc, Sedis Apoſtolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri & corrigi valeant,* hæc ibi.

9. Quam conſtitutionem per extenſum habes *in fine 3. p. D. Barboſa de off. & poteſt Epiſcopi poſitam poſt formularium, fol. 9. in meo codice, & in fin. 2. p. meæ praxis poſt tr. de Clauſ.* quam item Sac. Congregat. Emin. Cardinalium Conc. Trid. declaravit, in ſupradictis verbis habere locum in omnibus delictis etiam non notoriis, & ſine populi ſcandalo patratis, quam declarationem Romæ impreſſam, ſe vidiſſe teſtatur *D. Barboſa in d. coll. ad cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. num. 11. de Regul. & in una Viterbienſi 26. Junii 1626.* addidit, Epiſcopum loci, poſſe excommunicationis latæ ſententiæ pænam ſibi reſervatæ imponere, circa apertionem oſtii Clauſuræ, extra caſus indigentiæ, nec non circa acceſſus, & colloquia cum Monialibus; & quod dict. excommunicatio ligat, ne dum regulares accedentes; verùm etiam Moniales, facta de eis mentione; adeò, ut ſuperior Regularis, ab eadem excommunicatione abſolvere nequeat, prout atteſtantur *Novar. in d. ſua luc. ver. Epiſcopus, nu. 7. Lez. in eodem ver. n. 13. & Peyr. cap. 3. privil. minimo adduam ad conſtit. Greg. XV. cap. 11. n. 1. & Authenticè refert.*

10. Hinc non probo, quod dixerunt *Navar. comm. 4. de Regul. num. 60. Sanch. lib. 6. decal. cap. 15. num. 21. Hier. Roder. in ſuo comp. reſolut. 26. nu. 29. Bonac. de Clauſura q. 1. p. 6. n. 1. Hieronymus Henas in Methodo Curat. in Appendice, quam ponit ſub fin. §. 5. Tambur. diſput. 24. de jur. Abbat. §§. q. 9. Peyr. tom. 2. privil. in conſtit. 6. Pii V. §. 9. n. 19. in fin. & Pelliz. de Clauſ. monial. cap. 5. ſect. 1. q. 5. nu. 6. in fin.* ſcilicet non poſſe Epiſcopum ad clauſuram cogere Moniales exemptas ab eis, nec illis licere intrare hujuſmodi Monaſteria Regularibus ſubjecta, etiam prætextu videndi, an violata ibidem fuerit clauſura, niſi in caſu, quo publicè, & notoriè conſtaret, illam eſſe violatam; quamvis horum opinio, olim potuit forſitan eſſe probabilis, ante deciſiones prædictas, & ſtando in ſolo *textu cap. Periculoſo, de ſtatu Regul. in 6.*

Quæſt. 5. Epiſcopi locorum, ac cæteri Monialium ſuperiores, quid teneantur procurare pro tuta cuſtodia clauſuræ?

1. RESpondet *D. Aug. Barboſa, de off. & poteſt. Epiſcopi p. 3. allegat. 102. num. 11.* quòd ad authoritatem Epiſcoporum, in cuſtodienda Monialium clauſura, pertinet impedire acceſſum ad ipſas Moniales, & colloquia cum eiſdem; nec non ingreſſum intrà ſepta Monaſterii, & illarum egreſſum è Monaſteriis, juxta diſpoſitionem *d. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de Regul.*

2. Quod eſt dicere, curam commiſſam Epiſcopis de cuſtodia clauſuræ Monialium, non eſſe ſolùm de clauſura materialiter ſumpta, hoc eſt, de muris, & ſeptis monaſterii, ad hoc, ne aliis pateat aditus; ſed etiam, de ea formaliter ſumpta, hoc eſt, de lege clauſuræ, ne violetur quocunque prætextu, *Pellizz. de Monial. cap. 5. ſect. 1. quæſt. 6. num. 10.* nec quidem ad libitum, & ut placet, ſed juxtà Decreta Sac. Congregationis, & præcipuè illa quinquaginta unum, lata pro fælici regimine ſanctimonialium Civitatis Neapol. & Salerni, ſub die 12. Julii 1592. & per V. I. D. *Steph. Quarant. extenſa in ſum. bull. ver. Monaſteria Monialium,* ſub hac forma verborum.

1. *In quolibet Monaſterio non habeantur, nec permittantur plures crates ferreæ, ſeu feneſtræ collocutoriæ, quam una, aut ad ſummum duæ.*

2. *Hæ nullo modo in eccleſiis ſint, ſed extra eas tantum.*

3. *In Monaſteriis verò, in quibus hactenus laminarum uſus non eſt introductus, in feneſtris collocutorii, ponantur binæ crates ferreæ, introrſus altera, altera extrorſus, & diſtanter ab invicem, ſaltem per ſpatium duorum palmorum, vel totius craſſitudinis muri, nec non ſpiſſæ, ſeu ſtrictæ adeò, ut nec puellæ manus per foramina tranſmitti poſſit, in quæ exteriori crate figantur clavi ferrei, eminentes & acuti, ita ut locutoris facies illis nequeant adhærere, & colloquentium verba exaudiri valeant.*

4. *In feneſtellis confeſſionalibus, configantur etiam laminæ ferreæ, ſcilicet cum minutis foraminibus, è quibus, nec ipſæ moniales cernere, vel ſpectare quempiam, nec à quopiam ullo modo cerni, aut ſpectari poſſint.*

5. *Feneſtel-*

Digitized by Google

5. *Feneſtella, unde ſanctiſſima Euchariſtia Sacramentum percipiant, alta ſit, dimidiato palmo, lata verò integro, quæ binis foriculis, totidemque ſeris, & clavibus alternis intrinſecus occludantur.*

6. *Tam in ingreſſu, ſeu in habitu Regulari ſuſcipiendo, quàm in profeſſione emittenda, velo ſuſcipiendo, vel conſecratione monialium, in quibus Monaſteriis Ordinis, vel Regulæ S. Benedicti mos eſt, ut conſecretur, fas ne ſit eis, munera, Xenia, dona, vel aliud quidlibet ſingularibus, vel particularibus monialibus dare, vel erogare, ſed quicquid à cognatis, vel affinibus donatur, vel offertur, id univerſim tribuatur, & referatur in commune, nec lauta, vel ſumptuoſa, ſivè luculenta convivia fiant, aut permittantur, ſed ſobria tantùm, quæ ſacras Virgines deceat, ſpiritus, corporiſque recreatio concedatur.*

7. *In quovis Monaſterio eligatur quotannis Magiſtra Novitiarum, cui unica cura ſit illas inſtituere, nec eidem cura, ſivè iſtis inſtituendis Matertera ſeu Amitæ, vel quævis alia, etiam qualibet cognatione conjuncta, ſe immiſceant, ullo pacto.*

8. *Ad januam Monaſterii, veſtibulum ſit, binis foribus munitum, in quod moniales nunquam intrent, dum fores exteriores, vel apertæ ſint, vel mox aperiendæ, ne indè unquam moniales ſpectare aut ſpectari poſſint.*

9. *Collocutorium interius locus ſit, ſeris occluſus, in quem nulla monialium ingrediatur, niſi vocata, & à ſua Superiore venia ei data, ibique Auſcultatrices huic muneri deſignatæ ſemper interſint & aſſiſtant, quæ quicquid dicatur, audire debent, niſi futurus ſermo, ſecretum expoſtularet, quo caſu de Abbatiſſæ, ſivè Prioriſſæ licentia, propinquioribus conſanguineis, remotis arbitris, permitti poſſet.*

10. *Non ſcribant literas, ſine juſſu Superiorum, ſcilicet Abbat. ſeu Prioriſſæ, nec dent, nevè ad eas miſſas recipiant; niſi ante ab eiſdem fuerint perlectæ.*

11. *Presbyteris, Confeſſariis, ab Abbatiſſis, Prioriſſis, vel aliis præfectis Monaſteriorum, ſtatuatur æqua, & idonea eleemoſyna, ſivè proviſio, quæ ære communi Monaſterii perſolvatur, iis autem viciſſitudo munerum, quantumvis exigui valoris, quæ ſibi cum monialibus poſſint intercedere, omninò interdicta ſit; ſub pœna perpetuâ ſuſpenſionis ab audiendis, tam illarum, quam quorumvis aliorum confeſſionibus, in quam ipſo facto incurrant.*

12. *Nulla monialis, vel converſa, dona, munera & pecuniam, aut aliud quidpiam, etiam charitatis, aut pietatis, vel Eleemoſynæ nomine, ſivè intuitu, cuicumque perſonæ, tribuat, donet, aut largiatur; ſed ſi ex aliqua juſta, vel rationabili cauſa, aliquod dandum, vel tribuendum viſum fuerit, id à præfecta vel ſuperiori Monaſterii, ex re communi fiat.*

13. *Præſertim verò caveatur, ne qua monialis, vel converſa quicquã ex bonis monaſterii det, aut donet, nec ex eis quidem, quæ in uſum ſuũ aſſignantur; niſi de licentia Abbatiſſæ.*

14. *Neque ullius generis bellaria, edulia, eſculenta, tentatula, offellas, confectiones & ſirupata, vel alia ſimilia quæcunque conficiant, aut coquant, ut illa vendiṫent, donent, aut largiantur; niſi de licentia Abbatiſſæ, & de rebus modica impenſa, & in conſanguineos tantum.*

15. *Moniales, officiales Monaſterii in ſuis muneribus obeundis, nihil, niſi de re, & pecunia Monaſterii, expendant.*

16. *Denuncietur cunctis ſanctimonialibus, cujuſcunque ordinis Religioſas profeſſas, quæ teſtamentum faciunt, vel de rebus ſibi in uſum aſſignatis diſponunt, mori, & decedere proprietarias, illaſque cenſuris, & pœnis à Sac. Canonibus, Regulis, ac ordinum, & monaſteriorum conſtitutionibus, atq; aliis ordinationibus contra proprietarios editis & promulgatis, ſubjacere, ac obſtrictas eſſe. Itemq; Contractus & inſtrumenta, in quibus moniales, ab eorum monaſterio emunt annuos redditus, quoad ipſæ vixerint, vel etiam, ut poſt ipſarum obitũ, alia ſuccedat & ſimilia, nullius ſunt roboris, vel momenti, ſed irrita & inania, ac proindè, iis defunctis, cuncta omninò monaſterio incorporentur, cui ſunt redditus hujuſmodi acquiſiti.*

17. *In quovis monaſterio ſit infirmaria communis, & ubi non fuerit, à ſuperioribus extrui, vel fieri quamprimum curetur, etiam, ſi res poſtulat, ſub cenſuris & pœnis, eis benè viſis: in eam autem recipere teneantur, in virtute ſanctæ Obedientiæ, omnes Moniales & converſas, tam profeſſas, quam novitias ægrotas, quibus opus ſit medico; nec medicus quampiam ſecundo inviſat, nec inviſere permittatur à præfecta Monaſterii, neque medicinam præſcribat extra infirmariam, ſub pœna excommunicationis, neque etiam extra illam, confeſſarii Monialium deputati, cujus vis audiant confeſſionem, ſub pœna ſuſpenſionis ab illarum, & aliorum quorumvis confeſſionibus audiendis, in quam ipſo facto incurrant. Si tamen aliqua Monaſteria, ob anguſtiam loci, aut ob nimiam paupertatem, non poſſent ità ſtatim extruere infirmariam, Ordinarius, ſivè ſuperior viſitet monaſterium, & illis præſcribat certum locum, & aſſignet ſpatium temporis, intra quod omninò debeat exequi, & quoad impenſam neceſſariam pro fabrica, videat idem Ordinarius, ut per eleemoſynas, aut per alios ſibi benè viſos modos, ei provideatur, & quam primum de his, quæ egerint, Congregationem certiorem faciant.*

18. *Ægrotantibus autem & infirmis, in infirmaria decumbentibus, ex ea pecunia, quæ in eam cauſam, ut infrà, aſſignabitur, ſuppeditentur omnes ſumptus, & expenſæ pro victu, alimentis, lectulis & medicinis, & aliis rebus neceſſariis, ad illarum morbos curandos, ac valetudinem conſequendam.*

19. *In ea verò nulla audeat aliundè particulares ſumptus ſibi facere: quocirca viſitatores, & exinde ſuperiores, in Monaſteriis, in quibus hujuſmodi ſubventiones non ponuntur in communi depoſito, aſſignabunt hujuſmodi infirmariæ communi redditus ſufficientes, tam ex communis menſa monaſterii, quam ex aſſignatis rebus, cenſibus, & bonis ad ſingularum, ſeu particularium Monialium uſum, ſivè ſuſtentationem, pro ea rata tamen, quæ eis videbitur huic negotio ſatis eſſe.*

20. *Eligatur autem monialis, ſolicitudine, ſedulitate, & charitate præſtans, quæ ægrotantium ſororum cum omni ſtudio, & pietate curam gerat, fideliterque pecuniam ſibi commiſſam adminiſtret, cujus rationem reddere teneatur.*

21. *Et etiam conſtituantur tot moniales converſæ auxiliares, quot videbuntur ei muneri ſatis eſſe.*

22. *Nulla audeat accedere ad infirmariam, tanquam ægrotans, vel infirma, niſi febri, vel alio morbo laboret, quam ibi curare oporteat de conſilio medici, qui ad reſtitutionem expenſarum in foro conſcientiæ teneatur; ſi cui hujuſmodi conſilium dederit, ubi opus non erit.*

23. *Omnes feneſtræ, vel foramina, quæ fuerint in clauſtrorum parietibus, è quibus moniales foras ſpectare poſſint, omninò occludantur, permiſſis ſolis feneſtris aliquibus ad lumen excipiendum neceſſariis, quæ tamen taliа ſint, ne indè ullo modo proſpici, aut proſpicere queant.*

24. *Monialibus, & earum eccleſiis, non permittatur cantus figuratus, ſed tantùm firmus, ac præterea, etiam ex omnibus Monaſteriis omnia inſtrumenta Muſica (exceptis organis, quæ in exteriore eccleſia permittuntur) tollantur.*

25. *Solæ moniales Officium Divinum in ſuis eccleſiis celebrent, ita ut nulla regularis, vel ſæcularis, aut qualibet laica perſona, ad id quomodolibet ſe ingerat, ſed tantùm Sacerdotes, & Clerici deputati, vel deputandi, ab ordinario, ſive ſuperiore, pro celebrandis miſſis in die ſolemnitatis monaſterii, ad ea ſua munera obeunda, quæ ſint ex uſu neceſſario Eccleſiæ, cujuſmodi ſunt miſſæ celebratio, benedictiones, & his ſimilia, quæ per moniales expediri non poſſunt, accedant.*

26. *Nulla monialis, vel converſa, vel quævis alia perſona, etiam quæ non ſit de Monaſterio, audeat alias privatas ſibi miſſas celebrari facere in eccleſiis Monaſteriorum monialium, præter eas, quæ à Capellanis deputatis communibus impenſis Monaſterii celebrandæ ſunt.*

27. *Quia verò in quibuſdam monaſteriis, quam plurimæ miſſæ, quæ magnum ſacerdotum numerum requirunt, cele-*

brari

Digitized by Google

brari debent ex teſtamentis, vel relictis, & aliis diſpoſitionibus, & nihilominus ob defectum Cappellanorum, aut Monaſteriorum paupertate, vel alia de cauſa, omittuntur, vel omitti oportet; mandatur Dominis Viſitatoribus, & ſucceſſivè Ordinariis, & Superioribus, ut ei rei opportunè provideant, juxta decreta ſacroſancti generalis Conc. Trid. & Provincialis Synodi Neap. aut alia meliori ratione conſulentes, ac referant huic S. Sedi.

28. *Nulla Monialis, vel Converſa cum aliquo Advocato, Procuratore, ſollicitatore, exactore, alioque negotiorum geſtore, quodcunque negotium, cauſam, vel litem pertractet, niſi cum ſolis iis, qui pro communibus negotiis, cauſis, & litibus Monaſterii procurandis, & defendendis deputati ſunt, & de licentia Præfectæ ejuſdem Monaſterii.*

29. *Vectores, qui vinum pro uſu monaſterii, vel etiam aquam balneorum pro infirmis convehunt, monaſterium ingredi, niſi interdiu, nullatenus permittantur.*

30. *Ad conficiendum panem, vel etiam ad cernendam farinam, nemo in monaſterium intret, quòd ſi alia de cauſa neceſſaria, & urgenti intraverit, iſtiuſmodi operam ne præſtet.*

31. *Abjiciantur è monaſteriis omnes catelli.*

32. *Collocutoria exteriora fores ne habeant, quæ poſſint occludi, ſed omnia pateant.*

33. *Janitrices, & quæ Sacriſtiæ curam habent, & comitatrices, quæ ingreſſos comitantur, quadraginta annis, non paucioribus natæ ſint.*

34. *Comitatrices, Confeſſarios, Medicos, Chirurgos, & alios, qui ex neceſſitate intra clauſtra pro tempore admitti oportet, ubi ingreſſi fuerint, ſemper comitentur.*

35. *Omninò aſſignetur Confeſſarius extraordinarius juxta decretum Sacri Generalis Conc. Tridentini, quem quævis Monialis adire teneatur, cui tamen liberum ſit, illa ſua peccata confiteri, vel non confiteri.*

36. *Ne quicquam commodato accipiant pro ipſarum Eccleſiis, vel Oratoriis ornandis, ſed proprio ſint ornatu contentæ, quem nec aliis commodent.*

37. *Omnes Converſæ rei communi Monaſterii inſerviant, Converſæ autem particulares nulli Monialium concedantur, quæ jam conceſſæ ſunt, in communitatem redigantur, ſed ſi qua, vel per infirmitatem, morbum, aut ſenectutem particulari miniſterio indigeat, Abbatiſſa, vel Præfecta monaſterii ex eiſdem Converſis communibus unam, pluresve aſſignet, prout opus fuerit, ad nutum tamen ipſius revocabiles, & ex induſtria aliam, vel alias viciſſim ad tempus ſubſtituat, ut neceſſitati uniuſcujuſque ſit conſultum, & privato ſervitio, nequaquam illarum quapiam addicta, ſeu aſſignata ſit, aut addici poſſit.*

38. *In Converſas non recipiantur in quoquo monaſterio plures, tertia parte aliarum Monialium, vel ad ſummum, non niſi duæ, ad rationem quinque Monialium: Ubi verò conſuetudo eſt, ut ea proportio non expleatur, ſed minor ſit numerus Converſarum, ea, utpote laudabilior, obſervetur.*

39. *Famulæ ſæculares, quæ in monaſteriis pro illorum ſervitio & miniſterio degunt, omninò dimittantur, nec habitum ſuſcipiant, niſi priùs extra monaſterium dimiſſæ ab Ordinariis illarum voluntas fuerit explorata, juxta prædicti S. Conc. Tridentini decretum; quod tamen fiat omnino gratis, neque ſint ſupra numerum proximè definitum.*

40. *Tam Moniales, quam Converſæ, ſuam quæque cellam habeant, nec in una plures commorentur, neque una cum alia, ſeorſum quælibet in ſuo lectulo dormiat, ſeu quieſcat.*

41. *Non recipiatur Monialis, vel Converſa in quodvis monaſterium, niſi in eo ſingulæ ſingulis Monialibus, & Converſis propria cella, quæ ſive ex muro, vel cemento, ſive ex tabulis, ſive ex tela, in communi dormitorio diſtinguantur, aſſignata ſint, & actu eas inhabitent, & vacua ſuperſit propria cella pro recipienda in Monialem, vel Converſam.*

42. *Viſitatores numerum Monialium, ac etiam Converſarum, juxta ſupradictam rationem, in quolibet monaſterio certum definiant, ex facultatibus, & redditibus, quæ à monaſterio in communi poſſidentur, & ex conſuetis eleemoſynis, ſtatuentes in monaſteriis Civitatis Neapolitanæ, pro ſingulis Monialibus annuatim quinquagenos ducatos, quadragenos autem pro ſingulis Converſis, quæ tamen præſcriptam portionem non excedant.*

43. *Verùm ubi monaſterium aliquas in Moniales ſupra numerum definitum recipere voluerit, id quidem conceditur, ſi fuerint cellæ pro eis, vel aliud ex prædictis non obſtiterit, & in dotem præterea vel eleemoſynam à ſingulis aſſignetur præſens pecunia, ex qua ſaltem poſſit emi annuus redditus ducatorum ſexaginta ſex illius monetæ, in abſolutum monaſterii commodum, & utilitatem convertendus, & inalienabilis, ac perpetuò retinendus. In monaſteriis verò Salernitanæ Civitatis, (obſervatis conditionibus, cæteris jam dictis) Domini Viſitatores taxent certam annuam quantitatem redditunm, pro loci, & qualitate perſonarum.*

44. *Nulla unquam recipiatur in Monialem, niſi priùs parentes, fratres, vel ii, ad quos ejus cura ſpectat, promptam habuerint univerſam pecuniam pro dote, vel eleemoſyna conſueta, ex qua puella nomine annuus redditus emattur, accedente monaſterii conſenſu, cui hujuſmodi redditus alimentorum cauſa, uſque ad profeſſionis diem cedat, ea verò ſequuta, ſucceſſionis jure integer acquiretur.*

45. *Cùm verò Regularis vivendi ratio, & optimi Inſtituti, & tuta via, quâ ad omnem perfectionis gradum aſcenditur, ſit vita communis, nihilque proprii poſſidere, nec pecuniam tractare, nec eam quidem, quæ in uſum cujuſque conceditur, diſtrictè præcipitur, & mandatur, ut ſi quæ Moniales hujuſmodi ſanctam, & regularem vivendi rationem elegerint, & omnia bona, reddituſque quovis modo ad uſum conceſſa, vel reſervata, à ſe abdicaverint, & monaſterio ceſſerint, Abbatiſſa, Prioriſſa, vel alia Præfecta monaſteriorum, renunciationem hujuſmodi recipere omninò teneantur, & ex monaſterii bonis, redditibus, ſeu introitibus, in his, quæ ad victum & veſtitum, & reliquam vitæ ſuſtentationem pertinent, illis præcipuè providere, & ita opportunè omnia ſubminiſtrare, ut nulla re indigere permittatur. Si quis autem, vel ſi qua intra, vel extra monaſterium talem diu vivendi uſum, dicto vel facto, nutu vel ſigno exturbare, reprehendere, aut quovis modo impedire, maligno ſpiritu inſtigante, præſumpſerit, Superiores in eum, æternæ maledictionem æternam, & excommunicationis ſententiam, etiam ipſo facto incurrendam, comminari, & infligere poſſint; quinimò omnibus dictorum monaſteriorum Superioribus, & Præfectis, in Domino injungatur, ut prædictarum Monialium, piè & religioſè viventium, ſingularem curam gerant, utpotè, quæ ſub ſpeciali protectione S. Sedis Apoſtolicæ, & noſtræ Congregationis exiſtunt, ut hæc tuta vivendi ratio, dante Domino, amplificetur de cætero in prædictis monaſteriis; Nulla ingreſſura monaſterium recipiatur, aut admittatur alio modo in Monialem, vel Converſam, niſi promiſerit communis vitæ inſtitutum prædictum amplecti, & juxta illud perpetuò vivere; ubi verò ingreſſa fuerit, una cum aliis Monialibus ejuſdem inſtituti, & obſervantiæ, adjungatur, & cum eis vivat: Confeſſarii etiam ſedulò hortentur, ac moneant Moniales, ut prædictum communis vitæ inſtitutum, & tutam Deo ſerviendi viam ſequantur.*

46. *In monaſteriis, in quibus ſimiliter retinentur hactenus proviſiones, & ſubventiones, & non omnia in communi conferuntur, concedatur licentia accipiendi aliquam ſubventionem, de manibus autem Abbatiſſæ, ſeu Præfectæ monaſterii, ſive depoſitariæ, ad nutum tamen Abbatiſſæ, ſeu Præfectæ prædictæ pro ſuis religioſis neceſſitatibus; quæ verò ſuperſunt, Abbatiſſa erogare teneatur in communes uſus monaſterii, ac Ordinarii, ſive Superiores monaſterii, quotannis exigant rationem à depoſitaria, & Abbatiſſa, ſeu Præfecta prædictis, de hujuſmodi proviſionibus ſubventionibus,*

Digitized by Google

bus, & depoſitis, & in eas tranſgredientes, graviter animadvertant.

47. *Vt autem ad Dei gloriam, & monialium in Domino profectum, & animarum ſalutem ſupradicta ordinationes debita devotione, & reverentia ſuſcipiantur. Vniverſis, & ſingulis Reverendis Abbatiſſis, Prioriſſis, ac aliis præfectis, & ſuperioribus monaſteriorum, ac monialibus & converſis, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub privationis officiorum & perpetuæ inhabilitatis, ac vocis activæ & paſſivæ, atque aliis cenſuris eccleſiaſticis & pænis, etiam ipſo facto incurrendis, reſpective (in caſibus tantum à Congregatione præſcribendis, quo ad cenſuras, ſcilicet) ac alias juxtà facultates dictis Dominis Viſitatoribus conceſſas, diſtrictè præcipitur, & mandatur, ut omnia, & ſingula in eiſdem ordinationibus contenta, obſervent, & exequantur, ac obſervari, & exequi faciant.*

48. *Præterea D. Ordinarius Neapolitanus, ejuſque Vicarius, & officiales in ſpiritualibus, Generales, & prædicti Domini Viſitatores Apoſtolici, nec non, omnes alii ſuperiores Regulares, ad quos monaſteriorum cura, quomodolibet ſpectat, ſtudeant, ut hæc omnia inviolabiliter obſerventur, tranſgredientes verò prædictis cenſuris Eccleſiaſticis, & pænis, etiam invocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, ac aliis, prout eis videbitur, Juris, & facti remediis opportunis, exerceant, & caſtigent, cum facultate declarandi Abbatiſſas, Prioriſſas, & alias præfatas, culpabiles repertas, incurriſſe in pœnas, etiam privationis officiorum, & inhabilitatis ad ea, atque illas ſic declaratas, deponendi & puniendi, ac alias idoneas illarum loco ſubrogandi & ſufficiendi, quæ regularis diſciplinæ zelo accenſæ huic reformationi invigilare poſſint, ut velint.*

49. *E Monaſteriis S. M. Angelorum, S. M. Conſolationis, S. Antonii de Padua, & S. M. Magdalenæ Neapolitanæ Civitatis, emittantur omnes, & quæcunque puellæ, atque ſæculares mulieres, quæ educationis, vel alia quavis cauſa, in eis morantur, non obſtantibus quibuſcumque.*

50. *In Monaſterio S. M. Angelorum, S. M. Conſolationis, S. Antonii de Padua, nulla de cætero admittatur in monialem, vel converſam, nec Religionis habitum ſuſcipiat, ſub pœna privationis, ipſo facto, officiorum & vocis activæ, & paſſivæ, tam per Abbatiſſam, quàm per diſcretas quæ huic rei authoritatem, vel aſſenſum præbent, incurrenda: ac inſuper illius receptio, & profeſſio inde ſequuta, irrita ſit & inanis; ac nullius ſit roboris, vel momenti, ſed & quæ de facto, impoſterum jam recepta fuerit, de Monaſteriis ejiciatur.*

51. *Idem quoque obſervetur in Monaſterio S. M. Magdalenæ, cum propter loci inſalubritatem, & alias juſtas, ac rationabiles cauſas, Dominis Viſitatoribus datum fuerit in mandatis, ut ipſi, habita ratione redditunm, tam communium, quam particularium, ſeu in proprios uſus aſſignatorum, tantùm ex redditibus conventui, ſeu menſæ Monialium tribuatur, quantum videatur ſatis eſſe ad illarum congruam ſuſtentationem, quod autem ſupereſt, futuro Monaſterio extruendo reſervetur; datum Romæ in Sacra Congregatione ſuper Regularibus inſtituta, habita domi Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Cardinalis S. Severin. die 2. Menſis Julii 1589. Frater Michael Bonellus Card. Alex. Epiſc. Alban. Georgius Calcarius Secret. Romæ, apud Paulum Bladum Impreſſ. Cameralem, 1592.*

Sequuntur declarationes, quædam quorundam prædictorum capitum, tenor. ſequen.

3. *Milleſimo ſexcenteſimo, die 2. Maii, facta relatione S. D. N. decrevit ad primum & ſecundum, ut curet Illuſtriſſ. D. Card. Archiepiſcopus, decreta reformationis Apoſt. inviolabiliter ſervari, & executioni mandari, præſertim, quæ de duplicibus Cratibus ferreis in C. 2. & quæ de vita communi, in 45. & 46. diſponuntur, hoc addito, ut moniales teneantur præſtationes omnes ipſis aſſignatas, ſuperioribus fideliter notificare & conſignare, in certo libro notandas, & per communes officiales Monaſterii exigendas, ad hoc, ut in uſum ipſarum monialium, pro ſingularum Religioſis neceſſitatibus, de mandato Abbatiſſæ, ſeu alterius ſuperioris per miniſtros publicos, & communes Monaſterii, in totum, vel pro parte, ut opus erit, quotannis erogentur.*

4. *Ad tertium proviſum. Ad quartum unicuique monaſterio, unicus tantùm confeſſarius ordinarius aſſignetur, ſed per annum ter, aut quater, alius extra ordinem, ad præſcriptum Sac. Conc. Trid. offeratur loc. ſigilli, Alex. Cardinalis Florent.* hæc ibi, & ſimilia hujus generis, vide ibi, fol. 358. & 359. in impreſſione Veneta, de anno 1612.

Quæſt. 6. An dict. Facultas Epiſcopi tranſeat in ejus Vicarium Generalem?

1. ET quidem tranſire affirmat *Sellius in ſuis ſelectis Canon. cap. 8. num. 27.* etiam ſi ad id, de quo agitur, non habeat ſpeciale mandatum, quandoquidem utrius eſt unum, & idem Tribunal; undè ex officio poteſt viſitare Clauſuram Monialium, etiam Regularibus ſubjectarum, prout poteſt Epiſcopus, & ità fuiſſe à Sac. Congregat. deciſum in una Vercell. 22. Aprilis 1628. refert *D. Barboſ. in Coll. ad d. cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. numero 27.*

Quæſt. 7. Epiſcopi & alii, ad quos ſpectat, an teneantur ſub mortali dict. Decretum de Clauſura quotannis publicare?

1. NEgativè *Navar. in Comm. 4. num. 54. & 58. de Regul. P. Sanchez. lib. 6. decal. cap. 15. num. 22. Bonac. de Clauſura, qu. 1. p. 6. num. 3. Peyr. tom. 2. privil. Minim. in Conſtit. 6. Pii V. §. 9. num. 19. Ferdinandus à Caſtro Palao, tr. 16. diſput. 4. p. 9. nu. 8. & Giballin. de Clauſ. Sanctim. diſquiſit. 1. cap. 1. §. 6. Conſect. 2. num. 16. in fin. quia licet Pius V. in §. 5. ſuæ conſtit. incip. Decori,* in virtute S. obedientiæ, & ſub obteſtatione Divini Judicii mandet, publicationem prædictam fieri, quolibet anno, in locis ibidem præſcriptis, fuit tamen hoc ejus mandatum reformatum *in §. fin. Bullæ Greg. 13.* quæ incipit *Deo ſacris,* ibi, *ipſis denique epiſcopis mandamus, ut has præſentes noſtras literas, ſinguli in ſua civitate, & Diœceſi publicent, ac publicari faciant, &c.* hæc ibi, per quæ Illuſtriſſimi Epiſcopi, & conſimiles, ad unam tantùm, ut decet, publicationem aſtringuntur.

Quæſt. 8. Principes & Magiſtratus Laici, an teneantur ſub mortali, ex vi Trident. Epiſcopis præſtare bracchium, pro obſervatione Clauſuræ Monialium?

1. NAvar. *ſui temporis Canoniſtarum princeps, 4. Com. de Regul. num. 46. cui ſubſcribunt Sanchez lib. 6. decal. cap. 15. num. 22. Bonac. de Clauſ. q. 1. p. 6. num. 2. Peyr. to. 2. privil. in conſtit. 6. Pii V. §. 10. num. 20. & omnes alii,* loquendo de Principibus, dicit, quod non, quia *Trid. in d. cap. 5. ſeſſ. 25. de Regul.* loquitur, per illud verbum, exhortatur, lex autem exhortatoria, non importat præceptum, prout expreſsè dicitur *in cap. quiſquis 3. 14. q. 1.* ibi, *præcepto Domini non obedire, peccatum eſt; Conſilio, ſi uti nolueris, minus boni adipiſceris, non mali aliquid perpetrabis;* hæc ibi; ex quibus deducitur, Principes, etiam abſque juſta cauſa, hoc auxilium denegantes; non peccaturos, attento hoc ſolo Tridentini Decreto: quia conſultivum eſt, & non præceptivum, ac proinde ad nullam, culpam obligat, nec quidem venialem, ut liquet *in d. textu, adjuncta gloſſa.*

2. Undè Pius V. Fel. recorda, qui fuit Magnus animarum œconomus, & Decretorum Tridentini vel antiſſimus defenſor, *in §. 9. ſua conſtit. incip. circa Paſtoralis,*

utitur verbo, *rogamus*, ibi, *omnes Principes ſæculares rogamus, &c.*

3. Neque his obſtat gloſſa *Clem.1. de teſtib.in ver. exhortamur*, ubi dicit, quòd S. Papa loquitur curialiter, & quòd licet hæc exhortatio videatur conſilium, eſt tamen reverentiæ, cui neceſſariò parendum eſt: quia fallitur in aſſignando differentiam inter præceptum, & conſilium.

4. Quam ob rem, apprimè admirabiles in hoc ſunt Principes noſtri, & Reges Hiſpaniarum, ſemper Auguſti, qui pro bona obſervatione Clauſuræ Sacratarum Virginum hujus Regni, multa opiperè ſanxerunt, ut conſtat *ex toto titulo, de Monialibus*, ubi ad effectum plures extenduntur Pragmaticæ, quas mirificè examinat *D. Regens de Tapia.*

5. Dixi, attento ſolo decreto Tridentini; quia vi aliarum legum, poſſent peccare mortaliter, ut ſi ſuum bracchium ordinatè petitum, & invocatum, abſque juſta cauſa, non præſtent, vel ſi eorum omiſſio foret cauſa diſſolutionis, ſcandali, & damni alterius, per ea, quæ immediatè dico, & atteſtatur *Navar. ubi ſupra.*

6. Verùm Magiſtratus ſæculares, ex vi *d. Conc. Trid.* tenentur ad finem prædictum, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ſuum bracchium præſtare; ut liquet ibi, & *ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, omnibus Magiſtratibus ſæcularibus injungat*; hæc ibi, ſed adverte, quod non eſt reſervata, ut conſtat ex textu, nec incurritur, niſi ubi Magiſtratus fuerint de tali auxilio ordinatè requiſiti, *Suar. de cenſur. diſput. 23. ſect. 7. n. 7. D. Barboſa allegat. 50. n. 174. & Theſaur. de pœnis Eccleſiaſticis, 2. p. praxis, cap. 11. ver. Clauſura moniali*; quia imploratio bracchii eſt remedium ſubſidiarium, pro ſupplemento Juſtitiæ, *Ricc. 1. p. praxis deciſ. 323. & colligitur ex cap. adminiſtratores, 23. q. 2.* cujus propria verba habes immediatè.

7. *Tunc autem tale auxilium dicetur ordinatè petitum, cum pars petens fecerit totum ſuum poſſe, pro executione Juſtitiæ, ut colligitur ex cap. 1. de off. Jud. Ord.* ibi, *& cum opus fuerit, convocent auxilium, non ad præjudicandum alicui contra Juſtitiam, ſed potius ad ea, quæ ſunt Deo placita, proſequendum*, hæc ibi.

8. Quod autem poteſtas Eccleſiaſtica, per potentiam ſæcularem debeat adjuvari, dixit *gloſſa in cap. 1. de officio Jud. ord. in ver. publicum*, & habetur expreſsè *in d. cap. adminiſtratores 23. q. 15.* ubi habentur hæc propria verba.

9. *Adminiſtratores planè ſæcularium dignitatum, qui ad eccleſiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarum protectionem, rapaciumque refrænationem, conſtituti eſſe procul dubio debent, quoties ab Epiſcopis, & Eccleſiaſticis viris conventi fuerint, eorum querimonias, attentius audiant, & ſecundum quod neceſſitas expetierit, abſque negligentia examinent, & diligenti ſtudio corrigant: quod ſi Dei timorem, præ oculis non habentes, negligere poſt ſecundam, & tertiam admonitionem inventi fuerint, omni ſe noverint communione, uſque ad condignam ſatisfactionem, privatos*; hæc ibi.

10. Et viceverſa, Judex ſæcularis, poteſt bracchium eccleſiaſticorum implorare, adverſus eos, in quos Jus coërcitionis non habet, *Covar. pract. q. 1. cap. 10. ſub numero 8. ver. eadem ratione*, & Judex Eccleſiaſticus, tenetur præſtare bracchium; & ſic ad invicem debent ſe adjuvare, *Abbas in d. cap. 1. de Jud. ord. & Ricc. p. 1. deciſ. 330. tit. notab. in mat. auxiliorum, ordinatè tamen & Juris ordine ſervato, ut dictum eſt ſupra, & pluribus firmat Peyr. tom. 3. privil. addit. ad conſtit. Pii V. cap. 6.*

11. Hoc tandem bracchium ſæculare, quomodo ſit ab eccleſiaſticis implorandum, & an præſtandum à Laicis, non viſo proceſſu, dixi *2. p. praxis art. 9. quæſt. 14. fol. 177.*

* * *
* *

Quæſt. 9. Quinam ſint hi Magiſtratus, de quibus loquitur Trid. in dict. cap. 5. ſeſſ. 25. de Regul.?

1. ERuditiſſimus *Leonardus Duardus, in Com. bullæ cœnæ, Can. 19. q. 2. num. 1. & ſeq. cui favet Bonac. de Clauſura monialium, q. 1. p. 7. n. 4. & Pellizz. eodem tit. cap. 5. ſect. 1. ſub q. 5. num. 8.* ait, nomine Magiſtratuum, venire perſonas publicas, quæ dependenter juriſdictionem ſæcularem exercent, *l. eum qui ff. de Juriſdictione omn. Judic. & horum, ex Bar. in l. 1. ff. de off.* olim erant quatuor ordines, nempè ſupremi, medii, infimi, & minimi, de quibus ſingulis latè *num. 2.*

2. Sub dicto autem decreto Trid. comprehenduntur omnes Magiſtratus ſæculares, cujuſcunque ſint generis & ordinis, cum dictio illa, omnibus, ſit univerſalis, adeò, ut nullum excludat, *l. Julianus, & l. Teſtamentum; in principio ff. de legatis 3. & l. hoc articulo, de hered. Inſtit.*

3. Quod dictum, *Bonacina num. 5. ubi ſupra*, ampliat ad eccleſiaſticos Juriſdictionem tamen ſæcularem exercentes: ſed item limitat, quo ad Imperatores, Reges & Principes, *poſt Navar. Comm. 4. de Regul. num. 46. ver. ex quibus nota*; hi enim independenter juriſdictionem exercent, & pænes hoc diſtinguntur ab omnibus, qui abſolutè & perfectè Principes non ſunt.

Quæſt. 10. Clauſura Monialium à quo Tempore incepit?

1. CUm Monachæ à Monachis exortæ ſint, & Clauſura ipſarum fluxerit à Clauſura Monachorum, dicendum eſt de ipſis, ſicut dicitur de monachis, quod ſcilicet ſtatus Religioſorum, ſub quo comprehenduntur monachi, & monachæ, per modum figuræ & umbræ, fuit in antiqua lege, licet fuerit à Chriſto Domino in nova lege inſtauratus, ut eruditè probat *D. Thom. cum ſuo Comment. 22. quæſt. 186. art. 6.* in Arg. ſed contra, quod egomet pluribus firmo *in tract. de Eremitis q. 4.* & quoad Monacharum Clauſuram, conſtat *ex cap. 8. Judith. num. 5.* ibi, *erat autem Judith relicta ejus vidua, jam annis tribus, & menſibus ſex, & in ſuperioribus domus ſuæ, fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo, cum puellis ſuis clauſa morabatur*, hæc ibi.

2. Et Clarius, *ex 2. Machabæorum, cap. 3. num. 19.* ibi, *ſed & Virgines, quæ clauſæ erant, procurrebant Adoniam*, de quibus verbis, videndi ſunt *Abulenſis, 1. Regum, cap. 27. q. 12. Caniſius, lib. 2. de Deipar. cap. 12. & Emin. Baron. in Appar. ad Annal. Eccleſ. §. ſi fidem adhibendam, tom. 1. fol. 27.* ubi concluſionem prædictam firmat pluribus textibus Sacræ Scripturæ, & auctoritatibus Doctorum.

3. Quo verò ad novum teſtamentum, conſtat ex eo, quia fœminæ, quæ in primitiva Eccleſia Chriſtum comitabantur, inſtar cæterorum diſcipulorum, erant in congregatione viventes, & præcipuè monitu, & exhortatione S. Marci, quem, de communi ſententia fertur, primò inſtituiſſe cænobia Monachorum, & patet de S. Maria Magdalena, & S. Martha, quas cum aliis Virginibus, in quodam Monaſterio vixiſſe, pluribus firmat *Theodorus Mellutus in vitis ipſarum, cap. 9. cui arrident Tamburr. de Jur. Abbatis; diſput. 18. q. 2. n. 1. & Lezan. ver. Clauſura, n. 5.*

4. Amplia, ut ante Chriſti adventum, etiam apud gentiles fuerint Virgines Clauſæ, ut patet de Virginibus Veſtalibus Romanorum, quas Numam Pompilium inſtituiſſe, teſtatur *Tit. Livius, lib. 1. hiſtor. fol. 4.* de quibus in Templo Veſt. incluſis, multa loquitur Val. Maximus in ſuo libro de Miraculis.

5. Quapropter ſunt acriter reprehendendi noſtræ tempeſtatis hæretici Novatores, dicentes, monialium inſtitu-

inſtitutum, eſſe humanum inventum, & arte Chriſti fidelium, novum figmentum, quia errant toto Cælo, indigent ferula, cane & puero, etenim cæci ſunt, & duces cæcorum, noluntque in luce ambulare, odiunt enim lucem, & veritatem ſcripturarum.

Quæſt. 11. *Clauſura Monialium, ante dict. Bonif. fuitne præcepti, an Conſilii?*

1. RESolvo cum diſtinctione quæſitum, aut loquimur de illis, quæ licet ſolemni voto fuiſſent Deo Sacratæ, adhuc tamen commorabantur cum parentibus, & cognatis in domibus ſuis: & hæ dicendum eſt, quod non tenebantur ad clauſuram, niſi ex conſilio; ut probat *textus cap. Mulieres, 27. q. 1. cap. ex parte, il 2. de converſion. conjugat. & cap. inſinuante, qui Clerici, vel vovent; & habetur expreſſè in Concil. Generali Carthagin. 3. celebrato ſub anno Domini* 397. ſub perſecutione decima Arrianorum, circa tempora Siriaci Papæ, *Can.* 44. ibi, *Virgines Sacræ, cum parentibus, à quibus cuſtodiebantur, privatæ fuerint, Epiſcopi providentia, vel Presbyteri, ubi Epiſcopus abſens eſt, gravioribus fæminis commendentur, aut ſimul habitantes, invicem ſe cuſtodiant, ne paſſim vagando, Eccleſiæ lædant exiſtimationem*; hæc ibi; *de quibus latè Rodor. tom. 1. q. 44. ar. 1. in principio, & Suar. tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. num.* 11.

2. Aut loquimur de exiſtentibus in monaſteriis, poſt tempora Apoſtolorum; & hæ dicendum eſt, quod de jure communi, uſque ad Bonif. VIII. tenebantur ad clauſuram ſibi præceptam à regula, inſtar virorum: nam Canonicæ Regulares, & Canonici, Monachæ & Monachi, Benedictinæ, & Benedictini, & conſimiles, profitebantur unam, & eandem Regulam, paucis mutatis, ob diverſitatem ſexus; Undè S. Auguſtinus; qui prædicto Concilio Carthaginenſi fuit præſens, ſua epiſtola 109. Regulam monialibus præſcribens prohibet exire, ſivè ad balnea, ſivè ad aliquid aliud peragendum, abſque neceſſitate, & Præpoſitæ venia, quæ in tali caſu, exeunti tres ſocias tenetur aſſignare, ut liquet, ibi, *quæ aliquò eundi neceſſitatem habebit, &c.* quod pariter dixit in Regula Clericorum, & docet *Navar. in d. Com. 4. de Regul. num.* 39. *ver. ſecundò, & colligitur ex Canone* 46. *ſynodi Trullanæ*, ibi, *quæ vitam exercitatoriam, (id eſt Monaſticam) eligunt, & in Monaſteriis ſunt conſtituta, ne omninè exeant: ſi quâ autem inexorabilis neceſſitas, (id eſt extrema) ad hoc trahit, cum benedictione, & permiſſione ejus, quæ præeſt, hoc agant; tuncque non ſolæ, per ſe, ſed cum aliquibus vetulis, & quæ in Monaſteriis primæ ſunt, cum mandato ejus, quæ præfecta eſt, eas omninò extra cubare, & pernoctare non licet*, hæc ibi, quæ doctè expendunt *Suar. cit. loco & Gibalin. de Clauſ. monial. diſquiſ. 1. cap. 1. §. 12. in fin.*

3. Ad hoc facit decretum *Innocentii 2. qui vixit circa annum Domini* 1138. *habitum in Concil. Romano, cap. 26. & 27. & habetur in cap. perniciosum 25. 18. quæſt. 2.* quo moniales ordinum S. Benedicti, Baſilii & Auguſtini, prohibentur habere propria habitacula, & eſſe in choro cum aliis clericis, vel Monachis; quia hoc erat contra earum Regulam, ibi, *prohibemus, ne ſanctimoniales ſimul cum Clericis, vel monachis in Eccleſia, in uno choro conveniant ad Pſallendum. &c.* & ibi, *cum enim juxta Regulam degentes in Cœnobiis, &c.*

4. His accedit *cap. monaſteria 8. de vita & honeſtate clericorum*, ubi habentur hæc præciſa verba. *Monaſteria Sanctimonialium, ſi quiſquam clericus, ſine manifeſta & rationabili cauſa frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur, & ſi non deſtiterit, ab officio Eccleſiaſtico reddatur immunis; ſi Laici, excommunicationi ſubdantur, & à cætu fidelium fiant pœnitus alieni*, hæc ibi: per quæ benè vides, quòd clauſura, de qua eſt ſermo ante Bonif. 8. reperiebatur monialibus præcepta à Regula, & à jure communi, juxtà terminos Regulæ, & quòd clerici, & laici, per acceſſum ad eas, puniebantur, ſecundùm diſpoſitionem *d. cap. Monaſteria*.

5. Proindè non probo, quod dicit *Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 15. q. 2. num. 3. & q. 3. num.* 1. Clauſuram ſcilicet monialium, antiquitus fuiſſe dumtaxat conſilii, & non præcepti. Nec ei ſuffragatur *Suar. tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 8. num.* 11. quia ibi hæc tantum loquitur, *quod licet in antiquis canonibus multa ſint hujus Clauſuræ præcepta, nullibi tamen erat abſolutè injuncta, ſed dependenter à legitima facultate Abbatiſſæ; unde paulò major fæminis quam viris imponebatur*, hæc ille; quod eſt dicere, moniales tunc temporis, potuiſſe exire de clauſura, de licentia Prælatæ, danda tamen juxta Regulam. Hodie verò nullatenus; niſi ad præſcriptum Trid. & Apoſtol. conſtit.

Quæſt. 12. *Moniales an poſſint legitimè per Eccleſiam ad tam arctam, & perpetuam Clauſuram compelli & obligari?*

1. G*Loſſa cap. Periculoſo 1. in ver. præſumentes, de ſtatu Regul. in 6. & ibi Archid. in ver. clauſuram num. 1. S. Ant. Arch. Flor. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 6. Roſel. ver. lex. n. 5. Syl. ver. Religio 6. q. 6. Tabiena ver. obedientia n. 6. Armilla eod. ver. num. 3. Navar. com. 4. de Regul. num. 40. Rodor. tom. 1. qu. 44. ar. 1. §. pro quorum perfecta, Miranda de Monial. 6. q. 1. ar. 4. Sanch. lib. 6. ad decal. cap. 2. n. 42. & cap. 15. num. 5. Peyr. to. 2. privil. in conſtit. 6. Pii 5. §. 2. n. 12. & to. 1. de Relig. ſubdito, q. 1. cap. 8. §. 1. & alii plures*, Reſpondent ad quæſitum affirmativè, & ſe fundant in poteſtate dominativa Papæ, quæ oritur ex ſolemni voto Religionis, quo profeſſus ſe obligavit ſuis, ſecundùm Regulam, obedire Prælatis, quorum nomine, primò & præcipuè venit S. Papa, qui eſt omnium Prælatorum Prælatus, & omnium Generalium Ordinum Generaliſſimus, ut teſtantur D. Thom. communiter receptus *in 2. ſenten. diſtin. ultim. q. 3. & q. 10. ar.* 10. ibi, *ad Regulam pertinere intelligenda ſunt, non ſolum ea, quæ expreſſè continentur in Regula, ſed etiam illa, quæ quocunque modo ad Regulam reducuntur. & obedire in his, eſt de neceſſitate obedientiæ; ſi tamen aliqua ſunt, quæ nullatenus ad Regulam reducuntur, obedire in hujuſmodi, non eſt de neceſſitate, ſed de perfectione obedientiæ*; hæc ille: inter quæ, expende illud verbum, quæſo, *quocumque modo*, quod cum ſit univerſale, & illimitatum, dices, ergo ad Regulam reducuntur, non ſolùm illa, quæ ſunt media neceſſaria ad ejus obſervantiam, verùm etiam illa, quæ aliqualiter faciunt ad cuſtodiam votorum, ad decorem & honeſtatem Religioſam, & ad perfectionem Religionis faciliter conſequendam.

2. Idipſum docuit, *22. q. 104. ar. 5. in reſ. ad tertium*, ubi quærit, *utrum ſubditi teneantur ſuis ſuperioribus obedire?* quod item dixit in quolib. 10. *ar.* 10. *& S. Bonaven. in d. loc. ſent. diſt. 44. q. ultim.* & indifferenter omnes alii DD. ibi, & alibi ſcribentes.

3. Hæc autem, de quibus agitur, ſunt ſecundùm regulam, ſaltem implicitè, virtualiter, & reductivè, fuerunt enim præcepta in cuſtodiam votorum, præcipuè caſtitatis, decoris, & honeſtatis ſacrarum Virginum, & ad faciliter conſequendum finem Religioſæ vitæ, ergo.

4. Et quamvis hæc omnia veriſſima ſint; nihilominus non videntur quæſito ſatisfacere. Nam dict. Bonif. ſua prædicta conſtit. innovata à Trid. & Pontificibus, ubi ſupra, obligat ad perpetuam clauſuram, non ſolùm, Moniales profeſſas; verum etiam in poſterum profeſſuras, cujuſcumque fuerint ordinis, ibi, *præſenti conſtitutione perpetuò irrefragabiliter valitura, ſancimus,*

Digitized by Google

univerſas, & ſingulas moniales præſentes, atque futuras, cujuſcunque Religionis ſint, vel ordinis; &c. hæc ibi, per quæ vides, quod clauſura perpetua fuit impoſita monialibus profeſſis, & non profeſſis; & quod reſpectu profeſſarum, potuit imponi & præfigi, jure prælationis; quod oritur ex ſolemni voto obedientiæ ut benè apparet ex immediatè dictis; quia profeſſus ſcilicet tenetur in omnibus, quæ ſunt ſecundùm Regulam, ſuis ſuperioribus obedire.

5. Verùm reſpectu earum, quæ erunt in futurum profeſſæ, non apparet; non enim poteſt dici, quod hæc fuit impoſita, jure obedientiæ, quia futuræ Profeſſæ non ſunt, nec ſupponuntur Profeſſæ.

6. Quapropter *Gloſſa, in d. cap. periculoſo, cit. loc. ubi ſibi objecit cap. geſta 3. diſtin. 7. adjuncta gloſſa in ver. creſcere*, ubi dicitur, quod *Monachis, vel Canonicis invitis, diſtrictior vita non poteſt imponi cap. non eſt, 10. 15. quæſt. 1.* ubi dicitur, *quòd voluntarium militem ſibi elegit Chriſtus, cap. nec is, immediatè ſubſequ.* ubi dicitur, *quòd nemo tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit, cap. præſens 4. 20. q. 3.* ubi dicitur, *quod nullus invitus ſubjiciatur Monaſterialibus diſciplinis, & cap. integritas 13. 32. q. 1.* ubi Virginitas ex conſilio ſuadetur, non autem ex Imperio ponitur.

7. Ad objecta Reſpondens in ſecunda Reſponſione dicit, *vel dic ſupradicta vera in Clericis ſæcularibus, in Religioſis, qui velle, vel nolle non habent, ſecus*; hæc ille, per quæ videtur aſſerere, ſæculares invitos, ad votum Religionis non factum, non poſſe compelli ad opera ſupererogationis, & conſilii.

8. Ego autem reſpondeo, quod potuit S. Papa hæc, & majora ſancire, juræ præfecturæ, quod Chriſtus Dominus tradidit Petro, uti Præfecto eccleſiæ, & Principi Apoſtolorum, ut teſtantur illa verba *Matth. 16. num. 18. tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo Claves Regni Cælorum, & quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum, & in Cælis, & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum, & in Cælis, & ex illis Joan. 21. Petre paſce oves meas, & agnos meos, & ex illis Lucæ 22. num. 32. & tu aliquando converſus, confirma fratres tuos,* hæc ibi, quæ poteſtas exindè pervenit ad ſucceſſores Petri, per legitimam electionem, qua quis eligitur, præficitur, fitque caput, & Paſtor univerſalis Eccleſiæ in regimen animarum: undè Eccleſia in die Paraſceves, pro eo orat, ut Deus & Dominus noſter, qui eum elegit in ordine epiſcopatus, ſalvum, & incolumem cuſtodiat eccleſiæ ſuæ ſanctæ, ad regendum populum ſanctum Dei.

9. Ex hoc igitur univerſali jure habet S. Papa juriſdictionem, & poteſtatem præcipiendi ea omnia, quæ omni ſtatui Chriſti fidelium, in ſalutem animarum, cognoverit expedire, ac proindè potuit, & poteſt, ſecundùm diverſitatem ſtatuum, temporum, & morum, diverſas leges ferre, lataſque mutare, reformare, extendere, conditiones apponere, & hujus generis ſimilia peragere, quia ipſe eſt Paſtor Ovium, & ad ipſum pertinet de ovibus; nos autem Oves Paſcuæ ejus; & conſtat ex diuturna praxi, & conſuetudine, nam Eccleſia ante Tridentinum, clandeſtina matrimonia permiſit, quæ poſtmodum ob hominum malitiam abolevit, juſſitque matrimonium contrahi non poſſe; niſi in facie Eccleſiæ, vel coram Parocho, & duobus vel tribus teſtibus præſentibus, *ſeſſ. 24. cap. 1. de matrim.*

10. Item ſtatuit, ne quis ſacros Ordines ſuſciperet; niſi ordinandus ſe Votis continentiæ, implicitè, ſaltem obligaret, *cap. ſane 2. de Clericis conjugatis.*

11. Item antiquitus permiſit ſolemnes profeſſiones ſororum validè fieri in manibus Epiſcopi loci, *cap. ſicut, cap. de viduis, cap. viduitatis, 27. qu. 1.* eaſque profeſſas in domibus propriis poſſe remanere, *Cap. ex parte, il 2. de conver. conjugat*, quod poſtmodum prohibuit; & contrarium mandavit, *cap. ne, nimia, de Relig. domib. & cap. Religionum, eod. tit. in 6.*

12. Ità potuit, pari paſſu, ſæcularibus vetare, ne accederent ad moniales ſtantes intra ſepta, *cap. monaſteria 1. de Vita, & honeſtate Clericorum*, quia ſepta Regularium, ſunt domus Papæ, ejuſque curæ commiſſa: nonne poteſt pater familias mihi prohibere, ne vadam ad domum ejus, in qua ſuæ filiæ aſſervantur?

13. Potuit, ità pariter, conditiones apponere, ne quis fieret de ſtatu Clericatus, vel monachatus, niſi his, vel illis conditionibus adimpletis; & ſic de aliis, quæ fiunt eod. jure & poteſtate, de qua apud Catholicos non licet dubitare. Undè indubitanter dicendum eſt, quod S. Papa optimo jure potuit prædicta ſancire, tam profeſſis, quàm non profeſſis, ut poſt allegatos, ex multis oſtendunt Eruditiſſimus *Suar. tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 8. numer. 8. & P. Gibalin. de Clauſura diſquiſit. 1. cap. 1. §. 4.*

Quæſt. 13. An Moniales, dictis Decretis cogantur ad votum perpetuæ Clauſuræ?

1. ET dico quod non, tum quia votum liberum hominis petit arbitrium, ut expreſsè dicitur *in cap. licet, de voto,* tum etiam, quia nullibi hoc imperatur, aut declaratur, neque ſub ea conditione præceptum clauſuræ impoſitum eſt à lege Eccleſiæ, aut explicatum, aut intellectum reperitur: undè non poteſt dici quòd votum Clauſuræ has, ſaltem implicitè arctet, ſicut continentia, ſuſcipientes ſacros ordines: benè verum eſt, quod quædam ad certiùs, & firmiùs ſatisfaciendum juſſis S. Papæ ſponte, ſub voto illam promittunt obſervare, *Gibal. cit. loc. cap. 1. §. 1. conſect. 6.*

Quæſt. 14. Clauſura Monialium, an in vim prædictorum decret. obliget ad mortale?

1. REſpondeo, quod Clauſura Monialium hodie non ſolùm obligat ad mortale; verum etiam ad pœnas contentas *in d. cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* & in dictis conſtitutionibus Papalibus; & moveor, primò quia fuit à Bonif. VIII. ſub rigidis, & graviſſimis verbis præcepta, & à Pio V. Gregorio XIII. & ſubſequentibus innovata, ut ibidem eſt videre. Secundò *ex d. Trid.* ibi, *ſub obteſtatione divini Judicii, & interminatione maledictionis æternæ*, &c. per quæ verba, ne dum venit peccatum mortale, ſecundùm omnes; verum etiam, cenſura, ſecundùm aliquos; ſicut per illa, diſtrictionis diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ſeveritatis, Eccleſiaſticæ pœnæ, vel ſub pœna obedientiæ, vel animadverſionis, vel indignationis noſtræ, vel indignationis Petri & Pauli; vel divinæ indignationis, vel ſub obteſtatione divini Judicii, vel interminatione maledictionis æternæ, vel anathematis, vel acrimoniæ noſtræ, vel mucronis, vel divinæ ultionis, & ſic de ſimilibus, de quibus *Fuſcus de viſit. cap. 31. & Emin. Cardinalis Bellar. in cit. loc. Trid. n. 1. in obſervat. doctrinæ.*

2. Tertiò, ex illis verbis, *ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda*, quæ ſupponit peccatum mortale, ſecundùm omnes.

3. Nec officit, quod extravagantes prædictæ, non ſint inſertæ in corpore Juris; quia ad hoc, ut obligent, ſufficit quod fuerint Romæ publicatæ, ut dixi *1. p. tr. 1. de leg.* & habetur *in cap. 1. de poſtulat. prælat. §. verum,* & dicitur *in cap. exceptione 12. de except. ver. publicè,* ibi, *nulli liceat ignorare, quod publicè factum eſt.*

4. Dixi

Digitized by Google

4. Dixi (hodie) quia ante tempora Bonif. VIII. fæl. recor. Moniales non tenebantur ad Clauſuram in vim præcepti ſibi facti à D. Papa, ſed ſecundum quòd continebatur in Regula, non autem omnia contenta in Regula, voventem obligant ad mortale, ut peregregiè docet: *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 186. *ar.* 9. ibi, *ad primum ergo dicendum, quod ille, qui profitetur Regulam, non vovet ſervare omnia, quæ ſunt in Regula, ſed vovet Regularem vitam, quæ eſſentialiter conſiſtit in tribus prædictis. Unde & in quibuſdam Religionibus, cautiùs aliqui profitentur, non quidem Regulam, ſed vivere ſecundùm Regulam, id eſt, tendere ad hoc, ut aliquis mores ſuos informet ſecundùm Regulam, ſicut ſecundùm quoddam exemplar, & hoc tollitur per contemptum: in quibuſdam autem Religionibus, adhuc cautiùs profitentur obedientiam ſecundùm regulam, ità quod profeſſioni non contrariatur, niſi id, quod eſt contra præceptum regulæ; tranſgreſſio verò, vel omiſſio aliorum, obligat ſolum ad peccatum veniale, quia ſicut dictum eſt, hujuſmodi diſpoſitiones ſunt ad principalia vota; peccatum autem veniale eſt diſpoſitio ad mortale, ut ſupra dictum eſt, in quantum impedit ea, quibus aliquis diſponitur ad obſervanda principalia præcepta legis Chriſti, quæ ſunt præcepta charitatis: in aliqua tamen religione, ſcilicet, Ordinis Fratrum Prædicatorum, tranſgreſſio talis, vel omiſſio, ex ſuo genere non obligat ad culpam, neque mortalem, neque venialem, ſed ſolùm ad pœnam taxatam ſuſtinendam, quia per hunc modum ad talia obſervanda obligantur, qui tamen poſſent venialiter, vel mortaliter peccare ex negligentia vel libidine, ſeu contemptu;* hæc ille.

5. Si autem Monialis, non ſolo præcepto Eccleſiæ, ſed etiam ex voto ad Clauſuram teneatur, prout de facto Moniales hodie ferè omnes tenentur, cum illam omnes Regulariter devoveant, duo peccata committit, neceſſariò in confeſſione aperienda, juxta *Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *& Can.* 7. unum ſcilicet inobedientiæ patratum contra præceptum Eccleſiæ; alterum verò ſacrilegii, commiſſum contra votum.

6. Nec his obſtat dicere, quod violatio Clauſuræ fuit unus actus; quia licet fuerit unus Phyſicè & entitativè; adhuc tamen habet plures malitias morales, ſpecie differentes: etenim reſpectu præcepti Eccleſiæ, opponitur virtuti obedientiæ; & reſpectu voti, quod eſt de Jure divino, opponitur Religioni, ſeu cultui Deo debito, ſivè promiſſioni Deo immediatè factæ, & conſequenter ſunt duo peccata, ſpecie differentia, neceſſariò, ut dictum eſt, in Confeſſione exprimenda, & ſecundùm hæc debet intelligi *Suar. tom.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 10. *in fin.* dicens, votum Clauſuræ, per ſe non addere præcepto Eccleſiæ novam obligationem extenſivam, ſed intenſivam, id eſt, novum titulum obligationis ad eandem, quod eſt dicere, ſicut præceptum Eccleſiæ de Clauſura, obligat omnes profeſſas, omni tempore, excepto caſu ſummæ neceſſitatis, ità votum; ſed addit obligationem intenſiorem, cum novo titulo; adeò, ut ejus tranſgreſſio, non ſolùm ſit contra legem Eccleſiaſticam, ſed etiam contra Religionem, ſeu Dei cultum, ac proindè ſacrilegium.

Quæſt. 15. Monialis Violans Clauſuram, quot peccata committit, & quid, ſi ad eam teneatur ex præcepto Regulæ, vel ex voto?

1. Reſpondeo, quod à cæteris præſcindendo, unum tantùm mortale committit, nempè inobedientiæ; nam peccatum idem eſt, quod tranſgreſſio legis, ſed in caſu poſito, lex una Eccleſiaſtica Clauſuram præcipiens, violatur; ergo unum tantùm peccatum committitur. Unde ſi nulla eſſet lex Clauſuram præcipiens, nullum profectò peccatum committeretur.

2. Sed quid, ſi monialis, ultrà dictum præceptum Eccleſiæ, ad eam teneatur ex præcepto Regulæ? Reſpondet *Rodor. tom.* 1. *q.* 44. *ar.* 2. *ſub reſponſione ad primum arg. ver. obſerva tertiò, cui favet P. Sanch. in d. lib.* 6. *decal. cap.* 15. *nu.* 29. duo peccata committere, cum duo præcepta de Clauſura violaverit, unum indictum à Sac. Conc. Trid. & alterum à ſua Regula.

3. Attamen *Emin. Cajetanus,* 2. 2. *q.* 186. *ar.* 8. *poſt Expoſitionem literæ,* §. *dubium circa hanc,* docet, unum ſolùm peccatum committere, licet gravius & intenſius: quod exiſtimo de Jure verius; tum quia peccati ſpecies, in moralibus, non ex parte præceptorum attenditur, quamvis ex authoritate præcipientium, & magis præcipientium aggravetur, ſed ex objecto, & fine; tum etiam, quia utrumque præceptum eſt eccleſiaſticum, cenſeturque lex una, multoties Phyſicè repetita, pro cuſtodia Clauſuræ; ergo in caſu poſito, lex una violatur, *Peyr. de ſubd. q.* 1. *cap.* 4. *not.* 2. *Bonac. de Clauſ. q.* 1. *p.* 2. *nu.* 6. *Pellizz. eod. tit. cap.* 5. *ſect.* 2. *q.* 2. *n.* 24. *& Gibal. de ſanct. diſquiſ.* 1. *cap.* 1. §. *conſect.* 6. *num.* 2.

4. Et quamvis prædicta ſententia Cajetani vera ſit quoad forum poli: verumtamen quo ad forum fori, Religioſa prædicta in caſu poſito incurrit duplicem pœnam, unam ſibi debitam ex violatione præcepti Regulæ, alteram verò ex violatione præcepti Eccleſiæ, *Feſtus in ſum. noſtrarum conſtit.* 1. *p. cap.* 20. vel dicas, quod dat in unam graviorem, & intenſiorem, quæ juxta prædicta, debet correſpondere culpæ.

Quæſt. 16. Obligatio dict. Clauſuræ, an afficiat omnes Moniales profeſſas, totius orbis, cujuſvis ſtatus, vel ordinis; etiam eas, quæ antea non tenebantur ad illam?

1. Affirmativè reſpondent Sapientiſſimus *Navar. to.* 1. *Com.* 4. *nu.* 44. *de Regul. Rodor. tom.* 1. *q.* 44. *art.* 2. *cum ſuo comp. Reſolut.* 26. *Miranda de Clauſ. Monial. qu.* 1. *ar.* 3. *Suar. to.* 4. *de Relig. l.* 1. *cap.* 8. *n.* 14. *doctiſſimus P. Sanch. lib.* 6. *decal. cap.* 15. *& Eruditiſſimus Peyr. tom.* 2. *privil. in conſtit.* 6. *Pii V.* §. 1. *& moventur ex pluribus.*

2. Primò, ex Bonif. VIII. qui dicta ſua Conſtit. comprehendit omnes indifferenter, generaliter & in univerſum, abſque ulla limitatione, & exceptione, ibi, *univerſas & ſingulas &c.* per quæ verba, prædictus Bonif. præcipuè voluit comprimere, & arctare libertatem illarum, quæ clauſuram non ſervabant, ut patet ex lectura textus, & atteſtati ſunt illi tres ſapientiſſimi viri, allegati per *Rodor. cit. loc.* qui juſſu Regis Hiſpaniarum, interfuerunt dict. Conc. Trid.

3. Secundò, ex *Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de Regul.* ubi dict. conſtit. Bonif. innovat & confirmat, vultque eam ad unguem obſervari; immò ſingula, quæ prius obſcura erant, declarat; & liquet, ibi, *nemini ſanctimonialium, &c.* inter quæ expende illud, *ad breve tempus,* quo occurritur tacitæ objectioni; quia licet in abſoluta negatione contineretur; adhuc tamen poterat quis dicere, Bonifacium loqui de longa mora; eò quod minima, non veniunt in conſideratione, maximè in ferendis pœnis.

4. Item cogita illud, *quocunque prætextu*; quia explicat, quod idem Bonif. dixerat, *quacunque ratione,* item & illud, *Nemini Sanctimonialium,* quod æquipollet iis, quæ ſigillatim dixerat Bonif. de præſentibus & futuris, in quacunque Mundi parte exiſtentibus, &c.

5. Tertiò, ex *cap.* 22. *d. Trid. præfatæ ſeſſionis,* ubi habentur hæc præciſa verba.

6. *Hæc omnia & ſingula in ſuperioribus decretis contenta, obſervari S. Synodus præcipit, in omnibus Cœnobiis, & monaſteriis, collegiis, ac domibus quorumcumque Monachorum,*

Digitized by Google

chorum, ac Regularium, nec non quarumcumque ſancti-monialium virginum & viduarum, etiamſi Hieroſolymitanè vivant, & quocunque nomine appellentur, ſub quacunque Regula, vel conſtitutionibus, & ſub cuſtodia, vel Gubernatione, vel quavis ſubjectione, aut annexione, vel dependentia, cujuſcunque ordinis, vel aliorum Regularium Monachorum, aut Canonicorum quorumcumque, non obſtantibus eorum omnium, & ſingulorum privilegiis, ſub quibuſcunque formulis verborum conceſſis, ac mare magnũ appellatis, etiam in fundatione obtentis, nec non conſtitutionibus, & Regulis etiam juratis, atque etiam conſuetudinibus, vel præſcriptionibus, etiam immemorabilibus, hæc ibi: per quæ clarè & manifeſtè apparet, quod S. Synodus vult, ut inter cætera præcedentia decreta, obſervetur *illud cap.*15. quod eſt, de clauſura monialium; ergo illud cum iſta ampliatione, & clauſula intelligendum eſt, nam hæc clauſula refertur ad omnia præcedentia, ut latè, & doctè diſcurrit *Rodo. cit. loc. & Bonac. de Clauſ. quæſt.* 1. *p.* 2. *num.* 1. *& ſeq.*

7. Ex quibus benè liquet, quod nihil hodie poteſt excipi, vel opponi contra dictam clauſuram; non conſuetudo, non præſcriptio, non fundationis pactum, nec diverſitas regularium ordinum, neque privilegia, aut indulta, niſi poſt Trid. obtenta ſint, cum illa clauſula, *non obſtante, quod adverſentur decretis Trid. & dummodo ſanctimoniales ſint in ordine profeſſæ, tacitè, vel expreſſè* ut ibidem dicitur, & infrà magis declaratur.

8. Nec his obſtat dicere, quod dict. Bonifaciana abiit in deſuetudinem, & quod per contrarium uſum fuit abrogata, etiam de ſcientia & tolerantia Papæ, ut atteſtantur ſcribentes *in cap. periculoſo de ſtatu Regul. in* 6. *& præcipuè Joan. Andr. in novellis*, undè deſtitit obligare; *Cajet. in ſumm. ver. Monachi & Moniales, & Gabriel. in* 4. *ſent. diſtin.* 38.

Quia fuit à Trid. Pio V. Greg. XIII. & ſucceſſoribus Pontificibus iterum innovata, & tremendis verbis, denuò præcepta, & ejus obſervantia, locorum Epiſcopis commiſſa, & ſub pœnis imperata, ut ibi eſt videre, quam ob rem, de viribus dictæ conſtitutionis, non licet ampliùs dubitare.

9. Nec obſunt illa verba Bonifacii, & Pii V. *ſi tacitè, vel expreſſè profeſſæ ſint*; quia Pontifices ità loquuntur, ut à perpetuâ clauſurâ excludant Novitias, & alias non profeſſas, non autem illas, quæ dictam clauſuram minimè promiſerunt, ut quidam ſcioli ineptè putant; undè dict. verba non referuntur ad clauſuram, ſed ad Religionem, & aliter fateri, non eſt ſapere, ſed deſipere, ac in meridiana luce cæcutire, ut probat textus prædict. rum conſtit. & pluribus firmat ſapientiſſimus *Navar. conſil.* 80. *de Regul.* tum quia Pontifices, ubi ſupra, loquuntur abſolutè, & univerſaliter, abſque ulla diſtinctione, & nulla habita conſideratione ad clauſuram, ſed ad profeſſionem tantum; ut dictum eſt; tum etiam, quia Bonif. cit. loc. intulit Jus novum, ut liquet ex illo verbo, *præſenti conſtit. ſancimus.* Quandoquidem ſi intendiſſet illas tantùm Moniales obligare ad perpetuam clauſuram, quæ ex voto, vel ex præcepto Regulæ, tenebantur ad illam, non diceretur intuliſſe Jus novum, ſed Jus antiquum confirmaſſe, vel excitaſſe; tum etiam, quia futilis, ac fruſtratoria fuiſſet illa quæſtio, an moniales, quæ non promiſerent clauſuram, poſſent ad illam cogi per eccleſiam? de qua *quæſt. gloſſa in cit. cap. periculoſo*, & latè dictum eſt ſupra, tum denique, quia ſi Bonif. dict. ſua conſtit. ſolùm obligatas ad clauſuram, denuò obligaſſet, exindè non emanaſſent tot lites, & querelæ, de quibus *Navar. in d.* 4. *com. de regul. n.* 40.

10. Nec denique nocent illa verba concilii Trid. quibus præcipit clauſuram, ibi, *ubi violata fuerit, diligenter reſtitui, & ubi inviolata eſt, conſervari, maximè procurent*: hæc ibi, ex quibus, quidam inferunt, ergo aliæ Moniales, quæ nec ex voto, nec ex Regula tenentur ad illam, Juri ſuo relinquuntur à Concilio; probantque illationem; quia in his, de quibus eſt ſermo, cum proprietate verborum, non poteſt dici, quod clauſura violata, & inviolata fuit, ergo non poteſt dici, quod apud prædictos, clauſura debet reſtitui, aut cuſtodiri: violari enim non dicitur; niſi id, quod non obſervatur, cum tunc priùs deberet obſervari. Illud item dicitur reſtitui, & conſervari, quod priùs debebatur. Ergo Trid. non comprehendit illas, quæ priùs non erant ad dict. clauſuram obligatæ.

11. Hoc argumentum, licet multis viſum ſit difficile, de quo multa *Rodor. Miranda, Suar. Sanchez, ubi ſupra*, mihi autem apprimè leve videtur, tum quia inobſervantia clauſuræ, à Tridentino nominatur violatio; quia ex lege Bonifacii, per Tridentinum confirmata, ad illam obligabantur omnes, & ſingulæ moniales, proindè reſtitui præcipitur; tum etiam, quia non facienda eſt vis in verbo *reſtituendi*, aut *violandi*, ubi conſtat de mente legem ferentis; tum denique, quia ſecundùm communem uſum loquendi, non obſervatio legis, violatio dici poteſt, & reſtitui dicitur, quidquid de novo inſtauratur.

Quæſt. 17. *Tertiariæ in Congregatione viventes, an teneantur dict. legi Clauſuræ?*

1. Reſpondeo teneri, ſi ibidem Religionis vota eſſentialia emittunt: nam per vitam communem, & Religioſam Profeſſionem, fiunt, omni procul dubio, veræ Religioſæ & Profeſſæ, ac proinde comprehenduntur ſub dict. decreto Trid. ſecùs autem non profeſſæ, vel extra Congregationem viventes, & habetur expreſsè *in dict. Pia conſtit. incip. circa Paſtorales*, §. 3. ibi, *Mulieres quoque, quæ Tertiariæ, ſeu de pænitentia dicuntur, cujuſcunque fuerint ordinis in Congregatione viventes, ſi & ipſæ profeſſæ fuerint, ità ut ſolemne votum emiſerint, ad Clauſur. præcisè, ut præmittitur, & ipſæ teneantur. Quod ſi votum ſolemne non emiſerint, ordinarii, una cum ſuperioribus earum, hortentur, & perſuadere ſtudeant, ut illud emittant, & profiteantur, ac poſt emiſſionem & profeſſionem, eidem Clauſuræ ſe ſubjicient; quòd ſi recuſaverint, & aliquæ ex eis inventæ fuerint ſcandaloſè vivere, ſeveriſſimè puniantur; ceteris autem omnibus, ſic abſque emiſſione profeſſionis, & Clauſuræ vivere omninò volentibus, interdicimus, & perpetuò prohibemus, ne in futurum ullam aliam perorſus in ſuum ordinem, Religionem, Congregationemvè recipiant. Quod ſi contrà hujuſmodi hanc noſtram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad ſic vivendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet profeſſiones, & receptiones, irritas decernimus, & nullas, prout etiam præſenti decreto irritas facimus, & annullamus*; hæc ibi, inter quæ, nota illa verba, *ſi autem votum ſolemne non emiſerint, ordinarii hortentur, &c.* non dicit cogant, vel cogantur, quia votum, ad hoc, ut obliget, liberam expoſcit libertatem. Verùm vovens poſt votum, cogitur adimplere, *cap. ſanè, de voto.*

2. Dixi ſecùs extra Congregationem viventes; quia duo prædicta copulativè requiruntur ad faciendam tertiariam, verè Religioſam, vita ſcilicet communi, & Profeſſio Religioſa, ut latè dico, 4. *p. tr. ult.* unde Mulier domi manens, ſi faceret profeſſionem in manibus potentis illam recipere, ea conditione, ut in dict. ſua domo remaneret, *ut in cap. inſinuante, qui Clerici, vel Monachi*, ad Clauſuram non teneretur propter defectum primæ conditionis, *Navar. com.* 4. *num.* 44. *de Regul. ver. ſecundò nota, latè Miranda de Monial. quæſt.* 1. *ar.* 4. *concl.* 8. ubi dicit, *quod conditionaliter ſic vovens, non dicitur ſolemniter vovere, Sanch. lib.* 6. *ad decal. cap.* 15. *n.* 13. *Gibal. de Clauſ. Monial. diſquiſ.*

Digitized by Google

diſquiſ.1.cap.3.§.2.conſect.2. Graff.1.p.deciſ.lib.4.cap.23.nu. 17. Portell.ver. Clauſura Monial.n.1. Peyr.tom.2. privil.minimim.in conſtit.6. Pii V. §.6.n.13.& Bonac.de Clauſ.q.1.p.2. num.5.

3. Quapropter non probo, quod dicit *P. Corduba, in annot.ad Comp.privil.ver. Clauſura Monialium, not.1.* ubi ait, non teneri ad Clauſuram Moniales Tertiarias S. Franciſci in Congregatione viventes, ac tribus notis ſolemnibus ligatas, quia licet Regula à Leone X. approbata, poſt *cap. Periculoſo, de ſtatu Regul.in 6.* indulgeat eas, ne Clauſuram ſervent; nihilominus ſunt hæc omnia hodie extincta, & abrogata ex dict. Decreto Trid. & dict. Conſtit. Pii V. qui mira ſuavitate, & indicibili providentia, hujuſmodi congregationes abolevit, *in §.4.* ibi, *cæteris autem omnibus, ſic abſque emiſſione Profeſſionis, & Clauſuræ vivere omninò volentibus, interdicimus, & perpetuò prohibemus, ne in futurum ullam aliam prorſus in ſuum ordinem, Religionem, Congregationemvè recipiant, &c.* hæc ibi, per quæ, ut vides, decente jacent tumulatæ ſepulchro: quia filiæ ſunt, & S. Papa Pater.

Quæſt.18. Converſæ Monialium, an teneantur ad Clauſuram?

1. Converſæ dicuntur, quæ non Choro, ſed culinæ, furno, infirmariæ, veſtiariæ, & hujus generis ſervitiis deputantur; unde ſolent dici ſervitrices, & Monialium laicæ, & hæ ſanè tenentur ad clauſuram, ſi tacitè, vel expreſsè ſint profeſſæ, ut liquet *in d.cap. Periculoſo, de ſtatu Regul. in 6. & Concil. Trid. & Clarius in §.1. conſtit. Pii V. incip. circa Paſtoralis officii,* ibi, *etiamſi converſæ, aut quocumque alio nomine appellentur, etiam ſi ex inſtitutis, vel fundationibus earum Regulæ ad clauſuram non teneantur, nec unquam earum monaſteriis, ſeu domibus, etiam ab immemorabili tempore ea ſervata non fuerit.*

2. Verùm, ſi moniales indigeant, & non habent undè vivant, poſſunt dict. Converſæ, juxta diſpoſitionem dict. Piæ conſtit. clauſtrum exire, ad Fidelium Eleemoſynas colligendum, pro ſuſtentatione Monialium, ut liquet *in §.5.* ibi, *porrò, ne Moniales, vel Tertiariæ prædictæ propter hanc Clauſuram, detrimentum, aut incommodum aliquod in earum neceſſitatibus, maximè impertinentibus ad illarum victum patiantur, ſed ut eis opportunè conſulatur, authoritate Apoſtolica præfata ſtatuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus omnibus ordinariis, & ſuperioribus earum, ut curent colligi fidelium Eleemoſynas per Converſas, quæ non ſint profeſſæ, vel ſi profeſſæ fuerint, ſint tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen Monaſterium, degant, & non ingrediantur Clauſuram aliarum Monialium, niſi in caſibus ex earum conſtitutionibus permiſſis, & de earum domibus exire non poſſint pro hujuſmodi Eleemoſynis colligendis; niſi ex licentia Ordinarii, vel earum ſuperiorum, &c.* hæc ibi, quæ quamvis tempore Pii V. B. M. forent vera; nihilominus hodie huic indulgentiæ non eſt locus per conſtitutionem Gregorii XIII. *incip. Deo Sacris,* qua ubi providit ad ſublevandam Monialium inopiam, *in §. cæterum,* hæc ſubjunxit.

3. *Cæterum, quod attinet ad converſas profeſſas, quas prædictus Pius prædeceſſor per prædictas litteras ſub certis conditionibus,* ibi, *contentis, permiſit poſſe manere extra Monaſteria, pro colligendis eleemoſynis, eiſdem locorum ordinariis injungimus, ut quibus Monaſteriis, prædictarum monialium, quotidianis laboribus computatis, ſupradicta, vel alia qualibet ratione de ſufficienti ſubventione, & ſuſtentatione proviſum eſſe cognoverint, eaſdem converſas ſub eadem clauſura cum aliis monialibus reducant, neque à ſuis Monaſteriis amplius exire permittant.* Hæc ibi, per quæ benè vides, converſas profeſſas teneri ad clauſuram, & exinde, præter caſus expreſſos; non poſſe exire.

4. Verumtamen major difficultas eſt, an converſæ, ſtantibus prædictis conſtit. poſſint recipi ad votum Religionis Monialium? quandoquidem Pius V. in dict. conſtit. *circa Paſtoralis,* §.6. ita loquitur, *de cætero nullæ aliæ converſæ profeſſæ recipi amplius, etiam de conſenſu ſuorum ſuperiorum, vel prælatorum poſſint, &c.* hæc ibi.

5. Gregorius verò *in d. Conſtit. Deo ſacris,* duo ſtatuit. Primò ut converſas non profeſſas, dimiſſo habitu, domum remittant, nec alias in futurum, niſi profeſſionem, ſint ſuo tempore emiſſuræ, atque ſub perpetua clauſura manſuræ in Monaſterio, hujuſmodi recipi permittant, ut eſt videre *in d. §. cæterum,* ubi poſt prædicta ſtatuta ſubnectit, *quòd autem idem Pius V. prædeceſſor ſtatuit, de cætero nullas alias converſas profeſſas recipi amplius, etiam de conſenſu ſuorum ſuperiorum poſſe, ità intelligendum eſſe declaramus; præter illas converſas, quæ extra Monaſterium in domibus contiguis degerent,* hæc ibi, ex quibus videtur rectè inferri, ergo converſas profeſſas intra monaſterium admitti, prohibet Gregorius, quod jam paululum ante conceſſerat.

6. Secundò ſtatuit, ut ubi fuerit ſufficienter proviſum Monialium ſuſtentationi, per illa media, quæ ibidem extendit, converſas profeſſas cum aliis in Monaſterium reducant, & non profeſſas (niſi profiteri velint) domum, dimiſſo habitu remittant, ut ibidem patet, quod dictum videtur evertere quod antea dixerat.

7. Sapientiſſimus *Navar.com.4.num.56.de Regul.* ubi prædicta verba Gregorii XIII. expendit, ait, quod jam non poſſunt recipi converſæ aliquæ in Monaſteriis Monialium: niſi tantùm illæ, quæ debent manere extra Monaſterium in domibus contiguis, cauſa quæſtus Eleemoſynarum; & ſubnectit, quod hoc ſibi, ob multa, durum viſum fuit, ob quæ conſuluit dictum Gregorium XIII. qui reſpondit, Mentem Pii V. fuiſſe illam, quam verba exprimunt, ſanè nullæ converſæ poſthac reciperentur: ſuam verò non fuiſſe diſcedere à mente ejus, ſed declarare, illam non procedere in converſis neceſſariis ad quæſtum eleemoſynarum, quæ extra Monaſterium in domibus contiguis manere debent: hæc ille; quod dictum *P. Sanch. amplectens lib.6. decal. cap.15. num.59. ad finem,* ait, quare, ſi rigori literæ ſtandum eſſet, nulli monaſterio liceret inpoſterum Moniales aliquas, ut ſint converſæ recipere; ſed quia conſuetudine receptum eſt, ut admittantur; dummodò legitimam profeſſionem admittant, poteſt tutò hæc conſuetudo ſervari.

8. *Emanuel Rodor.tom.1.q.44.ar.4.ver.2.aſſertio, cum ſuo comp. reſol.26.de Clauſ. Monial.nu.3. & Miranda de moniali q.1.ar.6.concluſ.1.* exiſtimant, prædictos Pontifices ſolùm prohibuiſſe illas profeſſas admittere, quas vulgus donatas, ſivè Beatas, vel oblatas appellat, quæ ſecundùm Regulam S. Claræ, emittunt tantùm duo vota, Caſtitatis, & Obedientiæ, & verè profeſſæ non ſunt; & ità Patres ſuæ Religionis reſpondiſſe, quæ reſponſio placuit *Laur. Peyr.to.2.privil.minim.in conſtit.6. Pii V. §.6.n.17.*

9. Mihi verò nullatenus poteſt placere: tum quia eſt manifeſtè contraria textui utrius Pontificis, cum uter loquatur de converſis verè profeſſis, extrà Monaſterium degentibus; hæ autem Donatæ, ſeu oblatæ S. Claræ, extra ſepta, non ſunt verè Profeſſæ, ut ipſimet dicunt, ergo Romani Pontifices non loquuntur de his, ut benè advertit *P. Sanch. cit. loc.* tum etiam, quia Romani Pontifices, pro communi bono regimine Monacharum, leges ferentes, ad hujus, vel illius Regulæ particularia non deſcendunt; hinc immeritò dixit *Rodor. cit. loc. in medio,* quod Navarrus in explicatione harum conſtitutionum hallucinatus eſt.

Digitized by Google

10. Venerabilis verò P. *Suarez to.4.de Relig.lib.1.c.8. n.18.* ubi doctè dubia examinavit in *n.21.* dicit, utrumque Pontificem agere de ſolis Converſis, extra Clauſtrum degentibus, ad finem prædictum; & neutrum diſponere, an poſſint Monaſteria Monialium habere aliquas Converſas, ſeu oblatas non profeſſas, quæ extra ſepta Monaſterii in domibus propinquis degant, ad colligendum eleemoſynas pro ſuſtentatione Monialium, ſed hoc relinquere Juri communi, vel ſpeciali uniuſcujuſque Religionis, cùm neuter agat in illis de receptione ad habitum, ſed de clauſura earundem, & ad verba §.6.*d. Pia Conſtitutionis*, dicit, per illa verba Pontificem prohibere, ut non ampliùs recipiantur Converſæ profeſſæ, quæ extra Monaſterium maneant, ſed ut finitis illis, quæ tunc erant, collectio fieret per converſas non profeſſas, ut manifeſtè patet ex contextu ſubſequenti §.7. ibi, *quòd ſi prædicto modo neceſſitatibus Monialium & mulierum Tertiariarum prædictarum ſuccurri ſufficienter non poterit, mandamus ipſis Ordinariis, & Superioribus earum, ut ipſi provideant de aliis perſonis piis, & Deo devotis, quæ fidelium eleemoſynas colligant, vel alias eo meliori, &c.* hæc ibi, ex quibus evidenter apparet, quod Pius V. loquitur de ſupradictis ad finem prædictum.

11. Attamen ad verba §.*caterùm, d. Conſtit. Gregorii XIII.* ibi, *quod autem Pius ſtatuit, de cætero nullas alias, &c.* dicit, quòd d. Papa volens diſpoſitionem Pii V. vel declarare, vel limitare de converſis intra, & extra Monaſterium degentibus, diſtinctè loquitur.

12. Et ad hoc facit reſponſum per eundem Gregor. XIII. datum Navarro de re conſulenti, mentem ſcilicet Pii V. fuiſſe illam, quam verba exprimunt, ſanè ne ullæ Converſæ poſthac reciperentur, ſuam verò declarare, illam non procedere in converſis neceſſariis ad quæſtum eleemoſynarum, &c. ut ſup.

13. Ex quibus *Suar. cit. loc.* cui favet *Bonac. de Clauſ. q.1.p.9.n.15. Barboſ.in coll.ad cap.5.Trident.ſeſſ.25.de Regul.nn.40.& 41. Lez.1.p.cap.25.n.38. & Gibal.de Clauſ. Monial.diſquiſ.1.cap.3. §.2.conſect.1.n.6.* duo colligit; Primum, Moniales, etiam in vim prædict. Conſtit. poſſe Converſas admittere, dummodò ſervatis ſervandis ſuo tempore ſint profeſſuræ: Secundum, Moniales prædictas ex d.Conſtit. Greg.XIII. in caſu extremæ neceſſitatis poſſe d. Converſas ad prædictum quæſtum eleemoſynarum deſtinare, ſervatis tamen conditionibus à Pio V. ibidem præſcriptis; ac proinde d. Greg.XIII. ex hac parte piam Conſtitutionem ampliaſſe, quod dictum verius æſtimo, & in praxi cenſeo obſervandum, *D. Aug.Barboſa de Jur. Eccleſ. de Monialib. cap. 44. n. 45. & 81.*

14. Quod item docuit *Navar.cit.loc.nn.56.* ibi, *ex quibus colligo, quòd Greg. non tollit Monaſteriis, neceſſitate preſſis, facultatem tenendi aliquas converſas, extra illa, in domibus contiguis, durante neceſſitate, ſed tantùm eâ ſublatâ:* hæc ille.

Quæſt. 19. An hæ Converſæ degentes in dictis Domibus contiguis, pro eleemoſyna petenda, teneantur ad Clauſuram?

1. NEgativè *Navar.cit.loc.n.56.in fin.* cui ſubſcribunt *Sanch.lib.6.ad decal.c.15.n.56. Tambur. de Jur. Abbat.diſp.19.q.5.ad 6. & Lez.ver.Clauſura, n.8.* quia hujuſmodi domus non ſunt Regulares, nec locus Clauſuræ, at extra Clauſuram: unde licèt non debeant exire ad eleemoſynas colligendas, ſine licentia Epiſcopi, ut juſſit Pius V. non tamen vetantur de illis exire, ad audienda ſacra, vel alia neceſſaria, nec cæteris eſt vetitum ad illas ingredi, ad bonum finem.

Quæſt. 20. Convertitæ an teneantur ad Clauſuram?

1. COnvertitæ dicuntur, quæ poſt carnis crimina ſe in Monaſterio includunt, ad pœnitendum de commiſſis: unde ſolent communi nomine dici Moniales S. Mariæ Magdalenæ, & hæ ſi ſolemnem Profeſſionem emittunt, utique tenentur ad Clauſuram: quia Tridentinum & Conſtitutiones prædictæ comprehendunt omnes Moniales, profeſſas tamen tacitè, vel expreſsè, cujuſcunque ſint Ordinis, ſtatus, & qualitatis, quocunque nomine nuncupentur, ut ibidem clarè habetur.

2. Si verò dictæ Convertitæ profeſſionem non emittant, tenentur ad clauſuram, juxta diſpoſitionem Regulæ à S. Sede, vel ab alio legitimo Superiore ſibi præſcriptæ, quandoquidem etiam ante Tridentinum tenebantur ad perpetuam & ſtrictiſſimam clauſuram, ex Conſtit. Clem. VII. quam refert Paulus III. in ſua Conſtit. incip. *Proviſionis noſtræ*, edita anno Domini 1537. Kal. Maji, Pontif. anno 3. relata per *P. Joſeph. Gibalin. de Clauſ. Sanctimonial. diſquiſ.1.c.3. §.2. conſect.3. n.4.* qua Conſtit. etiam Emin. Cardinales prohibentur ad illas accedere, loqui, & ſcribere, nec quidem per medium affinium, & parentum, niſi per craticulam ferream, ac præſentibus Abbatiſſa, & duabus antiquioribus, & gravioribus Monaſterii Monialibus, ut ibidem dicitur.

Quæſt. 21. An hæ Convertitæ poſſint exire ad quæſtum, pro vitæ ſuſtentatione?

1. AFfirmativè reſpondet *D. Barboſa in coll. ad cap.5. Trid. ſeſſ.25. de Regul.n.43.* dummodò ità pauperes exiſtant, ut niſi ad mendicandum exeant, nequeant vivere, & dummodò ad minus ſint ſupra quadraginta annorum ætatis, & non ſint pulchræ, nec modo aliquo extrà Monaſterii Clauſuram pernoctent: & ità in una Bononienſi fuiſſe à S. Congregat. deciſum, refert *Aldan. in Compendio Canon. reſolut. lib. 2. tom. 10. num. 5.*

2. Amplia prædictam concluſionem de Clauſura ad Canonicas Regulares, de quibus videndi ſunt *Navar.lib.3.de ſtatu Monach.conſil.6.n.11. Azor.to.1.lib.13. cap.9.q.5.cap.attendentes, de ſtatu Monach. cap. indemnitatibus, §.ſupradicta, de elect.in 6. Gloſſa in d.cap.& cap.ultim.12.q.5.& cap.perniciosam 18.q.2. & de earum defenſione Gibal.cit.loc. conſect.4.per totum.*

3. Amplia idem, quod dictum eſt de Clauſura Monialium, procedere in earum Abbatiſſis, *ut latè infrà q. 24.* quia Tridentinum loquitur abſolutè in univerſum, abſque ulla exceptione: limita tamen concluſionem prædictam in mulieribus, quæ tranſmittuntur in Monaſterium, ad evitandum quæ eis imminent pericula, ob crimen adulterii, aut alterius flagitii; hæ namque profeſſæ non ſunt, ſed potiùs refugiatæ, ne dicam carceratæ, quæ nihilominus tenentur ad leges Monaſterii, ad quod declinant, juxta illud: *Cùm fueris Romæ, Romano vivito more.*

Quæſt. 22. Conſuetudo an poſſit derogare Clauſuræ?

1. ET dico quòd ſic, dummodò ſit talis, qualis ad id requiritur, quia Clauſura ſola lege Eccleſiaſtica inducta eſt, ut conſtat ex deciſis *hic ſuprà q.2.* Lex autem omnis poſitiva, ſive ſit Eccleſiaſtica, ſive Laicalis, poteſt per contrariam conſuetudinem auferri, *Sanch. lib. 6. decal. cap. 15. nu. 4. & Egomet 1. p. praxis,*

tr.1.

Digitized by Google

*tr.*1. *q.*19. quod procedit non ſolùm quoad egreſſum Monialium de Clauſura, & ingreſſum ad illas, verùm etiam quoad modum & rationem diverſam Clauſuræ, ſive jam diu continuaverit, & ante Pontificias Conſtitutiones & Tridentini decreta inducta fuerit, ſive poſt illa, ſive ea decreta recepta aliquando fuerint ad ſui derogationem, ſive nunquam recepta, & in uſum inducta, prout de pluribus Germaniæ locis refert *Layman. lib.* 4. *Theol. moralis, tr.*5. *cap.*12. *n.*3.

2. Amplia, ut dicta Clauſura poſſit per contrarium uſum abrogari in una provincia, & non in alia; & intrà eandem provinciam, in una Religione, & non in alia: immò & in uno Monaſterio ejuſdem Religionis, & non in alio; ex quo ſunt communitates diverſæ, & una poteſt non recipere legem, vel præſcribere contra illam, licèt alia eam recipiat & obſervet, *Suar. to.*4. *de Relig. lib.*1. *cap.*8. *n.*12. *in fin.* & *multis citatis, D. Ricc.* 4. *p. praxis reſol.* 190.

3. Amplia, ut ubi conſuetudine derogatum eſt clauſuræ, aut decreta & leges de ipſa receptæ non ſunt, aut jam antiquatæ; clauſura ipſa non poſſit induci ex vi Conſtitutionum Pontificiarum, quæ abierunt in deſuetudinem, quia quod extinctum eſt, vires non habet, & eo quod non eſt, uti nequimus, niſi per renovationem Summi Principis reviviſcat, & invaleſcat, ut patet de dicta Conſtit. Bonifaciana, incip. *Periculoſo*, quæ ad hoc, ut de novo inciperet obligare, renovationis indiguit Trid.

4. Benè verum, quòd etiam hac renovatione non habitâ, adhuc tamen poſſet à Prælatis pro tempore juberi & imponi, & Moniales ex voto, quod emiſerunt obedientiæ, tenerentur obedire; quia clauſura ſic impoſita, non excedit Regulam, etſi ejus auctoritates augeat, ut dictum eſt ſuprà, & ſic per contrarios actus cenſetur renovata, & obligat in futurum, uſque dum iterum per contrarios alios actus non fuerit abrogata, quia res per eaſdem cauſas reſolvitur, per quas fit, & naſcitur.

5. Dixi, *dummodo ſit talis, &c.* quia ad hoc, ut conſuetudo legem auferat, debet eſſe legalis, & legitimè præſcripta, & per plures actus introducta, cùm ſcientia & tolerantia Principis, à quo lex emanavit, ut latè dico *cit. loc. de leg. q.*20. & 21.

Quæſt. 23. *An poſſit inſtitui aliquis communis locus, aut intermedius, ad quem poſſint Moniales & ſæculares accedere, abſque violatione Clauſuræ?*

1. NEgativè *Emanuel Rodr. to.*1. *q.*46. *ar.*1. §. & *advertendum, in fin.* & *Miranda de Monial. q.* 2. *art.*1. *concluſ.*2. & meritò, quia iſte locus, de quo agitur, aut eſt intrà clauſuram, aut extrà; nec ſanè poteſt dari medium inter hæc duo prædicta contraria; ſi primo modo, ergò exteri confluentes ad talem communem locum, violant clauſuram; ſi ſecundo modo, ergò Moniales venientes ad hujuſmodi locum, ſunt reæ clauſuræ.

2. Nec dices, quòd iſte locus non eſt intra, nec extra clauſuram, ſed medius per participationem extremorum, adeò, ut ſit communis, & intrinſecus utrique extremo, nempe clauſuræ Monialium, ſeu ſeptis Monaſterii, & ipſi loco externo laicorum; tum quia hoc dictum non poteſt ſtare cum illis verbis Conſtit. Bonif. VIII. incip. *Periculoſo*, ibi, *nullique aliquatenus ingreſſus pateat ad eaſdem,* & *Trid. cap.*5. *ſeſſ.*25. *de regul.* ibi, *ingredi aut intra ſepta Monaſterii nemini liceat, cujuſcunque generis aut conditionis, ſexus vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia, in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda:* hæc ibi, ex quibus evidenter apparet, clauſuram Monialium nullum prorſus laicorum admittere acceſſum; tum etiam, quia eò Moniales ex verbis Gregorii XIII. immediatè ſuprà poſitis *q.* 1. vetantur accludere januam ulteriorem Monaſterii, & ſe conferre in Eccleſiam exteriorem, & ad omnem alium locum, ad quem ſæcularibus patet acceſſus; quia janua, qua clauditur Monialium clauſura, eſt terminus, & limes clauſuræ, quem nullatenus poſſunt prætterire, ergo nec quidem per falſam imaginationem, poteſt dari hujuſmodi locus communis, quin ſit citrà, vel ultrà clauſuram, & aliter fateri, non eſt ſapere, ſed deſipere, *Bonac. de Clauſ. q.*1. *p.*1. *n.*1. & *ſeq.* hinc *Suar. to.*4. *de Relig. lib.*1. *cap.*7. *n.*7. & *Gibal. de Clauſ. Sanctim. diſquiſ.*1. *c.*2. §.17. *concl.* 1 ritè reprehendunt, & damnant conſuetudinem illam ædificandi aliqua receptacula infrà januam interiorem monaſterii, in quibus fœminæ ſæculares cum Sanctimonialibus agunt contra mentem Summorum Pontificum & Concilii (ipſæ viderint) poteſt tamen perſona ſæcularis, abſque violatione clauſuræ loqui, ſervatis ſervandis, cum Moniali exiſtente in limine portæ clauſuræ, ità ut à parte interiori ſit Monialis, ab exteriori verò ſit ſæcularis: quia neutra ſic loquens, ſuos tranſgreditur fines, cùm pars interior portæ ſit intra clauſuram, exterior autem extra illam, *Sanch. lib.*6. *ad decal. cap.* 16. *n.*11. & patet de colloquentibus ante crates auditorii earundem.

Quæſt. 24. *An Abbatiſſa comprehendatur ſub dictis Decretis de Clauſura?*

1. AFfirmativè dic, ut *liquet hîc ſuprà q.* 21. tum quia dicta Decreta afficiunt omnes Moniales, cujuſcunque ſint ſtatus, gradus, & conditionis; dummodò ſint profeſſæ, ut ibidem dicitur; tum etiam, quia ità habetur expreſſè in Conſtit. Greg. XIII. incip. *Ubi gratia, &c.* ibi, *Abbatiſſis verò, nec non Abbatibus, Conventibus,* & *aliis Monaſteriorum utriuſque ſexus Superioribus*, & *perſonis diſtrictè præcipimus, ſub excommunicationis pœna, &c.*

2. Nec dices, quòd in materia pœnali & odioſa, qualis eſt hæc, nomine Monialis non venit Abbatiſſa, ſicut in odioſis & pœnalibus, nomine Monachorum non venit Abbas, ut docent *Gloſſa in cap. fin. de ſimon. ibique Panor. n.*2. *Cardinalis in Clem.*1. *n.*7. *in* 6. *oppoſit. de Regul. Armilla ver. Abbas n.* 11. & *Egomet* 1. *p. tr.*6. *q.*19. tum quia ſumus in claris & deciſis; tum etiam, quia dictæ Conſtitutiones Papales de Clauſura cenſentur favorabiles, & non odioſæ; etenim latæ ſunt in favorem Religionum, & animarum, ad evitandum ſcilicet peccata, & cuſtodiendum Religionis ſtatum; in his autem, quæ concernunt ſalutem animæ, & Religionis decorem, primò & principaliter cõprehenduntur capita Religionis, ut patet de viſitatione Monialium, quæ primùm reſpicit & includit Abbatiſſas, teſte *Gloſſa in Clem. attendentes, de ſtatu Monialium, ver. Moniales*, ergò, &c.

* * * *

TRACT. IV.

Digitized by Google

TRACTATUS QUARTUS.

DE VIOLATA CLAUS. MONIAL. PER EGRESSUM.

Quæſt. I. Monialis an poſſit in aliquo caſu egredi à Monaſterio, abſque metu pœnarum?

1. RESpondeo affirmativè, duobus tamen copulativè concurrentibus, nempe juſta cauſa, & legitima licentia, prout deciditur in d. cap. Periculoſo, id eſt, de ſtatu Regul. in 6. cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. & §. 1. Conſtit. Pii V. incip. circa Paſtoralis.

2. Hæc autem juſta cauſa in d. Conſtit. Bonifaciana aſſignatur, ibi, niſi fortè tanto, & tali morbo evidenter earum aliquam laborare conſtaret, quòd non poſſet cum aliis abſque gravi periculo ſeu ſcandalo commorari. Verùm magis declaratur, & ampliatur à Pio V. in ſua Conſtit. incip. Decori, ibi, niſi ex cauſa magni incendii, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ: nomine epidemiæ, & infirmitatis lepræ, venit morbus contagioſus, ut eſt peſtis, morbus D. Lazari, ignis S. Antonii, & ſimiles, qui alios inficere ſolent, licèt non omnes occidant, prout atteſtantur Rodr. to. 1. q. 49. ar. 4. & to. 3. q. 6. ar. 3. Sanch. lib. 6 decal. cap. 15. n. 3. & 43.

3. Sed quidam oppoſitum putant eſſe de jure verius, de quibus infrà, & ità deciſum refert D. Regens Tapia in pragm. 1. de Monial. ſub anno 1569. & 1600. in Monialibus civitatis Nolæ, quæ cùm in Nolano territorio aquæ excreviſſent, & induxiſſent aëris putredinem, & exinde indies incolæ morerentur, à monaſteriis egreſſæ, ad domus conſanguineorum in civitate Neapolitana, & aliis locis ſe contulerunt, prout item refert D. Ricc. Collect. deciſ. p. 4. collect. 820. ubi multas limitationes refert ad prædicta, & præcipuè limitat, prædictas Conſtitutiones non procedere in Monialibus, quæ ſubſtantialia Religionis non vovent, ſed tantùm collegialiter vivunt ſub quadam norma, licèt habeant Abbatiſſam, Sayr. in deciſ. 6. & 7. de ſtatu Monach.

4. Neque dictis caſibus in Bull. Pii V. expreſſis, datur locus, niſi urgente & extrema neceſſitate, ut nullo alio modo prorſus his poſſit occurri, niſi per egreſſum omnium de clauſura.

5. Quapropter, ſi ignis incendium poteſt aquæ ductu, vel aliquo alio modo extingui, vel ſi Moniales in aliqua parte monaſterii poſſunt cuſtodiri, vel medicamentis adjuvari, & provideri, non poſſunt de clauſura exire, ſine incurſu cenſurarum, ut benè notant Rodr. to. 1. q. 46. ar. 4. ubi examinat dictum Decretum Trid. Bonif. VIII. & Greg. XIII. & ibidem q. 47. ar. 5. & to. 3. q. 31. ar. 1. ubi agit de incendio & peſte, Caſarub. in collect. privil. Mendicantium, ver. clauſura Monialium, poſt examen Decret. & Bull. in primo caſu, ibi, ſi ſupervenerit inevitabilis & periculoſa neceſſitas, & Clamas in methodo curationis, in appendice, quam ponit in fine §. 10. Bonac. de clauſ. q. 1. p. 9. n. 1. & habetur expreſſè in Conſtit. Gregor. XIII. incip. ubi gratiæ, & indulta, ibi, ſed neceſſitatibus urgentibus, quam urgentem neceſſitatem Trid. legitimam cauſam, & neceſſariam vocat, & Bonif. rationabilem, & manifeſtam nuncupat, & ſic idem per diverſa vocabula ad majorem expreſſionem, Rodr. cit. loc. quamobrem etſi in d. cap. Tridentini dicatur, quòd nemini Monialium licet exire, niſi ex legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda; non ideo cauſa exeundi à clauſura hujuſmodi relinquitur Epiſcopi arbitrio, ſed remanet approbanda, an ſit contagioſa, & periculoſa, talis, qualis deſideretur à Bonf. & declaratur à Pio V. ubi ſuprà, ut optimè notat Sanch. lib. 6. cap. 15. q. 4. n. 31. in fin. cui arridet D. Barboſa in Coll. ad d. cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. n. 25. & meritò, quia ad hos tres caſus tantùm reſtrinxit Pius V. in d. Conſtit. Decori; & tunc non ſolùm de licentia Superioris Ordinum, ſed etiam Epiſcopi loci ordinarii, ut liquet ibi, quæ infirmitas, præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monaſteriorum incumberet, etiam per Epiſcopum, ſeu alium loci Ordinarium, etiamſi prædicta Monaſteria ab Epiſcoporum, & Ordinariorum juriſdictione exempta eſſe reperiantur, cognita, & expreſſè in ſcriptis approbata ſit, à monaſteriis præfatis exire, ſed nec in prædictis caſibus extra illa, niſi ad neceſſarium tempus ſtare licere, hæc ibi, per quæ vides, quid ſit legitima licentia.

6. Exinde plura collige, primò Abbatiſſam non poſſe è monaſterio exire, etiam januis clauſis, & ſæcularibus ejectis, ut videat ædificium Eccleſiæ, an ſit rectè conſtructum, vel ut fabricatoribus & cæmentariis ſignificet, qua forma ædificandum ſit, cùm hæc cauſa finalis poſſit per alios expleri, & non ſit de expreſſis, ubi ſuprà, Sanch. cit. loc. n. 52. Bonac. n. 3. & Barboſa in d. Coll. ad Trid. n. 22. nec quidem, ut viſitet monaſteria ſibi ſubjecta, prout expreſsè dicitur in d. Bull. Decori, ibi, ſeu aliorum monaſteriorum, etiam eis ſubjectorum, &c. Neque ut ibidem propriam infirmitatem poſſit curare, gloſſ. in d. c. 1. de ſtatu Regul. in 6.

7. Secundò, Monialem non poſſe egredi de clauſtro, ut ſuorum nepotum curam habeat, etiamſi omnibus aliis propinquis deſtituti ſint, nec ut cauſa infirmitatis, vel alio prætextu, ſuos parentes & conſanguineos viſitet, aut illis in extrema neceſſitate exiſtentibus, alimenta miniſtret, propter eandem rationem; quia ſcilicet cauſa hæc non eſt de expreſſis in jure; & ità à Sac. Congreg. deciſum referunt Campanil. rub. 12. cap. 16. n. 22. in fin. & Barboſ. allegat. 102. n. 27. & habetur expreſſè in d. Bull. Decori, ibi, aut domorum parentum, aliorumve conſanguineorum viſitandorum, aliave occaſione, & prætextu, niſi, &c. hæc ibi.

Quæſt. 2. Monialis an poſſit ex aliis cauſis ſimilibus & urgentioribus clauſuram exire, ſine metu pœnarum?

1. SApientiſſimus Don Martinus Navar. com. 4. de Regul. n. 48. Rodr. to. 1. qu. 49. ar. 3. cum ſuo comp. reſolut. 26. n. 39. Suar. to. 4. de Relig. l. 1. c. 9. n. 4. & ſeq. Sanch. l. 6. ad decal. cap. 15. n. 37. Joan. de la Crux, de ſtat. Relig. l. 1. dub. 4. concluſ. 2. Graff. in deciſ. p. 1. l. 4. c. 23. n. 17. Bonac. de leg. diſput. 1. q. 1. p. 3. n. 19. & de Clauſ. q. 1. p. 9. n. 6. Diana p. 2. tr. 15. reſol. 23. §. verum, & p. 5. tr. 3. reſol. 137. & latè P. Merolla to. 2. diſp. 4. c. 9. de interp. leg. corol. l. 1. nu. 142. & alii quamplurimi reſpondent ad quæſitum affirmativè, & moventur ex multis.

2. Primò, quia licèt extravagans Bonif. VIII. unam ſolam cauſam exceperit, in qua Monialibus licitum erat egredi de clauſura, ob ſcilicet cauſam infirmitatis periculoſæ, vel ſcandaloſæ, ob quam inficiaretur communis ſalus Monialium, ut liquet ibi, niſi fortè tanto

& tali

Digitized by Google

& tali morbo evidenter aliquam earum laborare conſtaret, quòd non poſſet cum aliis abſque gravi periculo ſeu ſcandalo commorari, &c.

3. Nihilominus per Tridentinum *cap.5.ſeſſ.25.de Regul.* extenſa eſt, & ampliata ad quamlibet cauſam legitimam, ab Epiſcopo tamen approbandam, ut liquet ibi, *niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda,* & per Pium V. in *d. Conſtit. Decori*, extenſa & ampliata eſt ad tres alios caſus, ſive cauſas, ibi, *niſi ex cauſa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ*, hæc ibi; cur igitur à pari hæc Piana diſpoſitio non poterit extendi & ampliari ad caſus ſimiles, in quibus militat eadem prorſus, vel urgentior cauſa?

4. Secundò, quia quamvis in jure quatuordecim tantùm cauſæ exprimantur, ob quas filii licitè poſſint à parentibus exhæreditari, *auth. non licet, C. de liber. præteritis, & auth. ut cùm de appellat. cogn.* §. *aliud quoque capitulum, cui conſonat gloſſa celebris in c. quinta vallis, de jure juran. & lib.4.tit.7.par.6.*

5. Nihilominus Patres ex aliis ſimilibus cauſis ſuos poſſunt exhæreditare filios, prout in ſpecie tenet *Gulielmus communiter receptus in d. auth. non licet.*

6. Confirmatur *ex textu, adjuncta gloſſa, l. ob æs alienum, 12. C. de prædiis, & aliis reb. Minorum,* ubi deciditur, ob ſolum æs alienum poſſe prædia Minorum vendi, & tamen *gloſſ. ibid. in ver. alienum* communiter recepta, ait, poſſe diſtrahi ob alias cauſas ſimiles.

7. Confirmatur, licèt donationes factæ ob ſolas quinque cauſas poſſint revocari, ut dicitur *in l. fin. C. de revoc. donat.* adhuc tamen per alias ſimiles cauſas poſſe revocari, ibidem docet *Gloſſa, & latiùs Felin. in cap. Paſtoralis, de reſcriptis, n.1. & ſeq.* & alii plures, quos allegat *Navar. cit. loc. n.*49. & horum omnium ratio poteſt eſſe, quia lex etiam pœnalis ob identitatem vel majoritatem rationis extenditur & ampliatur ad caſus ſimiles, ne dicam, quòd caſus ſimiles ob identitatem rationis comprehenduntur & cenſentur incluſi in eadem lege.

8. Nec his nocet dicere, quòd in dictis Conſtitutionibus adeſt dictio taxativa, ſeu negativa, ut patet in dicta Bonifaciana, ibi, *non valeat quacunque ratione, vel cauſa, &c.* & in Piana, ibi, *aliave occaſione, & prætextu,* quæ cùm ſit malignæ naturæ, quidquid poſt ſe invenit, deſtruit, & oppoſitum inducit *Archid. in d. cap. Periculoſo, de ſtatu Regul. in 6. n.*1. quia dictio taxativa non excludit caſus ſimiles, in quibus eadem ratio, vel urgentior militat, ut ex multis probat *Everardus in ſuis Topicis legalibus, loco à natura dictionum taxativarum, n.4. Ant. Gomez. to. 1. var. cap.11. n.12. Padilla auth. reſque n.81. cap. communia de legat.* & alii plures, quos longa manu refert *Sanch. cit. loc. & Novar. in ſua Luc. Regul. ver. clauſura, n.13.*

9. Nec replices, dicendo, quòd licèt dictio taxativa poſſit extendi ad caſus ſimiles, hoc tamen procedit in materia favorabili, non autem odioſa, ut docet *Bartol. in l. ſi conſtante, q.9. n.44.*

10. Quia dictio prædicta ob identitatem vel majoritatem rationis ampliatur, & extenditur etiam in odioſis, ut conſtat ex deciſis, & additur, quod licèt in caſu noſtro reſtringere Monialium clauſuram, ſit favorabile pro ſalute animæ incluſarum: attamen reſtringere in caſibus, ubi commune bonum, & ſalus omnium periclitatur, ut contingit in caſibus exceptis in motu proprio Pii V. non eſt favorabile, nec ſpirituali bono conſonum, cùm exinde mors omnium, vel majus detrimentum poſſet oriri, *Merolla ubi ſupra.*

11. Quapropter licentia exeundi de clauſtro, poteſt Monialibus in multis caſibus juſtè concedi; & primo in caſu ingruentis belli, *Navar. cit. loc. n.49. in fin. Azor. p.1. lib.13. cap.8. q.1. ver. quæres, Barboſ. allegat.102. n.20. & Bonac. cit. loc. n.7.* quod intellige verum, quando juſtè timeretur de communi bono Sanctimonialium, niſi exirent de clauſura, & ſe reciperent in loco tuto; *Sanchez ubi ſupra, n.44.* quod procedit, ſive bellum motum ſit ab infidelibus fidei, ſive à Catholicis inimicis, tum quia hi etiam regulariter loquendo, eadem ferè ſcelera committunt; tum etiam, quia imbelles Moniales ſe ab eorum audacia tueri non poſſunt; tum item, quia claſſici Doctores loquuntur de ſæviente bello, abſque ulla limitatione; tum denique, quia milites omnes milites ſunt, de quibus Poëta cecinit: *Nulla fides, pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur,* ut praxis ipſa docet, de qua latè *Peyr. to.2. privil. in Conſtit.6. Pii V. n.25. Gibal. de clauſ. Sanctim. diſquiſ.1. cap.6. §.6. conſect.4. nu 53.* & Egomet in hac civitate multa vidi in nuperrima revolutione hujus regni.

12. Secundò in ingenti alluvione, aut procella, quæ ruinam minatur Monaſterio, dummodò in utroque caſu communis ſalus Monialium periclitetur, *Merolla cit. loc. n.142. Scortia in Conſtit. Pontif. Theoremat.228. & Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput.20. q.3. nu.3.* & eſt communis propter identitatem rationis.

13. Tertiò idem dicendum eſt in omnibus caſibus, in quibus militat eadem ratio, ut patet ex dicta Conſtit. Rom. Pontif. qui per exceptiones ibidem expreſſas communi incolumitati Monialium intendunt providere.

Quæſt. 3. Monialis morbo gallico affecta, an poſſit de licentia Superioris licitè exire, ut in domo parentum benè curetur?

1. DOctiſſimus *Emanuel Rodr. to.3. ſum. cap.96. nu.2. cum ſuo comp. reſol.98. nu.19. Diana p.2. tr.15. ſive 1. miſcell. Reſol.23. & Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 20. q.1. nu.6. in fin.* dicunt ad quæſitum negativè; & moventur ex quadam declaratione Sac. Congreg. edita ſub anno 1609. quæ conſulta, an morbus gallicus includatur ſub nomine epidemiæ, ſtrumæ, & cancri, dum alii Medici affirmarent, & Ludovicus de la Valle, Medicus Regius negaret, ità reſpondit: Opinionum varietate, ſingulorumque rationibus diligenter perpenſis, declinavit in ſententiam dicti Medici Ludovici, cujus in reſponſo à ſe edito, zelum & prudentiam in aſſequenda S. M. Pii V. mente, plurimùm in Domino commendavit, ejuſdem Pii V. Conſtitutionem de clauſura Monialium loquentem nomine epidemiæ, eam tantùm epidemiam intelligere, quæ eſt vera & realis peſtis, ita ut ob alias infirmitates, huic aliquo pacto conſimiles, ſed tamen benigniores, etiamſi epidemiæ nuncuparentur, nullo pacto Monialibus profeſſis, ex monaſterio exire liceat: atque hoc decretum ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter obſervari mandavit. *Joan. Garſia Cardinalis Mellinus.*

2. Neque his obſtat dicere, quod *Rodr. to.1. q.49. art.4. & tr.3. q.64. art.3.* ait, quòd nomine epidemiæ non ſolùm venit illa, quæ totam communitatem inficit, & occidit, verùm etiam, quæ etſi per totam communitatem graſſetur, adhuc tamen paucas interimit, quia in *cit. loc. ſum. cum ſuo comp.* retractat quod anteà dixerat; nec nocet *Sanch. in d. lib.6. decal. cap.15. n.35.* ubi inquit, nomine morbi epidemiæ exceptæ à Pio V. in eo motu proprio comprehendi non ſolam epidemiam, quæ vera peſtis eſt, ſed etiam epidemiam ſimplicem; unde *ibidem nu. 43.* ait, *Morbum gallicum, & D. Lazari, & ignis D. Antonii, comprehendi ſub dicto nomine epidemiæ;* tum quia P. Sanch. non vidit prædictam declarationem; tum etiam, quia ſequitur contrariam ſententiam, quam pariter videtur amplecti *Antoninus Diana cit. loco.* dum dicit, quòd dicta declaratio Sac. Congreg. non eſt authentica.

3. Verùm

Digitized by Google

3. Verùm prima ſententia à Sac. Congreg. ut ſupra declarata, eſt de jure verior, & Pianæ Conſtitutioni uniformior.

Quæſt. 4. Monialis graviter ægrotans intra ſepta, adeo ut niſi exeat & curetur, ſit certò moritura, an poſſit licentiari ad finem, ne moriatur, licèt contagioſo morbo minimè ſit affecta?

1. HÆc quæſtio eſt graviſſima, circa quam altercantur Doctores; nam negativam ſententiam tenent doctiſſimus *Caſarubeus Hiſpanus, in collect. privil. mendic. ver. clauſ. Monial. poſt caſus poſitos, §. quæritur, utrùm Miniſter Generalis, ibidem Corduba in annot. ver. not. quòd determinatio, latè Miranda de Monialibus q.3. ar.4. D. Ricc. 1. p. praxis deciſ. 545. in 1. edit. & in 2. reſolut. 541. & p. 4. reſolut. 193. ubi in fine contra ſuam ſententiam ponit quamdam eruditam allegationem Joan. Mar. Novarii, quam ipſe tranſmiſit ad Urb. VIII. pro imploranda licentia egreſſus ſororis Mariæ Spinellæ à monaſterio, Emin. Bellarm. in obſervat. doctrina, ad d. cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. Petrus Cened. in ſua collect. ad Jus Canonicum, cap. 1. de ſtatu Regul. in 6. Portellus in dubiis, ver. clauſ. Monial. n. 23. Gutier. 99. Canon. lib. 1 cap. 14. n. 7. Sanch. d. lib. 6. decal. c. 15. n. 39. Bonac. de clauſ. q. 1. p. 9. n. 18. D. Aug. Barboſa d. allegat. 102. n. 21. in fin. & in collect. ad d. c. 5. Trid. n. 29. & latè de Jure univer. Eccleſ. l. 1. de monial. cap. 44. n. 86. Joan. Ant. Novar. 2. p. ſum. Bull. tit. de clauſ. n. 6. ubi in fine refert, ità fuiſſe in hac Arch. Cur. deciſum, anno Domini 1633. in cauſa cujuſdam Monialis monaſterii Reginæ Cæli, Merolla t. 2. diſput. 4. cap. 9. de interpret. legum, Coroll. 2. ſub n. 144. ver. oppoſitam verò, Diana p. 5. tr. 3. reſolut. 137. §. ſed ego in fine, ubi dicit, hanc opinionem eſſe probabiliorem, Gibal. de clauſ. Sanctim. diſput. 1. cap. 6. §. 6. conſect. 2 n. 46. Lez. 2. p. cap. 25. n. 20. in med. Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 20. q. 4.* & alii quamplures per eoſdem allegati, ducunturque ex multis.

2. Primò, quia iſte morbus, de quo eſt ſermo, non eſt de exceptis in dicta Conſtit. Pii V. non enim eſt epidemia, non lepra, non ignis ardens, neque his ſimilis. Quandoquidem non eſt peſtiferus, nec contagioſus, ut ſupra, ergo. Conſequentia patet, nam prædicti morbi ex eo fuerunt excepti, & ad egrediendum de monaſterio pro ſufficienti cauſa æſtimati, quia niſi fierent extra ſepta, ſtatim inficerent totam communitatem, cui Rom. Pontif. in dicta Conſtit. intendunt conſulere, ac providere.

3. Secundò, quia ſi dictio taxativa dictæ Conſtit. Pii V. non excluderet caſus ſimiles, neque diſſimiles, eſſet inutilis, & nullius efficaciæ, nihilque operaretur, quod non eſt dicendum; ac proinde non extendenda ſaltem ad caſus diſſimiles, ad hoc, ut aliquid operetur; at caſus noſter eſt valde diſſimilis, ac longè minus urgens tribus ibidem expreſſis; nam ut dictum eſt, illi pro cauſa finali & objecto habent reſpicere commune bonum, ſeu communem ſalutem totius communitatis; præſens autem morbus, de quo agitur, ſolùm reſpicit peculiare bonum, ſeu particularem utilitatem, hujus ſcilicet patientis periculoſum morbum, ergo.

4. Confirmatur, quia bonum commune Religionis præponderat privato alicujus, ergo vacandum eſt communi bono, quidquid ſit de privato; & colligitur ex illo *Joan. 11.* ibi, *Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.*

5. Tertiò, quia ſi Pius V. in dicto motu proprio intendiſſet conſulere, ac providere non ſolùm communi incolumitati Monialium, verùm etiam privatæ ſanitati ſingularum, non excepiſſet illos tantùm tres caſus, reſpicientes earum communem ſalutem, nempe magni incendii, infirmitatis lepræ, & epidemiæ, ſed commodiùs & breviùs dixiſſet, niſi ex cauſa gravis, & periculoſæ infirmitatis. Verùm hoc non dixit, quia reſpiciebat ad bonum commune, quod particulari præfertur; unde benè ſecatur pars pro conſervatione totius, & leges pro communi bono feruntur, illudque reſpiciunt, & non particulares caſus.

6. Quartò, quia ſi liceat Moniali ob morbum lethalem exire de clauſtro, ob ſpem recuperandi ſanitatem extra illud, quis non dicet, laxandam eſſe omnino clauſuram? tum quia morbi periculoſi frequentiſſimi ſunt; tum etiam, quia aviditas Monialium exeundi à monaſterio, maxima eſt; tum item, quia Medici ſunt faciles ad teſtificandum periculum mortis, & quòd niſi Monialis exeat, ſit citò moritura, & quòd res ad medendum morbum neceſſariæ, multò meliùs ſuppeditentur extra, quàm intra clauſuram, & quòd mutatio aëris ad hujus vel illius ſalutem eſt ſimpliciter neceſſaria, & quòd neceſſitas exeundi à monaſterio, non metaphyſico, ſed morali modo eſt accipienda, & ſic multa incommoda pateretur clauſula.

7. Quintò, quia ità fuit die 8. Novembris, 1644. à Sac. Congreg. deciſum, ad inſtantiam Illuſtriſſimi Nuntii Hiſpaniæ, ſub tali tenore verborum:

8. *Monialibus licentiam concedere exeundi à clauſura, non licet Ordinariis, in aliis quantumvis gravibus caſibus, in Conſtitutione Pii V. non contentis, niſi in caſu lepræ, magni incendii, & epidemiæ; nomine autem epidemiæ, quicunque morbus popularis contagioſus intelligitur, & referunt Zerola 2. p. praxis Epiſcop. ver. Monialis, Barboſa in coll. Bull. ver. Monialium clauſura circa egreſſum 4. & Lez. ver. clauſ. nu. 13.* & hæc eſt de jure & praxi vera ſententia, in hoc caſu omninò ſequenda.

9. Neque his obſtat dicere, quòd hic caſus, de quo agitur, poteſt ſub numeratis à Pio V. comprehendi, eo, quia fieri poteſt, ut magnum incendium fiat in una parte monaſterii, & non in altera: & exinde Moniales, quæ ſubſunt evidenti vitæ periculo, poſſunt exire à monaſterio, & non illæ, quibus mors non imminet, ergo caſus numerati à Pio V. nedum communem, ſed etiam particulare damnum ſingularum Monialium includit, & comprehendit, quia iſthæc conſequentia eſt falſa, & antecedens non eſt ad propoſitum, quia caſus magni incendii à Papa intentus, æquè involvit omnes Moniales, & quamvis aliquando agatur de ſalute unius dumtaxat, quæ in loco incendii reperitur, poſſitque illa tunc è clauſtro exire, non quia talis particularis caſus eſt de comprehenſis in Bulla, ſed quia cenſetur caſus illatæ violentiæ, ſicut ſi vim aut necem ſibi ab aliquo inferendam, non poſſet evitare, niſi egrederetur de clauſtro, ex hac tamen illata violentia, & timore incuſſo, non licet ad morbum lethalem, aut alias mortis cauſas veluti intrinſecas Bullæ argumentari; aliud enim eſt loqui de cauſa finali exceptionis Bullæ, & aliud de jure hujus vel illius ad ſe cavendum ab imminente periculo mortis violentæ, ut ſæpè dico.

10. Nec officit illa declaratio Sac. Congreg. quam pariter refert *Suar. to. 4. de Relig. lib. 1. cap. 9. n. 3.* ſub hac forma verbor.

11. *Curandæ valetudinis cauſa, ad balnea Monialem exire poſſe, Sedes Apoſtolica conceſſit, dum tamen eat cum honeſto comitatu perſonarum, quem Ordinarius dandum cenſuerit, atque tam eundo, quàm redeundo, nullum ad locum extra viam rectam, divertat, neque diutiùs maneat apud ipſa balnea, quàm ob curandam infirmitatem neceſſe fuerit:* tum quia hæc declaratio non eſt authentica, tum etiam, quia in ea dicitur, S. Sedes conceſſit, ergo fuit diſpenſatio, ſeu relaxatio legis, non autem extenſio,

ergo

Digitized by Google

ergo morbus iſte, ob quem monialis ivit ad balnea, non fuit de expreſſis in jure: nam de expreſſis, non poſtulanda eſt venia à S. Sede, ſed ab Illuſtriſſimo loci Ordinario, ad præſcriptum Pii V. ut liquet in ejus bulla, incip. Decori, idem dicendum ad id, quod dicunt, de Gregorio XIII. quòd ſcilicet, conceſſit egreſſum quibuſdam monialibus, intuitu alicujus morbi particularis, licet gravis, & periculoſi; nam ſi de jure communi, & naturali, licitus erat egreſſus, cur fuit S. Papa de licentia requiſitus?

12. Nec tandem eas inficias, eo prætextu, quòd leges humanæ non poſſunt obligare cum tanto periculo vitæ, quia falſum omninò eſt, Eccleſiam, ubi hanc obligationem exprimit, vel agitur de bono communi, vel fidei aut Religionis, non poſſe condere leges, quæ obligent privatas perſonas cum aliquo periculo vitæ, maximè cum hujuſmodi perſonæ liberè volentes illas ſubeant, ut patet de Carthuſianis, qui ex ſtatuto ſpontè ſuſcepto, vetantur comedere carnes, etiam in caſu periculoſiſſimæ infirmitatis, & tenentur obſervare, ob votum ſpontè elicitum; alias ſemper fas eſſet ad ſervandam vitam, quocunque modo, quamlibet legem humanam & Eccleſiaſticam violare; & ſic nec moniales, nec monachi tenerentur ſtare cum vitæ periculo, in monaſterio, in quo ſpontè profeſſi ſunt, nec alii Religioſi in eo, ad quod à Superiore deſtinantur, ſicque ſuperiores non poſſent quenquam mittere, niſi volentes, in monaſteria Religionis infectæ, quod foret Religionis ſtatum evertere.

13. Oppoſitam tamen ſententiam *tenet Navar. com. 4. de Regul. ſub num. 49. cui ſubſcribunt Suar. t. 4. de Relig. lib. 1. c. 9. num. 9.* ubi dicit *non poſſe diſcedere à pia ſententia Navarri. Azor. 1. p. lib. 13. c. 8. q. 1. ubi opinionem Navarri non improbat, Joan. de la Crux Dominicanus, l. 1. de ſtatu Relig. cap. 5. dub. 4. concluſ. 2. Clamus in Methodo curationis Append. §. 10. Penna l. 1. C. de commeat. l. 12. Peyr. t. 2. privil. minim. in conſtit. 6. Pii V. num. 24. & in Addit. tom. 3, ad d. conſtit. Pii c. 6. num. 8. latè Joan. Maria Novar. in fine reſolut. 193. 4. p. D. Riccii, & noviſſime in ſua luc. Regul. ver. clauſ,* ubi per extenſum ponit quandam ſuam allegationem Urb. VIII. porrectam, ad inſtantiam Illuſtriſſ. Marchionis Fuſcaldi, pro egreſſu ſororis Mariæ Catharinæ Spinellæ, ejuſdem Marchionis germanæ, *Graff. deciſ. aur. 1. p. lib. 4. cap. 23. num. 17. Ant. Diana. p. 2. moral. tr. 15. & 1. Miſcell. reſolut. 23. §. verùm non deſunt in fine, & 3. p. tr. 2. in dub. Regul. reſolut. 105. ubi laudat prædictam allegat. Novar. & 5. p. reſolut. 137.* ubi dicit, hanc eſſe opinionem probabilem, & moventur ex multis.

14. Primò, quia defenſio naturalis nemini eſt tollenda, *Clem. Paſtoralis §. cæterum de re Judicat.* at facultas defendendi vitam, eſt naturalis, *l. ut vim, ff. de Juſt. & Jur.* ergo.

15. Secundò, quia leges humanæ, non obligant ad ſui obſervantiam, cum gravi periculo mortis; niſi ubi honor fidei, vel Religionis, vel magna neceſſitas boni communis intercedat: nihil autem horum intervenit in caſu noſtro; ergo non tenetur monialis cum tanto periculo huic præcepto Eccleſiaſtico parere.

16. Confirmatur, quia quamvis Summus Princeps intendat obligare ſubditos, etiam in evidenti vitæ periculo; adhuc poteſt dubitari de poteſtate legem ferentis, an poſſit ad hoc obligare? *Suar. cit. loc.*

17. Tertiò, quia credendum non eſt, ſummos Pontifices cum tanto diſpendio vitæ, voluiſſe moniales ad clauſuram obligare.

18. Quartò, quia quod charitate inventum eſt, non debet contra illam retorqueri; ſed clauſura ex charitate monialibus indicta eſt, ergo &c.

19. Veruntamen hæ rationes me non convincunt, nec videntur facere ad caſum noſtrum; nam nos in utrum vertimus, an iſte morbus non contagioſus, licet gravis, comprehendatur ſub expreſſis à Pio V.; & dicimus, quòd non, ut conſtat ex ſuprà deciſis; ac proinde Illuſtriſs. loci Ordinarius, aliique ſuperiores, ad quod ſpectat, nequeunt huic moniali, de qua agitur, facultatem facere exeundi de clauſtro, ſed pars petens debet S. Sedem conſulere, & ab eadem facultatem obtinere: etenim morbus non contagioſus, licet ſit graviſſimus, debet examinari à S. Papa, & diſcuti, an ſit ſufficiens cauſa, ad ſubtrahendam monialem de Clauſura, non autem ab inferioribus Papæ, ut in dict. bullis liquet, & docet *D. Ricciull. 1. p. praxis, Reſolut. 645. in fin. in 1. edit.*

20. Et quamvis jure naturæ, defenſio nemini ſit tollenda, adhuc tamen, volenti poteſt tolli, & nulla fit injuria Dominicani nonnè abrenunciant his defenſionibus? Natura dictat ad poſſidendum, & ad contrahendum, & procreandum: nihilominus his omnibus Regulares abrenunciant, & quamvis clauſura ſit opus ſupererogationis, & charitatis, verùm poſt Religionis votum, eſt juſtitiæ & neceſſitatis; multa enim in principio ſunt libertatis, quæ poſt factum, ſunt juſtitiæ, & neceſſitatis.

21. Illud tandem quod dicitur de legibus, non obligare ſcilicet cum tanto vitæ periculo, poterit habere locum, quando legumlatores hoc in ſuis legibus non exprimunt; aut mutatis omninò circumſtantiis, & qualitatibus loci, temporis, & perſonæ: ſecùs autem, quando Princeps ſe declarat, & ſubditus ſpontè acceptat, vel rei præceptæ obſervantiam promittit. Unde licitè Carthuſianus ſe exponit vitæ periculo, abſtinendo à carnibus in graviſſima ſua infirmitate, cum ad id liberè ſe obligavit, & Prælatus id rectè potuit præcipere, per ea multa, quæ dico, *1. p. praxis tr. de legib. q. 35. ubi num. 9.* dico, quod in quocunque caſu, quo agitur de majori bono conſequendo, vel damno evitando, quam ſit vita alicujus privati hominis, licitum & integrum eſt Principi exponere ſubditum manifeſto vitæ periculo, & pro bono communi ille tenetur acceptare; quod item repeto, *3. p. tr. 10. de poteſtate prælat. q. 14. & favent P. Sanch. conſil. 5. cap. 1. dub. 34. num. 8. Diana multis citatis, p. 5. tr. 3. reſolut. 136, & amiciſſimus P. Angelus Maria Verricellus Theatinus in ſuis moral. & legal. quæſtion. tr. 4. de caſtitate quæſt. 12. num. 6.*

22. Quamobrem, licet mors inſtet, vel mortis probabile periculum ſit, expedit & meliùs eſt huic moniali, de qua agitur, inter Religioſarum Sororum manus, intra aliquos dies, quam poſt paucos menſes inter ſæculares, ſpiritum emittere.

23. Hinc non probo quod dixit *d. Rodor. q. 49. ar. 2. ver. ſecundò colligo,* ibi, *niſi monaſterium ſit in loco deſerto, quò Medici non ita frequenter poſſunt accedere, toties, quoties ipſi opus ſit, &c.*

24. Non reticeam tamen dicere, quod idem *Rodor. in d. quæſt. ar. 3. in fin. Sanch. cit. loc. num. 42. & Gibal. ubi ſupra, paulum ante §. duo tamen,* negant, Superiores, qui in caſu poſito licentiam conceſſerint, peccaſſe, & pœnas violatæ clauſuræ meruiſſe, ex eo, quia ignorantia veri intellectus juris humani, patientis diverſos intellectus, à viris doctis illatos, excuſat à culpa & pœna, prout docent communiter DD. *cum Bonac. de clauſ. q. 1. p. 9. num. 19.* quod dictum, an procedat in caſu noſtro, tu cogita, & præciſè hodiè, quo ad forum fori, propter conſtit. Greg. 15. de exemptorum privil. incip. *imperſcrutabili, &c.*

***

Quæſt. 5. Licentia exeundi è Monaſterio, à quonam ſit concedenda, an toties, quoties, ſpecialis, & in ſcriptis, & quid ſi is, ad quem ſpectat, recuſat concedere?

1. Reſpondeo, quòd licentia exeundi à monaſteriis, Epiſcopo, vel ſanctæ Sedi ſubjectis, concedenda eſt ab Illuſtriſſ. loci ordinario, juſta tamen cauſa, ut dicitur in *d. cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ibi, *niſi ex aliqua cauſa, ab Epiſcopo approbanda, &c.* nomine autem Epiſcopi, venit ejus Vicarius Generalis; tum quia utrius eſt unum, & idem tribunal, & quoad forum contentioſum, æqualis juriſdictio, tum etiam, quia ita colligitur ex bull. Pii V. incip. *Decori*, ibi, *etiam per Epiſcopum, ſeu alium loci ordinarium*; at Vicarius Generalis Epiſcopi, eſt ordinarius, & nomine ordinarii venit in omnibus decretis Concil. Trid. ut latè probat *Sanch. lib. 3. de matrim. diſput. 29. num. 3. & in d. lib. 6. decal. cap. 15. num. 30. & cap. 16. num. 14. Suar. t. 4. de Relig. lib. 1. cap. 9. num. 13. Bonac. de Clauſ. q. 1. p. 8. num. 1. Ricc. 4. p. praxis reſol. 191. Merolla 3. p. diſput. 7. de juriſdictione; dub. 2. nu. 169. & eſt communis.* Quod dictum *Limas in methodo curationis, in §. 5. Append.* contendit procedere, etiam in monialibus Sanctæ Sedi immediatè ſubjectis, cui favent *Bonac. & Ricciull. cit. loco.*

2. Verum contrarium tenent *Sanch. ubi ſupra & P. Merolla, tom. 1. diſput. 1. cap. 2. de volunt. 4. difficult. ſub nu. 448. §. quod attinet, in fine*; & meritò; quia cura horum monaſteriorum, committitur Epiſcopo, tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato, ut dicitur *in d. Conc. Trident.* at Vicarius, in his, quæ fiunt ex delegatione Apoſtolica, nihil poteſt, niſi ei ſpecialiter ab Epiſcopo committatur; ergo? & hanc opinionem videntur ſequi idem *Bonac. de Clauſ. q. 4. p. 2. num. 2.* ibi; *idem dic de Vicario Generali Epiſcopi, habente ad hoc ſpeciale mandatum, Barboſ. 3. p. de off. & poteſtate Epiſcopi, allegat. 102. num. 38. & de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 44. de monial. num. 104. § dare autem,* ibi, *in aliis verò Summ. Pontif. ſubjectis, delegata poſſe, &c. & Novar. in ſumm. bull. ſub tit de Clauſ. nu. 2.*

3. Nec dices, prædictos loqui de facultate ingrediendi, quia urgentior cauſa, & fortior licentia requiritur ad exitum monialium de clauſura, quàm ad ingreſſum ſæcularium in clauſuram; cum longè gravius ſit, monialem egredi de monaſterio, quàm perſonam ſæcularem in illud ingredi, *Navar. 4. com. de Regul. nu. 60. ver. 2. Sanch. in d. cap. 15. nu. 29.*

4. Amplia quæ dicta ſunt de Epiſcopo, ad cap. cathedrale, ſede Vacante, & dicta de Vicario Generali Epiſcopi, ad Vicarium Generalem cap. Sedis Vacantis; ac item ad omnes alios ſuperiores habentes juriſdictionem, & poteſtatem Epiſcopalem, independer ab Epiſcopo, ceu ſunt Prælati nullius diœceſis, cum his omnibus æque commiſſa ſit cura, & comprehendantur ſub nomine ordinarii, ut dicitur in *d. conſtit. decori*, ibi, *ſeu per alium loci ordinarium.*

5. Hæc tamen licentia debet eſſe ſpecialis, ut dicitur in *d. conſtit. Boniſ.* ibi, *ac de illius, ad quem pertinuerit, ſpeciali licentia, expreſſa, & inſcriptis habita, ac toties approbata, quoties apparuerit cauſa evidens, & rationalis,* ut dicitur *in d. conſtit. Boniſ.* & magis expreſsè in *d. conſtit. Decori*, ibi, *niſi ex cauſa cognita, & expreſſè in ſcriptis approbata.* Unde ſi fuerit Generalis, tacita, vel verbotenus obtenta, non excuſat à culpa, & pœnis bull. *Ugolin. de poteſtate Epiſcopi lib. 5. c. 23. q. 3. & Bonac. de Clauſ. q. 1. p. 8. nu. 2.* quia prædictæ conditiones, hodie ſunt de forma; actus autem, ob læſionem formæ, non ſubſiſtit; *Barboſ. allegat. 102. num. 28. in fin.* ubi ait, *licentiam non tenere, ſi ſolo verbo detur,* quod repetit *de Jur. univer. lib. 1. cap. 44. de monial. num. 91.* quod pariter habetur *in d. cap. Trident.* ibi, *vel ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta, Miranda de Monial. q. 3. ar. 6.*

6. Quo verò ad egredientes à monaſteriis exemptis, & regularibus ſubjectis, exigitur pariter prædicta licentia, obtinenda tamen non ſolùm à ſuperioribus Regularibus; ut quidam autumant; verùm etiam ab Illuſtriſſimo loci ordinario, pro ut probat textus *d. cap. 5. Tridentini* ibi, *Nemini autem ſanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio, etiam ad breve tempus, quocunque prætextu; niſi ex aliqua legitima cauſa, ab Epiſcopo approbanda. Et textus d. conſtit. Decori,* ibi, *nulli monialium, &c.* & ibi, *niſi ex cauſa magni incendii &c.* & pluribus firmant *Navar. in d. com. 4. de Regul. num. 60. ver. Tertio, Thomas Zerola in praxi Epiſcopali p. 2. ver. moniales, dub. 8.* ubi docet de praxi, *Sanch. in d. lib. 6. cap. 15. nu.* 28. ubi vehementer invehit contra Joan. Bapt. Confectium, *Azor. p. 1. inſtit. moral. lib. 13. cap. 8. q. 1. ver. item quærebatur, Suar. t. 4. de Relig. lib. 1. cap. 9. num. 12. Campanil. de rub. 12. cap. 16. nu. 22. prope finem, Bonac. d. q. 1. p. 8. nu. 11. Gibal. de clauſ. ſanctim. diſput. 1. c. 4. §. 2. Barboſ. allegat. 102. num. 28. in fin. in coll. ad d. cap. 5. Trid. num. 45. & de Jur. univer. lib. 1. cap. 41. de monial. num. 106. Laur. Peyr. tom. 2. privil. in conſtit. 6. Pii 5. n. 22. q. 2. Novar. 2. p. ſum. bull. tit de clauſ. nu. 4.*

7. Quod adeò verum cenſeo, ut ſi dictæ moniales egreſſæ fuerint è clauſtro, ſine licentia Domini ordinarii, poſſint & debeant omninò ab eodem ordinario puniri ipſæ, & ipſarum ſuperiores, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris remedia, ob violatam clauſuram, juxta decretum Sac. Congreg. cujus propria verba refert *Bellar. in d. cap. 5. Trid. poſt obſervationem doctrinæ,* quibus omnibus hodie accedit conſtitutio *Greg. 15. de privil. exemptione, incip. imperſcrutabili, &c.*

8. Neque his nocent *Navar. conſil. 5. incip. an Generalis de ſtatu Monac. num. 6. Rodor. tom. 1. q. 49. ar. 6. cum ſuo comp. reſolut. 26, de clauſ. monial. num. 41. Miranda de monial. quæſt. 3. ar. 6. concluſ. 1. Portellus in dub. ver. clauſ. num. 24. & Ricc. 4. par. praxis reſolut. 191. num. 2.* & conſimiles limitantes concluſionem prædictam non habere locum in Hiſpania, vel alibi, ubi prædicta conſtitutio Pii V. non fuit recepta; vel receſſit ab aulis per contrarium uſum, tum quia *Trid. in d. cap. 5. ſeſſ. 25. de Regul.* in univerſum dicit, quod nemini monialium licet à monaſterio exire, ſine juſta cauſa, approbanda ab Epiſcopo, indultis quibuſcunque, & privilegiis non obſtantibus; quamvis immediatè infra videatur aliter diſponere quoad ingreſſum in illud, tum etiam, quia conſtitutio Papalis univerſaliter lata, ad hoc, ut obliget, non indiget acceptatione ſubditorum; tum item, quia contraria conſuetudo, ad tollendum legem humano jure latam, debet eſſe legitimè præſcripta, & inducta cum ſcientia, & tolerantia Principis, cui fit præjudicium, ut dictum eſt, 1. *praxis, tr. de legib. q. 20.* tum denique, quia Romani Pontifices ſucceſſores, per ſubſequentes conſtitutiones, & multa decreta Sac. Congreg. exclamarunt contra hujuſmodi tranſgreſſores.

9. Benè verùm eſt, quod nomine ſuperioris Regularis, non venit duntaxat P. Generalis Ordinis, Provincialis, & conſimiles Prælati ſupremi, ut quidam putant, verum etiam Priores, & ſuperiores immediatè monialium, cùm hi pariter habeant juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, licet reſpectivè, *Suar. Sanch. Barboſa, ubi ſupra, & egomet, 4. p. praxis de prælat.*

10. Quid tandem dicendum ſit, ſi is, ad quem ſpectat, recuſat dict. licentiam concedere, & periculum ſit in mora?

11. Reſpondet *Penna l. 1. C. de commeatu, lib. 12.* quod monialis, de qua agitur, poterit in caſu poſito, exire de

e conventu; ea ſola petitâ, licet non obtentâ: nis tunc irrationabiliter talis licentia denegatur, & ita hominis æſtimari non poteſt, *ff. de donat. l. pœn. in fi-e*, & ad eam conſervandam, jure naturali tenemur; addit, quòd dict. monialis in tali caſu poſſet extra auſtra, invita trahi, quod dictum valdè rationa-le æſtimat *Peyr. in Judice 2. p. privil. ver. clauſura locus, ted replicat 3. p. privil. in addit. ad d. conſtit. Pu V. c. 6. nu. 8. v. 3.*

12. Ego autem cum diſtinctione reſolvo; aut ſupe-or recuſat licentiam concedere, eò quòd cauſa exeun-eſt dubia; & ſic monialis nequit exire, quia in du-is ſtandum eſt judicio ſuperioris, qui eſt in poſſeſſio-i impertandi: etenim in dubiis ſemper præſumen-um eſt pro Juſtitia ſuperiorum: aut cauſa exitus, eſt aniſeſta & rationabilis, adeò, ut ejus approba-nem injuſtè neget Epiſcopus, & ſubdiſtinguo, aut ſus admittit moram reclamandi apud S. Sedem, & tenetur reclamare, & expectare; cum nobis pro-itum ſit, etiam in caſu licito, ſine licentia ſuperio-exire, *cap. monachum*, 20. q. 4. Et aliquid cum ſcan-lo operari, malum ſit, *cap. niſi & de renunciatione*, *ſi Eſca ſcandalizaverit*, aut periculum eſt in mora, in repentinis caſibus extrinſecis, & extraordinariis, ipè belli, ignis, aquæ, terremotus, hoſtilis in-ſus, & ſimilium, quæ temporis dilationem non ad-ttunt; & ſic poteſt exire, quia urgens neceſſitas, le-n non habet, & tranſgreſſores facit Innocentes, ut reſsè dicitur *in cap. diſcipulos 26. de Conſecrat. diſtin. 5. quia coacti fame, hoc fecerunt*, ubi, *Gloſſa, ver. m*, affert multa jura, & in propriis terminis ſequi-*Syl. ver. Relig 7. q. 16. dicto 2. Suar. de Relig. t. 4. lib. 1. 16. num. 17 in fin. Sanch. in d. cap. 15. nu. 62. & 70. & al. conſect. 7. & 8.*

3. Verùm Monialis ſic egreſſa, tenetur deinde ſuo riori cauſam ſui exitus ſignificare, *Lælius Zechius, de ublic. Eccleſiaſtica tit. de Regul. cap. 31. num. 15. ver. 9.* d tamen limitat *P. Sanch. ubi ſupra*, durante egreſſu, ubi monialis ad clauſuram redit.

4. Ego autem exiſtimo procedere abſque ulla limi-ne, quia hujuſmodi monialis tenetur ſuum exitum ficare, & ſe à vexatione eximere, cum poſſit exinde ri, ſi ſcilicet illicitè fuiſſet egreſſa.

5. Dixi in repentinis, & extrinſecis, nam ſi verſemur trinſecis, hoc eſt, in morbis, à propria natura pro-entibus, aliàs eſt dicendum; etiam ſi mors ſit in por-um adhuc magis expediat intra ſepta religiosè mo-ſam foris laicaliter vivere: immò opus virtutis ſit, ire, cum clauſura monialium, ob commune bo-etiam cum periculo vitæ. ab eiſdem obſervanda ſit, *r. 1. q. 40. ar. 2. in fin.*

ſt. 6. Monialis licitè egreſſa, an teneatur ſta-m regredi, recuperata ſalute, vel finita egreſſus uſa?

Affirmativè deciditur in dict. conſtit. Bonif. ibi, *quàm primùm fieri poterit, ſeu fideluatis præſtito mento, ad ipſum monaſterium è veſtigio reverſura*, bi, ubi *Gloſſa, ver. è veſtigio*, explicat, ſtatim, vel nuò. Idem ſancitur *in d. bull. Decori Pii V.* ibi, *ſed prædictis caſibus extra illa Monaſteria, niſi ad neceſ-n tempus ſtare licet*, hæc ibi.

Verùm adverte, quòd illa dictio, *ſtatim, continuò*, ſt intelligenda Methaphyſicè, adeò, ut ſit indiviſi-& nullam moram admittat, & omninò prorſus neum regreſſum ſignificet; ſed moraliter, ut m, & honeſtam Moram admittat, & malitio-cludat, ut liquet *in d. conſtit. Bonif.* ibi, *ſic quod in em reſidentia ſive mora clauſtralis, nihil fiat omni-*

nati Praxis Tomus IV.

no; & docent Rodor. t. 1. q. 47. ar. 11. & Sanch. cit. loc num. 59. ubi ait, ſpatium unius, vel duplicis diei, eſſe par-vam moram:

Quæſt. 7. Monialis egrediens è Monaſterio, de li-centia ſuperioris, injuſta tamen cauſa, an ſit tuta in conſcientia?

1. VEnerabilis *P. Suar. t. 4. de Relig. l. 1. cap. 9, num. 14. cui ſubſcribunt Gibal. de ſanctim. diſput. 1. cap. 5. § 4. num. 7. Pellizz. de monial. cap. 5. ſect. 2. q. 11. nu. 41.* cum diſtinctione reſolvit; aut monialis procedit bona fide, vel verſamur in caſu dubio, & probabili, & ſic erit tuta in conſcientia, cum in dubiis, & probabi-libus, jus ſtet pro ſuperioribus, ut conſtat ex deciſis: ſecùs autem, ſi ei conſtat in conſcientia, juſtam cau-ſam non ſubeſſe, & favore, vel alio modo, obti-neat; cum juſta cauſa ſit fundamentum conſenſus ſu-perioris, & conſequenter debeat antecedere, & præ-ter illam careat poteſtate dandi talem licentiam, prout expreſsè dicitur in dict. bulla *Decori*, ibi, *aliter autem quàm præfertur, egredientes, &c.* ideoque in caſu po-ſito, hic, & illa, peccant mortaliter, fiuntque ex-communicati, juxta textum.

2. Verùmtamen adverte, quòd ſi S. Papa, ſine ju-ſta cauſa, daret hujuſmodi licentiam, poſſet monialis exire, abſque metu pœnarum, & peccati, etiam ve-nialis, cum obligatio clauſuræ ſit de jure humano, ut dictum eſt, in quo poteſt Papa validè, ac licitè diſpen-ſare, etiam ſine juſta cauſa, ſecundùm aliquos, de qui-bus latè & eruditè *P. Sanch. lib. 8. de Matrim. diſput. 18. num. 2.*

3. Neque his officit *textus Sacr. Conc. Trident. cap. 5. ſeſſ. 25. de Regul.* ibi, *niſi ex aliqua legitima cauſa, ab E-piſcopo approbanda*, quia Pius V. in dict. ſua conſtit. hanc legitimam cauſam limitavit, & declaravit, eſſe magni incendii, lepræ, & epidemiæ; unde *Suar. cit. loc.* ait, quòd dict. legitima cauſa Tridentini, non relinquitur arbitrio Epiſcopi abſolutè, & *Sanch. in d. lib. 6. decal. cap. 15. q. 4. num 31.* ubi latè de re diſſeruit, ſubnectit, *quare dicendum eſt, Tridentinum, nomine le-gitimæ cauſæ, ab Epiſcopo approbandæ, non intellexiſſe quamcumque, quæ Epiſcopo legitima videtur, ſed cauſas expreſſas in cap. periculoſo de ſtatu Regul. in 6. per Pium V. cit. loc. declaratas*, quod eſt valdè notandum, ne in re tam gravi contingat errare.

Quæſt. 8. Monialis exiens clauſuram, ſine legitima licentia, in quas pœnas dat, & à quo abſolvenda, & diſpenſanda ſit?

1. RESpondeo, quòd moniales egredientes ſine de-bita licentia, eò ipſo afficiuntur Papali excom-municatione, à qua nequeunt abſolvi, niſi in mortis articulo: necnon dant in pœnas in textu contentas ibi, *aliter quàm, ut præfertur, egredientes, ſeu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, necnon comitan-tes, ac illorum receptatrices perſonas, ſive laicas, aut ſæculares, vel Eccleſiaſticas, conſanguineas, vel non, ex-communicationis majoris, latæ ſententiæ vinculo, ſtatim, eò ipſo, abſque alia declaratione ſubjacere, à quo, præter-quàm à Romano Pontifice; niſi in mortis articulo, abſol-vi nequeant. Et inſuper tam egreſſas, quam præſidentes, & alios ſuperiores prædictos eis licentiam hujuſmodi concedən-tes, dignitatibus, officiis, & adminiſtrationibus, per eas, & eos nunc obtentis, privamus, & illas & illos ad obten-ta, & alia in poſterum obtinenda inhabiles decernimus, nec non licentias & facultates, ſeu indulta, & privilegia exeun-di à monaſteriis, & extra illa ſtandi, à nobis ſeu alio Romano*

Digitized by Google

Pontifice prædeceſſore noſtro, ac Sedis Apoſtolicæ Nuntiis, & Legatis, etiam de latere, ac majore Pœnitentiario, aut ordinum prædictorum ſuperioribus, aliiſque perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis reſtitutivis, præſervativis, &c. ut meliùs eſt videre in dict. bulla *Decori*, quam per extenſum habes hic ſupra, & apud *Cherub. t. 2. bull. fol* 185. *& eſt* 8. *inter. conſtit. ejuſdem Pontif. & apud Stephan.* 40. *ver. monaſteria monialium, fol. mihi* 346. ad quorum intelligentiam multa adverte.

2. Primò, quod Concil. Trid. in caſu noſtro, nullam pœnam excommunicationis intulit contra moniales illegitimè egredientes, ſed tantùm contra Magiſtratus ſæculares, negantes auxilium Epiſcopis neceſſarium ad clauſuram reſtaurandam; & paulùm infrà, contra ingredientes monialium clauſuram, ſine legitima licentia, Privilegiis quibuſcunque non obſtantibus, ut ibidem meliùs eſt videre.

3. Secundò, quòd ſi dict. Excommunicatio eſt publica, cum ſit de reſervatis Papæ, à nemine poteſt abſolvi; niſi ab eodem, vel de ejus commiſſione, excepto tamen mortis articulo, ut dicitur in dict. textu.

4. Nec quidem patitur limitationem, propter ſexus fragilitatem, corporis debilitatem, & perpetuæ ſubjectionis impedimentum, *cap. de cætero, cap. mulieres, cap. ea noſcitur, & cap. de monialibus, de ſent. excomm. in* 6. nam antequam hæ moniales ab Epiſcopo abſolvantur, ſtatus perſonæ, & veritas negotii, intimanda eſt Rom. Pontif. & ſecundùm ejus conſilium, erunt de commiſſo crimine corrigendæ, juxta *textum d. cap. mulieres*, ibi, *de his verò, qui magnæ ſunt potentiæ, & ita delicati, quòd laborem veniendi ad Sedem Apoſtolicam, nequeunt ſuſtinere; Reſpondemus, quòd ſtatus perſonæ priùs, & veritas negotii eſt intimanda Romano Pontif. & ſecundùm conſilium ejus, tales de commiſſo ſcelere corrigendi* Hæc ibi.

5. Verùm *Gloſſa in d. cap. mulieres, ver. laborem*, ait, quod ſi Epiſcopo videtur, delicatum, illum laborem eundi Romam, non poſſe ſuſtinere, propter periculum moræ, poteſt ipſum abſolvere; recepta tamen cautione, de ſtando mandato S. P. ſi verò periculum non timetur, conſulendus eſt priùs Papa, de qua re, *Navar. in manual. c.* 17. *nu.* 90. *ver. ad quintam, Duard. in bull. Can. lib.* 3. *in* §. 2. *q.* 10. *nu.* 6. *& ſeq. & multis citatis, Theſaurus, de pœnis Eccleſ.* 1. *par. praxis, cap.* 24.

6. Sed quid dicendum, ſi excommunicatio ſit occulta?

7. Reſpondet *Sanch. in d. lib.* 6. *cap.* 15. *nu.* 76. quod abſolvitur ab Epiſcopo, *per textum cap.* 6. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor.* idem dicit de diſpenſatione, ſuper dictis pœnis privationis, & inhabilitatis, *Suar. de cenſur. t.* 5. *diſp.* 41. *ſect.* 2. *nu.* 10. *&* 12. *in fin. Bonac. de cenſur. diſput.* 1. *q.* 22. *p.* 2. *nu.* 2. *ubi latè de d. Decreto Trid. & de Clauſ. q.* 1. *p.* 5. *nu.* 2. *& Theſaurus de pœnis,* 2. *p. praxis, ver. clauſuram violans, cap.* 8. *ver. abſolvere.*

8. Amplia, ut dict. Epiſcopus, ex vi dict. cap. Trid. poſſit in dict. pœnis diſpenſare, & diſpenſari facere, ſeu ſubdelegare; etiam ſi nec ipſe, nec diſpenſandus, ſit tunc in diœceſi ſua; quia Trid. ubi ſupra, non limitat, quoad diſpenſationes, & alias, poteſt de Jure Communi diſpenſare cum ſuo ſubdito: etiam exiſtente extra diœceſim, & hic actus eſt Juriſdictionis voluntariæ, quæ, ut ſupponitur, non exercetur in foro externo contentioſo; quod tamen non habet locum in abſolutione dictæ excommunicationis, cum debeat adhiberi in foro Sacramenti pœnitentiæ, juxta Tridentinum, & conſequenter haud dari per Nuncium, *Barboſ. allegat.* 39. *nu.* 7. *Theſaurus de pœnis,* 1. *p. praxis, in cap.* 23. *ver. dico* 6. *& P. Sanch. cit. loc. num.* 78.

9. Nec his nocent *Sanctarellus, tr. de hæreſi cap.* 5. *dub.* 1. *num.* 1. & allegati per eundem, dicentes, prædictum decretum Trid. non habere locum in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, poſt Concil. Trid. per declarationes Sac. Congregationis, approbatas à Gregor. XIII. quibus dicitur, in delictis occultis materiæ clauſuræ, non eſſe locum *d. cap. liceat, Trid.* tum quia dictæ declarationes authenticè non apparent; tum etiam, quia in illis nulla fit mentio Concil. Trid. ſed poſſunt referri ad privilegia aliorum; tum item, quia *ſi d. cap. Trid.* etiam quoad forum conſcientiæ, & occulta, foret abrogatum, fieret magnum præjudicium animabus fidelium, prout atteſtantur *Rodor. t.* 1. *q.* 24. *ar.* 19. *ver.* 2. *Argumentum eſt, Sanch. de matrim. diſput.* 26. *num.* 7. ubi latè dere, & in *cit. loc. decalogi, in d. num.* 76. tum item, quia oppoſitum praxis obſervat, *Lez. ver. clauſ. num.* 20. unde dict. Trid. decretum, generaliter de omnibus caſibus S. Sedi reſervatis, etiam poſt Tridentinum, venit intelligendum, *Emin. Toletus in ſum. lib.* 1. *c.* 41. *num.* 7. *& Eruditiſſimus P. Vincentius Candidus, meritiſſimus Magiſter Sac. Pal. in diſquiſit.* 3. *ar.* 28.

10. Amplia totum hoc, quod dictum eſt de Epiſcopis, reſpectu ſæcularium, & monialium ſibi ſubjectarum, ad Prælatos Regulares, ob facultatem *d. cap. liceat. Trident. ſeſſ.* 24. *de refor.* extenſam ad Prælatos per dict. Pium V. *conſtit. incip. Rom. Pontif. circumſpecta benignitas*, quam per extenſum ponit *confect. in coll. liter. Apoſtolic. & privil. pag. mihi* 186. *in impreſſione Veneta Rodor. t.* 1. *q.* 61. *art.* 9. *in fin. & egomet,* 3. *p. praxis, tract.* 10. *de poteſtate prælat. q.* 7. *nu.* 9. *& docent Portell. ver. clauſ. monial. num.* 28. *Bonac. in d. q.* 1. *de clauſ. p.* 5. *ſub num.* 5. *Barboſ. allegat.* 39. *num.* 15. *& multis citatis, in coll. ad d. cap. Trid. ſeſſ.* 24. *de refor. nu.* 10. *Lez. ver. clauſ. num.* 20. *in fin. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 19. *q.* 5. *num.* 5. *& Sanch. cit. loc.* ubi advertit Prælatos Regulares utentes dict. privil. Pii V. non poſſe hanc facultatem aliis delegare; quia Pontifex, ut expreſsè habetur in dict. conſtit. vult, quod id faciant ipſimet Prælati per ſe ipſos, & non aliter, *Pellizzar. manual. tr. de privil cap.* 2. *ſect* 1. *&* 2. *q.* 2. *& de monial. de clauſ. quoad egreſſum, cap.* 5. *ſect.* 2. *num.* 28. quibus adde, quod dict. Moniales in caſu prædicto, & conſimilibus abſolvendæ ſunt à confeſſariis diœceſanis, ſpecialiter tamen approbatis pro monialibus, juxta diſpoſitionem bullæ Greg. XV. incip. *inſcrutabili*, *& docet Diana p.* 5. *tr.* 2. *in dub. regul. reſolut.* 29.

11. Tertiò adverte, quòd nomine dignitatum, officiorum, & adminiſtrationum, quibus privantur tranſgreſſores dict. bullæ, venit munus, ſeu officium, habens adminiſtrationem rerum monaſterii, & perſonarum ejuſdem, cum ſuperioritate, & juriſdictione ordinaria, vel delegata, prout Sixtus V. declaravit in 2. ſua bulla incip. *ad Romanum ſpectat*, qua ſuam primam, de recipiendis, moderavit; quam per extenſum habes, 4. *p. tr.* 2. quod procedit in omnibus aliis bullis; in quibus apponitur dict. pœna privationis, dignitatum, & officiorum. *Sanch. l.* 6. *ad decal. c.* 15. *num.* 66. *Bonac. de largit. Mun diſput.* 3. *p.* 5. *num.* 2. *Gibal. de ſanction. diſquiſ.* 1. *cap.* 7. §. 1. *num.* 5. *Miranda, t.* 2. *ar.* 8. *Sorbus in annot. ad comp. ver. ingreſſus monialium, num.* 8. *in fin. Molina de Juſtit.* 3. *diſput.* 661. *& egomet cit. loc. q.* 3.

12. Unde probo, quod dicit *Lez.* 1. *p. ſumm. cap.* 10. *num.* 32. ſcilicet nomine officiorum, graduum, dignitatum, & adminiſtrationum, venire etiam officium lectoris, Confeſſoris, Concionatoris, Regentis ſtudiorum, & ſimilium; tum quia hoc ejus dictum pugnat cum dict. declaratione Sixti V. & Juris uſu; tum etiam, quia odia, juxta vulgatam Juris Regulam, non extenduntur, verum dict. opinio poſſet habere locum in lege inhabilitante tantùm; nam aliquando Canon, non privat, ſed inhabilitat ad officia Eccleſiaſtica, non propriè ratione pœnæ, ſed propter bonam Gubernationem,

...m, & inconveniens auferendum, ut *in Clem. 1. de Regul.* ...qua mendicantes profeſſi, inhabilitantur ad quæcun...ue officia, ſi transeant ex una in aliam Religionem, & ...at ibidem *Gloſſa, ver. officia & Theſaurus multis citatis ...p. praxis cap. 28. q. 1. in fin.*

13. Quartò advertè, quòd quamvis omnes perſonæ ...cleſiaſticæ receptantes, comitantes, vel recipientes ...ædictas moniales illicitè egreſſas, dent in prænarratas ...œnas, ut dicitur in textu; adhuc tamen excipiuntur, ...ui illas recipiunt, ob urgentem neceſſitatem, vel co...itantur ad bonum finem, nempè, ut earum honori & ...litati conſulant, aut hortentur redire; quia ſic ...cipientes, non peccant, nec dicuntur cooperari ...ccato prædictarum, *Navar. com. 4. de Regul. num. 51. ...raſ. 1. p. decif. lib. 4. cap. 23. nu. 17. Rodor. tom. 1. q. 49. ar. 7. ...fin. Sanch. multis citatis in d. lib. 6. cap. 15. num. 72. & ...pr. 2. p. privil. in conſtit. 6. Pii V. num. 29. latè Bonac. de ...uſ. q. 1. p. 4.* quam exceptionem intellige procedere ab...lutè, & abſque ulla limitatione, nam quamvis Hæreti...orum receptatores, & fautores ſint excommunicati, ex...ommunicatione bullæ cœnæ; excipiuntur tamen, qui ...æreticos recipiunt, non ut Hæreticos, ſed ut amicos, ...l cognatos, aut ut egentes vitæ ſubſidiis, ut mirificè ...et *Emin. Cajet. in ſum. ver. Hæreſis*, cui, multis allegatis, ...et *Navar. de cenſuris, cap. 27. num. 55. in fin. in quarta ...laratione*; quod ſi habet locum in peccato Hæreſis, ...od extat peccatorum omnium praviſſimum, quan...magis debet procedere in caſu, de quo agi...

...eſt. 9. *Epiſcopi, ac Prælati Regulares, ſi indebitè dent moniali licentiam exeundi à Clauſura, vel illam illegitimè egreſſam recipiant, vel comitentur, an dent in pœnas dict. Bullæ?*

Affirmativè *Sanch. lib. 6. decal. cap. 15. num. 74. ver. quinta difficultas eſt, Bonac. de clauſ. q. 1. p. 4. nu. 4. ...bal. de ſanctim. diſquiſ. 1. cap. 7. num. 6. & habetur in ...la Decreti Pii V.* ibi, *aliter autem, quàm præfertur, egre...tes, ſeu licentiam exeundi quomodocunque conceden...tes non concomitantes, &c.* & infrà ſubnectitur, *& ...ter tam egreſſas, quam præſidentes, & alios ſuperiores ...ctos, eis licentiam hujuſmodi concedentes, dignitati... &c.* ex quibus conſtat, Prælatos hujuſmodi, non ...bet poſſe licentiam concedere, ſed duntaxat in dict. ...us ibidem expreſſis, ſcilicet magni incendii, lepræ, ...ndiniæ, ſecùs autem afficiuntur dict. pœnis; inter ...non ponitur ſuſpenſio à divinis, nec venit nomine ...um pœnarum; quia privatio officiorum, & inha...s ad illa, ſuſpenſio non eſt.

...eſt. 10. *An dictæ pœnæ mox incurrantur, admiſ... culpa, ante Iudicis declarationem?*

Hæc quæſtio eſt de gravioribus, circa quam variant DD. nam *Navar. in expoſitione bullæ, de da... promiſſis, num. 44. Sanch. lib. 9. de Matrim. diſput. ...m. 1. & ad decal. lib. 6. cap. 15. num. 65. & 78. Molina ...diſput. 96. ver. duo obſerva, & alii plures*, reſpon...ad quæſitum negativè; etiam loquendo de pœnis ...tivis, quæ ad ſui executionem, factum hominis non ...runt; exceptis tamen cenſuris.

Graffius verò 1. p. decif. lib. 4. cap. 23. num. 12. Bonac. ...uſ. q. 1. p. 4. num. 7. & de legibus diſp. 1. q. 1. p. 7. §. 2. n. 9. ...ſt allegatos P. Merolla t. 1. diſput. 1. & difficul. num. 522. diſtinctione reſpondent; aut pœnæ, ad ſui execu...em, hominis actionem requirunt, & ſic ante Judi...eclarationem non incurrunt, aut non; uti ſunt cenſu...regularitas, & inhabilitas ad officia, & hæ afficiunt transgreſſorem quò ad forum animæ, abſque ulla declaratione Judicis.

3. Ego autem de hac quæſtione latè ſcripſi, *2. p. praxis, de Violata Clauſ. q. 27. & luculenter, t. 2. p. 2. tr. 2. occaſione bull. Sixti V. q. 1. 2. & 3.* ubi dixi, quod ſolum excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum, & irregularitas, ſtatim admiſsâ culpâ, afficiunt animam culpantis, ante Judicis declaratoriam; ſecùs autem cæteræ pœnæ; etiamſi forent privativæ, & facto hominis non indigerent; quia ita communis uſus recepit, per ibidem allegata: unde nec quidem pœna privationis vocis incurritur, ante Judicis ſententiam, dummodò non conſurgat ex violata cenſura, vel ab irregularitate: nam effectus ſapit naturam ſuæ cauſæ, & acceſſorium, ſecundùm Juris Regulam ſequitur naturam ſui principalis: quod dictum multò magis procedit in pœnis contentis in præſenti Bulla Pii V. ubi illa clauſula *abſque alia declaratione*, refertur tantummodo ad excommunicationem ibi poſitam, non autem ad alias pœnas, ut ibidem eſt videre.

Quæſt. 11. Monialis, an poſſit licitè Clauſuram exire, ſi ibi ab hoſte invaſa, nequeat mortem evadere; niſi inde fugiat, & ſe abſcondat?

1. Et dico, quòd ſic; ſi periculum ſit certiſſimum, & moram non admittat, tum quia leges humanæ regulariter non obligant cum tanto vitæ periculo: niſi ubi honor fidei, aut Religionis, vel magna neceſſitas boni communis intercedat; tum etiam, quia facultas defendendi vitam, eſt naturalis, ut dicitur *in l. vim. ff. de Juſt. & Jur.* Jus autem naturæ nequit tolli per Jus humanum, & clarè legitur in *Clem. Paſtoralis, de ſent. & re judicata, §. cæterùm*, ibi, *defenſionis facultas, quæ à Jure provenit naturali, adimi nequit, &c.* ergo.

2. Quod amplia ad omnem urgentem neceſſitatem, quæ non admittit ſuperiorem adire, ratione longæ diſtantiæ, vel quia ad eum non patet aditus, vel non eſt tutus acceſſus: quia, ut ſæpe dictum eſt, neceſſitas legem non habet, *Syl. ver. Relig. 7. q. 16. dicto 2. & communiter docent DD. in cap. de ſtatu Regul. in 6.*

3. Verùm monialem hanc teneri ſuum egreſſum ſuperiori ſignificare, ut cauſam probet, & ſuo ſtatui provideat *docet Lælius Zecchius de Republ. Eccl. tit. de Regul. cap. 3. num. 15. ſer. 9.* quod tamen dictum limitat *P. Sanch. lib. 6. Decal. cap. 15. num. 62.* dicitque procedere durante dict. egreſſu: ego autem, cenſeo, habere locum abſolutè, etiam ubi ad clauſuram redit, ad ſe ſcilicet eximendum à quærelis, & pœnis, ut dixi, *hic ſup. q. 5. §. verum monialis*; etenim monialis illicitè egreſſa, etiam poſt regreſſum, remanet pœnis obnoxia, pro culpa commiſſa.

4. Et quamvis prædicta reſolutio, ejuſque ampliatio ſit vera: exinde tamen non licet inferre, ergo, ob idem vitæ periculum, integrum eſt moniali exire de clauſtro, nè ibidem moriatur, cum niſi exeat, certè ſit moritura, ob urgentem ſui morbum, quia illatio hæc eſt falſiſſima, ut ex multis oſtendit *P. Sanch. d. lib. 6. decal. cap. 15. num. 39. cui favent Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 29. q. 3. num. 2. & Pellizz. de Monial. cap. 5. ſect. 2. q. 23. num. 60.* etenim, aliud eſt loqui de certiſſimo periculo mortis violentæ, quod provenit à principio extrinſeco, & aliud de periculo probabili mortis naturalis, quod provenit à natura patientis morbum, tum quia monialis, in eo caſu, duplicem habet cauſam egrediendi, ut ſcilicet peccatum aggreſſoris impediat, & ut vitam propriam tueatur; tum item, quia periculum mortis violentæ eſt rariſſimum, ne dicam, moraliter loquendo, impoſſibile; periculum vero mortis natu-

Digitized by Google

ralis, eſt frequentiſſimum, ſæpeque procuratum, ad finem egrediendi, unde caſus iſte eſt omninò illi diſſimilis, & à diſſimilibus principiis non poteſt eadem concluſio naſci.

Quæſt. 12. Monialis injuſtè, ac graviter vexata ab Abbatiſſa, an valeat Clauſuram exire, ad illam accuſandum, vel conveniendum coram Epiſcopo; vel alio Superiore?

1. NEgativè dic, tum, quia caſus iſte, non eſt de expreſſis in Jure; tum etiam, quia non concernit commune bonum totius Monaſterii, tum item, quia non ſubeſt vitæ periculo violentæ mortis; ergo nullum juſtum habet titulum exeundi, *Tamb. de Jur. Abbatis, diſput. 19. q. 4. ad caſum 8. & Victorellus, de origine, & clauſura monialium, §. quæ ſint moniales, pag. mihi 24.*

Quæſt. 13. Monialis damnata ad perpetuum Carcerem proprii Monaſterii, & in eo incluſa, an poſſit inde fugere, abſque metu violationis clauſuræ?

1. SUnt, qui ſub diſtinctione reſolvunt; aut hæc, de qua agitur, fuit juſtè in pœnam patratæ culpæ ad perpetuum carcerem damnata, & pœna hujuſmodi legitimè exigitur; & ſic nequit à dict. Carcere fugere, ſine peccato, & incurſu pœnarum; tum quia ex vi obedientiæ ſub voto promiſſæ, tenetur obedire ſuperiori præcipienti ſecundùm Regulam; tum etiam, quia ei reſiſtunt Trid. & tot Papales conſtitutiones, prohibentes ei exitum, ſine juſta cauſa, & legitima licentia; tum item, ob illud *Apoſtoli dictum, ad Rom. 13. qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.*

2. Secùs autem, ſi injuſtè fuit carceri addicta, prætermiſſo Juris ordine; vel ſi injuſta ſit Sententiæ executio *D. Thom. communiter receptus, 22. q. 69. ar. 4.* ubi quærit, *Utrum liceat condemnato ad mortem, ſe defendere, ſi poſſit,* ibique eruditè Cajet. ferè omnia tangit, quem lætanter ſequitur *Navar. com. 4. de Regul. nu. 64. Roder. t. 2. qu. 22. ar. 6. cum ſuo comp. Reſolut. 48. nu. 6. Sanch. in decal. lib. 6. cap. 8. nu. 12. à S. Fauſto, de voto ſolem. lib. 6. q. 241. & egomet. 2. p. praxis, tr. 7. de fugit. q. 18.*

3. Qui licet loquantur de viro Religioſo condemnato, ut ſupra; nihilominus rationes per eoſdem adductæ, faciunt ad caſum noſtrum; ſaltem proportionabiliter.

4. Nec his obſtat dicere, quod jus Naturale defendendi propriam vitam, haud poteſt per legem humanam auferri; quia hæc, de qua ſermo eſt, per dict. juſtam ſententiam, amiſit jus naturæ prædictum; unde non poteſt licitè niti contra deciſa, ſed tenetur in conſcientia, juſtè impoſita humiliter exequi, & perficere, ut notant *DD. cit. loc.*

5. Non deſinam tamen dicere, quod Sanctiſſimus Præceptor, ubi ſupra, ſublimitat limitationem prædictam, ibi, *& ideo, ſicut licet reſiſtere latronibus: ita licet reſiſtere in tali caſu malis principibus: niſi fortè propter ſcandalum vitandum, cum ex hoc aliqua gravius turbatio timetur:* hæc ille, cui ſubſcribit *Rodor. cit. loc.* & meritò; quia nihil cum ſcandalo faciendum eſt, ex ſententia D. Noſtri Jeſu Chriſti, *Matth. 18.* ibi, *væ homini illi, per quem ſcandalum venit; ſi autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & projice abs te:* hæc ibi. Unde evitandum eſt ſcandalum, & ſcandalis eſt obviandum, ut expreſsè dicitur in extrav. *Grave nimis, de Reliquiis. & venerat. Sanct. cap. 2. inter communes,* ibi, *nos igitur hujuſmodi ſcandalis obviare volentes, &c.* ſed impoſſibile eſt, moraliter loquendo; quod ex non paritione dictæ ſententiæ, qu[...] qualiſque ſit illa, non ſequatur magnum ſcandalum, [...]ter moniales, & ſæculares, prælatos, & non prælatos, [...]go eſt abſolutè dicendum, dictæ moniali non eſſe [...]grum exeundi, ſine juſta cauſa, & licentia, ſive inju[...] ſive juſtè reperiatur ad carcerem damnata, & in co[...]ſa; eò fortiùs, quia moraliter loquendo, non poteſt p[...]ſumi, nec eſt veriſimile, eam non habere aliquas ſo[...] quæ pro ſe habeant reclamare, & juſtitiam petere, [co]ram Judice competenti.

6. Ex quibus pariter evaneſcit illud grave quæſi[tum], an monialis poſſit licitè fugere, ſi juſtè ipſi impo[...] pœna mortis, aut mutilationis? quia, ut dixi *in d. 2. p. tr. 7. q. 18. nu. 5.* hæ pœnæ inter Religioſas, locum non hab[ent] niſi forſitan poſt earundem degradationem, ſive d[epo]ſitionem à ſtatu Religioſo; ſervatis tamen ſervandi[...] artem Magicam, vel aliquod ſcelus, quod Deus a[...] fuerint traditæ curiæ ſæculari, ut ſanguinis pœna [ple]ctantur, *Miranda t. 1. Ordin. Jud. q. 15. ar. 6. concluſ. 1. [...] Covar. l. 1. var. cap. 2. nu. 14.*

Quæſt. 14. Monialis, an valeat licentiari ad ſu[c]currendum parentibus extremè indigentibus?

1. ET dico quòd non: tum quia, nec quidem monachus poteſt hodie clauſtrum deſerere, quocun[que] titulo, ſine licentia Papæ, ut conſtat ex deciſis, *2. p. Praxis, tr. 3. q. 16.* tum etiam, quia monialis, ſtrictiori vinculo [te]netur ſervare clauſtrum; tum item, quia monialis hæc, ratione ſexus, & ſtatus, eſt minùs apta ad conſulend[um] & providendum parentum neceſſitatibus, tum it[em], quia ex hujuſmodi egreſſu plura & graviora mala po[ſ]ſunt oriri; tum denique, quia eſto, quòd parente[s ex]tremè indigeant, adhuc tamen iſta extrema neceſſi[tas] cognoſcenda eſt à S. Sede juxta decreta Sac. Congr[eg.] juſſu Clem. VIII. edita, quæ per extenſum habes *in d. [...] p. cit. loc. & liquet ex §. 32. d. decret.* quapropter ob communem honorem, & honeſtatem monialium, meli[us], tutiùs, ac opportunius erit, procurare, ut earum monaſterium, Eleemoſynaliter ſaltem, ſuccurrat hujuſmodi Parentibus extremè indigentibus.

2. Nec dices, quod de Jure naturali divino, tenemur parentibus ſuccurrere, præcipuè ſi extremè indigeant, quia etiam naturali Jure, commune bonum Religionis, præponderat cuivis bono privato, & eodem Jure naturali, tenemur ſcandala evitare, & ut ſæpè dico, concurrentibus duobus præceptis, etiam naturalibus, va[can]dum eſt potiori, & quod majus eſt, debet adimpleri: [un]de non probo quod dicit *P. Pelizz. cap. 5. de monial. [...] 2. q. 28. nu. 65. in fin.* quod ſcilicet monialis in caſu extremæ neceſſitatis Parentum, ad eis ſuccurrendum, poteſt licitè à monaſterio exire.

Quæſt. 15. Abbatiſſa an poſſit, de licentia Epiſcopi, exire ad præſtandum Domino Feudi, fidelitatis juramentum?

1. REſolvo cum diſtinctione quæſitum; aut Homagium, & fidelitatis Sacramentum præſtandum eſt Epiſcopis, vel aliis eccleſiaſticis Prælatis, eò quod monaſterium feudum habuit ab Eccleſia, & ſic præſtandum eſt per Procuratorem, ſine exitu Abbatiſſæ, ut expreſsè dicitur *in cap. periculoſo 1. de ſtatu Regularium, in 6.* ibi, *Epiſcopis autem, & aliis Prælatis ſuperioribus, & inferioribus quibuſcunque injungimus, quod & ipſi cauſas, ſeu negotia, quæ præfatæ moniales habebunt agere coram ipſis, aut in curiis eorundem, ſive ſint Homagia, fidelitatis Sacramenta, lites, vel quidquid aliud, ipſæ per Procuratores earum fieri faciant,*

ut, & tractari: hæc ibi, quorum ratio eſt, quia bono-
m Eccleſiaſticorum Oeconomus, & adminiſtrator, S.Papa, qui, ubi agitur de feudo eccleſiaſtico, potuit c ſancire.

2. Vel præſtandum eſt Principi ſæculari, & ſubdiſtin-o; aut poteſt præſtari per Procuratorem, & ſic idem od prius, ſecus autem, ſi aliter præſtari nequeat; dum-do exeat cum honeſta, & decenti comitiva, & præ-o juramento, mox redeat in conventum, prout ibi-m ſancitur expreſsè ibi. *Verùm quando Abbatiſſa, vel iorissa cujuſvis monaſterii, pro Feudo quod Monaſterium m tenet ab aliquo Principe, ſeu Domino temporali, ſibi ebit Homagium, vel fidelitatis Sacramentum præſtare. ſi quòd per Procuratorem illud præſtet, poſſit aſſic ere apud) de monaſterio, cum honeſta, & decenti ſocietate exire ri, eo caſu, licenter: Homagio facto, quamprimùm com-de poterit, ſeu fidelitatis præſtito Sacramento, ad ipſum aſterium è veſtigio reverſura: ſic quod in fraudem re-ntia, ſive moræ clauſtralis, nihil fiat omninò*, hæc ibi, quæ que per Trid. neque per Pium V. ubi ſupra fuerunt ocata, immo renovata, ob commune bonum monia-n, ne ſcilicet earum Eccleſia, ob præteritionem dict. amenti, Feudum amittat.

3. Tunc autem dicetur è monaſteriò exire cum ho-a ſocietate, quando ſecum habebit duas, vel plures ntiquis monialibus, & Capellanos ſuos, & incedat eſtè, *Gloſſa ibid. in ver. ſocietate:* nec ſic comitata po-t exire, ſine licentia Illuſtriſſimi loci, cùm etiam in ca-cito exigatur dicta licentia, ut dictum eſt ſupra, & è habetur *in cap. Monachum* 3.24.*qu.*4. ibi, *niſi Abba-is permiſſu*; quam licentiam exeundi in caſu poſito, ſi ſte Epiſcopus deneget, poterit authoritate Juris, ipſa batiſſa egredi; dummodo ad alia non divertat, nec audem reſidentiæ aliquid faciat, ut probat *textus d. periculoſo, ubi ſupra, & pluribus firmat noſter Syl. ver. gio 7.q.16.dict.2. & Sanch. in d.lib.6.c.15.nu.51. & fa- Bonac. de Clauſ. q.1.p.9.n.9. & Novar.2.par.ſum.bull. e clauſ. num.12.*

ſt. 16. Monialis, an poſſit, de licentia Superioris ransferri ex uno in aliud Monaſterium, cauſa ovæ fundationis, aut correctionis, vel reforma-ionis, ſive præfectionis?

D. *Mart. Navar. in propriis Terminis, l.3.conſil.5. in-cip. utrum Generalis, de ſtatu Monach. & com.4. de l. nu.* 48. occaſione cujuſdam monialis electæ, in tiſſam alterius monaſterii ſui ordinis, reſpondet ad itum affirmativè, cui ſubſcribunt *Caſarub. in coll. Mendic. ver. clauſura monialium, poſt §.5. Rodor. t.1. ar.5. cum ſuo comp. Reſolut.26.num.28. Miranda, de al.q 3.ar.2. & 3. Sanch. lib.6. decal. cap.15.nu.45. Peyr. privil. in conſti.6. Pii V. nu.29. Bonac. de clauſ. q. 1. p. 10. & P. Joſeph. Gibal. de clauſ. Sanctim. diſp.1.c.6.§.6. t.4.nu.56.*

Et moventur; tum quia caſus iſte reſpicit bonum nune Religionis, & ordinis, ac proinde videtur neri in caſibus expreſſis à Pio V. in dict. bull. *Deco-* quamvis, re vera, in illis non contineatur; adhuc n nequit negari, quin ſit illis ſimilis, ob identitatem nis; tum etiam, quia ſicut Monialis, *ex d. textu cap. loſo, de ſtatu Regul. in 6.* poteſt, de ſola licentia Epi-, exire ad præſtandum fidelitatis Juramentum; ita in aſu, à pari; cum utrobique eadem militet ratio bo-mmunis; tum item, quia ſicut monialis, *ex cap. 7. de Regul.* poteſt eligi in Prælatam, ſeu Abbatiſſam s conventus, ubi neceſſitas id petit; ita à pari, in ca-quo agitur, ob eandem rationem; tum denique, undatio novi Monaſterii fieri nequit, niſi ex aliis monaſteriis antiquis moniales in illud deducantur, ergo idem quod prius, quod, ob eamdem rationem communis boni, dicunt procedere in exitu monialis, ad finem habendi curam novitiarum, vel Januæ, aut Rotæ, ſi in eo monaſterio, ad quod tranſmittitur, non reperitur Monialis habilis ad hæc, *Rodor. & Miranda cit. loc.*

3. Et addunt, monialem, quæ ad aliud Monaſterium ejuſdem habitus, in utilitatem publicam fuit tranſmiſſa, poſſe peracto officio, ob quod translata fuit, redire ad prius monaſterium; de conſenſu tamen utriuſque monaſterii, etiam ſi ſocia, cum qua ivit, regredi nolit, & viceverſa, *Sanch. cum præcit. ubi ſupra.*

4. Verumtamen *Suar. t.4. de Relig. lib.1.c.9. nu.6.* ait, quòd in his omnibus debet Sancta Sedes conſuli, quod refert à Sac. Congreg. deciſum, ſub his verbis. *Monialis non poteſt tranſire de uno in aliud Monaſterium, etiam de conſenſu Epiſcopi, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ; etiam ſi translatio fiat ad aliud ejuſdem ordinis*, & docet de praxi, quam vidit ſervari in Regno Luſitaniæ, ad transferendam monialem, de uno monaſterio in aliud ejuſdem ordinis, ſub eodem Generali, interveniente gravi cauſa, & teſtatur, expectatam fuiſſe Sanctæ Sedis licentiam: unde *Bonac. cit. loc. dicit.* quod tutiùs eſt in his Sanctam Sedem conſulere, quod item dixit *Rodor. in Addit. ad ſumm. t. 3. cap. 3. concluſ.*2. ubi retractat, quod priùs dixerat, ubi ſupra, idem dicit *Hier. Rodor. in d. comp. cit. loc. Portel. in dub. ver. clauſ. monial. nu.*21. *D. Ricciull. de Jur. Perſonarum, lib. 5. cap. 5. nu.*11. *Zerola in praxi Epiſcopali, 1. p. ver. monialis, §.16. & p.2. eod. ver. dub.*8. *D. Barboſ. allegat.*102. *num.* 25. ubi refert, ex cauſa ſanctam Sedem conceſſiſſe quibuſdam monialibus, ut tranſirent ad aliud monaſterium alterius obedientiæ; de conſenſu tamen ſuperiorum; *& in coll. ad d. cap. 5. Trid. ſeſſ.*25. *de Regul. & lib.*1. *de Jur. univer. Eccleſ. cap.*44. *nu.*74. *& in coll. bull. ver. monialium translatio* 8. *refert à Sac. Congreg. Epiſ. & Regul. die* 17. *Maii* 1603. fuiſſe deciſum, *Monialem nullam ſibi ſubjectam, ex uno monaſterio, in aliud tranſmittere poſſunt locorum Ordinarii, vel ſuperiores Regulares; etiam ex cauſa ſeditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati; multo minùs inde expellant, vel exeundi licentiam concedant, ne contentis in Pii V. conſtit. cenſuris, & pœnis innodentur*, quod item refert uterq; *Novar. in ſuc. Regul. ver. translatio n.*1. *& ſeq. & 2. p. ſum. tit. de clauſ. num.* 11. *& Lez. ver. clauſ. num.* 16. *in fin.*

5. Quibus additur decretum Sac. Congreg. juſſu Pauli V. editum ſub die 22. Decembris 1617. & intimatum Procuratoribus Generalibus ordinum, quo cautum eſt, ne poſſint moniales quacunque occaſione transferri de monaſterio ad monaſterium, ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, toties, quoties obtinenda, neque ratione Prioratus, vel alterius officii, quibuſcunque in contrarium non obſtantibus, prout atteſtantur *Caſtellinus, de elect. prioriſſa, cap.*27. *nu.*7. qui tunc temporis erat Procurator Generalis noſtri Ordinis, & *Peyr. t.*3. *privil. in addit. ad Conſtit. Pii Quinti. cap.*6. *num.*9. qui pariter diu fuit Procurator Generalis Ordinis Minim. *& Diana 3. p. Moral. tr.*2. *in dub. Regul. Reſolut.*127. *in fin. & Lez.* 2. *p. ſum. cap.*25. *n.*20. *in fin.*

6. Quapropter licet de Jure communi, opinio Navarri, Sanch. & cæterorum in principio allegat. poſſet habere locum; hodie tamen, ob prædictum Decretum Pauli V. authenticum, & omnibus intimatum, non procedit; & additur, quòd quando hæ, ex permiſſu S. Sedis, transferuntur de loco ad locum, translatio debet fieri in aurora, ut à paucis conſpici poſſint, atq; à perſonis gravibus, & honeſtis, & ſanguine eis proximioribus conjunctis, deducantur, prout ex eadem Sancta Congreg. deciſum refert *Barboſ. in d. allegat.*102. *num.*26. *& Novar. cit. loc. ver. translatio n.*3.

7. Amplia, ut monaſterium monialium hodie ne-

queat transferri de loco ad locum, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, pro ut eadem S. Congreg. declaravit in una Barcinonenſi 1615. cujus propria verba refert *Barboſa in Coll. bull. ver. monialium translatio* 8.

8. Amplia, ut item transferri non poſſint in monaſteria noviter erecta, niſi eadem monaſteria authoritate Apoſtolica extructa priùs fuiſſe conſtiterit, ipſaque prævia viſitatione, earundem monialium capacia, eiſque accomodata, atque ita abſoluta reperta fuerint, ut cœmentariis, aliiſque fabris, nulla ædificationis cauſa, in ipſa poſtea ingrediendi relinquatur, prout fuit ab eadem S. Congreg decíſum in una Ullixbonenſi, eodem anno 1615. teſte *D. Barboſa in d. Coll. & Lez. in ver. clauſ. nu.* 17. *in fin. & utrobique Novario, ubi ſupra.*

Quæſt. 17. *Monialis incorrigibilis, an poſſit ejici, & expelli à Monaſterio?*

1. REſpondeo, quòd non poteſt ejici, nec quidem ad breve tempus; etiam ſi eſſet omninò incorrigibilis, adeò, ut in nullo monaſterio, ejus reformatio, & correctio ſperaretur, tam ob prædicta decreta Sac. Congreg. quam ob ea multa, quæ dico 1. *p. de ejectis tr.* 8. *q.* 20. unde mihi non arridet, quod dicit *Sanch. lib.* 6. *decal. cap.* 9. *nu.* 6. *cum ſuo Pellizzario de Monial. cap.* 3 *ſect.* 1. *qu.* 13. *num.* 20. quòd ſcilicet poteſt ejici de rigore Juris communis, tum quia hoc jus, quoad moniales, nunquam fuit aſſignatum, nec ab Eccleſia practicatum, nec poteſt practicari, ſine ſcandalo populi, & Caſtitatis amiſſione, & ſine mala monialium fama, & conſanguineorum honore, tum etiam, quia pugnat cum communi bono monialium.

2. Nec illud, quod dicunt *Rodor. t.* 1. *q.* 49. *ar.* 5. *ver.* 2. *cum ſuo comp. Reſolut.* 57. *num.* 3. *Miranda de monialibus, quæſt.* 3. *ar.* 2. *in caſu* 4. quòd ſcilicet ſi aliqua monialis non poſſet corrigi in monaſterio, ubi habitat, ob timorem ſuorum parentum, poſſet duci ad aliud monaſterium, ut ibi puniatur, & debitè corrigatur; quia his reſiſtunt prædicta decreta, & præcipuè illa verba declarationis Sac. Congreg. factæ die 27. Maii 1603. ibi, *multò minùs inde expellant, vel exeundi licentiam concedant, nè contentis in Pii V. conſtit. cenſuris, & pœnis innodentur*, hæc ibi, quam declarationem per extenſum refert *D. Barboſa, de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 44. *de monialibus nu.* 78. *in fine, & in coll. ad d. cap.* 5. *Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. nu.* 37. ubi id etiam deciſum refert per Rotam Romanam in una Ullixbonenſ. monaſterii, 15. Novembris 1625. coram D. Coccino Decano, & uterque *Novar. in luc. Regul. ver. translatio nu.* 1. *&* 2. *p. ſum. ver. clauſ. n.* 11.

3. Ac proinde monialis hujuſmodi non eſt ejicienda, ſed punienda, & carceribus monaſterii mancipanda, quicquid alii dicant: *teſte Bonac. de clauſ. q.* 1. *p.* 9. *num.* 14.

Quæſt. 18. *Monialis, an poſſit in ſtrictiorem Religionem tranſire, de ſola licentia Epiſcopi?*

1. QUamvis monialis poſſit de Jure communi tranſire in perfectiorem ex licentia ſui Superioris, per ea multa, quæ dico, 2. *p. tr.* 5. *de tranſ. q.* 28. *& pluribus firmat P. Suar. t.* 4. *de Relig. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 1. nihilominus impræſentiarum indiget ſpeciali licentia S. Sedis, tum quia hoc hodie eſt de ſpeciali Jure omnium Regularium, ut liquet ex deciſis, ubi ſupra; tum etiam, quia ita clarè colligitur ex præcit. decretis; tum item, quia in individuo fuit à Sac. Congreg. deciſum in una Nanaten. 16. Januarii 1615. & in una Rodonen. 31. Januarii, 1617.

2. Nec hujuſmodi licentia ſolet concedi, niſi quatuor conditionibus adjectis.

3. Prima eſt, ut antequam à primo monaſterio monialis egrediatur, aliud ſit paratum, in quo benevolas habeat receptrices, & etiam capitulariter per vota ſecreta recipiatur.

4. Secunda, ut dotem ſolitam à cæteris monialibus præſtari, ſolvat. Tertia, ut ſpes illi auferatur ad primum monaſterium redeundi. Quarta, ut translatio fiat, comitantibus Matronis, conſanguineis gravibus, ab uno ad aliud monaſterium, recta via, abſque diverſiculo, ac nullibi pernoctetur, niſi cauſa Hoſpitii, idque non niſi apud perſonas honeſtas, ut expreſsè habetur in dict. declarat. quas per extenſum referunt *Barboſa in d. lib.* 1. *de Jur. univer. Eccleſ. cap.* 44. *de Monial. nu.* 76. *& Novar.* 2. *p. ſum. ver. clauſ. n.* 9. *Ricciul. de Jur. perſon. l.* 8. *c.* 5. *nu.* 4. *& Lez. ver. clauſ. nu.* 14.

5. Et addunt, quod monialis tranſiens in aliam Religionem, tenetur in ea renovitiare, & profeſſionem emittere, ex Rotæ *deciſ.* 109. *& ſeq. in recent.* ubi etiam habetur *quòd ſi monialis fuerit translata, cauſa pœnitentiæ, debet alimentari per monaſterium, à quo transfertur, Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 21. *q.* 1. *nu.* 11. *Lez. cit. loc. & egomet dixi in tr. de tranſeuntibus.*

Quæſt. 19. *Monialis, de uno Conventu in alium translata, de licentia Papæ, an deferat ſecum dotem?*

1. QUæſtio hæc grandis eſt, & pendet ex ea, an bona translatorum, licitè ac liberè tranſeant in ſecundam Religionem, bonorum capacem, de qua latè dico, 2. *p. tr.* 5. *de tranſeunt q.* 57. *& in ſpecie, q.* 58. ubi præſens quæſtio ex multis reſolvitur negativè, & meritò, quia Religioſorum bona, per profeſſionem earundem abſolutè & ſimpliciter tranſeunt in dominium & poſſeſſionem monaſterii, in quo profitentur, prout expreſsè dicitur in *cap. ſtatutum* 1. 18. *q.* 1. ibi, *ſed quidquid acquiſierat, vel habere viſus fuerat, monaſterio relinquat*, hæc ibi, ubi Concil. loquitur generaliter, abſque ulla limitatione; & ſic generaliter debet intelligi; & magis expreſsè *in cap. non dicatis,* 12. *q.* 1. ibi, *certum eſt eos (ſupple profeſſos) nihil habere, poſſidere, dare, nec accipere debere, ſine ſuperioris licentia, & in cap. quia ingredientibus,* 19. *q.* 3. ibi, *ſed res eorum ejuſdem monaſterii fiat, aperta legis definitione decretum eſt.*

2. Unde Religioſa profeſſa, de bonis acquiſitis primo monaſterio, nullatenus poteſt diſponere, ut dicitur *in Auth. ingreſſi C. de ſacr. Sanct. Eccleſ. cap. in præſentia, de probat.* cujus propria verba extenduntur *in d. q.* 57. *nu.* 4. *ad quod facit cap.* 2. *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. & ita tenent communiter DD. & præcipuè *Eruditiſſimus Syl. multis cit. ver. Religio* 4. *q.* 10. *Navar. lib.* 3. *de Regul. conſil.* 14. *in* 1. *edit. nu.* 11. *opiperè in* 2. *com. eod. tit. cap. non dicatis, num.* 20. *&* 4. *com. eod. tit. num.* 24. *ver. undecimò*, cui favet *Rodor. t.* 2. *q.* 79. *ar.* 2. *ver. ex quibus, Sanch. lib.* 7. *ad decal. cap.* 32. *num.* 11. ubi ad objecta de dote monialis, ſcitè reſpondet, *à S. Fauſto lib.* 5. *Theſ. q.* 344. *in novis, ver. hinc monialis, Novar. in Luc. Regul. ver. translat. nu.* 26. *Bonac. de clauſ. q.* 2. *p.* 9. §. 4. *difficult.* 2. *num.* 6. *de Jure Abbatiſſ. diſput.* 21. *q.* 7. *Hier. Rodor. in comp. Reſolut.* 53. *nu.* 7. *de doub. monial.* quòd repetit *in Reſol.* 98. *n.* 10. *de monial. Portellus in dub. ver. monialis, num.* 10. & inter Juriſtas *ſapientiſſimus Covar. t.* 1. *de Teſtam. cap.* 1. *nu.* 21. *in fin. ver. hactenus, & Eruditiſſim. D. Regens San. Fel. deciſ.* 323. *lib.* 2. *& Illuſtriſſ. D. Regens Capycelatro deciſ.* 193. *lib.* 2. ubi differit, an ſaltem debeat habere alimenta ex dote data primo monaſterio? duciturque, tum quia dos, & alia bona monialis profeſſæ, non fuerunt primo monaſterio tradita ſub conditione, ſi in eo monaſterio manſerit, ſed ſolùm ſub conditione, ſi profiteatur; cum ergo profeſſionem in dict. Monaſterio

emiſerit,

Digitized by Google

iſerit, planè ſequitur, prius monaſterium eſſe abſolutè
ominum prædictorum bonorum; tum etiam, quia
ſterius monaſterium hoc incommodum ſibi imputa-
lebet, cum volens admittat monialem, quæ nihil ha-
proprii, dum ejus dos, per profeſſionem, ut clamant
ædicta Jura, fuerit priori monaſterio acquiſita, *Sanch.*
ac cit. loc. & ipſemet dico, ubi ſupra, & ita à Sac. Cong.
ſe deciſum, refert *Barboſa allegat.* 102, *num.* 26. unde
neſcit illa ratio, per quam D. Regens Tapia, de hac re
tur dubitare in *in Auth. ingreſſi, verb. ſua, cap.* 6. *n.* 10.
le caſu noſtro, luculenter agit.

Nec his obſtat *d. Barboſa*, *de Jure Eccl. cap.* 44.
76. ubi enumerans conditiones monialium tran-
tium, inter alias ponit, ut ſecum dotem ferant; tum
ibi non dicitur, ut dos quæſita primo monaſterio
feratur in ſecundum, ſed, ut monialis tranſiens, do-
olitam præſtet, & tacet unde præſtanda ſit; tum et-
quia dos quæſita priori monaſterio, non debet ab eo
ri, niſi à S. Papa, qui eſt Patronus bonorum mona-
ur in ſpecie dixit *Portell. cit. loc.* nec præſumitur Rom.
f. per verba generalia, velle præjudicare particulari
ertii; tum tandem; quia dos tunc poſſet à primo
indum conventum transferri, quando tranſitus
Monialis fieret de expreſſo conſenſu Prioris mona-
à quo in aliud transfertur, per ea Jura, quæ ad hoc
Lez. in ſum. ver. dos, num. 6. quod ego non appro-
m ſolus conſenſus monaſterii, ſine aſſenſu Apoſto-
ninimè ſufficiat ad donandum bona monaſterio
orata.

. 20. *Monialis gravida effecta, an poſſit ſine ntia exire de clauſtro, ut Fœtum edat, & de- m ſuum abſcondat?*

Doctiſſimus *Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 19.
4. §. *ad* 12. poſt alios, ait, monialem in tali caſu
mortaliter, & incurrere excommunicationē Pa-
vatam; niſi egrediatur ad vitandum periculum
minens ex veneno, aut vulnere, quòd ſuperio-
ſulere non admittit; quia lex humana clauſuræ
eſt tollere Jus naturale ſervandi vitam, ut dicit
m. 4. *de Regul. num.* 49. & conſtat ex deciſis ſu-
d dictum intelligo verum, dummodo per egreſ-
iſmodi ceſſet vitæ periculum, & ſuperiorem
a mox faciat, ut exitus cauſam probet, & ſuæ
i provideat.

ı verò extra mortis periculum poſſit excuſari, ſi
d evitandum ſcandalum, vel propriam infa-

rmativè *Pellizz. cap.* 5. *ſect.* 2. *qu.* 24. *ſub num.* 61.
l. ob prædicta Jura. At non placet; tum quia
per egreſſum hujuſmodi, non ſolùm non evitat
mam, ſed magis infamatur, ejuſque item Reli-
ratur; tum etiam, quia in hoc caſu, ex una par-
naturæ, quod dictat ſcandalum debere evita-
niam propriam præponendam eſſe cuicunque
Eccleſiaſtico ſervandi clauſuram.
alia verò parte, idem Jus naturale ſuggerit bo-
mune Religionis præponendum eſſe omni
mmodo. Commune autem bonum Monia-
nſiſtit præſertim in obſervantia prædictarum
num de clauſura. Unde *Lez. ver. clauſ. nu.* 11.
ſitum diffinire: Veruntamen ego illud reſol-
rè, quia, concurrentibus pluribus præceptis
ſibilibus, etiam in eod. genere, & linea, ſtan-
ıtiori, & fortiori, prout communiter tenent
Bonac. t. 2. *de leg. diſput.* 1. *q.* 1. *p.* 10. *nu.* 18. *& Dia-
de Conſcientia dub. Reſol.* 72. *& p.* 5. *tr.* 7. *de ſcan-*
21. dicentes, quòd quando concurrunt plures
es, quibus unico actu nequit ſatisfieri, ſtan-
dum eſt urgentiori, & ſtrictiori; ſed fama totius Reli-
gionis, communeque bonum monialium magis urget,
& privato bono præſtantius eſt; eique meliùs, & ſecu-
riùs conſulitur, ſi prædicta lateat inter ſæpta, quàm ſi fo-
ris egreſſa, hinc inde vagetur; ergo monialis, nec intuitu
conſervandæ propriæ famæ, poteſt exire ſine legitima, &
ſpeciali licentia; qua verò pœna iſthæc, ejuſque corru-
ptor debeant puniri, & à quo, dico infra.

Quæſt. 21. *Monialis an poſſit licitè exire ad vocandum medicum, aut confeſſarium pro alia Moniali, quæ ex repentino morbo, laborat in extremis, ſi alius non poſſit reperiri, qui eos advocet?*

1. Pellizarius, *de Clauſ. Monial. cap.* 5. *ſect.* 2. *q.* 25. *nu.* 62. *reſpondet*, poſſe, ſi probabilis ſit ſpes, ope Medici conſultum iri præſenti neceſſitati monialis infirmæ, vel probabiliter timeri poſſit, illam eſſe in peccato mortali, ſive ex ejus atteſtatione, ſive aliunde, quia quando concurrunt duo præcepta ita incompoſſibilia, ut non poſſit eodem tempore impleri utrumque, tunc prævalet illud, quod procedit à virtute ſuperiori, cum ergò in præſenti caſu concurrant præceptum charitatis de ſubveniendo neceſſitati proximi graviter indigentis; & præceptum Eccleſiæ de ſervanda clauſura, quod provenit ab obedientia; & ex alia parte, virtus charitatis ſit ſuperior virtute obedientiæ: hoc ipſo, quod non poſſunt ſimul impleri, debet adimpleri majus, quod eſt præceptum charitatis.

2. Veruntamen hoc ejus reſponſum mihi ob plura non placet. Primò quia caſus poſitus eſt omninò Metaphyſicus, & nullatenus moralis, cum his non deſint intus & foris, ad obeunda obſequia: immò ſi abſint, campanæ ſigno, mox poſſunt accerſiri, ut imponenda exequantur. Secundo, quia ſpes nulla probabilis in arte Medica, cum ſit tota conjecturalis. Tertiò, quia non ſpes utcunque, ſed certitudo moraliter infallibilis, relevandi monialem à moleſtiis mortis, quibuſdam viſa eſt cauſa ſufficiens egrediendi è Monaſterio, ſine metu pœnarum, quorum opinio hodie minimè practicatur. Quartò, quia ſi ipſimet moniali, gravi particulari morbo affectæ, etiam in caſu deſperatæ ſalutis, non licet exire; etiam ſi certiſſimum foret, eam ex tali exitu refici, ac relevari, ut liquet ex deciſis; multò fortius non licebit huic, de qua agitur, cum jus hujus ſit acceſſorium ad Jus illius, quo deficiente, deficit, juxta vulgatam Juris Regulam, Acceſſorium 42.

3. Neque illud de confeſſario mihi arridet: tum quia licet ſub mortali, ex charitate, etiam cum vitæ, & facultatum periculo, teneamur ſubvenire extremæ neceſſitati ſpirituali proximi, *D. Thom. commun. recept.* 22. *q.* 26. *ar.* 5. *in cor.* ibi, *& ideò proximum quantùm ad ſalutem animæ, magis debemus diligere quàm proprium corpus*, & colligitur ex illo *Joan.* 3. ibi, *& nos debemus pro fratribus animas ponere, &c.* hoc eſt, ſicut Chriſtus vitam pro nobis poſuit, ita & nos debemus illam ponere pro ſalute proximi extremè indigentis.

4. Raro tamen hanc neceſſitatem patitur chriſtianus, cum per contritionem abſque alia ope, ſalvari poſſit, ut ex multis egregiè oſtendit *Navar. in manuali*; *cap.* 24. *num.* 9. *& habetur expreſſè in Pſalmo* 31. ibi, *Confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei, &c.* quod dictum Prophetæ exponens *Auguſt. ait, magna eſt Dei miſericordia, quæ ad ſolam promiſſionem, & contritionem, peccata dimittit*; *quod repetitur in cap. dixi* 4. *& cap. magna* 5. *de pœnit. diſt.* 1. *ibidem Gloſ. in ver. dixi*: tum quia eſto, quòd monialis, de qua ſermo eſt, hanc extremam ſpiritualem neceſſitatem patiatur, ex quo fortè reperitur in peccato mortali, caret contritione, & eſt mortis proxima, ut ſupponitur, adhuc tamen

tamen altera monialis non tenetur, cum ſuæ vitæ, vel famæ periculo, dictam abſolutionem Sacramentalem procurare: niſi ipſa monialis ægrotans confeſſarium petat, & non ſit alius, qui illum advocet, & periculum perdendi animam, ſit in mora; & dummodo adſit ſpes converſionis, ſeu contritionis habendæ, & modo abſque propriæ animæ periculo, poſſit hoc præſtare, ut perbellè, de communi Sententia Doctorum, oſtendit *Bonac. t. 2. diſp. 3. q. 4. de charitate p. 4. nu. 2.* & an hæc omnia, in caſu noſtro copulativè concurrant, ad Deum, ejuſque Sanctam Eccleſiam ſpectat judicare.

Quæſt. 22. Monialis Energumena, ſive Dæmoniaca, an poſſit exorcizari extra ſæpta Monaſterii?

1. ET quidem poſſe affirmat *D. Aug. Barboſ. in coll. bull. ver. monialium clauſura, circa egreſſum 4.* dummodo obſervetur decretum Sac. Cong. quod eſt tenoris ſequentis.

2. *Monialis nulla energumena, intra monaſterii ſepta, à quocunque Presbytero ſæculari, vel Regulari, etiam confeſſario, exorcizetur; ſed ad Eccleſiam exteriorem ejuſdem monaſterii, obtenta priùs à Sac. Congreg. licentia, ea de cauſa, deducatur, vel transferatur: in translatione autem hujuſmodi, ſicut, & in actu exorcizationis, honeſtæ perſona conſanguinea, vel aliæ mulieres provectæ ætatis, ac probæ converſationis, energumenam comitentur; exorciſta ſit ad actum hujuſmodi, ab ordinario approbatus; exorcizatio, minori, quo poterit, fiat ſtrepitu, Eccleſiæ Janua, eo uſque occluſa remaneat, quouſque exorcizatione completa, ad monaſterium energumena reducatur. Cæterùm tam in reditu, quàm in acceſſu ad Eccleſiam, & monaſterium reſpectivè, rectè, & ſine diverticulo tendatur*, hæc ibi.

Quæſt. 23. Monialis dubitans de validitate ſuæ profeſſionis, vel ſi neget, ſe eſſe profeſſam, an poſſit licitè exire, vel per Epiſcopum extrahi, & in loco tuto poni, inconſulta S. Sede, ad hoc, ut coram eodem liberiùs valeat examinari, & in ſua cauſa procedere?

1. AFfirmativè doctiſſimus *P. Laur. Portellus, Ordinis S. Franciſci de obſervantia, lib. 1. caſu 9. num. 9. cui ſubſcribit Pellizz. 5. de Clauſ. Monial. cap. 5. ſect. 2. q. 31. n. 68. & movetur, tum ex declaratione Sac. Congreg. quam refert Marzilla ad cap. 17. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ſub his verbis.

2. *Si monialis, aut Novitia urget, ſe eſſe profeſſam, ordinarius audire poteſt illam extra monaſterium*: tum etiam, quia ſi c de facto ſervatur in praxi, pro Matrimonio carnali, juxta *cap. cum olim de ſponſal.* quod majori ratione debet habere locum in matrimonio ſpirituali, ſeu in Religioſa Profeſſione, quæ majorem exigit libertatem, per ea multa, quæ allegat *Navar. lib. 2. tit. de Confeſſis, Conſil. 1. nu. 4.* ex quibus infert, quòd ad hoc, ut extrahatur, non eſt neceſſaria licentia Sedis Apoſtolicæ, ne violet clauſuram, quam vovit: juxta Trid. ſic enim exiens, non incurrit pœnas impoſitas violanti clauſuram; cum illæ ponantur contra Profeſſas verè; & hæc verè Profeſſa non ſit, & addit, quòd ſic exiens, jam exit, cum licentia Sedis Apoſtolicæ.

3. Veruntamen ego incunctanter teneo, prædictam profeſſam, licet invalidè, non poſſe exire, ante declaratoriam Judicis, nec poſſe ex ſeptis extrahi, Sancta Sede inconſulta; ducorque ex multis.

4. Primò; quia in dubiis ſemper præſumendum eſt pro Juſtitia Superioris.

5. Secundò, quia ex *textu cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de* [...] ibi, *nemini Sanctimonialium liceat, poſt profeſſionem* [...] *è monaſterio, etiam ad breve Tempus, quocumque præt*[...] *&c.* ad quod faciunt dict. bullæ Papales, loquen[...] Profeſſis indiſtinctè; nota præcor, ly *quocunque pr*[...]*tu*, & dices, ergo non licet exire prætextu invalida[...]feſſionis, uſque dum non fuerit ſuper dubium deci[...] quia ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere d[...]mus.

6. Tertiò, quia cauſa egrediendi à clauſura, exc[...] tamen illis tribus, à Pio V. in dict. bulla *Decori*, expr[...] quorum cognitio pertinet ad ordinarium, ut dictur[...] & illis ſimilibus quoad identitatem rationis, examin[...]da eſt à S. Sede, ergo.

7. Confirmatur, quia ſicut Regularis prætextu [...]litatis ſuæ profeſſionis, non poteſt ante declaration[...] habitum dimittere, nec etiam cum habitu diſcedere[...] licentia Superiorum, juxta *textum cap. 19. Trid. ſeſſ. 2*[...] *Regul.* multò fortiùs non poterit monialis diſced[...] conventu, neque deſerere clauſuram, ſine legitima lic[...]tia ſuperioris; tum quia dict. cap. Trid. afficit monia[...] *ut dixi 4. p. tr. 12. q. 4.* tum etiam, quia obligatio clauſ[...] plus aſtringit, quàm obligatio portandi habitum.

8. Quartò, quia reclamatio profeſſionis nullæ, [...] poteſt per denuncium, item moram patitur; & viol[...]tiam non adhibet; cur ergò in re tam gravi, Sedes A[...]ſtolica prætermittenda ſit?

9. Confirmatur, nullus inferior Papa poteſt diſp[...]ſare in lege clauſuræ, ut conſtat ex deciſis, nec cogni[...] cauſæ, in caſibus permiſſis, eſt diſpenſatio, ſed adimple[...] legis, ſecundum mentem legem ferentis.

10. Quintò reclamatio profeſſionis nullæ, hod[...] nec quidem infrà quinquennium, fieri poteſt coram [...] Illuſtriſſ. ordinario loci, ſed coram Sac. Cong. Emin. C[...]dinal. nec quidem, ut lubet, ſed cum cauſæ cognitio[...] partibus auditis, infrà legitima tempora, juxta *textum cap. 19. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* & ſecundum diſpoſitione[...] Decreti Sac. Cong. juſſu Urb. VIII. quod per extenſu[...] habes *in 4. p. praxis tr. 8. de domib. Novitiorum q. 14.* erg[...] D. Epiſcopus loci Ordinarius, hodiè non eſt Judex com[...]petens, ad judicandum de validitate profeſſionis, ne[...] quidem infrà quinquennium, nec eſt Judex ad placitu[...] judicandi de cauſa egrediendi è monaſterio.

11. Neque his nocent allegata per Portellum: ul[...] ſupra; non primum, tum quia aliud eſt loqui de Novit[...] non profeſſa, & aliud de profeſſa, licet illicitè; tum etiam quia illa declaratio non eſt authentica, tum item, qui[...] fortè fuit lata, ante prædictas, nec nocet ſecundum, qu[...] licet *d. cap. cum olim, de ſponſalibus*, poſſit, ob identitatem rationis, extendi ad ligamen, & vinculum profeſſionis non tamen ad legem clauſuræ, quia vinculum profeſſionis, & clauſuræ, ſunt duo diverſa, & à diverſis non fit illatio, *l. Pompin.* Nec ultimo obſtat Navar. allegatus; quia *in d. Conſil. 1. de Confeſſis*, ait, quòd Monialis ibidem adducta, priùs fuit ab Epiſcopi Vicario examinata ad crates monialium, & poſtmodum extra monaſterium ex commiſſione ſibi facta, ſed non dicit à quo fuit ei facta talis commiſſio, *ſub nu. 3.* & additur, quòd Navar. ibi, non loquitur ad caſum noſtrum: non enim quærit, an licitè de ſe potuerit exire ad proponendum Jura nullitatis ſuæ profeſſionis, ſed quærit, an ſtandum fuerit primæ, vel ſecundæ ſuæ depoſitioni.

***

Quæſt. 24

Quaest. 24. Monialis ſtans in oſtio aperto Monaſterii an violet Clauſuram?

…tivè Sanch. in d. lib. 6. decal. cap. 16. num. 70. in … Taxeda Dominicanus t. 1. controver. lib. 2. tr. 1. … dub. 1. num. 9. & Ant. Diana p. 5. tr. 5. de par… reſol. 2. §. ſed hac, in fin. quia oſtium eſt partim … rtim extra clauſuram; ſecùs autem, ſi oſtium … foret extra terminum clauſuræ; quia mo… nſiſtens, diceretur, quoad totum corpus, … conſequenter incurſa, Portell. in dub. ver. … ial. num. 25. & Tamb. de Jure Abbatiſſ. diſput. … ecimum.

… quoad totum corpus; quia, nec etiam clau… entur violare moniales, quæ de clauſura … dio corpore, hoc eſt, uno pede poſito cum … orporis extra terminum clauſuræ, altero … altera medietate corporis, remanente intrà …: quia actus, ad hoc, ut ſubſit pœnis, ut ſæ… bet eſſe perfectus, & completus, Lez. poſt … clauſ. num. 7. nec aliquid refert, an major … s ſit intra, vel extra; quia ad non incur… nas prædictas, ſufficit, quod egreſſus non … tus, & omninò conſumatus, Sanch. cum præ….

… id dicendum, ſi hæc, de qua agitur, per lo… tur, vel à ſocia impellatur, quoad totum … exire.

… ndent præcitati DD. non violare clauſuram: … odi violatio clauſuræ, non cenſetur volita, … ta, ſed involuntaria, & conſequenter non … eccatum; dummodo mox intus redeat, Pel… cap. 5. ſect. 2. q. 33. nu. 70.

… autem dictum eſt de monialibus, reſpectu … ende ad ſæculares violantes clauſuram mo… ctu ingreſſus, Sanch. cit. loc. nec non ad fœ… redientes clauſuram Religioſorum, modi… el inopinato ingreſſu, ob identitatem ratio…

Quaest. 25. Monialis, ſi ambobus pedibus exeat … clauſuræ ad duos palmos, an peccet mortaliter, et incidat in pœnas?

… p. deciſ. lib. 4. cap. 23. num. 25. & in practica, … b. reſer. lib. 1. cap. 5. num. 45. Naldus in ſumm. … 1. 1. Peyr. t. 2. privil. Minim. in conſtit. 6. Pii V. … erolla, t. 1. diſput. 1. cap. 2. de Volunt. 7. difficult. … Pellizz. de monial. cap. 5. ſect. 1. q. 11. num. 19. … dictam monialem, in caſu poſito, ob par… eriæ, excuſari à pœnis, & peccato.

… ſitum tamen, quod cenſeo de Jure verius, … ad decal. lib. 6. cap. 15. num. 68. Portell. in dub. … nial. nu. 25. Comitol. lib. 6. reſponſ. moral. quæſt. … uſ. q. 1. p. 4. num. 2. ubi dicit, concluſionem … etiam ſi uno palmo ſe reciperet extra ſ… ræ, & ſtatim redeat, Tamb. de Jur. Abbatiſſ. … ad caſum 1. Diana 3. p. tr. 2. de dub. Regul. re… ſcul. & 5. p. tr. 5. reſol. 22. §. ad hac, Gibal. de … ut. 1. c. 2. §. 17. conſect. 2. ſub num. 33. ubi dicit, … habere locum, etiamſi monialis exeat ad il…, quod mediat inter interiorem portam … exteriorem aliam januam, & Lez. in d. ver. … & moventur, tum quia monialis hæc, de … t, verè acceſſit ad locum, ad quem ſæcula… :, quod expreſsè prohibetur in dict. bull. … ncip. Deo Sacris, in d. §. declaramus, Na… le Regul. num. 57. ubi poſtquam expendit … ait, quòd ex dictis verbis, tria patentia & nova inferuntur, quæ latè explicat Suar. t. 4. de Relig. lib. 1. cap. 8. num. 23. tum etiam, quia monialis ſine legitima licentia, & juſta cauſa, nullum omninò exitum poteſt habere extra clauſuram, Rodor. t. 1. q. 49. ar. 1. & in 5. in fin. ac proinde ex ſolo egreſſu illicito, violatur clauſura, & incurritur cenſura, in dict. bull. appoſita.

3. Neque his obſtat dicere, quòd parvitas materiæ excuſat à mortali, quod eſt baſis, & fundamentum excommunicationis; quia parvitas materiæ, ad excuſandum à peccato violatæ clauſuræ, non eſt attendenda ex parte loci, ſeu ſpatii, exiſtentis ultra, & extra terminum, & lineam clauſuræ; quia omnis tranſitus, ſeu exitus, ultra lineam, & terminum clauſuræ, eſt violatio legis clauſuræ, & conſequenter eſt mortalis, & punibilis, ſive fiat ad duos pedes, ſive ad centum paſſus; etenim major, & minor diſtantia à termino clauſuræ, non variat ſpeciem, ſed aggravat, ut benè advertit Bonac. ubi ſupra.

4. Neque deſumenda eſt ex parte temporis; unde dixit Trid. cit. loc. nec quidem ad breve tempus, quamobrem, egreſſus, extra clauſuram, etiam ſi ſit momentaneus, ut ita dicam, adhuc tamen violatio clauſuræ eſt exinde punibilis; quia gravis, & non modica tranſgreſſio extat, ut notat Sanch. ubi ſupra.

5. Sed debet attendi ex parte actus perſonæ egredientis, vel intrantis, adeo, ut ſit ex utraque parte completus, & perfectus, ut dictum eſt de Simonia, & de ſimilibus actibus, qui ad hoc, ut puniantur, debent eſſe completi ex utraque parte; tunc autem actus inpræſentiarum dicetur completus ex utraque parte, cùm tota perſona egredientis, vel ingredientis, fuerit extra terminum clauſuræ. Unde, ut dictum eſt immediatè ſupra, ſi monialis ſederet in porta clauſuræ, & extenderet ambos pedes, extra terminum clauſuræ, non diceretur violatrix clauſuræ; ſtante tamen corpore, intra clauſuram; ſic item, ſi extenderet manus, vel brachia, quia actio hæc, reſpectu perſonæ, non eſt plena, ſed ſemiplena, & imperfecta, ut dictum eſt.

Quaest. 26. Monialis, ſi ſe ponat in Rota, eamque volvat verſus partem externam, ad quam ſæculares accedunt, an violet Clauſuram?

1. P. Gibal. de Clauſ. ſanctim. diſquiſit. 1. cap. 2. §. 17. conſect. 3. poſt Comitolum, Portellum, & Bonac. ubi ſupra, dicit quòd ſic, quia verè, & perfectè acceſſit ad locum, ad quem ſæculares accedunt, quod prohibetur à Greg. XIII. in dict. bull. Deo Sacris: neque obſtant Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 19. q. 4. ad caſum 5. & Diana, p. 3. tr. 2. reſol. 52. §. difficultas, dicentes, hanc monialem, in caſu poſito, graviter peccare, ratione periculi, non tamen violare clauſuram; quia ſi hoc eſſet verum, idem eſſet dicendum de ſæcularibus, quòd ſcilicet ſi ſe in eadem Rota ponant, faciantque illam volvi verſus interiorem partem, ibique non exeundo de rota, cum monialibus confabulentur, & quod placet agant, non violant clauſuram; quod eſt falſum, quandoquidem hæ rotæ, non ob aliam cauſam, ita componuntur, & muro includuntur, niſi ut nullus valeat ſe in ea intra, aut extra monaſterii ſepta circumvolare: unde extremitas, ſeu labrum rotæ, formaliter acceptæ, eſt pariter terminus, & linea clauſuræ, quamobrem, aſcendere intra rotam, toto corpore, eſt tranſgredi lineam clauſuræ, quis enim ſani capitis dicet, quòd equitans, ſi ingrediatur loca interiora monialium, clauſuram non violat, ex eo, quia alienis pedibus loca vetita luſtrat?

Quæſt. 27.

Digitized by Google

Quæſt. 27. *Monialis, ſi appenſo fune, ex ſuperiori limine Portæ Clauſuræ, eoque manibus apprehenſo, ſe toto corpore è Terra elevatam, agitet motu reciproco, exeundo nunc ſcilicet, nunc verò redeundo intra clauſuram, an violet clauſuram?*

1. AFfirmativè *Pellizz. de Monial. cap.* 5. *ſect.* 2. *q.* 34. *num.* 71. dummodo exeat quoad totum corpus, & ad longum tempus; neque poteſt excuſari ob parvitatem materiæ, quòd ſcilicet citò egreditur, & citius regreditur; quia tot repetitæ morulæ, faciunt unam gravem moram, ſicut multa furteola continuata, faciunt unum grave furtum.

2. Ego autem dico, quòd peccat mortaliter, & afficitur cenſura reſervata Papæ: etiamſi ad breve tempus fuerit egreſſa, perfectè tamen, & completè, ut dictum eſt ſuprà, ex Concil. Trid. & poſt allegatos atteſtatur *Lezana, ver. clauſura nu.* 7.

Quæſt. 28. *Monialis aſcendens ſuper Tegulas tecti, an frangat clauſuram?*

1. P. *Sanch. lib.* 6. *cap.* 15. *nu.* 7. *Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 19. *qu.* 4. *ad* 4. *caſum, Lopez. Taxeda controver.* 1. 1. *lib.* 2. *controver.* 14. *dub.* 9. *num.* 9. *Diana,* 5. *p. Moral. tr.* 13. *Miſcell. Reſolut.* 88. *Pellizz. cit. loc. num.* 74. *& alii plures,* reſpondent ad quæſitum negativè, dummodò locus ille, ad quem pervenit monialis, pertineat ad monaſterium, & reſpiciat perpendiculariter clauſuram; ſecùs autem.

2. Sed quid dicendum; ſi monialis virili more, quaſi equitans, muro monaſterii inſideat, frangit nè clauſuram?

3. Negativè *Suar. t.* 4. *de Relig. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 7. *in fin. Tamb. ubi ſupra, ad caſum* 7. *& Lez. cit. loc. num.* 9. quia hujuſmodi actus ſedendi, non eſt extra locum monaſterii. Secùs autem, ſi fieret extra terminum clauſuræ; quam ob rem, monialis ambulans ſuper tectum porticus exteriùs annexæ ipſi monaſterio, quæ conſtructa eſt, non ad uſum monialium, ſed civium illac deambulantium, violat clauſuram, & dat in pœnas, ob rationem prædictam, *Sanch. ubi ſupra.*

4. Amplia reſolutionem prædictam ad monialem; quæ aſcendens Arborem poſitam in horto monaſterii, proceſſit ad Ramum omninò prominentem extra murum clauſuræ, etiam ſi aſcenderit cauſa recreationis, & ad breve tempus: dummodo totum corpus perpendiculariter pendeat extra locum clauſuræ, ut conſtat ex deciſis.

5. Sed quid dicendum, ſi monialis faciat ſe demitti è feneſtra correſpondente viæ publicæ; ita tamen, ut totaliter ad terram non deſcendat; ſed ex aliquo fune pendens, ſuſpenſa remaneat in aere, frangitne clauſuram?

6. Affirmativè *Pellizz. de monial. ſect.* 2. *q.* 39. *nu.* 77. quia verè acceſſit ad locum, ad quem poſſent, ſcalâ mediâ ſæculares accedere.

Quæſt. 29. *Monialis, ſi arte Dæmonis, faciat ſe ferri per aerem, ſupra proprium monaſterium, an violet Clauſuram?*

1. NEgativè *Pellizz. de Monial. cap.* 5. *ſection.* 2. *q.* 40. *num.* 78. dummodo deferatur ſolùm intra ambitum clauſuræ, quia ſic ſe habet, ac ſi ambulans ſupra tectum ſui proprii monaſterii, monialis autem ambulans per tectum ſui monaſterii, cenſetur eſſe in monaſterio, & conſequenter non violat clauſuram, ſecùs autem, ſi deferatur extra ambitum monaſterii: quia ſic ſe habet, ac ſi ambularet ſuper tectum alienæ Domus.

2. Sunt tamen multi, de quibus *Pellizz*
centes reſponſionem non procedere in ca
lis, modo dicto, multum elevaretur ſupra
monaſterii: cum in tali eventu, non poſſe
monaſterium, nec in monaſterio, ut poſè
ulli parti monaſterii; aliàs aves in excelſum
monaſterii evolantes, dicerentur eſſe i
quod eſt falſum.

3. Doctiſſimus autem *Bordonus, t.* 2
q. 2. inquit, monialem prædictam, in caſu
clauſuram, ſive hoc, ſive illo modo effe
abſolutè tenet, monachàm, utcunque p
ſupra tectum, violare clauſuram; quia
putat eſſe lineam clauſuræ.

4. Veruntamen, meo videri, futilis eſt
caſus poſitus ſit merè Methaphyſicus, &
& data hypotheſi, & facti contingentia,
qua ſermo eſt, non de violatione clauſuræ
à fide, eſt omninò officialibus ſanctiſſim
deferenda, & ſervatis ſervandis, hære
ſubjicienda, & eſto, quòd verſemur in oc
tamen conſulenda eſt Sancta Sedes pro
magis premat & urgeat, ut de ſolida be
ſtolica, dignetur pœnitentibus conſul
dere.

Quæſt. 30. *Monialis aſcendens fer*
quem ſibi fecit adduci, ad illud eq
atrio Monaſterii, ſi vi equi extr.
ſeptum, an frangat Clauſuram?

1. AFfirmativè *Pellizz. de Monial. cap.*
num. 81. ſi id prævidit, ſecùs autem.

2. Verùm caſus iſte, eſt purè logicalis,
moralis; etenim virgines incluſæ, ac Deo
ſacratæ, nunquam omninò, nec quidem
viſæ ſunt intra ſepta jumentum aſcend
vel obequitare; Virginalis modeſtia ſan
inſuper ſexus & locus, hæc non patitur
Virgines ſunt, ſicut illæ Gentilium, quib
Poetæ dixerunt, equos aſcendere, & viri
pharetram.

Quæſt. 31. *Monialis Clavigera Mona*
dens ſe inter ſomniandum exituran
& non curet impedire, an violet C

1. AFfirmativè dic, quia ſic cenſetur ex
licet indirectè, per ea, quæ docet *L*
ar. 3. nam dum potuit & tenebatur talem
dire, tradendo alteri claves, vel aliquo ali
rendo, & noluit agere, cenſetur dubio p
interpretativè dict. Clauſuram violare.

Quæſt. 32. *Monialis licitè egreſſa, ſi ex*
tur, an frangat Clauſuram?

1. NEgativè dic; quia præceptum c
tantum, nè monialis egrediatur,
centia quod poſtmodum fornicetur, v
agat, eſt per accidens, & præter intentio
rentis.

2. Sic dicendum eſt de virò licitè ingre
niales, ſi quam, poſt ingreſſum, carnal
ſcat, *Sanch. ad decal. lib.* 6. *cap.* 16. *n*
& eſt communis.

Digitized by Google

TRACTATUS QUINTUS.

DE VIOLATA CLAUS. MONIAL. PER INGRESSUM.

Quæſt. 1. *Ingredi Monialium monaſteria, an ſit omnibus in univerſum vetitum?*

1. ERuditiſſimus *Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſp.*22. *qu.*1. *nu.*1. ait, quòd ſtando in jure communi antiquo, antecedenter ad Conc. Trid. ingreſſus ad Moniales extat prohibitus, ſed ſine cenſuris latæ ſententiæ; quod dictum reſpectu Monialium S. Claræ, & S. Dominici, non admittit Clypeus ſacrarum Virginum, in principio, & meritò, quia pro Monialibus S. Claræ, & S. Dominici, ac etiam Conceptionis, multùm ante Conc. Trid. poſita erat excommunicatio latæ ſententiæ, ipſo facto incurrenda, contra merè intrantes earundem monaſteria, ut latè, ac eruditè docet *S. Anton. Arch. Flor. decus, & honor Ordinis Prædicatorum*, 3. *p. ſum. tit.*25. *cap.*7. ubi referens excommunicationes Papales, inter alias poſuit prædictas, latas contra præſumentes ingredi monaſteria Monialium Ordinis Prædicatorum, & S. Claræ, in caſu non conceſſo, ibique ſubnectit, quòd ipſo facto ſunt excommunicati, non abſolvendi, niſi per Papam, quæ quidem excommunicationes, licèt per Papam fuiſſent impoſitæ, quia tamen reperiebantur contentæ in quibuſdam particularibus extravagantibus, non erant omnibus notæ, ſed quibuſdam dumtaxat, inter quos fuit prædictus S. Anton. qui primùm illarum notitiam nobis intulit, ut benè advertit *Ludovicus Miranda de Monial. qu.*2. *ar.*10. *in princ.* & verè Greg. IX. b. m. qui regebat Eccleſiam ſub anno 1220. fuit primus, qui excommunicationem latæ ſententiæ Papæ reſervatam, intulit contra præſumentes ingredi monaſteria Monialium S. Claræ, in caſibus in earum Regula non expreſſis; & habetur in monumentis Ord. *fol.*48. *in 1. impreſſ. fol.*132. *conceſſ.*296. prout atteſtantur *Caſarub. in comp. privil. ver. ingredi monaſteria Monial.* §. 2. *& Miranda, ubi ſupra*; quod item fecit Eug. IV. & refert *Rodr. to.* 1. *qu.* 47. *ar.* 1. *in princ.* quod item conceſſit Bonif. IX. pro Monialibus Ord. Prædicatorum, ut *in Supplemento fol.* 220. *conceſſ.* 547. *& refertur à Caſarub. cum præcit. ubi ſuprà*: idem conceſſit Jul. II. pro Monialibus Conceptionis, ut patet ex *Conſtit. quas referunt Caſarub. Rodr. & Miranda cit. loc. quibus adſtipulatur Bonac. de clauſ. q.*4. *p.*5. *n.*2. *in fin.*

2. Sed quicquid ſit de antiquo Jure communi, & particularibus Cœnobiis Monacharum, dicendum eſt, quòd hodie de novo Jure Bonif. VIII. Concil. Trid. Pii V. Greg. XIII. & Pauli V. omnibus omninò perſonis externis prohibitus eſt ingreſſus ad Cœnobia Monialium: Bonif. namque VIII. *in cap. periculoſo* 1. *de ſtatu Regul. in* 6. abſolutè ac ſimpliciter hujuſmodi ingreſſum omnibus interdicit, ibi, *nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ, niſi rationabilis & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius, ad quem pertinuerit, ſpeciali licentia ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem*, hæc ibi, quæ verba tam generaliter & abſolutè prolata, complectuntur omnes omninò perſonas, cujuſcunque ſint ſexus, ordinis, & ſtatus, adeò ut præter Papam, qui omnia poteſt, nullam exceptionem admittant; tum quia dicta lex loquitur per ly *nulli*, quod eſt ſignum univerſale, & illimitatum, ut atteſtatur *Navar com.*4. *de Regul. nu.*59. tum etiam, quia nomine perſonæ honeſtæ veniunt tam fœminæ, quàm viri, tam laici, quàm Clerici, vel Monachi, & Epiſcopi, ut notat *Suar. to.*4. *de Relig. lib.*1. *cap.*10. *nu.*2. Verùm adverte, quòd dicta verba ſecundùm probabiliorem opinionem non obligant ad cenſuram, ſed ad peccatum mortale tantùm, ut notat *Miranda cit. loc.*

3. Concilium verò Trid. *cap.* 5. *ſeſſ.*25. *de Regul.* eadem ſanxit, & clariùs declaravit, ibi, *ingredi autem intra ſepta monaſterii nemini liceat, cujuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia, in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda*, hæc ibi, in quibus adverte, quòd excommunicatio in littera expreſſa nemini reſervatur, ut conſtat ex textu; ac proinde poteſt abſolvi à quovis Confeſſario, approbato tamen ab Illuſtriſſ. loci Ordinario, *Tamb. cit. loc. nu.*3. quod intellige verum, dummodò quis non ſit ingreſſus ad malum finem, quia violatio clauſuræ Monialium ad malum finem, eſt caſus Summo Pontifici reſervatus, à quo nemo poteſt abſolvere ſine licentia Papæ, nec quidem in vim privilegiorum, ut Sacra Congregatio declaravit, cujus propria verba per extenſum pono *to.* 2. 3. *p. praxis, tr.*11. *qu.*17. ubi de re latè, ac etiam notat *Bonac. de clauſ. qu.*4. *p.* 5. *num.*2. *in fin.*

4. Pius V. in ſua Conſtit. *incip. circa Paſtoralis*, quam habes hîc ſuprà *tr.* 3. *qu.* 2. idem quod ſtatuit Tridentinum, juſſit obſervari.

5. Greg. XIII. in ſua Conſtit. incip. *Ubi gratia*, quam item ſuprà habes, id ipſum prohibuit, ibi, *inhibentes eiſdem, qui illas obtinuerunt, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ſuper qua à nemine, niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, abſolutionis beneficium poſſit impertiri, ne ipſarum licentiarum prætextu, monaſteria hujuſmodi quovis modo ingredi audeant*, hæc ibi.

6. Paulus V. ſua Conſtit. incip. *Monialium ſtatui*, quam pariter habes ubi ſupra, inhærendo litteris dicti Gregorii ſui prædeceſſoris, eadem mandat obſervari, ibi, *ne ipſarum licentiarum prætextu, &c.* ad quorum majorem expreſſionem, claritatem, & notitiam, multa quæro.

Quæſt. 2. *Præſumentes ingredi monaſteria Monialium, ſine tamen prætextu licentiæ, an dent in dictas pœnas?*

1. HUjus deciſio pendet ex illa, an mulieres præſumentes ingredi clauſtra virorum, dent in pœnas Bullæ Pii V. incip. *Regularium perſonarum*, de qua latè 2. *p. praxis, tr.*14. *de viol. clauſ. qu.* 3. cùmque ſit de gravioribus, ob varietatem opinionum, petit iterum examinari.

2. Doctiſſimus igitur *P. Thomas Sanchez, meritiſſimus alumnus Societatis Jeſu, lib.*6. *ad decal. cap.*16. *n.*78. *Suar. de cenſu-*

Digitized by Google

*cenſuris,diſput.*22.*ſect.*6.*num.*11. *Sayr.de cenſur.lib.*3.*cap.* 31.*nu.*10. *Rodr.to.*1.*qu.*47.*art.*1. *& qu.*48.*art.*2. *cum ſuo comp.Reſolut.*26.*n.*19.*Miranda de Monial.q.*2.*art.*10.*concluſ.*2.*circa medium. Barboſa* 3.*p. de poteſtate Epiſcopi, allegat.*102.*nu.*37.*& lib.*3.*de jur.univer.de Monial.cap.*46. *n.*116. *Anton.Diana* 2.*p.moral.tr.*16.*miſcell.reſol.*32. §.*ſed contrarium, Zerola in praxi epiſcopali,*1.*p. ver.Moniales, qu.*8. *Portell.ver. Abbatiſſ.admittent.ſecul.nu.*1. *& ver. clauſ.nu.*1.*Tamb.de Jur.Abbatiſſ.diſput.*22.*qu.*1.*nu.*10. *& ſeq. Pellizz.de Monial.cap.*5.*ſect.*3.*q.*4.*nu.*92.*& alii plures, quibus videtur inhærere Martin.Bonac. de clauſ.quæſt.* 4. *p.*5.*num.*5.*in fin. & in ver. utrùm verò, & p.*6.*nu.*16.*ver. dixi,* reſpondent ad quæſitum negativè,ducunturque ex multis.

3. Primò,quia id expreſsè dicitur in dicta Conſtit. Greg.XIII. incip. *Ubi gratiæ*, ibi, *ne ipſarum licentiarum prætextu monaſteria hujuſmodi quovis modo ingredi audeant*, & in d. Conſtit. Pauli V. incip. *Monialium ſtatui*, ibi,*ne monaſteria prædicta prætextu licentiarum hujuſmodi ingredi audeant vel præſumant,* hæc ibi.

4. Secundò,quia excommunicatio cùm ſit pœnalis, non eſt amplianda, ſed pôtiùs reſtringenda, nec extendenda ad alium caſum, etiamſi ei ſit ſimilis, aut in eo concurrat major ratio,ut docet *Cajet.in ſum.ver.excommunicatio,in princ. & in cap.*47. *& gloſſa communiter recepta in Clem.*1.*de conſanguin.& affin.* ad quod etiam facit *cap.quicunque,de ſent.excommunicationis; unde Navar.in manuali,cap.*27.*n.*51. ait, quòd circa excommunicationem conſideranda ſunt verba & actio, propter quam ponitur, & non eſt extendenda ex parte termini, ultrà poſitam actionem; ſed ità eſt, quòd in caſu poſito actio Monialium, quæ in d. extrav. ſubjicitur excommunicationi, eſt admiſſio intrantium ad monaſteria, cum Superioris licentia,data tamen ſine urgenti, & neceſſaria cauſa; ergo admiſſio ſeu introductio aliorum, ſeu aliarum, quæ abſque ulla prorſus licentia intrant, cùm ſit aliena, & diverſa ratio,non comprehenditur ſub dicta excommunicatione, etiamſi talis actio ſeu introductio ſit gravior culpa.

5. Tertiò, quia non authenticè conſtat, Pium V. & Greg.XIII. declaraſſe,ſuam mentem fuiſſe comprehendere quaſcunque ingredientes, & admittentes ingredi, &c. exinde multa inferunt videnda apud eoſdem.

6. His tamen non obſtantibus,affirmativam ſententiam,quam de jure & praxi tutiorem & veriorem exiſtimo, tenent *ſapientiſſimus Navar. com.* 4.*de regul.ſub nu.* 624 *not.& in ſuo manuali,cap.*27.*de cenſur.ſub.n.*150.*ver. adde his primò,Steph.*40.*in ſum.Bull.ver.monaſteria Monial.in calce Conſtit.Gregor.XIII.incip. ubi gratiæ, ver.amplia. Ludov.Beja in ſuis reſponſionibus,*1.*p.caſu* 30.*ver. hæc omnia*,ubi docet de praxi totius Italiæ, *Villagutt.tr. de uſuris qu.*35.*nu.ult.* ubi teſtatur,ità ſe audiviſſe à quodam ſuo Prælato,ità reſponſum eſſe à Greg.XIII. conſulto à S. Carolo Cardinali Borromæo, *Azor.p.*1. *inſtit.moral. lib.*13 *cap.*8.*q.ult. Rodr.in expoſitione prædicti motus proprii Pii V.nu.*7.*& to.*1.*qu.*48.*art.*2.*in fin.* ubi dicit, hanc ſententiam practicari in ſuo Ordine ex quadam declaratione authentica, quam extendit in ſubſequenti art. 3. *Lælius Zecchius de Republica Eccleſiaſtica, tit. de regul. cap.*3. *n.*1.*d.ver.*8.*Graf.*1.*p.deciſ.lib.*4.*cap.*23. *Comitol. in ſuis reſponſ.moral.lib.*6.*q.*47.*in fin. Filliuc.tit.*29.*q.moral.tr.*29. *cap.*8.*nu.*170.*Peyr.to.*2.*de privil.in* 6.*Conſtit. Pii V.qu.*13. *n.*35.*Merolla to.*1.*diſput.*1.*cap.*2.*de volunt.*10.*Coroll.n.*437. *& ſeq. Theſaurus de pœnis Eccl.*2.*p. praxis,ver.clauſ.Monial.violantes,cap.*4.*n.*3.*ver.advertendum, Flav.Cherub.in comp.Bull.to.*2.*ſchol.*1.*ad d.Conſtit. Gregor.XIII.incip. ubi gratiæ*,ubi teſtatur de praxi Pœnitentiariæ, *Homobon.in exam.eccleſ.p.*1.*tr.*5.*cap.*9.*q.*60. *Reyner.in catalogo cenſur. cap.*9.*excom.*15. *Ric.to.*1.*praxis,in* 2 *edict.reſol.*544. *nu.*4. *Megal.conſ.*37. *Coriolan.de caſib.reſer.*2.*p.caſu* 3.*nu.*40. quibus adſtipulantur alii,quos ego allego, 2.*p.praxis,to.* 4.*de violat.clauſ.q.*3.*n.*11. *& moventur ex multis.*

7. Primò, quia quamvis Pius V. Greg. XIII. & Paulus V. in dictis ſuis Conſtit. ſolùm verbis claris prohibuerint ingreſſum extraneorum, virtute licentiarum revocatarum adhibitum; nihilominus finis prædictarum legum potiùs eſt attendendus, quàm verba earundem, ne quies & ſpiritualia exercitia Monacharum, per hujuſmodi ingreſſum impediantur, & perturbentur, ut liquet ex earundem proœmiis; hic autem finis inquietandi, & perturbandi Religioſas per ingreſſum extraneorum, etiam militat in ingreſſu non habentium legitimas licentias; etenim omnis ad Moniales ingreſſus, ſive fiat titulo licentiæ, ſive non licentiæ, illas perturbat, & avocat à debitis ſervitiis; ergò in omni ingreſſu, qualis qualiſque ſit, debet habere locum ejuſdem legis diſpoſitio.

8. Confirmatur, quia lex etiam pœnalis ob identitatem rationis extenditur ad caſum ſimilem, præcipuè favore Religionis,& animarum; prout docent *Panor. in cap.ultim.de reſcriptis,n.*10. *& in c.nihil.de electione, n.*9. *Navar.in c.pœnæ,de pœnit.diſtin.*1. *Covar.in c.alma,* 2.*p.* §.4.*n.*7.*Gutier.*99.*Can.lib.*1.*c.*1.*nu.*13. *Syl.ver.lex,qu.*18. & *ver.pœna,q.*4.*Ant.Gom.*1.*var.c.*5.*n.*11. *Sanch. lib.*31.*de matrim.diſput.*42.*n.*4. *Suar.lib.*6.*de Relig.c.*42.*n.*4. *Bonac.diſput.*1.*de legib. q.*1.*p.*8.*num.*23. quia ubi ſit extenſio ex identitate rationis, ea propriè non eſt extenſio, ſed comprehenſio, ſeu declaratio, & incluſio, quia ſcilicet per talem extenſionem declaratur, talem caſum comprehenſum fuiſſe in mente legislatoris, licèt verbis non ſatis eam declaraverit, *Arg.capu. ſi poſtquam* 33. §.*ſi verò, de elect.in* 6.

9. Nec obſtat illa Juris Regula in 6. qua dicitur, quòd pœnæ non ſunt extendendæ & ampliandæ, ſed potiùs reſtringendæ; tum quia dicta Regula debet intelligi de pura, & propria extenſione, non autem de extenſione comprehenſiva; tum etiam, quia ut *Suar. ait in d.cap.*4 *nu.*3.Regula debet intelligi,ut pœna non debeat ampliari ad libitum; ſecus autem, quando juſtitia legis hoc exigit, & præcipuè cùm agitur de favore Religionis, & animarum; prout eſt iſta præſens, de qua agitur.

10. Secundò, quia longè gravius peccatum eſt, ingredi abſque ulla prorſus licentia, & ſic item ingreſſum admittere,quàm inhærendo Superioris facultatibus; ergo à fortiori,ille ingreſſus,illaque admiſſio comprehenduntur ſub dictis pœnis, quia ſecundùm menſuram delicti, debet eſſe plagarum modus, *Deuter.*16. *& cap. non afferamus,* 24. *quæſt.*1.

11. Tertiò, quia Pius V. eamdem excommunicationem contra dictas mulieres, prætextu indulti ingredientes clauſtra Religionum emanatam, in ſua Conſtit. incip. *Regularium perſonarum,* quæ eſt 20. inter Bulla Pii V.in Bull. Cherub. declaravit comprehendere mulieres,abſque tali facultate ingredientes, ut liquet ibi, *declaramus fuiſſe, & eſſe mentem, & intentionem noſtram, quòd prædicta litteræ non ſolùm comprehenderent, & comprehendant mulieres habentes, & prætendentes facultatem, & indulta ingrediendi monaſteria, ſed etiam omnes, & quaſcunque mulieres alias, tam in ſpecie, quàm in genere, &c.* hæc ibi; id ipſum declaravit in alia ſua Conſtitutione incip. *Decet Romanum Pont.* edita anno 1570. die ver. 16. Julii,Pontificatus anno V. quam per extenſum refert *Confectius fol.mihi* 179.*in impreſſione Veneta de anno* 1607 ex quibus apparet, idem dicendum eſſe de excommunicatione Gregor.XIII. lata in dicto motu proprio contra præſumentes ingredi monaſteria Monialium prætextu licentiarum; tum quia eſt idem prorſus motus proprius, editus à Pio V. ut conſtat ex tenore verborum; quod enim Pius V. ſtatuit pro quiete Monacharum

rum

rum, Greg. XIII. ad Moniales extendit; tum etiam, quia de intentione conſultus, faſſus eſt, ſe habuiſſe eamdem intentionem, quam habuit Pius V. prout atteſtatur *Navar. cit. loc.* qui tunc temporis Romæ erat, & utrique Pontifici ob præſtantiam ſui ingenii familiariſſimus, *Stephan.* 40. *& Willagut. ubi ſupra,* unde *P. Suar. n.4. de Relig. lib.1. c.7. n.9.* retractans, quæ dixerat cit. loco de cenſuris, mutavit ſententiam, quem ejus aſſeclæ imitari tenentur.

12. Nec dices, quòd non conſtat authenticè, d. Greg. XIII. declaraſſe, ſuam mentem fuiſſe comprehendere quoſcunque ingredientes, & admittentes, ſicut fecit Pius V. & conſequenter, cùm dicta Conſtitutio ſit valde rigida, & graviſſimas pœnas contineat, non eſt extendenda ad caſum in ea non expreſſum; tum quia non eſt veriſimile, prædictos viros tam magnæ authoritatis, poſſe mentiri in re tam gravi, & facto notorio; tum etiam, quia ita habet ſtylus, & praxis Romanæ Curiæ, & Sacræ Pœnitentiariæ, *Navar. Steph.* 40. *Fillinc. & Theſaur. ubi ſupra.*

13. Stylus autem Curiæ facit Jus, *c. quàm gravi* 6. *de crim. falſi*, ibi, *quam in ſtylo, & c. ex litteris* 11. *de Conſtit.* ibi, *cùm tam Juris Canonici, quàm noſtri moris exiſtat*; tum item, quia intrans monaſteria Monialium ad malum finem, dat in excommunicationem Papalem illatam, ubi ſuprà, & declaratam à S. Congregatione juſſu Clementis VIII. à qua nec quidem in vim privilegiorum poteſt abſolvi ſine ſpeciali licentia Papæ, ut conſtat ex dicta declar. S. Congr. quam per extenſum habes 3. *p. praxis de authoritate diſpenſandi, & abſolvendi Prælat.*

14. Hæc autem excommunicatio Papæ reſervata non poteſt eſſe alia, niſi iſthæc Greg. XIII. de qua loquimur, quia illa lata à Conc. Trid. ubi ſupra, non eſt Papæ reſervata, ergò neceſſariò recurrendum eſt ad hanc, de qua agitur.

15. Dices, Clementem VIII. ubi ſupra ſupponere non iſtam Greg. XIII. excommunicationem, ſed illas Greg. IX. Eugen. IV. Bonif. IX. & Jul. II. de quibus ſuprà, quæ licèt emanaverint pro quibuſdam Monialibus, nihilominus cùm prodierint favore Religionis, cenſentur extenſæ ad omnes ob communicationem privilegiorum, quia ſi hæ ſupponantur ad omnes extenſæ, cùm nunquam fuerint abrogatæ, & ligent abſolutè præſumentes ingredi, abſque ulla clauſula, non eſt ampliùs de dicta limitatione & prætextu licentiarum diſputandum.

16. Quibus additur, quòd ſi hic motus proprius Greg. non comprehendat omnes abſolutè, ſed tantùm intrantes ſub prætextu licentiarum, utique foret omninò inutilis, & fruſtratorius; nam etiam hi abſque timore dictæ excommunicationis poſſent ingredi, non allegando privilegium intrandi, ſicque mens Romani Pontificis eluderetur. Item adde, quòd *Sanch. in d. c.16. n.8.* fatetur, ſub dicto motu proprio comprehendi amentes, & puberes, & tamen clarum extat, hos non poſſe ingredi monaſteria Monialium, prætextu alicujus facultatis, cùm uſu rationis careant; ergo non eſt recurrendum ad prædictam limitationem, aliàs non eſſet locus tot diverſis diſputationibus, quæ moventur de introeuntibus abſque prætextu licentiarum, de quibus infra.

17. Exindè benè inferunt, quòd Abbatiſſæ Conventus, & Superiores facientes vel permittentes aliquam perſonam ingredi in dicta Monaſteria, etiam ſine prætextu facultatum, dant in dictas pœnas: nec nocent illa verba dicti motus, ibi, *ne in Monaſteria, domos, & loca ſua, quemquam prætextu hujuſmodi litterarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant*, hæc ibi.

18. Quia iſthæc verba, ut ſuprà dictum eſt, comprehendunt etiam intrantes ad libitum ſine licentia; nam ſi ab hujuſmodi ingreſſu repelluntur volentes ingredi prætextu licentiarum, multò fortiùs repellendi ſunt, volentes ad libitum temerè intrare.

19. Amplia, pœnas ſupradictas & cenſuras incurri, etiamſi delictum eſſet occultum, ut conſtat ex *textu cap. 6. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de refor.* ubi conceditur Epiſcopis, poſſe abſolvere à cenſuris provenientibus ex delicto occulto.

Quæſt. 3. Quiſnam dicatur ingredi facere, aut permittere, ut obligetur ad prædicta?

1. Reſpondeo, quòd de communi ſententia Doctorum ille dicitur facere ingredi, qui ſua actione poſitiva eſt in cauſa, ut aliquis ingrediatur, nempe jubendo, alliciendo, conſulendo ingreſſum, januam ingreſſuro aperiendo, introducendo, & ſimilia agendo.

2. Permittere verò ingredi, eſt, quando aliquis reperitur in actione negativa, non impediendo violationem clauſuræ, cùm viderit illam violari.

3. Hoc autem præceptum de non faciendo ingredi, aut permittere, an comprehendat omnes, & ſingulas Monachas, nempe Superiores & ſubditas, quæſitum eſt.

4. Ad quod *Hier. Clamas in ſuo methodo Curationis*, §.12. *& Bonac. de Clauſ. qu.4. p.6. nu.3.* reſpondent affirmativè, quia Summus Pontif. in d. Conſtit. *Ubi gratia*, non ſolùm expreſſit Superiores, verùm etiam alias perſonas, quovis nomine nominentur, ibi, *Superioribus, & perſonis*; nomine autem perſonæ, quia genericum eſt, veniunt omnes Monachæ ſingulares, ergo.

5. Oppoſitum tamen, quod eſt de jure verius, tenent *Rodr. to.1. qu.47. art.3. ver. circa quam, Miranda de Monial. q.2. ar.12. concluſ.1. in fin. Sanchez lib.6. decal. cap.16. n.87. Merolla to.1. diſp.1. c.2. de volunt.1. difficult. nu.452. Tamb. de Jure Abbatiſſ. diſp.22. q.2. in calce motus Pauli V. Barboſ. alleg. 102. nu.37. Pellizz. de Monial. t.5. ſect.3. nu.88. & Egomet 2. p. tr.4. de violat. clauſ. qu.26. nu.7.* & moventur ex pluribus.

6. Primò, quia d. Sum. Pontif. in dicta Conſtit. ſolas Officiales expreſſit, ut liquet ibi, *Abbatiſſis, nec non Abbatibus Conventuum, & aliis monaſteriorum, utriuſque ſexus Superioribus, & perſonis, quocunque nomine vocentur*, hæc ibi.

7. Secundò, quia prædicta verba cùm ſint odioſa, ultrà caſus expreſſos non extenduntur, juxtà juris Regulam *in 6. odia.* Tertiò, quia in prælibata extrav. agitur de examine indultorum, & licentiarum, quod examen non ſpectat ad ſubditos. Quartò, quia idem motus proprius Gregorianus paulò inferiùs, volens comprehendere ſub pœnis quaſcunque Moniales, quæ admittunt ingredientes cum licentia Epiſcopi, in caſibus non neceſſariis, id expreſſit, dicens indefinitè, ibi, *nevè Moniales ſub eiſdem pœnis illos aliter admittere præſumant*; quòd ſi idem voluiſſet in his pœnis, id expreſſiſſet. Quintò, quia id expreſſiùs & clariùs exprimitur in dicto proprio motu Pauli V. ibi, *ipſorum verò monaſteriorum Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, ac Superioribus, ſub eadem, ac privationis ſuorum officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda ipſo facto, ſine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, ſeu admittere, vel admiſſas quoquo modo retinere audeant, vel præſumant*: hæc ibi, inter quæ nulla omnino fit mentio de ſubditis, ergo.

8. Nec obſtat dicere, quòd Greg. in dicto ſuo motu, ſub nomine perſonarum, intellexit Moniales ſubditas; quia Moniales privatæ non vocantur perſonæ, ſed Moniales, ſeu Monachæ, ſicut & Religioſi ſingulariter ſumpti, vocantur Monachi, & Fratres; nec ſic ſingulariter accepti, gaudent diverſis nominibus; ſed Superiores, qui in diverſis monaſteriis diverſis nominibus

nibus ſolent appellari, nempe Abbates, Generales, Provinciales, Miniſtri, Priores, Guardiani, Præpoſiti, Præfecti, & ſimiliter; igitur dicti motus proprii verè & propriè ligant Superiores, dummodò commodè poſſunt prædicta præſtare; nam qui ex officio tenetur impedire, & poteſt, & non impedit, cenſetur, quòd ſaltem indirectè ſit cauſa illius ingreſſus, ac proinde reus violatæ clauſuræ.

9. Nec eas inficias, eò quòd dicta extravagans loquitur per verbum illud *Conventibus*; quia nomine Conventus non veniunt perſonæ ſingulares, ſed Superiores illius, ut teſtatur *Rodr. ut ſuprà*, & probat *ex cap. dilectus, il. 2. de ſimonia*, ibi, *cùm totus Conventus in ſimoniaca monachi receptione deliquerit, ſoli Prælati, & Officiales puniri jubentur*, ubi *gloſſ. ver. Officialibus*, quærit, cur non totus Conventus delinquens, ſed hi ſoli puniantur? Reſpondens, ait, quia horum Officialium conſilio, & authoritate omnia fiunt; ità à pari, in caſu noſtro motus proprius Gregorianus, ſubjiciens pœnis Conventum in hac permiſſione delinquentem, explicandus eſt, ut nomine Conventus intelligatur Superior, & ipſius conſultores, qui ſunt præcipui Officiales, quorum conſilio Superior gubernatór, ut ſic conſonet textui allegato, qui pro Conventus delicto non omnes culpæ participes punit, ſed tantùm Officiales majores.

10. Ad idem facit *cap. Romana 5. in fin. de ſent. excomm. in 6.* ibi, *in Univerſitatem, vel Collegium proferri excommunicationis ſententiam, penitus prohibemus, ſed in illos dumtaxat de Collegio, vel Univerſitate, quos culpabiles eſſe conſtiterit, promulgetur*, hæc ibi, ubi *gloſſ. in ver. culpabiles*, ſubnectit, *ſicut Prælatus, vel Conſules, & hujuſmodi majores, ut in d. cap. dilectus de ſimonia*.

11. Verùm *Sanch. in d. cap. 16. n. 85. cui arridet Merolla ubi ſuprà*, ex multis oſtendit, nomine Conventus venire omnes illos Religioſos utriuſque ſexus, in unum capitulum congregatos, qui culpæ participes fuêre, ſuffragium præſtando pro ingreſſu, aut non contradicendo, cùm poſſent ligari his pœnis, quià illud eſt Conventum delinquere; unde ſi non colligatur Conventus, ſed privatim cum ſuis Conſultoribus, vel cum aliis privatis Religioſis tractet Superior, de hac ingreſſus permiſſione, Prælatus abſque dubio his pœnis ligabitur, quia motus proprius in dictis pœnis expreſſam de Prælatis mentionem facit; at verò conſultores, & alii Religioſi tunc non ligantur, quia de his mentionem non facit, ſed de Conventibus; ſed tunc nullum eſt Conventus delictum, nec Conventus nomine ſuffragium præſtiterunt, ergo.

12. Et meritò hæc dicuntur, quia nomen Conventus verè & propriè non ſignificat ſingulares perſonas ipſius, ſed multitudinem hominum in unum locum, ſub legitimo capite congregatam, ut patet de Collegio, & Univerſitate, quæ dicuntur fictæ perſonæ, fictione juris, ut ſæpè diximus de Capitulo.

13. Ex quibus omnibus benè vides, quid dicendum ſit de permittentibus ingreſſum eorum, qui omninò abſque licentia ingrediuntur monaſteria Monialium, ſeu prætextu licentiarum revocatarum: quid autem de permittentibus ingreſſum, habentium quidem licentiam ab Ordinario, ingrediendi monaſteria Monialium in caſibus neceſſariis, ſi ingrediantur abſque neceſſitate; quia hujuſmodi ingreſſum omnes in univerſum, ſive ſint Superioriſſæ, ſive ſubditæ, impedire tenentur.

* * *

Quæſt. 4. Ingrediens monaſteria Monialium bona fide, putans id ſibi licere, vel ignorantia craſſa, ſeu vincibili, an incurrat dictas pœnas?

1. NEgativè *Sanch. lib. 6. decal. cap. 16. nu. 82.* ſtando tamen in dicto motu proprio Greg. & Pauli V quia dicti Summi Pontifices loquuntur per illud verbum, *audeant, vel præſumant*, ut eſt videre in dicta Conſtit. ubi gratiæ, ibi, *ne ipſarum licentiarum prætextu, monaſteria hujuſmodi quovis modo audeant; & in Conſtu Monialium ſtatui*, ibi, *audeant, vel præſumant:* Audaci autem, aut præſumptio, ſupponit ſcientiam, vel ſalten ignorantiam, cum ingenti temeritate conjunctam, ut i dem *Sanch. lib. 9. de matrim. diſp. 32. poſt Doctorum colle ctaneum, n. 37. Bonac. to. 1. de clauſ. q. 4. p. 5. nu. 8. Merolla to. 1. diſp. 1. c. 2. de volunt. 10. Coroll. nu. 435. in fin.* ubi ai quòd quælibet ignorantia, etiam craſſa, excuſat à prædictis cenſuris, & pœnis, cùm latæ ſint contra præſumentes; ſecus autem, ſi foret affectata, quia ignoranti affectata dicitur doloſa voluntaria, qui enim ex propoſito eligit neſcire, ut contra legem faciat, dicitur præſumere, & auſu temerario legem violare, *Ant. Diana 3. tr. 6. miſcell. reſolut. 7. § notandum, Pellizz. de Monial. cap. ſect. 3. q. 6. n. 94. & Egomet 2. p. tr. 4. q. 17.*

2. Neque his obſtat dicere, quòd idem eſt ſcire, & debere ſcire, *l. quod te mihi, ff. de reb. cred. in fin.* ergo ignorans craſsè, tenetur ac debet ſcire, quod ignorat, alias ignorantia non eſſet vincibilis, quia *Sanch. cit. loc. de matrim. diſp. 32. nu. 36.* ait, hujuſmodi dictum eſſe verum quoad peccatum contrahendum; ſecus autem quoad pœnas, quam limitationem non admittit *P. Merolla cit. loc. n. 231.* quando lex petit ſcientiam in delinquente, in caſu noſtro, aliàs fruſtra poſitum fuiſſet illud verbum *præſumant*, quod dolum & ſcientiam ſupponit, prout latè ex multis oſtendit *Jul. Clar. lib. 5. § fin. qu. 84.*

3. Nec dices, quòd lata culpa æquiparatur dolo *l. quod Nerva, ff. de depoſit.* quia aliud eſt æquiparari, & aliud eſſe propriè; item æquiparatur dolo præſumpto non autem exiſtenti, hoc eſt, lata culpa præſumitur fraudulenter facta, *Syl. ver. excomm. 10. q. 3.* vel dicendum quòd lata culpa æquiparatur dolo in contractibus, non autem in delictis, ut apertè colligitur *ex l. in lege, ff. ad Cornel. de ſicar. & docent Panor. cap. Apoſtolicæ, nu. 3. cler. excomm. Guido Papa deciſ. 446. n. 2.* & hanc interpretationem dicit eſſe communem *Farin. to. 1. conſil. criminal. conſ. 1. num. 21. & Molina to. 3. de Juſt. tr. 4. diſput. 2 num. 1.*

4. Dixi ſtando tamen in dicto motu Greg. XIII. & Pauli V. quia aliàs eſt dicendum cum *Bonac. cit. loc. excommunicatione lata in cap. 5. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Reg* quæ cùm ibidem reperiatur abſolutè lata, & abſque ul conditione indicta, incurritur non obſtante quavis ignorantia craſſa, ſecundùm communem ſententia Theologorum, & habetur expreſsè *in cap. ut animarum 2. de Conſtit. in 6.* ibi, *ut animarum periculis obvietur, ſententiis per ſtatuta quorumcunque Ordinariorum prolat ligari nolumus ignorantes, dum tamen ignorantia craſſa n fuerit, aut ſupina:* hæc ibi, ubi gloſſ. in caſu poſito, a quòd id, quod dicit Pontifex de ſtatuto Epiſcopi, eſt dicendum de quacumque alia Conſtitutione, quia ſcilic non ligat ignorantes; & infrà ſubnectit, quòd ignorantia ſupina, eſt ignorare, quod omnes ſciunt, vel ſcire tenentur.

5. Hinc dicendum eſt, Prælatos, & Prælatas di Monialium ingredi facientes, vel permittentes ingre reſpectu motus proprii Greg. per dictam ignorantiam craſſam non poſſe excuſari ab incurſu excommunicatio

tionis ibid. latæ, ut notat *Sanch. in d. cap. 16. nu. 82. in fin.* quia ibi dictus Papa reſpectu hujuſmodi Prælatorum, non loquitur per illud verbum audeant, vel præſumant, ſed abſolutè, & ſimpliciter, ut appatet ibi, *Abbatibus verò, & Abbatiſſis, &c.*

6. Verùm ſecundùm motum Pauli V. dicendum, ſicut dictum eſt de ingredientibus auſu temerario; nam dictus Papa in dicto motu eodem modo loquitur de utriſque, ut ibi, *ipſorum verò Monaſteriorum Abbatiſſis, & Prioriſſis, ac Superioribus, &c.* audeant, vel præſumant, ut ibi meliùs eſt videre.

7. Nec reticeam denique dicere, quòd *in d. cap. 5. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* nulla repetitur excommunicatio lata contra admittentes, ſed ſolùm contra ingredientes, ut ibi liquet.

8. Nec dicas, has incurrere in eandem excommunicationem, ex eo, quia participant in crimine criminoſo, ob quod ingredientes ſunt excommunicati; quia cùm de hac excommunicatione participantium in d. Trid. nihil dicatur, recurrendum eſt *ad cap. nuper 29. §. in 2. verò quæſtione, & cap. 51. Concubina 55. de ſent. excomm.* per quæ Capitula participantes, non ſunt excommunicati ipſo facto, ſed ſunt excommunicandi, ut conſtat *ex textu eundem, adjuncta gloſſ. in princ.* dicente, quòd participans in crimine, eadem ſententia notatur cum nominatim excommunicato.

Quæſt. 5. Monialis, quæ ex inadvertentia, oblivione, vel negligentia illicitè ingredientes admittit, an det in dictas pœnas?

1. ET dico quòd non, quia Greg. in dicto ſuo motu loquitur per verbum, *præſumant*, ut patet in fine dicti motus, quod auſum temerarium denotat, ergò non includit facientem per oblivionem, incogitantiam, vel ſimplicitatem, ſine dolo, ut dixit *Cardinalis in Clem. 1. §. 39. de privil. & docent Navar. com. 4. de Regul. ſub n. 62. nu. 7.* Unde idem *Navar. in ſum. cap. 27. nu. 47.* ait, quòd cùm Papa in Bulla Cœnæ Domini excommunicat abſolvere præſumentes contra prohibitionem dictæ Bullæ, ab excommunicatione abſolvens animi ſimplicitate, hanc cenſuram non incurreret: quod dictum lætanter amplectuntur *Roder. to. 1. qu. 47. ar. 2. paululùm ante §. obſerva tamen, Suar. to. 3. in 3. p. D. Thom. diſput. 22. ſect. 6 num. 14. Sorbus in Comp. Privil. ver. ingreſſus monaſteriorum Monialium, n. 6. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 22. qu. 3. ad dub. 2.* & latè conſtat ex deciſis hic immediatè ſupra, *qu. 4. & 2. p. praxis, tr. 4. quæſt. 17.*

Quæſt. 6. Monialis privata, quæ alteri mandat, vel conſulit, ut aliquem ingredi faciat, vel permittat, an ligetur dicta excommunicatione?

1. NEgat *Bonac. de clauſura, q. 4. p. 6. n. 13. cui favet Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 22. q. 3. ad dub. 4.* tum quia ipſa in tali caſu non dicitur admittere proximè, ſed remotè cooperari ingreſſui; ſecus ſi invitet, aut conſilium præſtet ipſimet ingredienti, ut ingrediaturi ſic enim ligatur, quia directè ac immediatè cooperatur ingreſſui; tum etiam, quia Regula generalis eſt in cenſuris, ut latæ in facientes, non ligent mandantes, & conſulentes, niſi exprimantur: quam Regulam intellige veram, dummodo ex hujuſmodi limitatione cenſura lata non fiat inutilis aut eluſoria, vel exinde ſequatur aliquod abſurdum, quia in tali caſu comprehenduntur mandantes, & conſulentes, etiam non expreſſos: unde *Portel. in dub. Regul. in addit. verbo Clauſura, in princ.* temperat, quod dixerat ſuprà *eod. ver. nu. 8. ibique pro ſe allegat Sanch. lib. 6. decal. cap. 17. n. 35. & conſtat ex deciſis* *2. p. praxis, tr. 4. q. 5.* quod eſt memoriæ mandandum ob quotidianos caſus.

Quæſt. 7. Moniales privatæ, ſi extraneæ perſonæ abſque prætextu facultatum ingredi volenti, ſcalam exhibent, per quam aſcendat, vel ſi ad talem effectum quid poſitivè operentur, an ſubjiciantur dictis pœnis?

1. ET dico, quòd ſic, omni dubio procul, ut conſtat ex immediatè deciſis; quia omnes Moniales, ſive ſint Superioriſſæ, ſive ſubditæ, prohibentur illicitè admittere, ut liquet in fine dicti motus proprii Gregorii, ibi, *nevè Moniales ſub eiſdem pœnis illas aliter admittere præſumant*, hæc ibi, quæ cùm indefinitè loquantur, in moralibus æquipollent univerſali.

2. Nec obſtat dicere, prælibatum motum proprium Gregorii, loqui de admittentibus, intuitu, & titulo facultatum, à D. Papa, vel ab Illuſtriſſimis Epiſcopis locorum obtentarum, quia prædicta Gregoriana comprehendit in univerſum omnes ingredientes illicitè, & indebitè admittentes, etiam ſine prætextu facultatum, ut conſtat ex deciſis *hic ſuprà, q. 2.* ſecundùm praxim, & ſtylum Curiæ Romanæ.

3. Amplia, prohibitionem prædictam de non admittendo perſonam extraneam in monaſteria Monialium, habere locum tam in admittendo illicitè mares, quàm fœminas, cujuſcunque ſint ſtatus, vel ordinis. Satis enim eſt, quòd ſint extraneæ, & quòd ad hujuſmodi monaſterium non pertineant.

4. Nec obſtat, quòd Greg. XIII. in dicta ſua Bulla loquatur in genere maſculino, ibi, *ne in monaſteria ſua quemquam, prætextu hujuſmodi licentiarum, ingredi faciant:* tum quia ſecundùm Grammaticos genus maſculinum comprehendit fœmininum; tum etiam, quia ad omnem ſcrupulum auferendum, Pius V. in dicta ſua Bulla expreſsè loquitur de fœminis, ibi, *inhibentes mulieribus prædictis, &c.* unde hæ & illi expreſsè prohibentur in dicta monaſteria introire.

Quæſt. 8. Sæculares, ſi fœminæ ſint, vel maſculi, ſi poſitivè cooperentur illicito ingreſſui, an ligentur dictis pœnis?

1. NEgativè dic, cùm pœnæ non ſint extendendæ ultrà caſus expreſſos, & dictæ Bullæ de Monialibus dumtaxat loquantur; verùm ſi hujuſmodi ingreſſus fieret ad malum finem, nempe luxuriæ, utique inciderent in excommunicationem Papæ reſervatam, indictam à Clem. VIII. contra violantes clauſuram ad malum finem, de qua dictum eſt *ſuprà*.

Quæſt. 9. Moniales ſi cum perſona illicitè ingreſſa confabulentur, vel illam comitentur, an incurrant dictas pœnas?

1. PAter *Sanch. lib. 6 ad decal. cap. 16. n. 95. Portel. in dub. ver. clauſ. Monach. nu. 3. Merolla to. 1. diſp. 1. cap. 2. de volunt. 8. difficult. nu. 514. Tamb. de Jure Abbatiſſ. diſp. 22. q. 3. dub. 1. Pellizz. de monial. cap. 5 ſect. 3. q. 9. n. 97.* dicunt ad quæſitum negativè, dummodo eis ex officio non incumbat, expellere ingredientes, & non ſint cauſa per comitatum, & confabulationem, quòd ingredientes immorentur diutiùs in monaſterio; tum quia Greg. in dicto ſuo motu proprio loquitur per illud verbum *admittere*, ut liquet in fin. textus. Verbum autem admittere, ſimpliciter & ſine addito prolatum, non ſignificat approbare jam factum, ſed dicit actionem poſitivam, quia quis ad id quod factum eſt, fuit adjutus, ut dictum eſt *hic ſup. qu. 3.* Hæ autem, de quibus eſt ſermo, ut ſupponitur, nihil cooperatæ ſunt ad ingreſſū perſonæ introductæ, ergò non com-

Digitized by Google

comprehenduntur ſub dicta Bulla; tum etiam, quia hæ non tenentur ex officio ingreſſum expellere, ut ſupponitur; tum item, quia dicta Conſtitutio Gregoriana cùm ſit valde pœnalis, juxta *Jur. Regul. in 6.* non eſt extendenda ad caſus in ea non expreſſos; ergo dum reperitur lata contra ſolos permittentes, vel admittentes ad ingreſſum, non debet extendi ad confabulantes, vel concomitantes poſt ingreſſum, eò magis, quia comitatus & colloquutio hujuſmodi, non fuit cauſa prædicti ingreſſus, nec quidem indirectè, ergo non eſt punibilis; tum denique, quia Greg. in dicto ſuo motu proprio hoc non expreſſit, ergo non habuit animum hos obligandi, aliàs declaraſſet, ut fecit Pius V. qui in ſua Conſtit. *Decori*, volens pœnas latas contra Moniales indebitè egreſſas, extendere ad perſonas recipientes, vel concomitantes, hoc declaravit, ut dictum eſt ſuprâ.

2. Veruntamen *Emanuel Rodr. in expoſitione motus proprii Pii V. incip. Regularium perſonarum, n.9. Sorbus Capucc. in comp. ver. ingredi monaſt. n.4. ver. aliud advertendum, quos Egomet ſequor tom.1. 2.p.tr.4.q.6.* ob multa, reſpondent ad quæſitum affirmativè.

3. Primò, quia verbum admitto, teſte Calepino, idem ſignificat, quod recipio, approbo, & aſſocio, & ſimilia, ut atteſtantur *Rebuff. in l.14. l. ab eo, §. rem admiſiſſe videtur, ff. de verb. ſignificat. & Bartol. l. ſi per vim, n.2. C. de iis, qui è vi,* ubi dicit, *illum, cui alterius in domum admiſſio interdicta eſt ſub aliquibus pœnis, eas incurrere, ſi cum jam ingreſſo confabuletur.*

4. Secundò, quia ſecundùm communem uſum loquendi, ad ſuam familiaritatem quiſquam admittere dicitur, qui cum illo loquitur.

5. Tertiò, quia mens Pontificum fuit vetare ſcandala, & mentis divagationes, quæ non ſolùm ex hac ſæcularium admiſſione emanant, verùm etiam ex hujuſmodi comitatu, & confabulatione conſurgunt.

6. Quartò, quia dictus Papa Greg. de re conſultus, ut teſtatur *Navar. in ſua ſum. cap.27. n.150. § ſexageſima prima excommunicatio,* faſſus eſt, in prædicto ſuo motu proprio, incip. *Ubi gratiæ,* habuiſſe eandem intentionem, quam habuit Pius V. in ſuo, in mulieres violantes clauſuram virorum, cùm utrobique eadem militet ratio; ſed Pius V. dicto ſuo motu proprio voluit, ut declaravit, pœnas latas contra Moniales indebitè egreſſas, comprehendere recipientes, vel concomitantes illas; ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, cùm de ſimilibus idem ſit judicium.

7. Quintò, quia illa limitatio, qua dicitur, *dummodò ſcilicet non diutiùs immorentur,* non honeſtat confabulationem, ſed excuſat à pœnis, ob parvitatem materiæ, licèt ſit aliunde prohibita, ut patet de furto; an autem opinio hæc ſit prima probabilior, tu judica.

Quæſt. 10. *Monialis admittens ingredientem illicitè, ut illum abſcondat ab hoſtibus, ne occidatur, vel ne à ſatellitibus capiatur, an ligetur dictis pœnis?*

1. Martin. *Bonac. de clauſ. q.4. p.6. nu.10.* dicit, quòd non, ſtando tamen in terminis dictæ Bullæ Greg. XIII. incip. *Ubi gratiæ,* ubi textus loquitur de admittente in caſibus non urgentibus, ibi, *ſed neceſſitatibus ingredi, nevè Moniales ſub eiſdem pœnis illos aliter admittere præſumant:* hæc ibi, inter quæ advertenda eſt illa particula, *aliter,* quæ relationem habet ad neceſſitates urgentes.

2. Verùm ſtando in terminis *cap.5. Conc. Trid. ſeſſ.25. de Regul.* dicit, quòd admittens aliquem ingredi in caſu neceſſitatis, abſque licentia Superioris, non ligatur excommunicatione, quia in d. loc. Trid. nulla reperitur lata excommunicatio contra admittentes, ſed ingredien[s] (ipſe ait) ſine licentia, dat ſe in excommunicationem i[n] d. Trid. latam contra ingredientes ſine licentia Epiſcopi.

3. Sed quidquid ſit de caſibus neceſſitatis, *Tamb. u[bi] d. diſput. 22. q.3. ad 6. dub.* loquendo de extrema neceſſitate, quæ moram non patitur ſine certo periculo vitæ reſpondet ad quæſitum abſolutè negativè; & meritò, o[b] multa. Primò, quia ut Egomet latè dixi *2.p. tr.4. qu.1[3] n.6.* dicti motus loquuntur de præſumentibus ingredi & ingredi facere, in caſu autem poſito nulla adeſt præſumptio, quæ intrinſecè malitiam & dolum includat, u[t] dictum eſt, ſed charitas ex parte Monialis, & extrema neceſſitas ex parte ingredientis, ergo.

4. Secundò, quia extrema neceſſitas legem non habet, unde quod illicitum eſt, licitum facit, *cap. diſcipulos de conſecrat. diſt.5.* ibi, *fame coacti.*

5. Tertiò, quia humanæ leges regulariter non obligant cum tanto periculo vitæ.

6. Et quamvis hæc dicta vera ſint, in contingenti tamen facti attendendæ ſunt circumſtantiæ, an verè ſimus in extrema neceſſitate, quæ ut ſit, & dicatur extrema, multa expoſcit; an item prædictum officium charitatis valeat adhiberi prudenter, & ſine ſcandalo, ac ſin[e] ipſius monaſterii, & ipſarum Monialium damno, ve[l] intereſſe ſalutis animarum? quia præceptum charitati[s] non obligat cum tanto periculo, ut ſuprà monuimus, & pluribus firmat *Gibal. tr. de Sanctim. diſquiſ.1. c.7. §.2. con ſect.4. ſub n.6. ver. ſecundo, in fin.*

Quæſt. 11. *Monialis ſi pueros diſcretione carente[s] admittat in clauſuram, an afficiatur dictis pœnis?*

1. Paulus *Comitolus reſponſ. moral. lib.6. q.19. nu.6. & q.22. Naldus in ſum. ver. Clauſura, n.3. Ugol. tr. de Poteſtate Epiſcopi, c.21. nu.3. Paulus Fuſcus de viſit. lib. 2 cap.18. nu.25. Sellius in ſelectis Canon. cap.18. n.18. & Gavantus in Manuali Epiſcoporum, ver. monial. clauſ. nu.31* reſpondent ad quæſitum affirmativè, & moventur e[x] pluribus.

2. Primò, ex textu *cap. periculoſo, 1. de ſtatu Regul. in 6* ibi, *nulli aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, vel honeſtæ ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem Moniales,* qui textus fui[t] confirmatus à Pio V. in ſua Conſt. incip. *Circa Paſtoralis*

3. Secundò, ex *cap.5. Trid. ſeſſ.25. de Regul.* ibi, *ingre[di] ſepta monaſterii nemini liceat, cujuſcunque generis, aut conditiones, vel ætatis fuerit.*

4. Tertiò, ex textu Conſtit. Greg. XIII. incip. *Ubi gratiæ, & indulta,* edita ſub anno 1575. ibi, *ne in monaſteria, domos, & loca ſua quemquam ingredi faciant, vel permittant.*

5. Quartò, quia ità reſpondit Sacra Congreg. Con[c.] Trid. de re conſulta, & reſponſionis litteras ſe vidiſſe a[t]teſtatur *Comitolus in dicta qu. 22.*

6. Veruntamen oppoſitum, & longè veriùs tene[t] *Navar com.4. de Regul. nu.59. Roder. to.1. q.46. ar.1. cu[m] ſuo comp. reſolut. 26. nu.7. Sorb. Capucc. in comp. Privil. Minim ver. ingredi monaſteria, in annot. ad d. motũ Greg. XII[I] n.2. Suar. to.4. de Relig. lib.1. cap.10. n.2. Sanch. lib.6. ad decal. c.16. n.14. D. Ruc. 1. p. prax. deciſ. 648. n.5. in 1. edit. & in 2. reſolut. 544. Joan. Crux, de ſtatu Relig. l.1. c.5. dub. 2 concluſ.3. Miranda de Monial. qu.2. ar.1. concluſ.1. Say[rus] de cenſuris l.5. c.4. n.21. Graff. in practica, lib.1. de caſib. reſerv. c.6. n.48. Zerola in praxi epiſcopali, 1. p. ver. Monialis q.8. Campanil. in diver. Jur. Can. rub.12. c.16. n.38. Portel in dub. ver. clauſ. monial. n.25. Bonac. to.1. de clauſ. q.4. p. n.5. Barboſ. allegat. 102. n.31. & in coll. ad cap.5. Trid. ſeſſ 2[5] de Regul. n.63. Latè P. Merolla t.1. diſp.1. de volunt. 2. difficult. nu.473. Lezana poſt allegatos, 1. p. ſum. cap.25. de Monial. n.24. Gibal. de clauſ. Sanctim. diſp.1. c.2. §.19. conſect.*

ſu

ſub n.33. ver. immò quamvis, Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.22.q.4. & egomet, 2.p.tr.4.q.7. & 8. ducunturque ex multis.

7. Primò, quia pueri nondum rationis uſum adepti, non ſunt doli capaces, nec præſumuntur prudentes, *argum. l.1. C. de Falſa Moneta l. illud ff. de injuriis,* & habetur expreſsè *in §. Pupillus inſtit. de inutili ſtipul.* ibi, *non infans, & qui infantiæ proximus eſt, non multùm à furioſo diſtant. quia hujuſmodi ætatis pupilli, nullum habent intellectum,* hæc ibi, quæ ferè eadem repetuntur *in Canon illud. 2.15. q.1.* ibi, *& impubes, qui doli capax non eſt, namque hi injuriam pati ſolent, non autem facere,* hæc ibi, *& in cap. omnis iniquitas, de pœnit. & remiſſ. 25. diſtin.1.* ibi, *& licet gladio non occidat, voluntate tamen interficit;* hæc ibi, ex quibus Doctores colligunt, quòd hi pueri non comprehenduntur ſub præcepto, quia præcepti capaces non ſunt, nec peccant, illud tranſgrediendo; quia carent uſu rationis: undè eis in hoc tempore omnia licent, quod pluribus firmant idem *Navar. tom.3. in cap.51. quando, de reſcriptis, n.5. & Bonac. de leg. q.1.p.6.*

8. Secundò, quia ſicut dare his carnem in quadrageſima, & aliis diebus prohibitis, non eſt intrinſecè malum, cum non comprehendantur ſub præcepto: ita moniales, hos admittendo, non peccant, nec cooperantur in peccato illorum, cum non peccent ex eo, quia non comprehenduntur ſub decreto Conc. Trid. ergo, &c.

9. Tertiò, quia finis, & intentio eccleſiæ prohibentis hujuſmodi ingreſſum, eſt; ut pacis perturbatio, peccatorum incitatio, & vitæ Regularis inobſervantia evitetur: per ingreſſum autem hujuſmodi, per ſe tamen ſumptum, & ut ſe tenet ex parte puerorum, non perturbatur quies monialium, non excitantur ad peccatum, non impeditur earum regularis obſervantia, ergo.

10. Nec his poſſunt obſtare illa verba generalia Sac. Conc. Trid. ſuperiùs allegata, nempè *cujuſcunque generis, aut conditionis, vel ætatis fuerit:* nam intelligenda ſunt de ætate, in qua ſit quis capax obligationis præceptione, proindè in caſu poſito, non procedunt, ut communiter advertunt præcit. DD.

11. Nec objicies, amentes uſum rationis non habent; & tamen, de communi ſententia doctorum, non poſſunt admitti intrà ſepta monialium, ſine peccato, & incurſu pœnarum; ergo & hi pueri, de quibus agitur, cum æqua ratio ſit utrobique, quia fallit conſequentia, & ratio eſt diverſa; tum quia amentes, de ſe vexationem inferunt, & quietem perturbant; tum etiam, quia non ſolùm ſunt potentes ad carnaliter peccandum; verùm etiam, ut beſtiæ uſu rationis carentes, ſolent, de ſe ad turpia ſollicitare, quorum ego paucos non vidi: tum item, quia amentes non in omnibus ſunt ſine mente, ſed ſæpe ſæpius habent lucis intervalla quæ nequeunt pueris, de quibus ſermo eſt, adaptari.

12. Amplia, dict. deciſionem procedere, etiam in caſu, quo infans introductus excederet ſeptennium, duobus menſibus; quia puer, non ſtatim, ubi aſſecutus eſt uſum rationis, obligatur præceptis eccleſiæ, in hac enim re datur latitudo, *S. Antoninus & alii plures, quos ſequitur Diana, 3.p.tr.6. reſol.87. & Pellizz. de Monial. cap.5. ſect.3. qu.14. n.105.*

13. Dixi per ſe ſumptum, & ex parte puerorum: nam per accidens, poterunt hæ admittentes peccare mortaliter, ratione ſuperadditi nempè ſcandali, aut periculi deveniendi ad aliquod mortale, qui enim amat periculum, peribit in illo, ut benè dixit *Suar. cit. loc. & P. Merolla, ubi ſupra, n.475. in fin.*

14. Quapropter monialibus valdè prohibendum eſt, ne pueros recipiant, etiam lac ſugentes, duorum, vel trium annorum: nam licet hi, ex parte ſua, doli capaces non ſint, poterunt tamen recipientes eſſe apprimè doloſæ, & exinde graviter peccare; quamvis in excommunicationem non inciderent.

15. Ad hoc forſitàn referuntur declarationes S. Congr. allegatæ, licet authenticæ non appareant; & præcipuè quia de uſu rationis non poteſt dari certa regula; cum in quibuſdam incipiat ante ſeptennium, in quibuſdam verò poſt decennium, de qua re, latè *Rodor. & Sanch. ubi ſupra.*

16. Non deſinam tamen dicere, quòd quamvis infans prædictus, monialium monaſteria ingrediens, non peccet, neque aliquam cenſuram incurrat, eo quòd legibus humanis non aſtringitur: nihilominus ſi ibi moretur uſque ad ſeptennium, & inde non exeat, ſed per aliquod tempus moretur, peccat, & violat cluſuram; quia regulariter loquendo, ab eo tempore, incipit ligari legibus; eo quod tunc præſumitur uſum rationis habere.

Quaſt. 12. Imperatores, Imperatrices, Reges & Reginæ, eorumque filii & filiæ, an poſſint ingredi monialium clauſuram, abſque metu pœnarum?

1. HÆc quæſtio eſt gravis, circa quam variant DD. tu autem cùm diſtinctione reſolve; aut hi, de quibus loquimur, habent facultatem intrandi; & ſic non eſt dubitationi locus.

2. Aut non habent ingrediendi privilegium: & ſic problema eſt: nam *Barboſ. in collect. ad 5. cap. Trid. ſeſſ.25. de Regul. n.53. P. Merolla, tom.1. diſput.1. cap.2. de volunt. 3. difficult. n.466. & Pellizz. de monial. cap.5. ſect.3. q.39. nu. 165. poſt antiquiores,* dicunt prædictas perſonas, præciſis privilegio, juſta cauſa & licentia, dare in pœnas illatas contra violantes monialium clauſuram, & moventur ex iis, quæ objiciuntur infra.

3. Id tamen negant *P. Suar. tom.4. de Relig. l.1. cap.7. n.5. in fin. Sanch. l.6. ad decal. cap.16. n.3. & cap.17. nu.5. Emanuel. Rodor. tom.1. qu.48. ar.1. §. circa quam, in fin. cum ſuo comp. Reſolut.27. de clauſ. monach. num.2. in fin. Joannes Crucius, in epit. l.1. cap.5. dub.1. concluſ.1. in fin. Bonac. qu.5. de clauſ. p.2. nu.5. ver. excipi poſſunt, Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.24. qu.13. Gibal. de ſanctim. diſquiſ.1. cap.4. §.2. conſect.1. n.2. & egomet. 2.p.tr.4.q.9.* & moventur ex multis.

4. Primò, quia hæ ſupremæ dignitates, non comprehenduntur ſub verbis generalibus legis, niſi exprimantur; ſunt enim ſpeciali nota dignæ, ut dictum eſt. Secundò ex dict. motu proprio Greg. XIII. ubi ſupremi gradus earum fœminarum, quæ ibi comprehenduntur, ſunt Comitiſſæ, Marchioniſſæ; & Duciſſæ, ut liquet ibi, *quibuſvis aliis, etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, &c.* ergo illæ, quæ his ſuperiores extant, ut ſunt Reginæ, Imperatrices & filii, & filiæ earum, non comprehenduntur; ſi enim Summus Pontifex eas comprehendere vellet, earum meminiſſet, ſicut meminit Comitiſſarum; quam interpretationem juridicam appellat *Suar. cit. loc. per illam Juris Regulam 81. n.6.* qua dicitur, *quod ſub generali clauſula non comprehenduntur, quæ ſpecialiſſimam rationem habent,* quæ Juris Regula, tunc fortiùs locum habet, quando in generali clauſula additur ſpecificatio inferioris notæ, ut in præſentiarum ità fit; etenim fit ſpecificatio de Comitiſſis & infrà, non autem de Reginis, & Imperatricibus, quæ majori notâ ſunt dignæ; ergo.

5. Confirmatur, idem Greg. in dict. ſuo motu proprio, in fine, volens annullare licentias quibuſvis aliis perſonis conceſſas, ad inſtantiam Imperatoris, Regum & Reginarum, expreſsè declaravit, ergo eaſdem perſonas expreſsè nominaſſet in principio, ſi illas voluiſſet comprehendere ſub generali revocatione facultatum conceſſarum, quibuſvis perſonis.

6. Confirmatur, quia quod eis in Jure non reperitur expreſsè prohibitum, cenſetur indultum per ſupra allegata, ergo.

Digitized by Google

7. Tertiò, quia idem Greg. XIII. conſultus à Patribus Minimis, quibus ex Regula integrum eſt, in ſua monaſteria admittere mulieres, de Regia ſtirpe, & Fundatrices ſuorum monaſteriorum, an per dict. conſtitutiones derogatum ſit eorum dict. Regulæ: Reſpondit S. Papa, ex ſententia Sac. Congr. non eſſe derogatum, quoad Reginas, & fundatrices prædictas, quam Papæ reſponſionem, & Sac. Congr. declarationem, per extenſum authenticè refert *P. Laur. Peyr. diu procurator Generalis d. Ordinis, to.1. privil. in conſtit. 6. Jul. 2. n. 6. not. 3.*

8. Amplia, ut non tantùm dict. Imperatrices, ac Reginæ poſſint dict. monaſteria monialium ingredi; verùm etiam Fœminæ, quæ eas comitare ſolent; cum non ſit credendum, Pontifices velle, has perſonas ingredi aliter, quàm earum deceat dignitatem, *Sanch. in d. cap. 17. nu. 6. & egomet dico, in d. 2. p. tr. 4. q. 4. & colligitur ex cap. licet, de privil. in 6.* quod dictum limitat *Tambur. cit. loc.* ut dictæ ſupremæ perſonæ ingrediantur comitatæ paucis fæminis, ac ſenioribus, & bonæ famæ, juxta ſtatutum Greg. XIII. pro ingreſſu prælatorum in caſu neceſſitatis.

9. Neque his obſtat dicere, quòd *cap. periculoſo 1. de ſtatu Regul. in 6. & cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* abſolutè, & generaliter loquuntur de omnibus perſonis, cujuſvis ſint generis, ſtatus & ordinis, quia prædicta capitula ſub dict. verbis generalibus, tam amplè prolatis, non comprehendunt prælibatas ſupremas perſonas; tum quia Trid. cum alibi vult ſua lege, Reges & Imperatores obligari, id apertè ſignificat, quod in dict. cap. 5. non fecit, cum ad prædictum decretum, præfatas perſonas non intendat obligare; tum etiam, quia licet Trid. cit. loc. dicat, *cujuſcunque ſexus & ætatis:* nihilominus non comprehendit pueros, uſu rationis carentes, ut conſtat ex deciſis, tum item, quia ità colligitur ex dict. motu proprio, juxta ſuperiùs explicata, ergo.

10. Nec replices cum Merolla, ubi ſupra dicendo, quod licet conſtitutiones Trid. Bonif. & Greg. XIII. cit. loc. ſint pœnales; quia tamen principaliter latæ ſunt in favorem animarum & Religionis, non ſunt cenſendæ odioſæ, ſed favorabiles ex communi ſententia Doctorum & per conſequens, non ſunt reſtringendæ, ſed potiùs ampliandæ, adeo, ut comprehendant Reges & Reginas & conſimiles, ut ſupra: tum quia non eſt verum, quod dictæ conſtitutiones ſint in univerſum latæ in favorem omnium animarum Chriſti fidelium; ſed ipſarum Monialium tantùm; ac proindè prædictæ conſtitutiones comprehendunt omnes moniales, etiam Abbatiſſas, ut benè advertit *Sanch. in d. cap. 16. n. 91.* exindè falſa eſt illatio, quia ſicut dict. conſtitutiones non ſunt favorabiles, nec ſalutiferæ, reſpectu animarum Regum, Imperatorum, & conſimilium connexarum; ità ad eos non ſe extendunt.

11. Et additur, quod quando ex mente ſtatuentis conjicitur, eum velle hos comprehendere, ſub illis utique comprehenduntur, *Mandoſius de privil. ad inſtar. gloſſa 7. n. 28.* ſed in præſentiarum conſtat, prædictos Summos Pontifices, nolle præfatas Summas perſonas comprehendi in dict. bullis, ergo.

12. Nec replices dicendo, quod excommunicatio Canonis, *ſi quis ſuadente diabolo 17. q. 4.* lata contra percuſſores clericorum, eo, quod loquitur ſub generalibus verbis, comprehendit etiam Reges & Cardinales, ut omnes concedunt: undè Sixtus V. citavit Regem Franciæ Henricum Tertium, ad dicendum cauſam, quare non deberet declarari excommunicatus, eò quod occiderat Cardinalem de Guiſi.

13. Quia dict. conſtitutio, non eò extenditur ad Reges & Cardinales, quia loquitur ſub generalibus verbis, ſed quia, etſi ſit pœnalis, cum tamen lata ſit principaliter in favorem omnium Religioſorum, & totius Ordinis Clericalis, cenſenda eſt non odioſa, ſed favorabilis; ac proinde afficit omnes, Papa excepto, ut notat *Suar. de leg. l. 5. cap. 2. n. 2.* quod non poteſt extendi ad caſum noſtrum, cum conſtitutiones de clauſura monialium, non ſint latæ principaliter in favorem animarum omnium Religioſorum, totiuſque Ordinis Clericalis; ſed reſpectu ipſarum monialium tantùm; & additur, quòd praxis dict. Canonis, *ſi quis ſuadente, &c.* inolevit de mente Papæ, quod nequit dici de dictis conſtit. clauſuræ monialium.

14. Præterea injectio violentæ manus in clericum, ſuadente Diabolo, eſt principaliter injurioſa ordini Clericali, & perſonæ percuſſæ ſecundariò; ingreſſus autem Imperatorum, Regum, Imperatricum, Reginarum, & ſimilium ſupremi gradus perſonarum, ad moniales, dum fit ad bonum finem, eſt honorificus, & favorabilis monialium ordini & perſonis, ergo diſpar eſt ratio.

15. Dixi ad bonum finem, quia ſi ingreſſus prædictus fieret ad malum finem, foret utique mortiferus, & Papali excommunicatione affectus, juxta decretum Clem. VIII. de quo dictum eſt ſupra.

16. Nec tandem dices, multos præfatorum loqui de ingreſſu fœminarum in clauſtra Monachorum, non autem extraneorum in clauſuram monialium: hoc enim parum refert, cum utrobique eadem ratio militet.

Quæſt. 13. Fundatrices, an valeant ingredi Monialium ſepta?

1. Fundatrices dicuntur, quæ ſuis ſumptibus Monaſterium ædificant, aut in majori parte ampliant, vel dant redditus pro ſuſtentatione Religioſorum, qui ibidem alii debent: his enim tribus modis acquiritur omne Jus patronatus, & titulus Fundatoris & non aliter, ut alias monuimus.

2. Has autem Fundatrices, non poſſe introire clauſuram monialium, niſi id permittant earum privatæ conſtitutiones, atteſtantur *Rodor. in explicatione motus proprii Pii V. n. 3. & tom. 1. q. 48. ar. 1. §. circa quam, in fin. Sorb. Capuc. in comp. privil. mendicantium. ver. ingreſſus monaſt. monialium, in annot. in fin. Sanch. lib. 6. decal. cap. 17. n. 7. Suar. tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 7. n. 9. in fin. latè Peyr. tom. 1. privil. in conſtit. 6. Jul. 2. § 3. n. 5. Bonac. de clauſ. q. 5. p. 2. n. 3. & egomet. 2. p. tr. 4. qu. 10.* tum quia hæ Fundatrices veniunt nomine mulierum, de quibus indiſtinctè loquuntur dicti Sum. Pont. in dict. Bullis: tum etiam, quia, ut monet *Rodor. in d. explicat.* ideò Pius V. in dict. ſuo motu proprio, explicavit de Comitiſſis, Marchioniſſis & Duciſſis; quia hæ Regulariter ſolent eſſe fundatrices; ne quis fortè putaret, has poſſe, ut fundatrices ingredi, tum item, quia ſicut conſtitutiones virorum, in univerſum prohibent ingreſſum fœminarum; ità & monialium, univerſim vetant ingreſſum extranearum perſonarum in earum monaſteria, ergo, niſi earum adſit exceptio, includuntur.

3. Dixi, niſi id admittant privatæ Regulæ; quia his, cum conſiſtant in facto, Romani Pontifices, per prædictas ſuas bullas, non intendunt derogare, prout Greg. XIII. de re conſultus, ad inſtantiam fratrum Minimorum, ex ſententia Sac. Congr. declaravit, quam declarationem, ut ſupra dixi, authenticè refert *Peyr. ubi ſupra.*

4. Et quod dict. Papa dixit de dicta Religione Minimorum, dicendum eſt de quacumque alia Religione, in qua eſt ſimilis Regula, ob identitatem rationis; quia Papa Gregorius, dicta ſua declaratione, non aliquid conceſſit Minimis; ſed quod Pontificia lege continetur, explicavit.

5. Non deſinam tamen dicere, quòd *Ferdinandus à Caſtro, tr. 16. diſput. 4. p. 8. n. 4.* cui favet *Gibal. de ſanctim. diſquiſ. 1. cap. 4. § 2. conſect. 2. in medio,* ait, quod Fundatrices

Digitized by Google

trices poſſunt ingredi monialium & virorum clauſuram; & movetur, tum ex eo, quia licet ipſe Greg. XIII. in Conſtit. *ubi Gratia*, Paulus V. in ſua conſtit. incip. *Monialium ſtatui*, & Urban. VIII. in conſimili conſtit. incip. *Sacroſanctum*, revocent univerſim omnes facultates factas quibuſcunque fœminis à S. Apoſtolica ingrediendi monaſteria monialium, etiam Comitiſſis, Marchioniſſis & Duciſſis; nuſquam tamen ipſi, ſicut neque alii Pontifices, fundatricum meminere, neque etiam Reginarum, quam ob rem, contendit, tum Reginas, tum Fundatrices, non comprehendi in ſimilibus conſtitutionibus, circa ingreſſum prædictum, quia ſicut Reginæ, ob ſupremam ſuam dignitatem, excluduntur à dicta Generali prohibitione, non intrandi in dict. Monaſteria; ità à fortiori, ipſæ fundatrices, & patronæ, ob earum qualitatem, arctiùs monaſteria devincientem, excludi debent, quæ etiam malè, (inquit ipſe) omninò cenſentur extraneæ monaſteriis, quorum Patronæ ſunt, tum etiam, quia Jus patronatus eſt valde privilegiatum in jure, & fundatrices ſunt quaſi Patronæ ſuorum monaſteriorum, quare non debuerunt ſub hujuſmodi generalitate comprehendi; neque id Jure fieri potuit, ſine aliqua ingrati animi nota; tum item, quia his accedit, pluribus in locis conſuetudo, quam rationabilem exiſtimat; tum denique, quia contractus erogatus, quo fundatrices in fundatione hoc Jus ſibi reſervant, ex eo capite, iniquum, aut contra Jus commune, non extat; ergo non cenſetur abrogatus, per præfatas Papales conſtitutiones.

6. Ego autem his non ſubſcribo: niſi hæc omnia priùs fuerint, ſervatis ſervandis, ſtipulata de ſpeciali conſenſu Sedis Apoſtolicæ, cum expreſſione omnium in individuo; nec ſufficit aſſenſus Epiſcopi, cum agatur de violatione conſtitutionum Apoſtolicarum, Regul. & Conc. Trid. verum habito hujuſmodi prævio ſpeciali aſſenſu Apoſtolico, qualificato, ut oportet, erit de eo dicendum, ſicut de Regula S. Franciſci; nec contractus erogatus antecedenter ad Sac. Conc. Trid. nec quidem aliud privilegium, his poſſunt obſtare; etenim omnis contractus, omneque privilegium fundatricum, contrarium decretis Sac. Conc. Trid. cenſetur extinctum, omniſque conſuetudo contraria abolita, ut conſtat ex *d. cap. Trid. ſeſſ. 25. de Reg.*

7. Nec pacta privatorum ſunt attendenda, eò fortiùs, ſi ſint præjudicialia Juri communi canonico, & communi bono Religioſarum: malè enim facta, pro infectis habentur; & ita fuiſſe à S. Congregatione deciſum, *refert Barboſ. in Coll. bull. ver. monialium clauſura, circa ingreſſum* 3. ibi. *Monialium in monaſteria ingredi, deinceps non permittitur mulieribus ſecularibus, nec quidem fundatricibus, aut donatricibus ad breve, vel ad longum tempus, etiam ſi à Sede Apoſt. hoc eis ſpecialiter eſſet indultum, cum Pauli V. conſtitutione, de anno* 1612. *editâ id fuerit in genere revocatum* hæc ibi, quod item refert *Aldan. in comp. Canon. Reſolut. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 12.

Quaſt. 14. *Monialis juſtâ cauſâ egreſſâ à ſuo proprio Monaſterio, an poſſit in aliud Monaſterium Monial. licitè ingredi?*

1. DE hoc dubio multa loquuntur *Hier. Clamaſ. in Methodo Curationis, in Appendice, §.* 11. *ad finem, P. Sanch. l.* 6. *ad decal. cap.* 16. *num.* 10. *Bonac. de clauſ. qu.* 4. *p.* 1. *n.* 3. *Greg. Polac.* 2. *p. vacat. Epidim. de clauſ. monial. nu* 6. *Ferdin. Caſtr. Palav. tr.* 16. *diſput.* 4. *p.* 10. *§.* 1. *num.* 4. *Laur. Peyr.* 2. *tom. de privil. in conſtit.* 6. *Pii V. q.* 6. *n.* 28. *Merolla, to.* 1. *cap.* 2. *de volunt.* 3. *difficult. n.* 482. *Aſcan. Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 24. *q.* 15. *& Pellizz. de monial. cap.* 5. *ſect.* 3. *n.* 107. *q.* 37. ex quibus quæſitum cum diſtinctione reſolvo, aut ſumus in moniali iter agente, & accedente ad monaſterium ſui ordinis & habitus, ad hoc, ut in hoſpitium admittatur, vel ejus animus recreatur, caſu, quo ipſa degeret in aliqua domo privata, ad recuperandam ſanitatem, & ſic licitè poteſt ingredi, & ab Abbatiſſa admitti, abſque alia cauſa, & alterius ſuperioris licentia, nec quidem petita; quia iſta non eſt extranea, nec illicitè egreſſa, ut ſupponitur, ergo non intelligitur comprehenſa ſub dicto motu, etenim prohibitio contenta in dict. motu, de non ingrediendo, cadit ſuper extraneos, vel moniales indebitè egreſſas.

2. Aut verſamur in moniali iter agente, per loca, ubi non eſſet monaſterium ejuſdem ordinis, ſed alterius; & ſic poterit admitti, de licentia tamen ſuperioris illius monaſterii, & non aliter; quia Religioſa Charitas, quæ Religioſas perſonas maximè decet, & honeſtas ſtatus monialis id exigit; ſecùs autem; ſi diverteret in dict. monaſterium, diverſi ordinis, non cauſa neceſſarii Hoſpitii, ſed gratia animi recreandi, vel inviſendi monialem conſanguineam; quia in tali caſu, nullatenus debet admitti; nec quidem de licentia ſuperioris; quia hujuſmodi cauſa, non cenſetur neceſſaria ad intrandum, ſicut non æſtimatur ſufficiens & juſta, pro ingreſſu cæterorum extraneorum; nec ſuperior poteſt exindè talem licentiam concedere, cum hæc ad monialium crates poſſet accedere, & ſuam conſanguineam alloqui & videre.

Quaſt. 15. *An Paulus V. in dict. ſua Conſtit. ſimpliciter revocaverit Fœminis, omnes licentias ingrediendi Monialium Monaſteria: an verò illas tantùm, in quibus continebatur, etiam facultas converſandi, & refectionem corporalem accipiendi?*

1. BOnac. *de clauſ. q.* 4. *p.* 5. *ſub n.* 4. *ver. indubium, cui favet Pellizz. de monial. cap.* 5. *ſect.* 3. *ſub q.* 10. *n.* 98. *in fin. §. quod ſi*, dicit Paulum V. in dict. ſua bulla revocare fœminis illas tantùm licentias, in quibus conjunctim concurrunt illa tria, nempè facultas intrandi, & converſandi & conveſcendi; quia dict. Summus Pontif. loquitur per illas dictiones, (&, ac) quæ ſunt dictiones conjunctivæ, ut ibi, *omnes, & ſingulas licentias ingrediendi monialium, ubique locorum exiſtentium, ac cum monialibus converſandi, & refectionem ſumendi corporalem: ſæcularibus cujuſcunque ſtatus, gradus & conditionis, &c.*

2. Oppoſitum tamen, quod eſt omninò verius; tenet *Flavius Cherub. in Comp. d. bul.* ubi dicit, quòd dict. Paulus V. in dict. bulla, ſimpliciter revocat omnes licentias fœminis quomodocumque conceſſas, ſivè ad ingreſſum, ſivè ad alia recenſita; undè in ejus ſumma loquitur per dictiones disjunctivas, *aut, vel* & meritò, tum quia S. Papa, ſua dict. bulla, intendit removere ea omnia, quæ Religioſam monialium quietem, & regularem obſervantiam perturbare cognoſcuntur, & colligitur ex ejus proœmio; ſed quies & obſervantia earum, perturbantur per quemlibet ingreſſum, etiamſi non fiat, ad diù converſandum & veſcendum, & liquet ibi, *quoniam itaque, ſicut accepimus, experientiâ compertum eſt, non levia incommoda, licentias ingrediendi monaſteria monialium mulieribus ſæcularibus conceſſas, dictis monialibus inferre: nos malis hujuſmodi opportuno remedio providere volentes, &c.* hæc ibi; Ergo cum conſtet de mente legem ferentis, non eſt de verbis diſputandum, *l. non dubium, C. de leg.* ubi habetur, *in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem, & cap. humanæ aures ii,* 22. *q.* 5. ibi, *non debet aliquis verba conſiderare, ſed voluntatem & intentionem; quia non debet intentio verbis deſervire, ſed verba intentioni;* hæc ibi & meritò, quia mens & volun-

tas

Digitized by Google

tas legislatoris, eſt ſpiritus & anima legis: Undè legislator, dicitur lex viva & animata, quæ ſuum nobis obligandi animum, per verba, tanquam per inſtrumenta, defert & exhibet; tum etiam, quia idem Papa in dict. conſtit. paulum infrà, imponens excommunicationem, mentionem facit ſimpliciter de ingredientibus, ibi, *inhibentes mulieribus prædictis licentias hujuſmodi habentibus, &c.* ubi ergo lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, tum item, quia illa dictio, *& ac*, non ſemper eſt conjunctio copulativa, ſive completiva in diverſis rebus, ſed interdum eſt ampliativa, interdum verò eleganter ponitur pro poſtmodum, ſivè pro adverbio ornatus, ut benè ex pluribus oſtendit *Calepinus in ſuo dictionario*; & ità impræſentiarum eſt intelligenda, ergo non eſt, cur à dicta veritate diſcedamus.

Quæſt. 16. Licentia ingrediendi monialium monaſteria, à quonam debet concedi?

1. D. *Aug. Barboſa, in 3. p. de off. & poteſtate Epiſcopi, allegat. 102. n. 40. poſt Navar. com. 4. de Regul. n. 60. Suar. tom. 4. de Relig. l. 1. cap. 10. n. 15. & Sanch. l. 6. ad decal. cap. 16. num. 12.* cum diſtinctione reſolvit; aut ſumus in claris, & ſic ſtandum eſt praxi, & conſuetudini legitimè præſcriptæ; aut verſamur in dubiis, & ſic ſubdiſtinguit; aut loquimur de monialibus immediatè ſubjectis Epiſcopo, aut de iis, quæ ſubjiciuntur Sedi Apoſtolicæ, & ſic conceſſio talis licentiæ pertinet ad Epiſcopum, & conſequenter ad ejus Vicarium Generalem, & ad Capitulum, ſede vacante, per ea, quæ dicta ſunt ſupra; aut loquimur de monialibus exemptis ab Ordinario, & ſubjectis Prælatis Regularibus, & ſic conceſſio dict. licentiæ ſpectat ad Prælatos Regulares, non autem ad dict. Epiſcopum loci, & ſe fundat cum præcitatis, *in cap. 5. Conc. Trident. ſeſſ. 25. de Regul.* ibi, *dare autem tantùm Epiſcopus, vel Superior licentiam debet, in caſibus neceſſariis, neque alius, ullo modo, poſſit, & jam vigore cujuſcunque facultatis, vel indulti, hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi*, hæc ibi, ad quorum majorem claritatem, iterum quæro.

Quæſt. 17. An ſola licentia D. Epiſcopi loci ſufficiat ad ingrediendum monaſteria monialium exemptarum ſuæ diœceſis?

1. HÆc quæſtio eſt de gravioribus, circa quam digladiantur DD. nam *Lælius Zecchius, de Repub. Eccleſ. tit. de Regul. cap. 3. n. 15. ver. 8.* videtur dicere, quamvis non audeat determinare, ad ſolos Epiſcopos ſpectare, hanc intrandi licentiam concedere; etiam loquendo de monaſteriis, quæ regularibus ſubduntur; duciturque tum ex eo, quia ita Sacra Congr. declaravit, tum etiam, quia Tridentinum ubi ſupra, disjunctivè loquitur, aſſerens dict. facultatem ab Epiſcopo, vel ſuperiore concedendam eſſe, ut ibi apparet; in alternativis autem, ſufficit alterum adimpleri, *argum. l. plerumque, ff. de Jure Dotium*, & habetur expreſsè in *Jur. Regula 70. in 6.* tum item, quia Epiſcopi veniunt nomine ſuperioris, etiam reſpectu monialium ſubjectarum Regularibus; tum denique, quia ità praxis obſervat in magnis Civitatibus, & præcipuè in Civitate Neapolitana, prout atteſtatur *Thomas Zerola in praxi Epiſcopali, par. 1. in 2. edit. ver. Moniales, ad 8. quæſitum.*

2. *Navarrus tamen, Sanch. Suar. cit. loc. Rodor. tom. 1. q. 46. ar. 2. cum ſuo comp. Reſolut. 26. nu. 8. Miranda de monial. q. 2. ar. 3. concluſ. 2. ver. ſed majoris, Azor. 1. p. lib. 13. cap. 8. q. 7. Barboſ. in d. allegat. 102. n. 40. & de Jur. univerſali eccleſ. l. 1. c. 44. de monial. n. 106. & in coll. ad d. cap. 5. Trid. n. 125. Bonac. de Clauſ. q. 2. p. 2. nu. 1. Graff. 1. p. deciſ. Aur. lib. 4. cap. 23. n. 6. Confect. in ſum. Mater. privil. tit. 20. de monialibus cap. 6. fol. mihi 390. in impreſſione Veneta, ſub anno* 1607. *Clamas in Method. Curat. in Append. §. 5. Peyr. to. 2. privil. in Conſtit. 6. Pii V. q. 7. n. 29. Campanilis in diver. Jur. Canon. rubrica 12. c. 16. nu. 31. Victorell. de orig. & clauſ. monial. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 23. q. 1.* ubi invehit contra dict. Zerolam, & docet de contraria praxi, *Portell. in dub. ver. clauſ. monial. n. 3. Ferdinan. à Caſtro Palao, tr. 16. diſput. 4. p. 10. §. 2. Gibal. de clauſ. ſanctim. diſput. 1. c. 4. §. 3. n. 6. P. Merolla, multis citatis, to. 1. diſput. 1. cap. 2. de volunt. 4. difficult. n. 484. Lezana 1. p. ſum. c. 25. n. 25. Pellizz. de monial. c. 5. ſect. 3. c. 32. nu 146.* dicunt, quòd ad ingrediendum dict. monaſteria exempta, non requiritur licentia Epiſcopi loci, ſed ſatis eſt Prælati Regularis Superioris exempti monaſterii, dummodo loci conſuetudo legitimè præſcripta aliter non obſervet, & moventur ex multis.

3. Primò, quia ejus eſt, hanc licentiam concedere, cujus eſt monialibus clauſuram indicere, ut docent *Joan. Andr. & monachus in cap. periculoſo 1. de ſtatu Regul. in 6. n. 1. & 2. & ibi Franchus n. 5. Dominicus, n. 10.* & conſtat ex illa Jur. Regula, qua dicitur, *quòd res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur*; ſed Prælati Regulares in moniales ſibi ſubjectas, eamdem ſuperioritatem, juriſdictionem, & poteſtatem, ſicut in Fratres ſibi ſubditos exercent, illaſque tam in capite, quam in membris viſitando, corrigendo, ligando, atque ſolvendo, & ſimilia peragendo, prout praxi ipſas docet, & atteſtatur *Joan. Bapt. Confect. cit. loc.* Ergo, & colligitur apertè *ex textu d. cap. periculoſo*, ibi, *niſi de illius, ad quem pertinuerit, ſpeciali licentia, ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem*, hæc ibi, ubi gloſ. in fine caſus poſiti, dicit; *niſi de licentia Superioris monaſterii*, nam excepto ſuperiore monaſterii, alius non poteſt fingi; ad quem poſſet ſpectare dict. licentiam concedere, ut dixerunt *Dominicus, Franchus, Joan. Andr. & Anchar. & omnes ſcribentes ubi ſupra.*

4. Neque huic conſtitutioni Bonifacianæ obſtat Trid. *cit. loc.* ubi præcipit Epiſcopis indiſtinctè, ut in monaſteriis ſibi ſubjectis, ordinariâ, in aliis verò, Sedis Apoſtolicæ authoritate, clauſuram indicant; quia ibidem Trid. proteſtatur ſe dict. Conſtit. Bonifacii renovare, atque illam interpretari, at conſtitutio interpretans, in dubio intelligenda eſt juxta eam, quam explicat & interpretatur, & recipit omnes illius interpretationes, ut probat *textus Clem. ſtatutum, adjuncta gloſſa, in ver. conſuetudine, de elect. & cap. 15. qui, ver. vel electi, eod. tit. in 6.* quod eſt verum, etiamſi nova lex interpretans loquatur ſtrictiùs, ut conſtat *ex Authen. de filiis, ante dotal. inſtrum. natis, collat. 5. ad finem*, ibi, *cum omnibus manifeſtum ſit, oportere ea, quæ adjecta ſunt, per interpretationem in illis valere, in quibus, interpretatis legibus ſit locus, ubi gloſſa, finalis, au, notandum mirabile verbum & aliis allegat docet. Merolla cit. loc. num. 485. in fin.*

5. Secundò, ex textu Pianæ conſtit. incip. *Circa Paſtoralis*, ibi, *juxta formam dict. Conſtit. periculoſo, in Sacro Concil. Trid. approbatam, & innovatam, quam etiam nos authoritate præfata approbamus & innovamus, in omnibus, & per omnia; ac illam ſtrictè obſervari mandamus*, ſed dict. conſtitutio Bonif. vult, hujuſmodi licentiam concedendam eſſe à ſuperiore monaſterii, ergo.

6. Tertiò, *ex textu*, §. 7. bullæ Pii V. incip. *etſi mendicantium ordines* §. 7. ibi, *cumque inhoneſtum ſit, quemlibet in alienam meſſem falcem injicere, cumque monialium monaſteria, non niſi de Epiſcopi, vel Superioris licentia, & in caſibus neceſſariis, aliquis ingredi præſumat, in ſeſſ. 25. cap. 5. prohibetur, hoc tantùm in illis monaſteriis locum habere volumus, quæ ordinariis ipſis plenò Jure ſubſunt, in quibus, in caſibus neceſſariis ipſi dare licentiam poſſint, & non in aliis monaſteriis, ita ut in præfatis monaſteriis, quæ ordinariis ipſis pleno Jure non ſubſunt, ipſi ordinarii illa ingredi non*

poſſint,

Digitized by Google

poſſint, prout in Regulis earum, ſeu de Jure ſtatuitur, &c. ut meliùs eſt videre in dict. bulla, quam per extenſum habes apud *Peyr. to. 2. de privil.* & eſt 7. inter conſtitutiones ejuſdem.

7. Nec obſtat dicere, quòd dicta conſtit. Pii V. fuit per conſtit. Greg. XIII. incip. *in tanta, &c.* revocata, & redacta ad terminos Juris communis, & decretorum Concil. Trid. tum quia prædicta conſtitutio, *in tanta*, non fuit ſufficienter publicata, nec uſu recepta, prout atteſtantur *Henriquez, l. 7. de Indulg. c. 24. n. 8. Thomas de Jeſu, de procur. omnium gentium ſalut. l. 12. cap. 8. & alii multi, quos ſequitur, & allegat Peyr. cit. loco, de privil. n. 2.* tum etiam, quia eſto, quòd fuerit recepta, & ſufficienter publicata, ut communiter creditur, adhuc tamen revocat ea, quæ Pius V. Regularibus conceſſerat contra Concil. Trid. non autem ea, quæ ſunt ſecundum dict. Concil. Trid. *Sanch. l. 5. ad decal. cap. 4. num. 16.* & ità fuiſſe à Sacra Congreg. deciſum refert *Peyr. cit. loc. n. 3. in fin.* hoc autem, de quo agitur, non eſt contra, ſed ſecundum Concil. Trident. ergo.

8. Quartò, ex decreto Sac. Congr. Romæ impreſſo, ſub hac forma verborum.

9. *Sacra Congreg. Cardinalium Concilii Trident. interpretum cenſuit, licentias ingrediendi intra ſepta monialium, ex vera tantùm neceſſitate concedendas, quo ad monaſteria Regularibus ſubjecta, pertinere dumtaxat ad ipſos Superiores Regulares, die 19. Junii 1597.* quòd decretum per extenſum referunt *Emin. Bellar. in d. c. 5. Trid. ſeſſ. 15. de Regul. poſt obſervationem doctrinæ, & Tambur. cit. loc. & ab Emin. Cardinali Merlino ſubſcriptum*, ſe vidiſſe teſtatur *D. Barboſa, allegat. 102. n. 41.* & ratio potuit eſſe, quia dict. Epiſcopus non eſt ſuperior monialium exemptarum, aliàs eædem non dicerentur exemptæ, ſed ſubjectæ.

10. Non deſinam tamen dicere, quòd eadem Sac. Congreg. ad majorem, & tutiorem cuſtodiam clauſuræ, ſub die 13. Novembris 1610. facultate ſibi facta à S. P. ſtatuit & decrevit, ut deinceps intra hujuſmodi ſepta, nemini ingredi liceat, niſi licentiæ in caſibus neceſſariis concedendæ, nedum à Superioribus Regularibus dictorum monaſteriorum, ſed etiam à locorum ordinariis obtentæ fuerint, non obſtantibus quibuſcunque contrariis legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

11. Et latiùs eadem Sacra Congregatio, in una Matienſ. ſub die 21. Februarii 1617. ad ſedandum controverſias, quæ inter Epiſcopum Camatienſ. ac Superiores Regulares exortæ erant, ſtatuit, ut infrà.

12. *Monialium monaſteriorum exemptorum, & Regularibus ſubjectorum ſepta, nemini ingredi licet, niſi licentia in caſibus neceſſariis concedendæ, nondum à Superioribus Regularibus dictorum Monaſteriorum, ſed etiam à locorum Ordinariis obtenta fuerint, non obſtantibus quibuſcunque contrariis, legibus, ſtatutis conſuetudinibus, etiam immemorabilibus Sacr. Congr. 3. Novemb. 1610.* ſed noviſſimè ad removendum omninò difficultatem, quæ ex hujuſmodi decreto, forſan oriri poſſet, negotio iterum, in eadem Sac. Congregat. propoſito, atque Sanctiſſimo D. N. relato, die 21. Maii 1630. Sanctitas ſua declaravit, hujuſmodi licentias à ſuperioribus Regularibus, non eſſe petendas in illis locis, in quibus adeſſet conſuetudo, ut iſtæ ab Epiſcopis tantùm concedantur, hoc enim caſu ſtatuit & decrevit, talem conſuetudinem eſſe obſervandam, & ipſorum Epiſcoporum tantummodò licentias ſufficere, etiam privativè quo ad ipſos Regulares, &c. & refert per extenſum, ut jacet *D. Barboſa de Jur. univer. eccleſ. cap. 44. n. 107. in fine, & in collect. bull. ver. moniales, §. monialium clauſura circa ingreſſum 3. ad finem, & Novar. 2. p. ſum. bull. tit. de clauſ. ſuper bulla Pauli V. n. 6.* quibus declarationibus, ſi de illis authenticè conſtet, ſtandum eſſe, fatetur *Lez. in 2. p. ſum. cap. 1. de Jurib. mendicantium nu. 22.* ſecùs autem conſuetudini legitimè præſcriptæ; quia talis conſuetudo veterem abrogat legem, & novum infert privilegium, *Suar. cit. loc. num. 15.*

13. Verum ego de illis nullatenus dubito, tum quia fuerunt ſub diverſis Pontificibus multoties uniformiter repetitæ, tum etiam, quia videntur renovatæ per decretum ejuſdem Sac. Congreg. juſſu Urban. VIII. editum, die 15. Novembris 1623. quod habes infrà; tum item, ex praxi hujus Civitatis, Neap. qua nuper Prior monialium monaſterii S. Sebaſtiani Ordinis noſtri, fuit punitus ab Emin. Archiepiſcopo hujus Civitatis, D. Aſcanio Filamarino zelantiſſimo, & ab officio remotus, Sacrâ tamen Congregatione conſultâ, eo quòd eodem Emin. D. inſcio & inconſulto, quandam Excellentiſſimam dict. Comitiſſam in dict. monaſterium monialium ingredi fecerat, vel permiſerat, contra diſpoſitionem bullæ Greg. XV. de exemptorum privil. incip. inſcrutabili Dei providentia; quæ quidem dict. Comitiſſa, ultra prædicta, viribus cenſurarum compulſa, coacta fuit exindè exire.

Quæſt. 18. Licentia ingrediendi Monaſteria S. Claræ, à quo ſit concedenda?

1. L*Ud. Miranda, de monial. q. 2. ar. 3. concl. 1. & 2. & Rodor. tom. 1. q. 46. ar. 3. cum ſuo Comp. reſol. 26. n. 9.* dicunt, quod ad dictum ingreſſum, non ſufficit licentia Epiſcopi, vel Superioris, ſed neceſſariò requiritur ſpecialis licentia Papæ, exceptis tamen caſibus, in Regula dictarum monialium expreſſis, *ut conſtat ex 1. & 2. Regul. S. Claræ, in cujus cap. 9. Julius II. omnibus vetat dict. monaſteria introire, exceptis viſitatoribus, confeſſariis, medicis, & artificibus pro ſuis officiis, tempore neceſſitatis exercendis* & addit, *ſi aliter ingrediantur, tam ingredientes, quam admittentes excommunicationis ſententiam incurrant, prout ante præfatos DD. etiam, notavit Caſarub. in comp. privil. mendic. ver. ingredi monaſteria monialium, n. 1. & ſeq.* ubi varias Pontificum conceſſiones refert, & expendit; item, & caſus in dict. Regula exceptos, quem ſequitur *Sanch. l. 6. decal. cap. 16. num. 17. & ſeq. Bonac. de clauſ. q. 4. p. 2. num. 1. & ſeq. & Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 23. quæſt. 4.*

2. Quod dictum *Rodor. cit. loc. §. ſed videamus*, ait procedere, ne dum in ſæcularibus, ſed etiam in Fratribus minoribus, quia hi etiam ex Regula prohibentur ingredi dict. monaſteria ordinis S. Claræ, ut probat *textus cap. 11. d. Regulæ* ibi, *firmiter præcipitur Fratribus univerſis, ne ingrediantur monaſteria monacharum, præter illos, quibus à Sede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis*, hæc ibi, ex quibus *Caſarub. cit. loc.* colligit, Fratres Minores in univerſum, non poſſe ingredi monaſteria monialium, cujuſcunque ſint ordinis; tum quia regula, ubi ſupra, nullum excipit, tum etiam, quia ità Papa Greg. IX. in declaratione Regulæ fratrum minorum declaravit.

3. Quod item ampliant ad monaſteria conceptionis propter eandem rationem, cum hæ moniales idem ſtatutum habeant.

4. Neque his nocet dicere, quòd *Trid. in cap. 5. ſeſſ. 25. de regul. ait*, quòd Epiſcopus, vel ſuperior monialium, poteſt ex juſta cauſa licentiare ad prædictum ingreſſum, ergo, perperam deſideratur ſpecialis licentia Papæ, quia Trid. in dict. cap. non comprehendit moniales S. Claræ, propter earum ſtrictiorem regulam, ut *ipſummet Trid. teſtatur in eadem ſeſſ. cap. 22.* ibi, *ſi qui verò regulares tam viri, quam mulieres ſint, qui ſub ſtrictiori regula, vel ſtatutis vivunt, eos ab eorum inſtituto, & obſervantia, ſancta Synodus amovere non intendit*, hæc ibi, per quæ *Miranda, & Rodor. ubi ſupra*, mirificè laudant reſponſionem prædictam, quam ob rem, immeritò idem *Rodor.*

in ea-

Digitized by Google

in eadem q. 46. *ar.* 6. ad finem recedit à reſponſione prædicta, dicendo, quod Trid. per *d. cap.* 5. Prælatis dict. monaſt. non tollit facultatem, quam omnibus Prælatis concedit, dandi licentiam in caſibus neceſſariis, quando ipſis videtur expedire, & addit, quòd Prælati dict. licentias concedentes, authoritate Sedis Apoſtolicæ ſpeciali id faciunt; quia Trid. dict. ſpecialem authoritatem concedit, pro omnibus monialibus, nullas excipiendo; quod eſt contra id, quod priùs dixerat, ubi ſupra, pro ut benè advertit *Sanch. cit. loc. in fin.* ubi dicit, quòd ſtandum eſt conſuetudini, per dict. fratres legitimè introductæ, & privilegiis novioribus, ſi ad hunc effectum habeant.

Quæſt. 19. *Quænam ſit cauſa neceſſaria ad dict. ingreſſum?*

1. RESpondeo, quòd ad ingrediendum monaſteria monialium, neceſſariò requiritur cauſa, non qualis, qualis lubet; ſed qualificata de Jure, nam ſi omni levi, vel ficta cauſa, ad eaſdem pateat ingreſſus, perperam de earundem clauſura tot decreta emanarunt, & habetur expreſsè *in cap. periculoſo* 1. *de ſtatu Regul. in* 6. ibi, *niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat*: undè *Navar com.* 4. *de regul. num.* 59. *ver.* 2. notat, quòd cauſa ad ingrediendum, non ſolùm debet eſſe rationabilis, ſed etiam manifeſta, propter dictionem copulativam, qua ibidem utitur S. Papa.

2. Verùm hæc cauſa non exigitur, ut ſit manifeſta toti populo, ſed ſufficit, etiam ſi ipſi ſoli Prælato licentiam conceſſuro, evidenter, ac manifeſtè nota ſit, nam Summus Pontifex, *cit. loc.* petit cauſam manifeſtam, non autem publicam & manifeſtum, & publicum, inter ſe valde differunt, pro ut ad *textum d. cap.* explicant *Joan. Andr. Anchar. Dominicus Francus, & obſervat Rodor. to.* 1. *q.* 45. *ar.* 4. §. *circa cauſam.*

3. Dixi evidenter & manifeſtè; nam ſi cauſa ſit dubia, incerta & obſcura, non poteſt Prælatus, ſine peccato mortali, hujuſmodi licentiam concedere; tum quia Summus Pontifex cauſam petit manifeſtam, cui opponitur obſcura & dubia, tum etiam, quia agens conſcientiâ dubiâ, exponit ſe periculo peccandi; *qui enim amat periculum, peribit in illo.*

4. Benè verum eſt, quòd non oportet, ut dict. cauſa, ob quam Prælatus intendit dict. licentiam concedere, ſit omninò evidens & certa, ſed ſatis eſt, ut illam juſtam & ſufficientem eſſe, probabiliter opinetur. *Bonac. de clauſ. q.* 4. *p.* 4. *num.* 3. & meritò, tum quia alioquin, aut infinitis ſcrupulis daretur locus, aut antecedenter ad dict. licentiam exigeretur proceſſus informativus ſuper Juſtitia cauſæ, quod nedum foret præter benignam mentem Rom. Pontif. verum etiam eſſet impoſſibile obſervatu, ob frequentiſſimos caſus, qui tantam moram non admittunt.

5. Quia verò ſub nomine rationabilis cauſæ, poterat cadere omnis cauſa rationabilis viſa Prælatis, ne ea generaliori conceſſione, malè uterentur iidem, *Trid. d. cap.* 5. *ſeſſ.* 25. *de Regul.* explicavit, quænam cauſa cenſenda ſit, in hoc caſu rationabilis, ibi, *dare autem tantum Epiſcopus, vel ſuperior licentiam debet, in caſibus neceſſariis, nec in aliis, ullo modo, poſſit, etiam vigore cujuſcumque facultatis, vel indulti, hactenus conceſſi, vel inpoſterum concedendi:* hæc ibi, per quæ benè vides, quòd caſus rationabiles Bonifacii, ad ſolos caſus neceſſarios, Trid. reſtrinxit; an autem hæc fuerit Bonifacianæ conſtitutionis coarctatio, & reſtrictio, an verò interpretatio, parum refert; ſatis eſt dicere, quòd cauſa rationabilis plura complectitur, quàm cauſa neceſſaria, nam, quòd mater ingrediatur ad viſitandam filiam, rationabilis cauſa eſt; verum juxta textum Concilii, non eſt ſufficiens ad intrandum; quia illa congruitas, ſimpliciter non eſt neceſſitas, ut eruditè advertit *Suar. tom.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 16. undè dici ſolet, quòd omnis utilitas ſuppeditat cauſam rationabilem, non tamen neceſſariam.

6. Ne quis tandem, ſibi fingeret hujuſmodi neceſſitatem in quocumque caſu, Greg. XIII. in ſua conſtit. incip. *ubi gratia,* explicuit de neceſſitatibus urgentibus, & quamvis prædicta verba Concilii Trid. Gregorii XIII. ubi ſuprà, ſuperficietenus videantur diverſa, & diſtincta, & ſub diverſis formis poſita: adhuc tamen in re conveniunt, & idem omninò ſignificant; nam neceſſitas, de qua Concil. & Greg. loquuntur, ubi ſupra, non eſt accipienda logicè, aut Phyſicè, hoc eſt pro extrema, ſtricta, vel ſtrictiſſima neceſſitate; ſed moraliter, pro ut atteſtantur *Rodor. tom.* 1. *q.* 46 *ar.* 4. *Miranda de monial. q.* 2. *ar.* 4. *Suar. cit. loc. Sanch. lib.* 6. *decal. cap.* 16. *num.* 42. *Bonac. multis citatis, de clauſ. quaſt.* 4. *p.* 4. *num.* 2. *Barboſa allegat.* 102. *num.* 48. *& de Jur. univer. eccleſ. cap.* 44. *nu.* 118. *Peyr. tom.* 2. *privil. in conſtit.* 6. *Pii V. num.* 3. *Confectius in mat. privil. tit.* 20. *de monialibus cap.* 7. *Campanil. in diver. Jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 16. *nu.* 25. *Portellus in dub. ver. clauſ. monial. num. ult. & Tamb. de Jure Abbatiſſ. diſput.* 24. *q.* 1. & moventur ex multis.

7. Primò, quia præcepta Eccleſiæ benignè accipienda ſunt, adeò, ut moralis neceſſitas, ab ipſorum adimpletione, ordinariè loquendo, exculpet, ſecùs autem, Chriſti jugum non diceretur onus leve & ſuave; ſed grave & durum.

8. Secundò, quia in *d. cap. periculoſo,* cui ſe intendit conformare Trid. & Greg. cit. loc. non exprimitur ſtrictiſſima neceſſitas, ſed cauſa rationabilis, hoc eſt, regulanda prudenti arbitrio Prælati.

9. Confirmatur, quia conſtitutio interpretans, intelligenda eſt ſecundùm interpretatam, ut dicitur in Authentica, hæc *conſtitutio,* §. *hic igitur, Coll.* 6. at Greg. cit. loc. fatetur ſe tueri Trid. quod proteſtatur ſe innovare, & confirmare dict. conſtit. Bonif. VIII. ergo ſtandum cauſæ expreſſæ à dict. Bonifacio; ſecundùm tamen interpretationem, adhibitam per Concil. & Greg. ubi ſupra.

10. Hæc autem cauſa neceſſaria moralis, tunc dicetur adeſſe & procedere, quando miniſterium exercendum, concernit moralem monaſterii neceſſitatem, nec per moniales commodè poteſt exerceri, abſque ingreſſu extraneorum, *Confect. Sanch. Bonac. & Tambur. cit. loc.*

11. Et habet latitudinem, nam minor cauſa requiritur in concedenda licentia fœminis, quàm viris, matri aut ſorori, quam aliis extraneis, & minor ad ingrediendum loca viciniora portæ clauſuræ, quàm interiores officinas, & magis ad ingrediendum de nocte, quam de die, *Miranda, & Rodor. ubi ſuprà.*

12. Neque his nocet *Bonacina dicens cit. loc.* quòd monialium clauſura formaliter violatur, tam ingreſſu fœminarum, quàm virorum, & tam ingreſſu ad loca propè januam exiſtentia, quàm ad longè remota, quia ipſi loquuntur, non de violatione clauſuræ; ſed de cauſa concedendi facultatem, ad non violandum clauſuram, ſed licitè ingrediendum ſepta monial. quæ dubio procul, non eſt indiviſibilis, ſecùs non diceretur relicta prudenti arbitrio Prælati, ut benè advertit *Suar n.* 17. *cit. loc.* ubi ex multis oſtendit, quòd neceſſitas, quæ à Trid. poſtulatur, eſt duplex, una communis & ordinaria, altera verò extraordinaria, & utra latitudinem habet & hæc, & illa; nunc bonum temporale reſpicit, nunc autem ſpirituale; de prima, gloſſa *in d. cap. periculoſo, ver. cauſa,* exemplificat in medicis, Barbitonſoribus, ſutoribus, carpentariis & ſimilibus, cum eguerint.

13. De ſecunda, idem Suar. exemplificat in caſibus repentinis, de quibus non poteſt dari certa regula, & ob hanc

Digitized by Google

hanc, & illam neceſſitatem, poteſt dari, & concedi licentia ad breve, interdum verò ad longum tempus; nunc pro toto conventu; nunc autem pro aliqua particulari moniali.

14. Et *Giball. de Sanctim. diſquiſ. 1. cap. 7. §. 1. n. 1. & Pelizz. de monial. cap. 5. ſect. 3. q. 32. n. 157.* addunt, *nunc etiam, pro externo proximo graviter indigente:* exindè *Portell. in dub. ver. clauſ. monial. in fin.* dat Regulam generalem, quòd data urgente neceſſitate, cui ſolæ moniales non poſſunt occurrere, & Prælatus creditur conceſſurus, poſſunt ingredi perſonæ neceſſariæ in neceſſitatibus, quæ non poſſunt dilatari; undè ſi fortè matrona conjugata, & prægnans, monaſterium cum licentia intravit, ut ibi moretur, tempore partus, poteſt obſtetrix intrare, ad illam juvandum in partu, quod extendit ad omnia ſimilia *Collector. privil. ver. ingreſſus monaſt. monial.*

15. Sed quid, ſi licentiatus ex juſta cauſa ad ingrediendum, dum ingreditur, cauſa evaneſcat, & non ſubſiſtat, datne in pœnas?

16. Affirmativè dic, quia Greg. XIII. in dict. conſtit. ubi gratiæ, intulit pœnas contra ingredientes monaſteria, monial. ſine juſta cauſa & licentia, adeò ut utra conditio ſit ſimpliciter, & copulativè neceſſaria, & additur, quòd licentia eſt acceſſoria ad cauſam, à qua pullulat, & emanat, & juxta Juris Regulam *acceſſorium ceſſat, principali ceſſante:* viceverſa, propter eandem rationem, dictas pœnas non incurrit licentiatus ex injuſta cauſa, ſi tempore ingreſſus, juſtam cauſam habeat ad ingrediendum; quia dict. conſtitutio non reſpicit cauſam ſubſiſtentem tempore conceſſionis licentiæ, ſed tempore actualis ingreſſus.

Quæſt. 20. Licentia ad ingrediendum, qualis eſſe debeat?

1. Mihi exploratiſſimum eſt, licentiam ingrediendi monaſteria monialium debere eſſe ſpecialem, reſpectu tamen dict. ingreſſus; non autem generalem, ut probat textus *cap. periculoſo, de ſtatu Regul. in 6.* ibi, *de ſpeciali licentia,* hoc eſt, ſpecialiter obtenta ad dictum ingreſſum, ut ibidem notant communiter ſcribentes. Undè non ſufficit, ſi in facultate nulla fiat mentio de ingreſſu monaſterii, etiamſi facultas detur ad quoſcunque actus, quos ſuperior poteſt concedere: quia licentia ad omnes actus, nullo expreſſo in ſpecie, cenſetur generalis: prædictus autem textus poſtulat licentiam ſpecialem ad dict. ingreſſum, ut dictum eſt ſuprà; quam ob rem, ſi facultas detur ad intrandum quælibet monaſteria, valida eſt; quia cenſetur facultas ſpecialis circa ingreſſum, licet generalis judicetur, quoad monaſteria, ut benè notat *Bonac. de clauſ. q. 4. p. 3. n. 1.*

2. Dixi reſpectu tamen dicti ingreſſus; quia non eſt neceſſarium, ut in licentia fiat ſpecialis mentio perſonæ intraturæ; ſed ſatis eſt generalis licentia à ſuperiori conceſſa, ut medici & ſimiles ingrediantur; iſthæc enim licentia, dicitur ſpecialis circa ingreſſum, & generalis reſpectu perſonarum, *Sanch. lib. 6. ad decal. cap. 16. n. 28. Miranda de monial. q. 3. ar. 2. ad finem, & P. Merolla, tom. 1. diſput. 1. cap. 2. de volunt. 6. difficult. n. 491.* & debet eſſe in ſcriptis, ut dictum eſt ſupra, & conſtat *ex cap. 5. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ibi, *ſine Epiſcopi, aut ſuperioris licentiam ſcriptis obtenta in fin.*

3. An autem hæc licentia debeat eſſe omninò in ſcriptis, etiam pro foro conſcientiæ, quæſitum eſt: *nam Suar. to. 4. de Relig. l. 1. cap. 10. n. 15. in fin. Sanch. cit. loc. n. 30. Merol. ubi ſupra, Bonac. cit. loc. n. 2. Tamb. de Abbatiſſ. diſput. 23. q. 6. n. 1. & ſeq.* & alii plures dicunt, quòd dict. licentia etiam quoad forum conſcientiæ, tam in caſibus ordinariis, quàm extraordinariis, ad evitandum excommunicationem Concilii, debet eſſe in ſcriptis; tum quia Trid. ubi ſupra, loquitur abſolutè; tum etiam, quia optimo Jure ſancitum eſt, ut dicta licentia fiat in ſcriptis, ut non ſolùm poſſit exhiberi, ſi petatur, ſed ut maturiùs, ac rarius concedatur; nam quæ ſcripto dari debent, maturiori conſilio ſolent examinari, & rariùs concedi.

4. Veruntamen *Navar. com. 4. de Regul. num. 60. ver. 4. Homobon. de bonis, tr. de caſib. reſer. p. 2. caſ. 5. Petrus Bellochius in praxi Theol. p. 2. q. 9. n. 162. Ant. Diana. p. 3. tr. 2. de dub. Regul. reſolut. 129. Pelizz. de monial. cap. 5. ſect. 3. q. 33. num. 158. ex Innoc. Abbat. & Felin.* dicunt, quòd quamvis Trid. ubi ſupra, ad dictum ingreſſum petat licentiam in ſcriptis obtentam, id intelligitur, quoad forum conſcientiæ; quia in interiori foro animæ, in quò attenditur veritas, ſufficit, quòd interveniat conſenſus Jure naturali requiſitus, qualis eſt etiam, qui oretenus conceditur, *Hier. Rodor. in comp. reſol. 26. nu. 8. & Villalobos in ſum. to. 1. tr. 35. difficult. 46. contra Bonac. ubi ſupra,* limitant prædictam opinionem, dicendo licentiam in ſcriptis, non requiri ſemper in caſibus ordinariis, putà quoad medicos, chirurgos, carpentarios & ſimiles, quorum opera paſſim moniales egent, ſed pro his, licet Abbatiſſis dare licentiam, ex præſumpta, interpretativa voluntate ſuperioris; vel ad majorem cautelam ſuperior hanc generalem facultatem poteſt in ſcriptis committere Abbatiſſis, vel monialium confeſſariis, ſeu Vicariis, pro præfatis, & ſimilibus caſibus, ut docent *Navar. cit. loc. Rodor. tom. 1. q. 46. ar. 2. ver. ſequitur, & Portel. ver. clauſ. monial. n. 2.* dicuntque; poteſt in ſcriptis, hanc licentiam concedere, non autem dixerunt, quod tenentur; quia hæc facultas dandi licentiam ad ingrediendum, non eſt licentia ingrediendi, de quâ loquitur Trid. cit. loc. ſed eſt facultas concedendi dictam licentiam, *Sanch. nu. 38. & Merolla, n. 493. cit. loc.*

5. Verum hi poſſunt ad concordiam revocari; nam vel ſumus in caſu repentino, qui moram eundi ad ſuperiorem non admittit; & ſic licet ingredi ſine licentia ſuperioris, in ſcriptis obtenta, de licentia tamen Abbatiſſæ, oretenus facta; quia hic caſus per Epicheiam videtur exceptus, alioquin repentinæ neceſſitati conſultum non eſſet, *Navar. Rodor. cit. loc.* ubi dicunt, quòd in tali caſu, licet ingredi abſque ulla licentia, etiam oretenus facta, quibus arrident *P. Merolla, cit. loc. nu. 492. & Barboſa, Allegat. 102. n. 39.* quia, ut ſæpe dictum eſt, extrema neceſſitas legem non habet.

6. Aut ſumus in caſu, qui adire ſuperiorem permittit; & in tali caſu adeatur; qui ſervatis ſervandis, licentiam concedat juxta praxim & conſuetudinem loci legitimè præſcriptam, *Barboſa in collect. ad d. cap. 5. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. & alleg. n. 102. num. 59. & de Jur. univer. cap. 44. de monial. num. 111. D. Riccius, 1. p. praxis, deciſ. 649. in 1. edit. & in 2. Reſol. 546.* ubi dicit, & ex multis oſtendit, prædictam licentiam in ſcriptis, & ſpecialiter obtentam, primo actu finiri; & colligitur *ex cap. non poteſt 21. de præbend. in 6. §. illud autem,* & ante eos docuit *Fel. in cap. innovamus, de treg. & pace, num. 5.* ubi addit, quòd hoc intelligitur, etiam ſi ille, qui habet licentiam accedendi, vel ingrediendi monaſteriũ, ingrederetur eo die, quo liceret omnibus ingredi, ut puta per privilegium, vel per ruinam, vel incendium monaſterii, *& n. 3. facit Theoricam,* dicens; quod ſimplex ſermo verificatur in una vice, per *l. boves, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.* undè ſi Prælatus concedat licentiam alicui eundi foras, intelligitur pro una vice: item ſi concedat facultatem eligendi confeſſarium, ſeu, ut poſſit abſolvi à reſervatis: item licentia conceſſa ingrediendi hortum, item licentia conceſſa non eundi ad matutinum, intelligitur pro nocte immediatè ſequenti, *Peyr. tom. 3. cap. 6. ad conſtit. Pii V. n. 2. in fin.*

7. Quod dictum intellige verum; dummodò aliàs non conſtet de intentione concedentis dictam licentiam,

tiam, ſi enim concedens vult, ſuam licentiam durare uſque dum non revocaverit, utique durat.

Quæſt. 21. Conſenſus Monialium ad ingrediendum requiſitus, an debeat eſſe expreſſè, & ſpecialiter exhibitus?

1. RESpondeo, quòd quando conceditur alicui licentia ingrediendi monaſteria monialium, de conſenſu earundem, iſte conſenſus debet eſſe expreſſus, & eſt præſtandus à monialibus capitulariter congregatis, per vota ſecreta, aliter dictæ licentiæ non valent, & qui eis utuntur, incidunt in pœnas inflictas contra violantes monialium clauſuram, prout Urban. VIII. expreſſè juſſit, & declaravit, ſua conſtit. incip. *Sacroſanctum*, quæ eſt 29. inter bullas ejuſdem, *in 4. tom. bull. cherub.* & liquet ibi, *decernimus & declaramus, conſenſum dictarum monialium, de cætero per eaſdem capitulariter, & per ſecreta ſuffragia, præſtandum eſſe, & præſtari debere; aliàs licentia hujuſmodi mulieribus, quibus conceſſa fuerunt, nullatenus ſuffragari*, hæc ibi.

Quæſt. 22. D. Epiſcopi, aliique Superiores Regulares, an poſſint ingredi Clauſuram monialium ſibi ſubjectarum?

1. ET dico, quod non; niſi in caſibus neceſſariis, & à paucis, iiſque ſenioribus, ac Religioſis perſonis comitati; prout ſanxit Greg. XIII. ſua conſtit. incip. *Dubiis*, edita 23. Decembris, 1581. quam habes apud *Stephan. 40. ver. monaſt. monial. fol.* 343. & liquet ibi; *harum tenore, authoritate Apoſtolica declaramus, Prælatos omnes, tam ſæculares, quàm Regulares, quibus cura, & regimen monaſteriorum monialium, quovis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa ingrediendi monaſteria prædicta, ità demum uti poſſe, ſi id faciant in caſibus neceſſariis & à paucis, iiſque ſenioribus, ac religioſis perſonis comitati, quò circa univerſos & ſingulos, epiſcopali, ſeu majori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, ac quorumvis ordinum Abbates Priores, Miniſtros, & alios quoſcunque Superiores Regulares ſeriò monemus, ut facultate hujuſmodi, qui eam habent, præter quam in caſibus, ut præfertur, neceſſariis, neutiquam utantur: quòd ſi contra fecerint, eadem authoritate Apoſtolica ſtatuimus, atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contra fecerint, ingreſſu eccleſiæ interdictos, pro ſecunda, à munere Pontificali, & à divinis ſuſpenſos, ac deinceps ipſo facto, abſque alia declaratione excommunicatos exiſtere. Regulares verò omni officio, ac monaſterio privatos, excommunicationi ſimiliter ſubjacere; non obſtantibus, &c.* hæc ibi.

2. Ratio autem deciſionis poteſt eſſe; quia ſicut ſuperior poteſt in caſibus neceſſariis, cum aliis ſibi ſubditis diſpenſare ad intrandum, juxta textum *cap. 5. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ità poteſt ſecum, cum ipſe deterioris conditionis eſſe non debeat, ut de communi ſententia Doctorum, docet *Emin. Cajet. 1. 2. q. 96. ar. 5. §. ad hoc, Navar. conſil. 6. & q. de ſtatu Monach. Suar. tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. n. 23.*

3. Hoc tamen Cajetani dictum, limitat *Bonac. de Clauſ. q. 4. p. 2. num. 9. in fin.* dummodò ſuperior, qui cum aliis diſpenſandi facultatem delegatam habet, non habeat licentiam ad certas perſonas, ſeu ad certum perſonarum genus, intra quas ipſe comprehendi nequeat, ut ſi facultas ei data ſit; ad diſpenſandum cum hominibus vinum, aut triticum deferentibus, cauſa enim limitata, limitatum producit effectum, & facultas ſuos terminos non excedit.

4. Verum hæc limitatio non facit ad caſum, hi enim, qui habent limitatam facultatem diſpenſandi in lege clauſuræ, non ſunt verè ſuperiores monaſterii, de quibus nos loquimur *cum Trid. cit. loc.* ſed dicuntur delegati ad certum negotiorum genus ut patet de Abbatiſſa, & confeſſario, qui interdum ſolent à ſuperioribus deputari ad licentiandum artiſtas in caſu frequenti, & neceſſario.

5. Exindè clarè apparet, prædictos ſuperiores non poſſe ingredi dicta monaſteria, cauſa præeſſendi electioni Abbatiſſæ; quia cauſa hæc, non legitimat ingreſſum; cum hujuſmodi electio fieri poſſit ante cancellorum feneſtram, juxta *textum cap. 7. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ibi, *is verò, qui electioni præeſt, Epiſcopus, ſive alius ſuperior, clauſtra monaſterii non ingrediatur, ſed ante cancellorum Feneſtrellam, vota ſingulorum audiat, vel accipiat; in Reliquis ſerventur ſingulorum ordinum, & monaſteriorum conſtitutiones*, hæc ibi.

6. Veruntamen in caſu ſubordinationis, vel magnæ revolutionis monialium, propter quam timeretur, electionem non poſſe fieri legitimè, non intrantibus prædictis ſuperioribus intra clauſuram, poſſent ingredi; quia talis caſus verè eſt neceſſitatis, *Navar. com. 4. n. 59. ver. 2. Rodor. tom. 1. qu. 46. ar. 5. Miranda de monial. q. 2. ar. 15. concluſ. 3. Barboſa allegat. 102. n. 47. & Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 24. q. 8. n. 2. in fin.*

7. Idem dic de cauſa dandi habitum Novitiis, aut Novitias profeſſandi, vel Abbatiſſas conſecrandi, vel ſolemniter velum concedendi monialibus, aut moniales examinandi. Cum hæc omnia, ad crates fieri debeant. *Lez. ver. clauſ. n. 32. & ità die* 13. *Novembris* 1583. fuiſſe à Sacra Congr. deciſum, refert *idem Barboſa, de Jur. eccleſ. cap. 44. n. 151.*

8. Hinc *Sanch. ad decal. lib. 6. cap. 16. n. 53.* deducit, non eſſe integrum Epiſcopis, clauſuram monialium ingredi, ad Sacramentum confirmationis alicui moniali miniſtrandum, niſi in periculo mortis, in quo non poteſt confirmanda ad feneſtrellam accedere, & periculum immineret decedendi, abſque tali Sacramento; quia extra talem caſum, poteſt per feneſtrellam miniſtrari, per quam moniales Euchariſtiam ſuſcipiunt.

9. Et quamvis Prælati in caſibus prædictis, poſſint ingredi monialium clauſuram, adhuc tamen debent ingredi comitati duobus, vel tribus ſociis, ſi ſint ordinis Minorum, juxta eorum Regulam, & atteſtatur *Miranda cit. loc. concluſ. 1.* ſi verò alterius, tenentur ſtare ipſorum Regulis, quæ ſi de hoc ingreſſu, nihil dicant, ſtandum eſt Juri communi, per praxim, & legitimam conſuetudinem declarato; nam S. Papa, ubi ſupra, hoc reliquit prudenti arbitrio intrantis, non enim determinat numerum, ſed dicit à paucis comitati, quò fit, ut tres, vel quatuor, aut quinque, poſſint admitti, ſecundùm *Tambur. diſput. 24. q. 10. n. 3.* ubi ex multis oſtendit, quòd non requiritur, ut hi ſocii aſſumendi, ſint Regulares profeſſi: at ſatis eſt, ſi fuerint ſæculares, ſenes, ac Religioſi, hoc eſt, vitæ exemplaris, & bonæ famæ, & timoratæ conſcientiæ, quibus favet *Lez. in d. ver. clauſ. n. 32. ad finem*, ubi affirmat, etiam monialium matronas ſeniores, pietate ac bonitate claras, ad hujuſmodi ſocietatem poſſe aſſumi.

10. Bene verum eſt, quòd iſte comitatus, ſi prætermittatur, non obligat tranſgreſſores ad pœnam excommunicationis, etſi obliget ad peccatum: Undè *Sanchez, cit. loc. num.* 100. & *Bonac. q. 4. de clauſ. p. 5. num.* 12. dicunt, quòd ſi dicti Prælati ingrediantur dicta loca ſoli, & abſque dict. Comitatu, ex cauſa tamen neceſſaria, non ob id dant in pœnas dict. bullæ: quia pœnæ dicti motus, extenduntur ſolùm ad ingredientes in caſibus non neceſſariis, ut conſtat ex textu, ibi, *ut facultate hujuſmodi, qui eam habent, præter quam in caſibus ut præfertur, neceſſariis, neutiquam utantur; quòd ſi contra fecerint,*

eadem

Digitized by Google

iidem authoritate Apoſtolica ſtatuimus, &c. hæc ibi; per quæ patet, quod pœnæ latæ ſunt contra ſuperiores, ingredientes in caſu non neceſſario.

11. Ingredientes tamen comitati perſonis habentibus conditiones prædictas, ſed abſque cauſa neceſſaria, dant in pœnas dict. Bullæ, quia eis deeſt id, quod eſt per ſe ſimpliciter neceſſarium ad dictum ingreſſum: nempe cauſa neceſſaria.

12. Hoc tamen dictum, *Sanch. cit. loc. num. 99. cui arridet Bonacin. ubi ſupra num.* 11. dicit habere locum in ſolis Prælatis ſæcularibus, Pontificali dignitate præditis, & in quibuſvis Prælatis Regularibus, non autem in Vicariis Epiſcoporum, Abbatibus & Prælatis, juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus: quia Greg. in relata conſtit. ſtatuens pœnas contra Prælatos ſæculares ingredientes in caſu non neceſſario, ſolùm meminit Prælatorum dignitatem Pontificalem habentium, & quorumcumque Prælatorum Regularium, non autem cæterorum, qui hujuſmodi dignitatem non habent; ergo ſi hi monialium monaſteria ingrediantur, in caſu non neceſſario, nullis pœnis ſubduntur, quæ quippe non debent ampliari ultrà caſus in jure expreſſos, juxta *Jur. Regulam, Odia.*

13. Quod dictum intellige verum, reſpectu dict. conſtit. Gregorii, quæ incipit *dubiis*; ſecùs autem, reſpectu cæterarum conſtitutionum Apoſtolicarum, & præcipuè Concil. Trid. quibus in univerſum omnibus vetitum eſt, dicta monaſteria introire, ſine legitima licentia, & juſta cauſa.

14. Sed quid, ſi Prælati Regulares ingrediantur dict. monaſteria, in caſu non neceſſario, incurrunt ne prima vice, & ſecunda vice pœnas in dict. motu Greg. ſtatutas? an verò ſolùm tertia vice, prout incurrunt Epiſcopi?

15. *Sanch. cit. loc. num.* 102. ait, Prælatos Regulares incurrere dictas pœnas, toties, quoties indebitè ingrediuntur, quia Papa non meminit primi, ac ſecundi ingreſſus Prælatorum Regularium, ſicut fecit loquens de Epiſcopis, ſed abſolutè ponit pœnam excommunicationis, ac privationis officii, & miniſterii contra Prælatos Regulares, ingredientes dict. monaſteria in caſu non neceſſario.

16. Veruntamen *Bonac. cit. loc. n.* 11. *ver.* 2. *& Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 24. *qu.* 11. *n.* 4. exiſtimant probabilem opinionem *Clamaſ. in Meth. Curat.* in appendice, dicentis, quod Prælati Regulares, pœnis excommunicationis, & privationis ſubduntur, tantummodò pro tertia vice, & ſequentibus: tù quia in pœnis, mitior pars eſt eligenda, tum etiam, quia hoc pacto ſervatur proportio inter pœnas Epiſcopis, & Prælatis regularibus indictas, ibique ſubnectunt; ideoque probabiliter ſuſtineri poteſt, Prælatos regulares, prima vice interdictos eſſe ab ingreſſu eccleſiæ; ſecunda vice, ſuſpenſos à divinis; tertia vice, & deinceps affici excommunicatione, & privatione officiorum.

17. Hujuſmodi autem excommunicatio non eſt Papæ reſervata, ut conſtat ex lectura dict. motus proprii; ac proinde ejus abſolutio impendi poteſt à quolibet approbato confeſſario, *juxta cap. nuper. de ſent. excom. quibus favet Pellizz. de moniali cap.* 5. *ſect.* 3. *q.* 21. *n.* 114. & addit, prædictos Epiſcopos, & Prælatos regulares, ex juſta cauſa ingredientes monialium monaſteria, expedito negotio, ad quod ingrediuntur, non poſſe liberè vagari, ſed teneri egredi, prout tenetur quivis alius, de eorundem licentia ingrediens; quia lex clauſuræ afficit etiam Prælatos monialium; ideoque ſicut ceſſante cauſa, ceſſat licentia data aliis ad ingrediendum, ſic & ceſſat, reſpectu Prælati, facultas manendi intra clauſuram.

Quæſt. 23. D. Epiſcopus loci, an poſſit ingredi ſepta Monialium ſuæ diœceſis; Regularibus exemptis ſubjectarum?

1. HÆc quæſtio fuit ſæpius in utrum verſa, nunquam tamen clarè deciſa, eam tandem, ſub his verbis, definit peritiſſimus *Andreas Victorellus, de orig. & Clauſ. Monialium, in fine, § an Epiſcopus, fol. mihi* 33. *Si non conſtat, clauſuram eſſe violatam in exempto monaſterio, Epiſcopus ſine licentia Summi Pontificis, aut Legati Apoſtolici poteſtate, dandi licentiam ab eo inſtructi, non poteſt ingredi: at ſi violatam fuiſſe clauſuram publice conſtet, ingredi poterit; ſi tamen ſemel, & iterum, ordinarium exempti monaſterii Prælatum, de hac re priùs monuerit*, hæc ille.

2. *Tamb. verò de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 24. *q.* 9. *n.* 5. *in fine, ubi de re multa retulit*, dicit, quod ſtandum eſt Praxi hodiernæ Sac. Congreg. ſed nihil dicit de tali praxi.

3. Ego autem dico, quòd in omni ſuſpicione violatæ clauſuræ, titulo eam viſitandi, poterit introire, quoties putaverit expedire, ut conſtat ex deciſis *tract.* 1. *q.* 4. ubi ex multis oſtendo, Epiſcopum loci poſſe moniales regularibus ſubjectas, ad clauſuram cogere, & ad talem finem, nequaquam poſſe à regularibus impediri; immò contradictores, per cenſuras poſſe cogere, & compellere; ad quod facit id, quod refert à Sacr. Congreg. deciſum *Barboſa allegat.* 102. *num.* 6. quòd ſcilicet moniales in Civitate ſituatæ, ſed alieno epiſcopo ſubjectæ, viſitantur ab Epiſcopo diœceſis, ſicut aliæ moniales ſubjectæ regularibus; quod item refert *Gavant. in manuali Epiſcop. ver. monialium clauſura, n.* 58. ad quod etiam facit Bulla Greg. XV. de exemptione privil. incip. *inſcrutabili Dei providentia*, quam per extenſum habes *in fine* 3. *p. D. Aug. Barboſ. de off. & poteſtate Epiſcopi*, ubi quamplures Apoſtolicæ conſtitutiones reperiuntur extenſæ.

Quæſt. 24. Emin. Cardinales, poſſuntne ingredi monaſteria monialium, nec ne?

1. L*Ud. Miranda, de monial. q.* 2. *ar.* 13. *concluſ.* 1. *cui favet Merolla, tom.* 1. *diſput.* 1. *cap.* 2. *de Volunt.* 3. *difficult. num.* 467. *& Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 24. *q.* 9. dicit, quòd Domini Cardinales non poſſunt ingredi monialium monaſteria, ſine Summi Pontificis licentia ſpeciali, aut niſi ſint illis ſubjecta, idque in caſibus neceſſariis, ut dictum eſt de Epiſcopis, & probat *textus cap.* 5. *Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul.* ibi, *ingredi autem intra ſepta monaſterii, nemini liceat, cujuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit, ſine epiſcopi, vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna, ipſo facto, incurrenda; dare autem tantùm epiſcopus, vel ſuperior licentiam debet in caſibus neceſſariis, neque alius ullo modo poſſit, etiam vigore facultatis, vel indulti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi*, hæc ibi, inter quæ nota ly *cujuſcunque generis, aut conditionis*; quòd item firmat motus Pii V. qui incipit, *circa Paſtoralis*, & bulla Gregor. XIII. incip. *ubi gratiæ.*

2. Sed dices, conſtitutio pœnalis, & odioſa, generaliter loquens, non comprehendit Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, niſi exprimantur, ut notant *Joan. Andr. monachus, & Geminianus in cap.* 1. *de Schiſmat. in* 6. *per textum*, ubi Papa volens in ea conſtit. pœnali & odioſa, comprehendere Cardinales, illos expreſſit; *idem aſſerit Tuſcus, tom.* 1. *lit. C. concluſ.* 100. *Gomes ſuper privil. Cancell. de Idiomate, q.* 3. *& Regul. de valore, qu.* 1. *Mendoſ. Regul.* 19. *de infirmis*, & eſt communis; quia ſunt perſonæ ſpeciali nota dignæ, & *odia, juxta Jur. Regul. ſunt reſtringenda*, cum ergo hæ conſtitutiones Trid. & Greg. XIII. ſint pœnales, non cenſentur comprehendere Dominos Cardinales.

3. Veruntamen hoc dictum non nocet; quia dictæ Conſtitutiones, cum principaliter latæ ſint in favorem animarum & Religionis, non odioſæ, at favorabiles cenſendæ ſunt; ac proindè comprehendunt omnes in univerſum, etiam Reges & Reginas, Imperatores & Imperatrices, & Cardinales, omneſque alios, ut multi probabiliter tenent, de quibus dictum eſt hic ſupra *q. 12. & patet de conſtit. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4.*

4. Nec replices dicendo, quòd Sanctæ Rom. Eccleſ. Cardinales ingredi poſſunt monaſteria S. Claræ, ut habetur in *comp. privil. Mendic. ver. ingredi monaſteria monial. ex regula ab Urb. IV. edita ſub his verbis.*

5. *Si quis de S. R. E. Cardinalibus, ad aliquod monaſterium hujus Religionis aliquando venerit, & intrà clauſtrum voluerit ingredi, cum reverentia quidem, & devotione ſuſcipiatur: ſed rogetur, ut uno, vel duobus honeſtioribus quidem ſociis debeat introire:* hæc ibi, per quæ infertur, & datur intelligi, Emin. Cardinales habere generalem licentiam intrandi monialium loca; nam ſi poſſunt ingredi S. Claræ monaſteria, quæ præ aliis ſtrictiorem habent clauſuram, multò fortiùs cæterarum poterint ingredi loca.

6. Quoniam, quidquid ſit de iſta conſequentia, & illatione, *Miranda cit. loc.* putat, hoc privilegium revocatum eſſe à Conc. Trid. ubi ſuprà, ut conſtat ex *d. textu*, & magis expreſsè *ex Conſtit. Greg. XIII. incip. dubiis*, ibi, *quocirca univerſos & ſingulos, Epiſcopali ſeu majori; ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, &c.*

7. Quapropter dictis Emin. hodie non licet ingredi dicta loca monialium, niſi fortè poſt prædictas revocationes, novo privilegio reperiantur ſuffulti.

8. Hinc multò minus, Vice Legatus ingredi poterit prædictarum clauſuram, ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ; & ità à S. C. Congreg. 9. Martii 1604. fuiſſe deciſum, refert *Gavant. in manual. Epiſcop. ver. monial. clauſura num. 29. ubi num. 30.* ſubnectit, quòd *Magiſtratus, & deputati ad curam monialium, non debent ingredi cum Epiſcopo, niſi eos elegerit:* & ex eadem S. Congr. Cardinal. 1. Martii 1581. & 12. Januarii 1616. nu. 62. ait, quòd *neque permittat Epiſcopus, deputari à civitatibus aliquos, qui committentur viſitatores monialium, regularibus etiam ſubjectarum.*

Quæſt. 25. Medici, Chirurgi, & his ſimiles, an poſſint ingredi ſepta Monialium?

1. POteſt utique Medicus, cum debita licentia, in caſibus neceſſariis ingredi, *gloſſa in cap. periculoſo, de ſtatu Regul. ver. cauſa, Navar. com. 4. de Regul. num. 59. ver. 2. & Sanch. lib. 6. decal. num. 43.* dummodo cum duobus ſociis de familia monaſterii introducatur, nec ab invicem intrà monaſterium ſeparentur, *Lud. Miranda, de monial. q. 2. ar. 7. concluſ. unic. ver. quintus caſus, Campanil. in diver. Jur. Can. rub. 12. cap. 16. n. 27. ver. & cum in ſecunda Barboſa, 3. p. de off. & poteſtate Epiſcopi allegat. 102. n. 52. & in coll. ad cap. 5. Trid. ſeſſ. 25 de Regul. n. 94. & de jur. Eccleſ. cap. 44. de monial. n. 140.*

2. Aut cum duabus, vel tribus Matronis monialium antiquioribus, quæ loco prædictorum poſſunt ſubrogari, juxta conceſſionem, per Sixtum IV. factam, & docet *Barboſa in allegat. prædict.*

3. Nec eſt neceſſarium, ut dict. Medicus ſit doctor, & graduatus, ſed ſufficit, ut morbo ſciat mederi, quia medicus, non à dignitate dicitur, ſed à medendo, ut docet *Bartol. in l. ſciendum. ff. de adilitio edicto*, quem ſequitur *Syl. ver. Medicus n. 1.*

4. Quod procedit, ne dum in caſu gravis infirmitatis, ut quidam putant; verum etiam in non gravi, utpotè in quartana, *Barboſa ibidem*, inmò ſecundùm *Bonac. de clauſ. quæſt. 4. p. 4.* poteſt probabiliter ingredi ad obſervandum ictum pulſus monialis, quæ dubitans de ſua valetudine, facit eum ad lectum acceſſiri, licet ipſa, ſine magno ſalutis detrimento, ad januam potuiſſet accedere; ſed medicum ad januam vocare noluit, ob magnam erubeſcentiam, *Tambur. de jur. Abbatiſſ. diſput. 24. q. 6. n. 2.*

5. Verùm iſta probabilitas mihi nullatenus probatur, cum ſola erubeſcentia, nec quidem moraliter poſſit eſſe cauſa neceſſaria ad intrandum.

6. Limita, dict. medicum non poſſe ingredi, cum ſuo famulo, neque cum aliis practicis, nec quidem cum aliis medicis, niſi in gravi monialis infirmitate, *Barboſa in d. allegat. num. 52. in fin. poſt. Campanil. cit. loc.*

7. Item limita, non poſſe intrare in principio quadrageſimæ ad cognoſcendum, quæ moniales poſſint, ac debeant diſpenſari in Jejunio, & uſu Ciborum: cum hæc cognitio haberi poſſit extrà clauſuram; *Pellizz. de monial. cap. 5. ſect. 3. q. 23. n. 119.*

8. Quod dictum eſt de medico, extende ad chirurgos, & barbitonſores, qui non debent monialis venas incidere, niſi de prævio conſilio medici, phyſici, Præfectæ, & diſcretarum monaſterii, *Barboſ. in d. allegat. 102. n. 54. & Lez. ver. clauſ. n. 30.* ubi ex multis advertit, quòd licentia pro medicis, chirurgis, operariis, & ſimilibus concedi ſolita, ex declaratione Sac. Congregationis, renovari debet ſingulis quibuſque Trimeſtribus.

9. Et adde, quòd Medicus, ut præfertur, ingrediens, tenetur ſub gravibus pœnis moniales infirmas ad ſacramentales confeſſiones hortari, ut conſtat ex conſtit. Innoc. III. & habetur in cap. *cum infirmitas 13. de pœnit. & remiſſ.* ubi habentur hæc propria verba.

10. *Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proveniat, dicente Domino languido, quem ſanaverat: vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat: præſenti decreto ſtatuimus, & diſtrictè præcipimus medicis corporum, ut cum eos, ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, & inducant, ut medicos advocent animarum: ut poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute proviſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, cum ceſſante cauſa, ceſſet effectus; hæc quidem, inter alia, hanc cauſam dedit edicto, quòd quidam in ægritudinis lecto jacentes, cum eis à medicis ſuadetur, ut de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt; unde faciliùs mortis periculum incurrunt. Si quis autem medicorum hujus noſtra conſtitutionis, poſtquam per Prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, tandiu ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione hujuſmodi ſatisfecerit competenter. Cæterùm cum anima ſit multò pretioſior corpore, ſub intermінatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum, pro corporali ſalute, aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ convertatur*, hæc ibi, de quibus, *Navar. in ſum. cap. 25. n. 61.*

11. Quam conſtitutionem Pius V. ſua conſtit. incip. *ſuper Gregem Dominicum*, & eſt tertia inter bullas ejuſdem in bull. Cherub. edita die 8. Martii ſub anno 156[illegible] Pontif. ſui anno 1. innovavit contra medicos in hoc d[illegible] ficientes, & præcedentibus pœnis alias addidit *in §.* [illegible] ibi, *quod ſint perpetuò infames, & gradu medicinæ, quo* [illegible] *ſigniti erant, omninò priventur, & à Coll. ſeu univerſitat* [illegible] *medicorum ejiciantur, ac pœna etiam pecuniaria, arbitrio o*[illegible] *dinariorum, ubi deliquerint, mulctentur.*

12. Quas conſtitutiones intellige procedere, ne du[illegible] quoad infirmitates periculoſas, ut quidam putant, v[illegible] rum etiam quoad omnes, ob quas infirmi medicos v[illegible] cant, cum generaliter loquantur. *Syl. ver. medicus, q. 3. R*[illegible] *dor. tom. 1. q. 47. ar. 3. §. hæc aſſertio, & Flav. Cherub. in bull. P. V. ſchol. 2.*

13. Item onera portantes, ſeu bajuli, poſſunt ingr[illegible] di ad intromittendum in monaſterium onus, qu[illegible] à monialibus commodè nequit transferri: tum qu[illegible]

Digitized by Google

in hoc caſu, adeſt moralis neceſſitas; cum moniales nimis ſint delicatæ, & his oneribus portandis minimè aſſuetæ; tum etiam, quia ita uſu receptum eſt, *Miranda de Monial. q.2.ar.16.in fin. & Sanch.ad decal.lib.6.cap.10.num.56.*

14. Quod limitat *Bonac. de clauſ q.4.p.4.n.8.* dummodò bajuli aliquid portent ad utilitatem, vel neceſſitatem monaſterii: undè bajulus nequit dict. monaſterium ingredi, ut ibi alicujus pecuniam Arca impoſitam, aut alias res magni ponderis deponat, cum hujuſmodi ingreſſus non ſit monaſterio utilis, nec neceſſarius.

15. Verum hæc limitatio fallit in multis; Primò ſi jus naturæ, aut divinum, aliter ſuadeat. Secundò ſi res depoſitandæ ſint alicujus gravis perſonæ, cui monaſterium tenetur, vel hoc negari non poteſt, ſine incommodo, & intereſſe monaſterii. Tertiò cum charitas obligat ad hoc depoſitum recipiendum, cauſa ſecuritatis, quamobrem, res hæc cenſetur arbitraria; *Sanch.cit.loc. nu.60.* ac proindè prudentis ſuperioris relicta judicio, ut ibidem notat *Bonac.* Sartores poſſunt ingredi, *Navar.com. 4. de Regul. n.59.* quia moniales neque pannum poſſunt commodè adaptare, neque veſtium menſuram ſumere, ſi non ingrediantur.

16. Secus autem ſutores; quia hi poſſunt, oſtenſo calceo; vel declaratis punctis, ut dicunt, vel oſtenſo ad januam pede menſuram capere.

17. Idem dic de fabricatoribus, Carpentariis, Molitoribus, Puteariis & putatoribus, & ſimilibus, quorum opera exigitur, ad exercendum aliquid aliud, quod commodè extra monaſterium fieri non poteſt, quod ſcilicet poſſunt ingredi, ſervatis tamen ſervandis *Barboſ. cit. loc. num. 55.*

18. Sed quid, ſi Regularis ſit artifex; nempè putator, vel fabricator, poteſt ne ingredi, cùm debita licentia, ad putandum pergulas, & arbores; quas in hortulis moniales habent?

19. Affirmativè dic; dummodò finito negotio, ſtatim egrediatur, & aliquo non divertat, & cum monialibus non loquatur; quia regularis, non eſt inferioris conditionis, quàm ſit ſæcularis; ergo ex juſta cauſa, & legitima licentia, poteſt introire toties, quoties ad hoc fuerit acceſſitus.

20. Veruntamen de decentia & urbanitate, ad prædicta non debet vocari, nec quidem licentiari; *Barboſ. multis allegatis, cit.loc. num.56.* etenim multa licent, ſed non omnia expediunt, quod dictum de fratribus intelligeverum, & habere locum in fratribus clericis, ſecùs autem laicis, & adverte quòd habens licentiam ingrediendi pro uno ſervitio, non poteſt ingredi ad præſtandum aliud ſervitium, cum ad talem caſum non extendatur data licentia, *Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 24. qu.6. num. 9.*

21. Fœmina, quæ ſepta ingreditur, prætextu alicujus operis, quod nequit commodè per moniales adimpleri, ſi finito negotio, mox non egrediatur, incidit in pœnas; quia ceſſante, ſivè finita cauſa, ceſſat licentia commorandi in monaſterio, ut conſtat ex deciſis.

22. Item procurator, ſeu Oeconomus monialium, quoties aliqua inſtrumenta, ad monaſterii negotia, in Archivio quærenda ſunt, & per moniales quæri nequeunt, poteſt ingredi, de licentia tamen ſuperioris; quia cauſa hæc cenſetur neceſſaria, dum per moniales nequit adimpleri.

23. Idem dic de Notariis & teſtibus neceſſariò requiſitis, ad ſtipulandum teſtamentum, vel aliquem contractum, ad inſtantiam novitiæ, vel alicujus fœminæ intra clauſuram commorantis, de licentia tamen Superioris, & ſervatis ſervandis, & ità expreſsè fuiſſe à Sac. Congr. deciſum, anno 1585. refert *Gavant. in manuali Epiſcoporum ver. monial. educatio; & aliis citatis Pellizz. de monial. cap.5. ſect.3. par.25. num.121.*

Quæſt. 26. Fœmina nobiliſſima, utpotè Comitiſſa, ſi non habeat commoditatem manendi in ſæculo, ſine diſpendio ſui honoris, & famæ, an poſſit de licentia Epiſcopi loci, comitata puellis ingredi monialium monaſteria?

1. NAvar. com.4. de Regul.num.66. & Rodor.tom.1.q.46.ar.6.cum ſuo comp. reſolut. 26. de clauſ. monial. num.11. dicunt, quòd ſic, quia prædicta neceſſitas, eſt ſufficiens cauſa ad diſpenſandum cum prædicta muliere generoſa in caſu poſito: quod dictum amplectitur *Sanch. in d.c.16.n.64.* concurrentibus tamen conditionibus à Sac. Cong. præſcriptis ad recipiendum puellas, quæ velint monialium monaſteria ingredi, & dummodò tutò domi ſuæ, ob tenues facultates, ali nequeant; quas conditiones, ibidem extendit, & ſunt illæmet ferè, quas habes hic.

2. Oppoſitum tamen, quod eſt de Jure verius, tenent *Lud. Miranda, de monial. q.2.ar.7. concluſ. unic. Portel. ver. clauſ. monial. num. 4. Lezana 1.p. ſum. cap.25. de monial. num.30. & multis, Barb. allegat. 102. num.67.* & meritò, tum quia in caſu poſito, nulla eſt cauſa neceſſaria, de qua dictum eſt hic ſupra *qu. 2. tr. 1.* ſed potiùs contraria, cum ex hoc ingreſſu, ceſſet monaſteriis utilitas, & quies monialium perturbetur; tum item, quia ita in facti contingentia, Sac. Congr. declaravit, cujus propria verba extendit Miranda, *cit. loc. in fin.* ibi, *rejectam fuiſſe petitionem cujuſdam Comitiſſæ, quæ propter quandam infirmitatem, à ſuo marito volebat ſeparari, & cum tribus puellis ingredi quoddam monialium monaſterium, &c.* tum deniquè, quia hodie ad recipiendum, & detinendum puellas quaſcunque, quovis titulo, ſivè educationis, ſivè neceſſitatis, requiritur ſpecialis licentia Sac. Congr. ut conſtat ex praxi, & ſtylo Curiæ Romanæ, de quo dictum eſt ſupra.

Quæſt. 27. Fœminæ conjugatæ, quæ ſunt in diſcordia cum maritis, vel eorum ſævitiam timent, an poſſint virò inſcio, de ſola licentia Epiſcopi, ingredi monial. clauſuram?

1. HÆc quæſtio eſt de gravioribus, pro cujus claritate, & ſtatu controverſiæ, adverte, quod aut hæc mulier, de qua agitur, petit divortium, & ſeparationem à thoro, & ſic non debet audiri, niſi ſervatis ſervandis, & cum citatione partis adverſæ, *juxta cap. 1. de cauſa poſſeſſionis,* aut petit licentiam manendi in dict. monaſterio, durante diſcordia, quam habet cum ſuo viro: & hoc eſt, quod in utrùm vertitur, circa quod digladiantur DD. nam *D. Mart. Navar. lib.4. conſil.5. de divortiis, in 2. edit.* ait, Epiſcopum poſſe dict. licentiam concedere, conſtito tamen ſibi priùs ſummariè de expoſitis; cui ſubſcribunt quamplurimi Doctores.

2. Veruntamen id negant *Portell. in dub. ver. clauſ. monial. in addit. num.2. & Bonac. de clauſ. q.2. p.4. num.17.* & moventur, tum quia ità Sac. Congr. reſpondit Epiſcopo Salmanticenſi, quam reſponſionem per extenſum refert *Rodor. in ſuo bull. inter bullas Clem. VIII.* ſub hoc tenore verborum.

3. *Congregatio Concilii ſic reſpondit, non licet Epiſcopis, vel permittere, vel licentiam concedere mulieribus, ut ex cauſa litium matrimonialium, adulteriorum, ac diſſentionum inter viros & uxores, apud monaſteria monialium ſequeſtrentur, ſecuritatis gratia, immò ingredientes incidere in excommunicationem Concilio impoſitam.*

4. Et pariter refert *Hier. Rodor. in ſum. 99. RR. reſol. 261. de mo-*

Digitized by Google

de monial. n.15. ver. at verò; tum etiam, quia eadem Sac. Congr. in facti contingentia, rejecit quandam petitionem cujuſdam Comitiſſæ, quæ, ob ſimilia, petebat ad tempus ſeparari à ſuo viro, & manere in dict. monaſterio; cujus propria verba, ut dixi ſupra, refert *Miranda de monialibus, q.2. ar.7. concluſ. unic. in fin.* tum item moventur ex alia declaratione, quam refert idem *Rodor. tom.1. q.46. ar.10. & eſt 14. ſub hac forma verborum.*

5. *Mulieres, quæ ſunt in diſcordia cum marito, & ejus ſævitiam timent, ſi ſunt extra culpam, quandiu juſtam timendi cauſam habuerint, debent, ſi ſunt in monaſteriis, tolerari, illæ vero, quæ probabili ſuſpicione adulterii laborantes in monaſteriis receptæ fuerint, ad breve tempus tantùm tolerari debent; in poſterum verò hujuſmodi mulieres recipi in eis non debent*, hæc ibi, inter quæ, nota ly *in poſterum.*

6. His tamen non obſtantibus, adverte, quòd cum in Regno Luſitaniæ, quædam fœmina maritata, quam maritus, cum miniſtris Juſtitiæ inſequebatur, ad mortem illi inferendam, ob adulterium commiſſum, ad quoddam monaſterium monialium confugerit, pro evitanda morte illi imminente, fuit in earum clauſura admiſſa, de ſola licentia Epiſcopi loci, ſuper re conſulti: ſed exindè poſtmodum extracta, juſſu Collectoris Apoſtolici, qui innixus declarationi Sac. Congreg. quam è Roma dicebat ſibi tranſmiſſam, quam etiam refert *Rodor. cum ſuo comp. ubi ſupra*, juſſit illam extrahi, & foris poni: quam ob rem, de utrius facto, cæperunt muſſitare.

7. *Nihilominus Lez. 1. p. ſum. cap.25. num.28. de monial. poſt Portell. in reſponſ. moralibus*, defendit, quòd fecit Epiſcopus, innixus aliis declarationibus Sac. Cong. & præcipuè illis Antverpiæ impreſſis, ſub anno 1633. & ſunt ſequentes: *Prima eſt, quod mulier conjugata, ſi ſit in monaſterio monialium, & conſtito, quòd ſi inde exierit, verſabitur in periculo mortis, in monaſterio relinqui debet. Secunda, mulier, quæ venit in ſuſpicionem adulterii apud maritum, & ob id timet, ne ab eo vis aliqua inferatur, permitti debet, ut monaſterium ingrediatur monialium, ſi modò conſtitutiones monaſterii non repugnent. Tertia; mulieres, quæ ſunt in diſcordia cum maritis, & eorum ſævitiam timent, ſi ſunt extra culpam, quando juſtam timendi cauſam habuerint, debent, ſi ſunt in monaſterio, tolerari.*

8. Verum, cum eædem, & aliæ antelatæ declarationes, haud ſint authenticæ, ſibique contrariæ, remanet dubitationi locus.

9. Quapropter idem *Lez. ubi ſupra*, in principio dicit, quòd ſtandum eſt conſuetudini legitimè præſcriptæ: *Pellizz. verò in cap. 5. ſect. 3. q.22. num.110. Monial.* dicit, opinionem Navarri poſſe procedere in caſu valde gravi & raro, in quo non eſſet commodus recurſus ad S. Papam, & periculum eſſet in mora, ſecùs autem.

Quæſt. 28. Viduæ, ſi ſint bonæ exiſtimationis, an poſſint de ſola licentia Epiſcopi, recipi in Monaſt. Monial.?

1. NEgativè dic, etiam ſi toto tempore vitæ ſuæ, illic degere, nec amplius indè exire vellent, niſi fortè moniales fieri velint, ut conſtat ex deciſis, & pluribus firmat *D. Barboſa, allegat. 102. num.67. & in coll. ad cap. 5. Trid. ſeſſ.25. de Regul. num.61. & multis cit. de Jur. univer. cap.44. num.101. & refert à Sac. Congreg. deciſum Rodor. tom.1. q.46. ar.10. declarat 10.* ibi, *Viduæ, quæ viris mortuis, honeſtatis cauſa, ſe contulerunt in monaſterium: modò ſint bonæ æſtimationis & famæ, & legibus monialium pareant, tolerari debent; de cætero tamen nulla hujuſmodi viduæ recipi debent: niſi moniales fieri velint:* & declarat 11. ibi, *non poteſt Epiſcopus licentiam dare Viduæ monaſterium ingredi volenti, & in habitu laicali permanere, etiamſi ibi uſque ad finem vitæ ſuæ permanere, neque ampliùs exire velit, quia in iſtis, non eſt cauſa neceſſaria.*

Quæſt. 29. Fœminæ ſæculares, an poſſint de licentia ſuperioris licitè intromitti intra monial. monaſteria, in obſequium, & famulatum earundem?

1. DE hac re latè diſſerunt *D. Mar. Navar. com.4. de Regul. num.66. Emanuel. Rodor. tom.1. q.46. ar.8. & 9. cum ſuo comp. reſolut.26. n.12. Lud. Miranda, de monialibus, q.2. ar.9. Portell. in dub. ver. clauſ. monial. n.5. & in addit. n.5. Sanch. lib.6. ad decal. cap.16. nu.65. Suar. to.4. de Relig. lib.1. cap.10. n.18. & ſeq. Bonac. de Clauſ. q.4. p.4. n.10. Campanil. in diver. Jur. Canon. rubr.12. cap.16. n.28. Barboſ. de off. & poteſtate Epiſcopi, allegat.102. nu.61. & in Coll. ad cap.5. Trid ſeſſ.25. de Regul. n.99. & de Jur. univer. lib.1. cap.44. de monial. num.48.*

2. Tu autem ſub diſtinctione reſolve, aut monaſterium, de cujus ſervitio agitur, ſuas habet converſas profeſſas, vel Novitias, ſufficientes ad inſerviendum culinæ, aliiſque officiis monaſterii, & ſic negativè dic; quia ad legitimè licentiandum, requiritur cauſa neceſſaria. Secùs autem, ſi dict. monaſterium ſervitricibus indiget, & de ſua familia non habet; quia caſus iſte, ſtante tali indigentia, cenſetur omninò neceſſarius, eò fortiùs, ſi moniales ſint nobiles, infirmæ, aut choro adſcriptæ; Undè ibidem poſſunt perſeverare, uſque dum monaſterium habuerit ſervitrices ſui Ordinis, nam Concil. Trid. ubi ſupra, non limitat ingreſſum ad breve, vel longum tempus, ſed abſolutè loquitur, ibi, *in caſibus neceſſariis, &c.* quod dictum puto habere locum, etiam in monialibus Conceptionis, & S. Claræ; non obſtante earum rigida clauſura, contra *Rodor. & Miran. ubi ſupra*, quia dato, quòd cæteræ moniales ſint infirmæ, aut apprimè ineptæ, vel valde delicatæ, ad obſequium, & famulatum prædictum, ſubintrat neceſſitas extrema, quæ legem non habet, *cap. diſcipulo de conſecrat. diſtin. 5.*

3. Idipſum dic de ancillis intrantibus ad ſervitium particularium monialium, etiam ſi in conventu forent converſæ, recuſantes tamen ſervire; dummodo id exigat neceſſitas alicujus particularis monialis, valdè infirmæ, vel annoſæ, aut valde nobilis, *Navar. ubi ſupra:* quia ſatis eſt neceſſitatem pati, *Sanch. & Bonac. cit. loc.*

Quæſt. 30. Matres, Sorores, & conſimiles conſanguineæ, an poſſint ingredi, ut ſuam monialem viſitent, aut illius profeſſioni, vel morti aſſiſtant?

1. ET dico quòd non, quia aſſiſtentia hæc & inviſio, non eſt neceſſaria; immò cenſetur damnoſa, ut ex multis oſtendit *Miranda de monialibus, quæſt.2. art.8 Sanch. & Barboſa ubi ſupra.*

Quæſt. 31. Puellæ habitum regularem ſuſceptura, an poſſint licitè in clauſuram monialium admitti ſine licentia Epiſcopi loci?

1. REſpondeo negativè; quia ad licitè ingrediendum, & admittendum, duo copulativè debent concurrere, juſta cauſa, prout eſt iſta, de qua agitur, & licentia debita: unde hæc ſine illa, & viceverſa, nihil refert: poſſunt tamen hujuſmodi, ex bona fide inad-

Digitized by Google

inadvertentia, vel zelo religionis à culpis, & pœnis excuſari, *Sanch. lib. 6. cap. 16. n. 74. & Bonac. de clauſ. qu. 4. p. 1. nu. 2.* quia dictæ pœnæ cenſentur latæ contra præſumentes, ut dictum eſt ſuprà.

2. An autem eædem ità admiſſæ, poſſint per aliquos dies in habitu ſæculari detineri? dico infrà de veſtiendis.

Quæſt. 32. *Puellæ an poſſint recipi ac retineri in monaſteriis Monialium, ut ab eiſdem educentur, de licentia tamen Superioris, ad quem pertinet?*

1. D *Mart. Navar. tom. 4. de Regul. ſub nu. 67. ver. quod mea ſententia eſt, Rodr. to. 1. qu. 46. ar. 10. ubi refert ſeptemdecim declarationes Sac. Congreg. cum ſuo comp. reſolut. 26. nu. 14. Ant. Cucius, lib. 3. inſtit. major. tit. 2. nu. 11. Miranda de Monial. q. 2. art. 6. Sanch. lib. 6. decal. cap. 16. n. 61. & ſeq. Suar. t. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. n. 41. Stephan. 40. in ſum. Bull. ver. Monaſt. Monialiũ, in fine Bullæ. Greg. XIII. incip. ubi gratiæ; Bonac. de clauſ. q. 4. p. 4. n. 15. Campanil. rubr. 12. cap. 16. n. 29. Franciſcus Leo in Theſauro fori eccleſ. cap. 16. nu. 54. Luculenter D. Barboſa in remiſſ. cap. 5. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. ſub nu. 5. ver. ingredi, §. puellas, & in coll. ad d. cap. 5. Trid. ubi ex declaratione Sac. Congreg. ait, quòd duæ ſorores educationis gratia recipi poſſunt in eodem monaſterio, & 3. p. de off. & poteſtate Epiſcopi, allegat. 102. nu. 62. & ſeq. & de Jur. univer. eccleſ. lib. 1. cap. 44. de Monial. nu. 51. D. Ricc. 1. p. praxis fori eccleſ. reſolut. 641. in 2. edit. Emin. Bellar. in annot. ad d. cap. 5. Trid. ver. intra ſepta, §. nec poteſt, in fin. Portell. in dub. ver. clauſ. Monial. & in addit. ult. n. 10. & ſeq. Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 11. q. 1. 2. 3. Confect. in ſum. tit. 22. cap. 8. Peyr. 2. p. de privil. in 6. Conſtit. Pii V. n. 10. Lez. 1. p. ſum. cap. 25. nu. 29. Thomas Zerola in praxi epiſcopali, ver. Moniales, Gavant. in manuali, ver. monial. educatio, & Pellizz. de Monial. cap. 5. per totam ſect. 4. & alii plures, per eoſdem allegati,* reſpondent ad quæſitum affirmativè; dummodò tamen obſerventur conditiones, pro his recipiendis à Sac. Gongr. præſcriptæ, de quibus infrà; & moventur ex multis.

2. Primò, quia educatio hujuſmodi puellarum eſt omninò neceſſaria; nam cedit in evidentem utilitatem Reipublicæ, & monaſterii: expedit enim Reipublicæ, habere hujuſmodi fœminas, bonis moribus, ac honeſtis exercitiis imbutas, nec non & Monialium communitati, cùm etiam, quia hæ Monialibus præſtant obſequia; tum etiam, quia eiſdem magnam fortunarum deferunt commoditatem; tum item, quia plures ex illis Moniales fiunt, ob quas floreſcit earum communitas: ergo ad finem ingrediendi, repetitur in caſu poſito cauſa talis, qualis à Trid. deſideratur; quandoquidem ad ingrediendum Monialium monaſteria exigitur cauſa neceſſaria, non neceſſitate phyſica, ſeu ſtrictiſſima, ſed morali, hoc eſt, ad civium regimen requiſitum.

3. Secundò, quia ità fuit ad inſtantiam Illuſtriſſimi Epiſcopi Hieracenſis à Sacra Congreg. declaratum, ſub die prima Auguſti, 1575. cujus reſcriptum authenticè refert *Stephan. 40. & Peyr.* ubi ſupra, & liquet ibi, *nullo Concilii decreto prohiberi, quò minus puellæ in monaſteriis Monialium educentur.*

4. Tertiò, quia id ipſum docet praxis omnium ferè Monialium, etiam antecedenter ad Sac. Conc. Trid. *Navar. cit. loc.* ergo non eſt de hac re dubitandum.

5. Neque his obſtant motus proprii Sixti V. editus anno Domini 1589. die verò 5. Januarii, quo revocavit omnes licentias à ſe, & à ſancta Sede conceſſas mulieribus cujuſcunque ſtatus, ingrediendi monaſteria Monialium, ibique ad tempus permanendi, & juſſit jam ingreſſas exire, addens pœnam excommunicationis latæ ſententiæ Papæ reſervatæ, contra violatores illius decreti, ingrediendo ſcilicet in poſterum, aut permanendo, ut apparet in eodem motu, quem per extenſum refert *Rodr. tr. 1. qu. 46. ar. 6.* quia prædictus motus Sixti IV. intelligitur inſtar illius Greg. VIII. latus ſcilicet contra præſumentes ingredi, ibique manere, intuitu privilegii, ac prætermiſſis conditionibus à Sac. Congreg. expreſſis, ubi ſupra, ad petitionem D. Epiſcopi Hieracenſis, quæ omnes debent concurrere, tùm ad effectum, de quo agitur, apprimè neceſſariæ ſint, quarum

6. Prima eſt, ut hæc receptio Regulæ non repugnet, & monaſterium ſolitum ſit has puellas educare, quia cujuſvis monaſterii inſtituta ſervanda ſunt, ut ex eadem Sac. Congreg. deciſum refert *D. Barboſa, cit. loc. n. 63.* unde *Rodr. cum ſuo nepote, ubi ſuprà,* ait, Moniales S. Claræ, ac Conceptionis, non poſſe cogi, cùm ſolitæ non ſint, eiſque inſtituta reſiſtant.

7. Secunda, ut dictæ puellæ non admittantur, niſi de conſenſu Monialium capitulariter præſtito, & eatum Superioris: immò hodie prærequiritur licentia Sac. Congreg. prout atteſtatur *Bonac. cit. loc. nu. 16.* & conſtat ex declaratione ejuſdem Sac. Congreg. cujus propria verba refert *Suar. cit. loc. nu. 22.* licèt ſubobſcura videantur, & *Gavantus ver. Monialium educ. nu. 8. & eſt de ſtylo Curiæ, ut advertit Tamb. in d. qu. 2. nu. 5.*

8. Dixi capitulariter præſtito, quia hodie ad hæc, & ſimilia, non ſufficit conſenſus Monialium, extra capitulum ſingulariter ac ſimpliciter præſtitus, ſed exigitur, ut fiat capitulariter, hoc eſt, ut per ſecreta ſuffragia ſit exhibitus ab omnibus, vel à majori parte vocalium exiſtentium in capitulo legitimè congregato; ſecus autem non valet, ut infrà dico.

9. Tertia, ut non ſint ſuprà numerum per eandem Sac. Congreg. præfixum, *Sanch. cit. loc. nu. 51.* nec extenditur, ſi ſint duæ, vel plures ſorores, *ex Barboſ. cit. loc. nu. 51.*

10. Quarta, ut utantur veſtitu, qui virginali modeſtiæ, & pudicitiæ convenit.

11. Quinta, ut admittantur ſine ancillis, ex decreto Sac. Congreg. in una Neap. 12. Martii, 1619. ubi fuit dictum, non dari ancillas pro educandis, cujus verba refert *Suar. cit. loc. & Barboſ. de jur. univer. cap. 44. num. 55.*

12. Sexta, ut puella recipienda non ſit minor ſeptennio, nec major annis viginti quinque, quibus expletis, ſi ſtatim non egrediatur, non afficitur excommunicata, ſicut nec Abbatiſſa, vel Prioriſſa Monialium, illam retinentes; tum quia non eſt illicitè ingreſſa; tum etiam, quia præfata Sacra Congreg. talem excommunicationem non impoſuit.

13. Veruntamen, in hoc eventu debet Epiſcopus loci puellæ terminum præfigere ad egrediendum de monaſterio, vel ad ſuſcipiendum habitum regularem, ex *Declarat. d. Sac. Congreg.* quam referunt *Leo in d. ſuo Theſauro n. 54. Campanil. ubi ſuprà nu. 26. & Barboſa in d. allegat. 102. nu. 65.*

14. Septima, ut dictæ puellæ intrà monaſterium habitent, in loco ſeparato à dormitorio Monialium, & à loco, in quo Moniales operibus manualibus vacant, vulgò dicto Lavoterio.

15. Octava, ut à monaſterio non egrediantur, & ſemel egreſſæ, nequeant admitti, ſine nova licentia Sac. Congreg. niſi fortè Moniales fieri velint, vel niſi egreſſæ ſint cauſa medendi morbo ex licentia Superioris; & ità à Sac. Congreg. deciſum referunt *Rodr. Sanch. Zerola,* & alii ubi ſupra.

16. Nona, ut quolibet ſemeſtri, pro dictis puellis alimenta anticipatè ſolvantur, *Sanch. cit. loc. n. 62.* immò

Digitized by Google

pro tali ſolutione debet idonea ſecuritas conſtitui, *Tamb.cit.loc.nu.*17. unde non debet permitti, quotidianum victum dietim à parentibus vel conſanguineis tranſmitti, *Barboſ.cit.loc.nu.*54. *& Gavant.ver.Monialium educatio, nu.* 8.

17. Amplia reſolutionem prædictam ad omnes puellas, etiam ad eas, quæ à publicis locis, ſive ab hoſpitalibus extrahuntur, & in monaſterio collocantur, ut ibi educentur, donec nubendi occaſio ſe offerat.

18. Item ad eas, quæ congrua dote ad nubendum carent; nec non ad eas, quibus per teſtamentum relinquitur, hac conditione, ut in monaſterio educentur, quia in his omnibus eadem ratio militat, dummodò eædem præfatæ conditiones ſerventur, *Sanch. in d.c.*16. *n.*64. *Bonac.cit.loc.nu.*16 *in fin. & Tamb.ubi ſuprà, qu.* 3.

Quæſt. 33. *Puellæ manentes apud Moniales exemptas, an ligentur cenſuris, & pœnis latis ab Epiſcopo loci?*

1. QUæſtio hæc gravis eſt, & pendet ex illa, utrùm delinquens in monaſteriis exemptis, ſubjiciatur pœnis ab Epiſcopo loci impoſitis, circa quam non conveniunt Doctores; nam poſt *Innoc. in c. à vobis, l.* 1. *de ſent excomm.* & alios allegatos per *Syl. ver. excom.*2.*nu.*12.*dub.*1. *Suar. de cenſuris diſput.*5.*ſect.*4.*nu.*6. *Filliuc.tr.*11.*c.*5.*qu.*9.*n.*149. *Salas de leg. diſput.*14.*ſect.*6. *nu.*85. *Alterius l.*3.*diſput.*9.*c.*5.*ver.ex his, & alii plures*, dicunt, quòd ſic, & moventur ex iis, quæ ſecundæ opinioni objiciuntur infrà.

2. Oppoſitum tamen, quod eſt de jure verius, tenent *Panor. in d.cap. à nobis, eod.tit. Joan.Andr.in cap.ut animarum, de Conſtit.in* 6.*Syl.cit.loc. Tab.ver.excomm.*4. *nu.*4.*ver.*3.*quæritur, Naldus in ſum.ver.exemptio, nu.*5. *& ver.ſtatutum, nu.*16. *ubi teſtatur de communi, Thomas Zerola* 1.*p.praxis, ver.excomm.cauſa materialis,* §.4.*ver.*2.*an ſubditus, Azor.p.*1.*inſtit.moral.l.*5.*cap.*25.*qu.*4. *Reginald. lib.*9.*n.*14. *Layman.lib.*1.*tr.*4.*cap.*11. *nu.*5. *Peyr.to.*1.*privil.in* 2.*Conſtit.Sixti IV.n.*9. *Bonac. multis citatis, to.*1. *de cenſur in comm.diſput.*1.*q.*1.*p.*11.*n.*8. *in* 2. *propoſitione, Avila* 2.*p.de cenſur.cap.*3.*diſput.*2.*dub.*5. *& Egomet* 2.*p.praxis, tr.*13. *de exempt. qu.*20.

3. Et habetur expreſsè *in l. final. ff. de juriſd.omn.Jud.* & magis clarè *in cap. animarum, de conſtit.in* 6. ibi, *Cùm extra territorium jus dicenti non pareatur impunè*, ubi gloſſa *in ver. impunè, ſubnectit, id eſt, ſine pœna, id eſt, non parens, ex eo pœnam non patitur*; & meritò, quia legislatoris ſtatutum reſpicit directè territorium, & in eo exiſtentes, non autem extra illud, quia extra illud vires non habet: unde dicitur lex territorii, ut omnes dicunt. Locus autem exemptus, & locus extra Diœceſim æquiparantur, ut docet *gloſſ. communiter accepta in Clem. quamvis* 1. *de for. compet. in ver. aut earum parte, & in d.c.animarum, ver.diœceſim.*

4. Nec obſtat dicere, quòd locus exemptus eſt de diœceſi, & territorio Epiſcopi, alioquin fruſtra impetraretur privilegium exemptionis, quia locus exemptus dicitur de diœceſi materialiter, hoc eſt, quantum ad ſitum, non autem formaliter, hoc eſt, quoad juriſdictionem, ut ajunt præcitati Doctores, vel eſt dicendum, quòd eſt in diœceſi, ſed non de diœceſi, ut dixi ſuprà; & privilegium impetratur, quoad juriſdictionem, non autem quoad ſitum.

5. Quamobrem non probo, quod dicit *Suar. ubi ſuprà*, quòd ſcilicet locus exemptus, & locus extra diœceſim æquiparantur, loquendo de loco exempto, non ratione perſonarum, (quomodo exempta dicuntur monaſteria Regularium) ſed ratione loci, ut ſic, quomodo exempta dicuntur aliqua loca, quæ ſunt Papæ immediatè ſubjecta, quia loca R[illegible]
immediatè Papæ ſubjecta, ſicut ipſ[illegible]
ſuis annexis, & connexis, qui cù[illegible]
res, & loca exempta, dicuntur e[illegible]
perſonali, locali, reali, univerſal[illegible]
ductis tamen quibuſdam caſibus i[illegible]
bi à S. Papa expreſſis, ut liquet in t[illegible]
prà extenſis, quare exemptio locor[illegible]
differt ab exemptione aliorum locoru[illegible]
tur immediatè Papæ.

6. Exinde *Pellizz.de Monial. c.*5.*ſect.* [illegible] *n.*190. dicit, quod iſtæ puellæ, quamdiu c[illegible] in monaſteriis Monialium exemptis, non [illegible]untur Ordinario, niſi in iis, in quibus eidem ſubſunt ipſæmet Moniales, ſicut neque ſubeſſent in caſu, quo illæ extra diœceſim forent, & conſequenter non ſubjiciuntur caſibus reſervatis Illuſtriſſimo loci Epiſcopo, neque cenſuris ab eodem impoſitis.

7. Et quamvis ſecundùm opinionem prædictorum verum ſit, abſentes ſubditas non ligari cenſuris, & pœnis à ſuo Superiore latis per modum ſtatuti.

8. Nihilominus cenſura lata per modum ſententiæ, ligat ſubditas exiſtentes in alieno territorio, *Ugolinus tab.*1.*cap.*9.§.3.*n.*4. *& Bonac. ubi ſuprà, n.* 14.

9. Ex patet ex differentia, quæ verſatur inter ſtatutum, & ſententiam; nam ſtatutum fertur per verba generalia, & reſpicit futurum delictum, fiendum in territorio Superioris, à quo dictum ſtatutum emanavit; ſententia verò fertur per verba ſpecialia, & reſpicit actum præteritum, ſeu delictum patratum ab aliquo eo tempore, quo delinquens erat ſubditus prædicto d. Epiſcopo, quamvis poſtmodum ſe abſentaverit.

10. Unde ſi Dominus Epiſcopus ferat excommunicationem contra Platonem ſibi ſubditum, ut ſacrilegum furtum intra menſem reſtituat, fur iſte Plato non reſtituendo intra menſem, dicta excommunicatione ligatur, etſi nondum elapſo termino abſens fiat, & extra diœceſim ſe ponat; quia licèt per mutationem domicilii deſinat eſſe ſubditus dicto Epiſcopo; verumtamen ratione delicti commiſſi remanet ſubditus ſecundùm quid, ob quod poteſt conveniri, & excommunicari, niſi reſtituat, ut liquet *ex cap.final.*20. *de foro compet.* ibi, *licèt ratione delicti, ſeu contractus, aut domicilii, ſive rei, de qua contra poſſeſſorem cauſa movetur, quibus, (ſupple quatuor modis) forum regulariter quis ſortitur*, hæc ibi.

Quæſt. 34. *Cogentes puellas dicta monaſteria intrare, retento tamen habitu ſæculari, & educationis gratia, an incidant in excommunicationem cap.*15.*Trid.ſeſſ.*25.*de Regul.?*

1. VT certa ab incertis ſeparentur, adverte, quòd integrum eſt parentibus impuberes filios Religioni tradere, & hi ad hoc poſſunt cogi, quia tenentur obedire, ut expreſsè dicitur *in Can.quicunque* 4.20. *qu.*1. & patet de Anna, quæ Samuelem puerum natum, & ablactatum, Deo cum pietate obtulit, qui & in miniſterio templi, in quo à matre fuerat deputatus, permanſit, & ubi conſtitutus eſt, deſervivit, quia impuberes filii ſui juris non ſunt, ſed patris, & in nihilo differunt à ſervis; ad quod facit *cap. addidiſtis,*2. *ead. quæſt. & cauſa, & cap. puella* 2.20. *qu.*2. quòd cùm ſit de jure naturæ, non cenſetur à Trident. abrogatum ubi ſuprà, prout atteſtantur *Sanch.lib.*4.*decal.c.*18.*nu.*33. *Suar.to.*3.*de Relig.lib.*5.*cap.*9.*nu.*4. *& Portell.in dub.ver.clauſ.Moniał. in addit.* §.*cujus ætatis, nu.*8. qui ex dictis juribus colligunt, puellas à Patre monaſteriis oblatas, exinde exire non poſſe, niſi poſt annum completum pubertatis; qu[illegible]

ub

puberes ſunt, quoad ſtatum animæ parentibus non ſuntur.

An autem eædem doli capaces, & puberes factæ, ut cogi ad ingreſſum prædictum, gravis quæſtio circa quam digladiantur Doctores.

Navar. in conſ. 56. de ſent. excomm. in antiq. & conſ. 6. ul. in noviſ. D. Barboſa 3. p. de offic. & poteſtate Epi. alleg. 104. n. 5. & in coll. ad d. cap. 18. Conc. Trid. ſeſſ. regul. n. 9. & in coll. to. 1. lib. 3. tit. 31. cap. 12. nu. 4. Me. 3. p. lib. 4. cap. 6. nu. 10. Ledeſma in addit. ad ſumm. to. de ſtatu regul. cap. 5. concluſ. 8. Thomas Zerola in praxi Ep. p. 2. ver. Moniales qu. 13. Suar. de cenſur. diſput. 23. ſect. 9. nu. 9. Ant. Diana 2. p. to. 15. & 1. miſcell. reſolut. 56. ubi opiniones aliorum expungit, & dicit eſſe probabiles, Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 1. qu. 4. nu. 4. Fillinc. tr. 4. n. 89. & alii plures, dicunt incurrere, etiamſi non intendant illas ingredi ad habitum Religionis ſumendum, aut profitendum, ſed ſolùm ad ibi manendum per aliquod tempus, donec nubendi ſibi occaſio occurrat, ducantur que. Primò, quia verba propriè ſunt intelligenda, niſi aliàs conſtet de contraria mente loquentis, *l. non aliter ff. de leg. 3.* at illa verba disjunctionis, poſita ibi, *ad ingrediendum, vel ad habitum ſuſcipiendum, vel admittendum profeſſionem*, propriè intellecta, comprehendunt cogentem tantùm ad ingrediendum, cùm in alternativis ſufficiat, unam partem earum eſſe veram, *juxta jur. reg. in 6.*

4. Secundò, quia Trid. cit. loc. abſolutè loquitur per illam dictionem, *quomodocunque*, ergo id quod prius. Tertiò, quia Concil. ubi ſupra, bis repetit eadem verba, *ad ingrediendum, vel &c.* & non abs re, ſed conſultò, ad auferendum omnino ſcilicet violentiam directè, vel indirectè, quæ hujuſmodi mulieribus poſſet adhiberi, potuit enim conſiderare, quòd qui cogit aliquam intrare in aliquod monaſterium Monialium, ut ibi educetur, implicitè intendit, ut cùm tempus fuerit, blanditiis Monialium, aut minis ejuſdem, aut ne verecundia perfundatur, ſuſcipiat habitum, aut profeſſionem faciat.

5. Verumtamen *Rodr. to. 3. qu. 14. ar. 3. in fin. & 2. p. ſum. cap. 8. concluſ. 9. nu. 10. in fin cum ſuo comp. reſolut. 101. n. 79. Portell. in dub. ver. Moniales in addit. n. 14. Sanch. lib. 4. ad decal. c. 4. nu. 12. in fin. & Pellizz. de Monial. cap. 5. ſect. 4. q. 11. n. 189.* prædictam opinionem non admittunt, niſi coactio fiat in ordine ad ſuſcipiendum poſtea Religionis habitum, ſive ſuaſionibus Monialium, ſive aliâ via, & effectu ſequuto, ita ut mulier coacta, invita ingrediatur: ſecus autem, & maximè, ſi habitatio illa ad tempus credatur neceſſaria, ad decentiam ſtatus mulieris, aut ad cuſtodiam puellæ, vel ad quid ſimile, præciſo dicto fine, illam monachandi.

6. Quod dictum complecti videtur *Navar. cit. loc.* cùm rationes per eundem ibidem allatæ, loquantur ad finem evitandi violentiam, ne habitus Regularis directè vel indirectè involuntariè aſſumatur: hanc item limitationem amplectitur *Suar. in d. to. 3. de Relig. l. 5. c. 9. nu. 4. in fine,* ubi dicit, quòd Concil. ubi ſuprà, illum ſolum ingreſſum prohibet, qui directè, vel indirectè ad Religionis habitum ordinatur, & non aliter; & ſecundùm hunc ſenſum, inquit, intelligenda eſſe, quæ dixit *to. 5. de cenſur. diſput. 23. ſect. 9. n. 9.* & meritò hæc dixit, quia per hanc limitationem ſalvatur proprietas trium partium illius disjunctivæ, & repetitionis monaſt. pro quo contendebat *Navar. ubi ſuprà*, & hæc eſt vera ſententia in praxi ſervanda.

7. Dixi, & effectu ſubſecuto, quia excomm. d. cap. non incurritur ſtatim, adhibita coactione, ſeu mox illata vi, vel violentia; ſed requiritur, ut actio ſit completa, & conſummata ex utraque parte, hoc eſt, ut mulier actu invitè ingrediatur, ut poſt *Rodr. cit. loc. ſum. notant Sanch. ubi ſupra, nu. 18. concluſ. 2. & Bonac. de excomm. extra Bullam Cœnæ, diſput. 2. q. 2. p. 2.* & conſtat ex differentia, quæ verſatur inter hoc verbum, cogere, & conari; nam cogere effectum violentiæ importat; conari verò, ad effectum intentum, ordinem dicit.

TRACTATUS SEXTUS.

DE ACCESSU AD MONIALES.

Quæſt. 1. Acceſſus ad monaſteria Monialium, quidnam ſit?

1. RESpondeo, quòd acceſſus venit à verbo accedo, accedis, & idem eſt, quod ille actus, ſeu motus localis, quo quis ſe transfert, vel transferri ſinit ab aliquo loco in monaſterium: nomine autem monaſterii hac in parte, ſecundùm probabiliorem opinionem Canoniſtarum, non venit monaſterium materialiter ſumptum, ſed formaliter, hoc eſt, non veniunt muri, & parietes domorum Monialium, ſed ipſæmet Moniales; unde impræſentiarum accedere ad monaſteria Monialium, idem eſt, quod accedere ad ipſas Moniales, non utcunque, ſed ſine licentia, & cauſa rationabili, contra diſpoſitionem dictæ Bullæ Bonifacii VIII.

2. Hinc *Rodr. to. 1. qu. 45. ar. 2. § advertendum, Suar. to. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. nu. 24. in fin. & Sanch. ad decal. lib. 6. c. 16. n. 113.* dicunt, quòd in dicta Bulla non vetatur acceſſus, cauſa audiendi divina, vel alia cauſa, aliena tamen à locutione, & ab aſpectu activo, & paſſivo; quamobrem, qui accedit ad Eccleſiam exteriorem Monialium, ſi ibi ex feneſtrella communionis, cum aliqua Moniali loquatur, cùm hoc verè ſit adire Moniales, cauſa alloquendi, quod in præcitatis Juribus reperitur prohibitum, utique dat in pœnas.

Quæſt. 2. Accedere ad monaſteria Monialium, an ſit omnibus univerſaliter prohibitum?

1. ET dico, quòd ſic; loquendo tamen de Jure communi, ducorque ex multis. Primò ex Bonifaciana Conſtitutione, incip. *Periculoſo*, quæ refertur in *cap. unic. de ſtatu Regularium in 6.* & liquet ibi, *nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ, niſi rationabilis cauſa exiſtat, ac de illius, ad quem pertinuerit, ſpeciali licentia ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem*, hæc ibi, quæ per ea, quæ dico tr. 3. de Ingreſſu, comprehendunt Laicos, Clericos, & Regulares quoſcunque; unde *Gloſſ. in d. cap. ver. honeſtæ,* ait, *quòd nec Monachi ad eas accedere debent; vel cum eis colloqui, niſi in præſentia Abbatiſſæ per modica verba;* & ſe fundat in *Can. diffinimus,* 21. 18. q. 2. ubi expreſsè hoc dicitur, ibi, *Porrò ſi contigerit, aut aliquam propinquam ſuam videre voluerit Monachus, in præ-*

Digitized by Google

in præſentia Abbatiſſæ huic confabuletur, per modica, & compendioſa verba, & in brevi ab ea diſcedat, hæc ibi, ubi eadem *Gloſſa in ver. Monachus, ſubnectit, immò nec Clericus, nec laicus debet viſitare monaſterium Monialium.*

2. Et quia prædicta Conſtitutio Bonif. abierat in deſuetudinem, ut conſtat ex deciſis tr. 1. fuit innnovata per *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5. de Regul.* ibi, *Bonifacii VIII. Conſtit. quæ incipit, Periculoſo,* renovans ſancta Synodus, &c.

3. Attamen, quia plures contendebant, prædictam Conſtit. per Trid. ubi ſuprà non eſſe innovatam quoad acceſſum, quia Trid. de acceſſu nihil loquitur, ſed tantummodò quoad ingreſſum, & egreſſum Monialium, *Rodr. to. 1. qu. 45. ar. 2. ver. advertendum, & Suar. to. 4. de Relig. lib. 1. tr. 10. nu. 27. in med.*

4. Pius V. ſua Conſtit. incip. *Circa Paſtoralis officii,* ad tollendum omnem ſcrupulum, illam de novo confirmavit, & innovavit cum illa clauſula, in omnibus, & per omnia, & liquet ibi, *quam nos authoritate Apoſtolica etiam approbamus, & innovamus in omnibus, & per omnia, ac illam diſtrictè obſervari mandamus,* hæc ibi, per quæ non eſt ampliùs præfatæ opinioni locus, *Rodr. cit. loc. ar. 4. §. pro hujus difficultate. in fin.*

5. Secundò, ex decreto Concilii Lateranenſ. lato contra Clericos, & laicos, qui monaſteria Monialium nimis frequentabant, quod refertur *in cap. monaſteria* 8. de vita & honeſtate Clericorum, ſub tali tenore:

6. *Monaſteria Sanctimonialium, ſi quiſquam Clericus ſine manifeſta & rationabili cauſa frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur, & ſi non deſtiterit, ab officio eccleſiaſtico reddatur immunis, id eſt, ſuſpendatur, ſi laici excommunicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium fiant penitùs alieni,* hæc ibi.

7. Tertiò, ex Concilio Hiſpalenſi, cujus ſtatutum refertur in *cap. in decima 24. & 18. qu. 2.* & præcipuè ex illis verbis, *ea tamen circa Monachos cautela ſervata, ut remoti ab earum familiaritate, &c.*

8. Dixi loquendo tamen de jure communi, quia eo ſublato, immò ante tempora Bonifacii VIII. acceſſus hujuſmodi nullibi reperiebatur prohibitus, ut advertit *Gemin. in d. cap. 1. de ſtatu Regul. in 6. nu. 4.* quia de ſe intrinſecè non eſt malus, ſed indifferens; poteſt enim cohoneſtari ex fine licito; unde dicitur malus, quia prohibitus, & non è contra, *Suar. cit. loc. in princ. & Eruditiſſimus D. Regens Tapia in comm. pragmaticæ primæ, ſub tit. de Monialibus*, qua ſub gravibus pœnis laici vetantur ad Moniales accedere ſine licentia Illuſtriſſimi Ordinarii, dicit, prædictam pragmaticam habuiſſe ortum à dicta Conſtitutione Bonifacii, & meritò fuit ità ſancitum, quia virorum ac mulierum commixtio periculoſa eſt, ne dicam ſcandaloſa; unde Concilium Moguntinum, ad evitandum ſcandalum, & animarum laqueum, Clericorum ac mulierum cohabitationem prohibuit, ut conſtat ex *cap. inhibendum, id eſt, de cohabitatione Cleric. & mulierum,* ibi, *Sacerdos non retineat, etiam matrem, amitam, & ſororem; quia inſtigante diabolo, & in illis ſcelus perpetratum reperitur, aut etiam in pediſſequis earundem,* hæc ibi.

9. Ex quibus ſic arguit, ſi cum matre, ſorore, & amita, inſtigante diabolo, ſcelus eſt commiſſum, cur id non erit timendum cum illis mulieribus, quibus naturalem reverentiam adhibere non ſumus aſtricti?

10. Ad idem facit idem contextus, ibi, *prohibendum quoque eſt, ut nulla fœmina ad Altare præſumat accedere, aut presbytero miniſtrare, aut infra cancellos ſtare, ſive ſedere,* hæc ibi, ex quibus pariter licet arguere, quòd ſi ante Dei conſpectum peccandi timetur occaſio, cur à majoritate rationis timenda non erit, quæ ex ſecreto cum Moniali colloquio oriri poterit.

11. Hinc D. Regens Tapia *cit. loc.* apprimè laudat Moniales hujus Civitatis Neap. quæ alloquentium oculis per ferream laminam faciem abſcondunt, & cum ingreſſis, in caſibus neceſſariis, velata facie, nigro velo colloquuntur, ne fortè colloquentibus ſint occaſio peccandi, de quibus videnda eſt *Gloſſa in d. cap. 1. de ſtatu regul. in 6.* quia contraria concordat, & textum intelligit procedere, & habere locum in mulieribus ſuſpectis, & Clericis junioribus; quia ſi ſuſpectæ ſunt, non debent cum illis manere, ſecus autem dicendum eſt de illis mulieribus, de quibus non eſt ſuſpicio mali, ubi etiam addit, quòd Clerici, etiam in linea tranſverſali, uſque ad ſecundum gradum, poſſunt ſecum conſanguineas habere, quod intellige verum, præcedente licentia Illuſtriſſimi Epiſcopi loci, & ſublata ſuſpicione mali.

Quæſt. 3. Quotnam vices frequentiam faciant?

1. HÆc quæſtio non uno ore reſolvitur; nam *Gloſſa in d. cap. monaſteria, de vit. & honeſtat. Clericor. ver. frequentare,* dicit, binam alloquutionem facere frequentiam, & in *cap. ità nos 2. 26. qu. 2. in ver. uſum,* ait, quòd duæ vices in criminalibus faciunt conſuetudinem, & colligitur ex textu ejuſdem *cap. & C. de Epiſcop. Aud. l. 3. in fine,* ubi textus remiſſionem criminis bis commiſſi, ait imputari conſuetudini; ſed in civilibus negotiis, nec etiam tres vices conſuetudinem inducunt.

2. *Clamas verò in methodo curat. §. 4. in Append. ad finem,* ait, quòd Monialibus loqui duabus vicibus, una die, vel duabus diebus continuis, frequentia eſt, cui favet *Sanch. lib. 6. decal. cap. 16. nu.* 111.

6. *Hoſtienſi autem in d. cap. monaſteria, nu. 2. in ver. frequentare, Navar. in d. com. 4. de Regul. nu. 61. ver. quibus addo, Rodr. t. 1. q. 45. ar. 2. §. advertendum, cum ſuo comp. reſolut. 26. de clauſ. Monial. in addit. n. 44. & Bonac. de clauſ. q. 3. p. 2. n. 4.* multis citatis dicunt, quòd relinquitur prudenti arbitrio; penſatis tamen circumſtantiis perſonarum, rei, ſeu negotii gerendi, ſcandali, periculi, loci, finis, & conſimilium circumſtantiarum: unde dicunt, non eſſe frequentiam, ſi quis Monialem duodecim vicibus tribus annis alloqueretur, ſemel ſingulo quoque trimeſtri.

4. *Suar. autem lib. 1. cap. 10. nu. 25. de Relig.* ait, tunc generaliter poſſe dici frequentiam, quando infrà breve tempus ſæpiùs acceditur, non autem ſi inter unum & alterum acceſſum longum tempus interponatur; ad hæc vide quæ dico *p. 1. prax. tr. 1. qu. 22. nu. 1. fol. 20.*

Quæſt. 4. An dictum Capitulum Monaſteria, comprehendat Regulares?

1. HÆc quæſtio variè definitur; nam *Sanch. ubi ſupra, n. 106.* dicit, quòd non, quia textus loquitur de ſolis Clericis, & laicis, & in odioſis, & pœnalibus nomine Clericorum non veniunt Religioſi; quod priùs dixit *Panor. in d. cap. nu. 14. & ſequitur Tambur. de Jure Abbatiſſ. diſput. 25. quæſt. 23. num. 3.*

2. Diſſentit tamen *Hier. Rodr. in d. comp. cit. loc. nu. 45.* quia licèt d. decretalis ſit pœnalis reſpectu accedentium ad monaſteria Monialium, eſt tamen favorabilis favore Religionis, & animarum, ne ſcilicet in hoc acceſſu committatur aliquod peccatum mortale, quod à verbis otioſis interdum emanat, & relaxetur Monialium clauſura; ac proinde eſt extendenda ad Regulares; unde d. decretalis cenſetur odioſa, & favorabilis, reſpectu tamen diverſorum.

3. Quod dictum pullulat ex traditis per *Suar. lib. 5 cap. 2. n. 12. & lib. 6. cap. 4. n. 2. de legibus, & per Sanch. lib 3. de matrim. diſp. 42. n. 4. & lib. 7. diſp. 9. nu. 8.* ubi docent lege

leges etiam pœnales, ob identitatem rationis, in animæ favorem, & ad evitanda peccata, ampliandas eſſe.

Quæſt. 5. ***Decretum Sacræ Congregat. juſſu Sixti V. editum, quo Regulares ſub gravibus pœnis prohibentur ad Moniales accedere, an obliget ad mortale?***

1. DEcretum, quo Religioſi ad Monialium monaſteria, cujuſcunque Ordinis accedere prohibentur, eſt tenoris ſequentis:

2. *Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi DD. Cardinales, Sacræ Regularium Congregationi Præfecti, ad occurrendum ſcandalis, quæ contingere poſſunt, aliiſque juſtis, & rationabilibus cauſis animum pie moventibus, de ſpeciali, & expreſſo mandato S.D.N. Sixti, divina providentia Papæ V. vivæ vocis oraculo eis facto; decreverunt, & mandaverunt, nulli poſthac Religioſo cujuſcunque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat. (Superiore, cui monaſterii, ſeu domus cura incumbit, viſitatore, vel viſitatoribus, Confeſſarioque ordinario, & extraordinario, cùm ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) licere abſque licentia expreſſa ejuſdem Sacræ Congregationis accedere ad monaſteria, ſeu domus quarumcunque Monialium, vel ſororum, ſive ſui, ſive alterius cujuſvis Ordinis, ad colloquendum, ſive tractandum cum eis, quòd ſi aliquando mandato ſui Superioris, aliquos Religioſos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Miſſas, in ipſarum Monialium, ſeu ſororum Eccleſiis, ſive Oratoriis exterioribus, ſive extra clauſura exiſtentibus, mitti contigerit, prohibuerunt, ne dicti Religioſi, ullo quæſito colore Moniales, ſorores, aut quamlibet aliam perſonam intra clauſuram degentes, alloqui poſſint. Confeſſariis autem ſimiliter interdixerunt, ne in ædibus monaſteriis, ſeu domus, vel monaſterio, ſeu domui Monialium, aut ſororum contiguis, pernoctent, aut alias pernoctare faciant, vel alias ſecum retineant, nevè extra tempora generalium confeſſionum, quibus ſolis, tantùm Confeſſario refectionem diurnam accipere vix permittitur, & tunc demum videlicet, cùm ſua habitatio, aut virorum domus vel monaſterium, in quo degit, à Monialium, ſeu ſororum monaſterio, vel domo nimium diſtat. (niſi tamen, & eo caſu, contrarium ſpecialiter conſtitutum ſit,) ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum ſumant; quæ omnia, & ſingula, ſub pœnis privationis officiorum, ac vocis activa, & paſſiva, ipſo facto incurrend. aliiſque ejuſdem Congregationis, præceperunt inviolabiliter obſervari, injungentes cunctis RR. Patribus Generalibus, Provincialibus, & aliis quorumvis monaſticorum, & mendicantium, ac non mendicantium Ordinum, & Congregationum Superioribus, ad quos ſpectat, quatenus infrà terminum unius menſis, a die, quo præſens decretum ipſis notificatum fuerit, computandi, debeant ejuſdem decreti copiam, cum hujuſmodi præcepto omnibus ſuorum Ordinum, & Religionum monaſteriis, domibus, & Conventibus ſuorum Ordinum, & Religionum monaſteriis, domibus, & Conventibus intimare, & notificare, ac intimaſſe & notificaſſe, ne ullam aliquando deſuper ignorantiam in futurum allegare aut prætendere quoquo modo poſſint. Romæ, nonis Maii, 1590. Frater Michael Bonellus, Cardin. Alex. Gregor. Palearius ſecret. Romæ apud Paulum Baldum, impreſſorem Cameralem,* 1590. & habetur, ut jacet *apud Steph.* 40. *in ſumma Bull. ver. monaſt. Monial. fol. mihi* 349. *Laur. Peyr. to.* 2. *privil. in Conſtit.* 6. *Pii V.* & *Bonac. de clauſ. qu.* 3. *num.* 3.

3. An autem hoc Decretum obliget ſub mortali, quæſitum eſt inter Doctores non leve.

4. Nam *P. Sanch. lib.* 6. *ad decal. cap.* 16. *nu.* 120. *Diana* 1. *p. tr.* 10. *reſol.* 22. & 3. *p. tr.* 2. *in dub. Regul. reſolut.* 48. *in fine. Bord. to.* 1. *reſolut.* 7. *n.* 81. & *Lez. in ſum.* 1. *p. c.* 25. *n.* 36. reſpondent negativè, quia lex humana pœnalis, ſecluſis circumſtantiis extrinſecis, nempe ſcandali, malæ intentionis, & ſimilium, non obligat ſub mortali, per tradita *à Navar. in manuali, cap.* 23. *n.* 57.

5. Oppoſitum tamen, quod eſt de jure verius, tenent alii, quos retuli 1. *p. tr.* 1. *q.* 31. *nu.* 22. quibus nunc addo *Homobon. caſu* 5. *ver.* 4. *ad finem, Bonac. de clauſ. qu.* 3. *p.* 4. *ſub nu.* 4. *Pellizz. de Monial. cap.* 5. *ſect.* 5. *qu.* 5. *nu.* 199. & *doctiſſimum, & amiciſſimum D. Angel. Mar. Verricell. Eruditiſſimum V. J. D. in ſuis moralibus quæſt. tr.* 8. *Miſcell. q.* 66. *nu.* 15. ubi ad partes de relatè diſputat; quod procedit, etiam ſecluſis d. circumſtantiis extrinſecis; tum quia lex de ſua natura eſt præceptum, quod de ſua intrinſeca ratione formali habet obligare in conſcientia, plus, & minus, ſecundùm materiæ gravitatem, per allegata ubi ſuprà; lex autem prohibens dictum acceſſum, eſt de re gravi, nempe honore Sanctimonialium, & ſalute animarum, ergo; tum etiam, quia Sac. Congregat. mandat, hujuſmodi decretum inviolabiliter obſervari, quæ loquendi forma obligat ad mortale; etenim ſignificat ſtrictiſſimam obligationem: unde Regularis alloquens Moniales, ſine debita licentia, ultrà pœnas contentas in dicto decreto, peccat mortaliter, *Peyr. to.* 2. *privil. in Conſtit.* 6. *Pii V. q.* 14. *n.* 36. & *d Barb. de jur. Eccleſ. c.* 44. *n.* 155. *in fin.* ubi referunt, ita fuiſſe à Sac. Congreg. deciſum, die 1. Julii, 1606. ſub his verbis:

6. *Sacra Congregatio attentis narratis, cenſuit, & declaravit, Regulares accedentes ad monaſteria Monialium contra formam decreti, quo hujuſmodi acceſſus per Sac. Congreg. prohibetur, ultrà pœnas privationis officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ, incurrere etiam pœnam peccati mortalis.*

7. Neque his obſtat dicere, quòd ſecluſo ſcandalo, & prava intentione, loqui etiam frequenter cum Monialibus, eſt materia levis, ergo non cenſetur prohibita ſub gravi peccato: quia falſum eſt antecedens; tum quia, ut dictum eſt, materia hujus præcepti eſt graviſſima, dum concernit honorem Monialium, & ſalutem animarum; tum etiam, quia lex eccleſiaſtica loquens per illud verbum, *mandamus, præcipimus, prohibemus,* utique inducit præceptum obligans ad mortale, ut conſtat *ex Clem. exivi, de verb. ſignif.* prædictum autem decretum ità loquitur, ergo.

8. Nec replices dicendo, quòd prædictum decretum fundatur in præſumptione ſcandali, ut liquet ibi, *ad occurrendum ſcandalis, quæ contingere poſſent*, ergo ſi nullum ſit periculum ſcandali, in tali locutione nullum erit peccatum, vel ſaltem veniale; cùm lex in præſumptione fundata, non obliget in conſcientia, ſi veritas ſit in contrarium, *cap. tua nos* 26. & *cap.* 15. *qui fidem de ſponſalibus,* quia fallit conſequentia; nam tunc ceſſat lex; ceſſante facto, aut delicto præſumpto, quando fundatur in præſumptione facti, aut delicti, ſui periculi determinati; ſecus autem, quando fundatur in præſumptione delicti indeterminati, & vagi, tunc enim obligat in ſingulis caſibus, etiamſi in aliquo non adſit periculum, ut patet de eo, qui legem tulit, ne quiſquam ferat arma, eo fine, ut evitetur periculum occiſionis, obligat enim omnes arma portantes, etſi multi illa deferant ad defenſionem, vel decorem; quandoquidem legem ferens reſpicit id, quod ſolet adeſſe in pluribus, non autem in paucis.

9. Ità pariter dicendum eſt de legibus prohibentibus locutionem cum Monialibus, non enim præſumunt periculum aliquod determinatè, ſed vagè, & indeterminatè, quare obligant omnes ſubditos in ſingulis caſibus, etiamſi in aliquo non adſit periculum, ut benè advertit doctiſſimus *Verricellus, n.* 18. *ubi ſuprà.*

Quæſt. 6.

Digitized by Google

Quaſt. 6 An dictum decretum comprehendat milites Hieroſolymitanos?

1. AFfirmativè dic, quia ità Sacra Congregatio ſcripſit Vicario Neapolitano, *teſte Steph.* 40. *in ſum. Bull. ver. monaſteria Monialium, fol. mihi* 349. §. *decretum hoc*, & meritò, quia prædicti milites ſunt verè Religioſi, voventes tria ſubſtantialia vota: caſtitatis ſcilicet, paupertatis, & obedientiæ; prout ex multis oſtendunt *Navar. concil.* 2. *nu.* 2. *&* 3. *de conver. conjug. & Rodr. to.* 1. *qu* 9. *Regul. qu.* 1. *ar.* 6. *unde gaudent privilegio clericali, Panor. in cap. ex tenore, n.* 6. *qui filii ſint legitimi, & Rota Rom. in deciſ. diverſ. vol.* 2. *deciſ.* 29. *n.* 10.

Quaſt. 7. An Religioſus transgreſſor afficiatur prædictis pœnis, unico acceſſu?

1. AFfirmativè *Bonac. de Clauſ. q.* 3. *p.* 4. *nu.* 5. *Barboſa in coll. ad* 5. *cap. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. & Novar.* 2. *p. ſum. de clauſura, & acceſſu, nu.* 6. quia dictum decretum loquitur de accidentalibus ſine licentia Sacræ Congreg. non autem de frequentantibus.

2. Quod dictum limitat doctiſſimus *P. Verricell. tr.* 8. *qu.* 66. *nu.* 31. dummodo non loquatur ex urbanitate, aut ex alia cauſa juſta, vel neceſſaria per quadrantem horæ, quia ſic loquens, non incurreret pœnas, vel ob parvitatem materiæ, vel ob collocutionis neceſſitatem, ut ex infrà dicendis q. 12. clariùs apparet.

Quaſt. 8. An Religioſus transgreſſor teneatur in conſcientia pœnas in dicto decreto contentas ſpontè ſubire?

1. SUnt, qui affirmativè reſpondent ad quæſitum, loquendo tamen de privatione vocis activæ & paſſivæ, cùm ad executionem hujus pœnæ nulla hominis actio requiratur, *Bonac. nu.* 2. *ubi ſuprà.*

2. Oppoſitum tamen, quod eſt de jure verius, tenent graviſſimi Doctores non pauci, quos nomino 1. *p. prax. tr.* 1. *qu.* 33. *de legib. &* 3. *p. tr.* 1. *de elect. qu.* 3. tum quia pœna, qua quis privatur re ſua, jam ante poſſeſſa, non debetur ante declaratoriam Judicis, per ea multa, quæ dico in *d. quaſt. de leg.* at habere jus ad ſuffragandum, eſt de acquiſitis, & poſſeſſis, ergò; tum etiam, quia Dominicani non ſubduntur pœnis privationis vocis activæ & paſſivæ, niſi ſuperveniat declaratio Prælati, ut probat textus prologi, pluries à dicto Papa confirmatus; tum etiam, quia hæ ceſſiones vocum, ſive abſtinentiæ à ſuffragando, fieri nequeunt ſine maximo intereſſe, aut periculo famæ, quam naturali jure tenemur cuſtodire; Jus autem naturæ præfertur juri humano & poſitivo, ut omnes ſciunt, ergò.

3. Nec eſt verùm, quòd pœnæ privativæ ſunt à transgreſſore ſpontè adimplendæ, ante Judicis ſententiam, ex eo, quia ad ſui executionem non indigent actione hominis, quia hoc tantùm habet locum in cenſuris, quæ ſtatim admiſſa culpa, animam afficiunt, non ex eo, quia facto hominis non egent, ſed ex uſu, & praxi, & ſtylo Eccleſiæ; in cæteris autem fallit, & patet de inhabilitate ad officia, vel ad ferendum ſuffragium, quæ licèt ſit pœna privativa, adhuc tamen non incurritur ante Judicis declarationem, ut conſtat ex deciſis ubi ſuprà, & traditis à *Novario*, 2. *p. ſumm. Bull. tit. de Clauſ. & acceſſu, nu.* 13. *& Barboſ. de Jur. Eccleſ. cap.* 44. *n.* 186.

Quaſt. 9. Fratres Minores an ex ſpeciali ſtatuto vetentur ad Sanctimoniales accedere?

1. DOctiſſimus *P. Antonius à Corduba, in annot. ad comp. Privil. Mendicantium, ver. accedere ad monaſterium Monialium, & ſuper Regulam ſui Ordinis, cap.* 11. *qu.* 13. reſpondet affirmativè.

2. Verùm negant ſapientiſſimus *Ludovicus Miranda in tr. de Monial. qu.* 4. *ar.* 4. *& Rodr. to.* 1. *qu.* 45. qui ſunt omninò legendi, quia de re latè loquuntur.

Quaſt. 10. Scribere ad Moniales, an ſit aliquo jure prohibitum?

1. ET dico, quòd non, loquendo tamen de jure communi; tum quia id nullibi reperitur prohibitum, *Navar. tom.* 4. *de Regul. nu.* 61. *Rodr. to.* 1. *q.* 45. *ar.* 3. *& Miranda de Monial. qu.* 4. *ar.* 5. tum etiam, quia dictum decretum Sixti nihil dicit de ſcribentibus, ſed tantùm de alloquentibus; alloqui enim eſt quid diverſum à ſcribere, & à diverſis non fit illatio. *Bonac. de clauſ. qu.* 3. *p.* 2. *n.* 5. *& Diana p.* 3. *tr.* 2. *in dub. Regul. reſolut.* 48. *ver. nota* 2. *in fin.*

2. Dixi loquendo de jure communi; nam ſtando in jure municipali, aliàs eſt dicendum, quandoquidem fuit olim Romæ edictum, ne quis vir, vel fœmina, nocte vel die loquatur, vel ſcribat alicui Monachæ, vel Prælatæ, vel Zitellæ, ſive puellæ in monaſterio incluſæ, quacùnque de cauſa, ſine licentia Vicarii Papæ, vel Protectoris Ordinis, ſub pœnà 500. ducatorum, & alia arbitraria; excepto deferente eleemoſynas, vel opera ab eis facienda.

3. Quod ſtatutum, cùm ſit locale, ad alias Provincias non extenditur, per ea, quæ allegat *Navar. cit. loc.* præterea idem *Navar. lib.* 5. *de ſent. excomm. conſil.* 60. *in* 1. *edit. & in* 2. 20. refert quandam prohibitionem, quam fecit Gregorius XIII. quibuſdam Fratribus cujuſdam Religionis, ne ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, litteras aliquas ſcriberent ad Moniales ſui Ordinis, quæ quippe prohibitio etiam fuit localis; *Suar. to.* 4. *de Relig. lib.* 1. *c.* 10. *nu.* 28.

4. Præterea pro hac diœceſi, & Civitate Neapolitana, adeſt Conſtitutio Synodalis 7. prohibens Monialibus loqui, ſub hoc tenore verborum:

5. *In pœnam excommunicationis ipſo facto incidat, quicunque præſumet accedere ad monaſteria Monialium, quamvis exempta, ut cum Monialibus, vel aliqua ipſarum colloquatur, etiamſi ſit novitia, aut cum puellis, quæ educationis cauſa ibi commorantur; ſine tamen noſtra, vel noſtri Vicarii licentia, declarantes, quòd qui facultatem obtinuerint colloquendi cum aliqua prædictarum, non poſſint eadem uti, ut cum alia colloquantur, data opera, aut ex profeſſo; eos verò, qui (quod Deus avertat) ſub prætextu licentiæ obtentæ, præſumerent cum aliqua Moniali, licèt novitia, de rebus obſcœnis, verbis, aut actibus impudicis pertractare, vel litteras de rebus obſcœnis, ſive internuntium tranſmittere, ipſo facto excommunicamus, & ſimiliter tam viros, quàm mulieres tam intrà quàm extra clauſtra monaſterii exiſtentes, qui ſcienter litteras vel nuntium de rebus prædictis deferrent*, hæc ibi.

6. De quibus multa loquuntur *P. Merolla to* 1. *diſput.* 1. *cap.* 2. *de volunt. Corollarium* 13. *n.* 185. *fol. mihi* 100. *in impreſſione Neap. de anno* 1631. *& Dominus Aloyſ. Ricc.* 1. *p. prax. deciſ.* 647. *in* 1. *edit. & in* 2. *reſol.* 65.

***

Quaſt. 11.

Digitized by Google

Quæſt. 11. Scribens ad Moniales, datnè in excommunicationem ab Epiſcopo latam contra hujuſmodi ſcribentes, ſi ejus Epiſtola ad dict. monialem non pervenit?

1. HUic quæſtioni optimè ſatisfacit *Navar. in d. conſil. allegato immediatè ſupra, de ſent. excomm.* dicens, hujuſmodi ſcribentem peccaſſe tantùm contra obedientiam, non autem in excommunicationem incidiſſe, ex eo, quia licet verba intelligenda ſint cum effectu *l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quiſque juris, & cap. hæc autem verba 27. de pœnit. diſt. 1.* ibi, *hæc verba cum effectu accipimus, non verbotenus.*

2. Nihilominus iſtud Elogium, non eſt intelligendum de ſolo effectu intrinſeco, verùm etiam de extrinſeco, nec quidem de quocunque extrinſeco, ſed ſolum de illo, quem verba propriè ſignificant, ut legislator intendit, prout pluribus firmat idem *Navar. in d. cap. hæc verba, num. 10. & 11.* & colligitur *ex l. ſi Balſatorem, C. de fide juſſ.* quæ habet, *promittentem invenire latronem, non ſatisfacere, niſi eum capiat, & judici exhibeat*, ad quod faciunt duo dicta Bartoli, de inveniente Bannitos, & de inveniente aliquem cum armis, qui non dicuntur ſatisfacere, niſi re ipſa illos capiant; licet enim verbum invenire, propriè non ſignificet capere inventum; ex mente tamen, & intentione ſtatuentium, præſumitur id ſignificare voluiſſe.

3. Idem ad propoſitum dicendum eſt de prælibato dicto Gregorii XIII. & aliorum, licet illa verba, nemo ſuorum audeat ad moniales epiſtolas mittere, propriè non requirant, ut ſcriptura ipſa ad eaſdem perveniat, cum miſſio epiſtolæ ſit effectus intrinſecus: præſumitur tamen id voluiſſe D. Papã, ubi ſupra, & Illuſtriſſimos Epiſcopos loci ordinarios ſimilia inhibentes; quia nõ nocere poterat ſcripturæ, niſi perveniſſet ad manus illius, ad quam mittebatur; quòd *Navarri dictum lætanter amplectuntur Rodor. t. 1. q. 45. ar. 3. Miranda de monial. t. 4. ar. 5. in fin. Sanch. lib. 6. ad decal. c. 16. num. 117. P. Merolla t. 1. diſp. 1. c. 2. de volunt. 3. difficult. num. 600. Bonac. de clauſ. q. 3. p. 3. num. 5. D. Ricc. 2. p. var. Reſolut. 65. ubi diſputat. ad partes, Diana 3. par. 2. in dub. reſolut. 48. not. 2. in fin. Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 25. q. 6. ad 6. & 9. num. 3. Iuè Barboſa 3. p. de offic. & poteſtate Epiſcopi, allegat. 102. num. 81. & de jure Eccleſ. cap. 44. num. 171. ubi cum ſuo Rodorico à Cuna*, aſſerit idem fore dicendum, etiam ſi præfata Epiſtola, ſaltem ex relatione perſonarum fide dignarum pervenit: quia ratio, non eſt idem, quod traditio epiſtolæ, requiſita, ut effectus completus judicetur, licet *Navar. ubi ſupra, contrarium dicat.*

Quæſt. 12. An qualibet collocutio cum moniali, ſine licentia, ſufficiat ad contrahendum pœnas poſitas in prædictis Juribus?

1. REſpondeo, quòd prædictæ pœnæ, in multis caſibus non procedunt; Primò in eo, qui ex metu gravi cadente in virum conſtantem, loquitur, cum moniali, v. g. ſi Dominus qui eſt ſolitus minas exequi, comminaretur aliquod grave malum ſervo, niſi vadat ad monialem &c. quod dictum *Merolla, t. 1. cap. 2. difficult. 3. num. 606.* ampliat procedere, etiamſi talis locutio eſſet de rebus obſcenis, & id præciperet Dominus in ſpretum excommunicationis poſitæ contra loquentes: qua licet in hoc caſu, non excuſaretur ſervus à peccato mortali; excuſatur tamen ab excommunicatione, nam deliſſet tantum contra legem naturalem, quæ dictat recedere à malo; non tamen foret contra Eccleſiaſticam, quæ cum benigna & ſuavis ſit, non obligat cum tanto detrimento: excommunicatio autem non incurritur, niſi peccetur contra legem Eccleſiæ, ut dicunt communiter Doctores in materia de cenſuris, & colligitur ex illo Evangelii *Matth. cap. 18. ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus & publicanus.*

2. Secundò, qui paucis verbis, & ad breve tempus, cum moniali loquitur; etenim parvitas materiæ in omni lege excuſat à culpa, & pœna etiam excommunicationis; quænam cenſenda ſit in præſenti parva materia, relinquitur prudenti arbitrio; nam de ea non poteſt dari certa regula, ſed penſanda eſt ex circumſtantiis extrinſecis, nempè ex qualitate verborum; nam ſi verſamur in collocutione obſcena & turpi, duo aut tria verba ſatis ſunt ad incurrendum dictam excommunicationem; ſi verò in honeſtis, vel indifferentibus, requiruntur pluſquam decem; item ex cauſa negotii, an ſcilicet quis juſſus vadat ad colloquendum cum moniali, vel ſponte ſua loquatur, an de per ſe, vel ex aliquo accidenti? ut ſi quis ex legitima cauſa cum una moniali loquatur, alteri moniali advenienti, cauſa urbanitatis, reſpondeat. An item collocutio cum moniali, ſit furtiva, hoc eſt, ſine licentia Abbatiſſæ; nam ſicut inter ſæculares, furtivè loqui cum Virgine exiſtente ſub cura parentum, ex ſuo genere, eſt gravis injuria, quæ fit parentibus; ita à fortiori erit in Virgine, quæ ſtat ſub cura Abbatiſſæ, maximè ſi acceſſus fiat ad loquendum per loca inuſitata, cum ſic, injuria major ſit, & gravius periculum ſcandali; an item ipſa locutio ſit occaſio peccandi, aut ſcandali; & ſic de aliis circumſtantiis, de quibus *Suar. t. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. nu. 27. Sanch. & Bonac. ubi ſupra.*

3. Tertiò in eo, qui loquitur aliquo idiomate, quod monialis non intelligit, ut ſi loquatur lingua Hæbreâ, vel Græcâ, aut Indianâ; quia licet illa ſit vera locutio, qua exprimuntur ejus conceptus mentales, adhuc tamen non eſt vera locutio in ordine ad alium, ſed ad ſe ipſum ſolùm, ceu, ſi quis loqueretur nemine audiente, non poſſet dici cum alio loqui, nam collocutio fit inter duos, loquentem ſcilicet & audientem; quo fit, ut dict. cenſura non ligetur, ſic enim cenſetur loqui moniali ſurdæ, & patet de eo, qui legit librum Hæretici conſcriptum lingua Gallica, vel Germanica, quam non intelligit, ob quod, ſecundùm probabiliorem opinionem, non incurrit in excommunicationem latam contra legentem librum Hæretici, tractantem de Religione, & cultu, prout ex multis oſtendit, *Sanch. lib. 2. ad decal. cap. 10. num. 51. Suar. tr. de fide, diſput. 20. ſect. 2. num. 18. Duard. lib. 2. bull. Can. Can. 1. q. 47. & Diana in bulla Cruciata reſolut. 36.*

Quæſt. 13. Loquens cum moniali audiente, ſed non reſpondente, datnè in excommunicationem latam contra alloquentes?

1. SUnt, qui negant, de quorum numero videtur eſſe *Jacobus Graff. lib. 2. de Caſibus reſer. cap. 5. num. 32.* voluntque eorum negativam ſententiam procedere, etiamſi monialis, ſignis & nutibus reſpondeat alloquenti; ducunturque tum ex eo, quia verba legis pœnalis, qualis eſt hæc, de qua agitur, non ſunt extendenda ultra proprium ſignificatum, ſed potiùs reſtringenda, juxta vulgatam juris Regulam, *Odia*; at ſtatutum, quod ſupponitur, excommunicat tantùm colloquentes cum monialibus, colloqui autem ſignificat ſimul loqui; non enim quando unus loquitur; dicitur colloquium; tum etiam, quia reſpondere per nutus & ſigna, non eſt propriè loqui, ergo.

2. Contrariam tamen ſententiam, quæ eſt de jure verior, & in conſcientia ſecurior, tenet idem *Graff. t. 1. conſil. 22. de ſenten. excommun. nu. 30. Anton. Diana 3. par. tract. 2.*

*tract.2.in dub.Regul.reſolut.*48.*ver.nota* 1.*Merolla, tom.* 1. *diſput.*1.*cap.*2.*de volunt.*2.*difficult.num.*589. *& Tamb.de Jure Abbatiſſ.diſput.*25.*q.*8.*ad* 2. *& Eruditiſſimus Verricell.tr.*8.*q.*66.*num.*24. & moventur tum ex communi conſuetudine, quæ ſemper dictum ſtatutum intellexit procedere,etiam de qualibet ſimplici allocutione habita cum moniali, ſine licentia ordinarii, conſuetudo autem eſt optima legum interpres *l.*51.*de interpretatione* 37.*ff.de leg.& cap.cum dilectus de conſuet.* tum etiam,quia licet verba legis pœnalis, regulariter non ſint extendenda ultra proprium ſignificatum, hoc tamen fallit in duobus caſibus. Primò in lege principaliter facta in favorem animatum ad occurrendum ſcilicet peccatis, & ſcandalis, qualis eſt hæc,de qua ſermo eſt; tunc enim tamquam favorabilis, extendenda eſt,ut conſtat ex deciſis hic ſupra,*& docent Covar.*4.*decret.*2.*p.cap.*6.*in princ.num.*12. *& Sanch.lib.*1.*de matrim.diſput.*39.*num.*5. Secundò in caſu, quo aliàs lex redderetur inutilis, & finis legis fruſtraretur;tunc enim appropriari debent verba legis, & extendi ultra propriam ſignificationem,ad hoc, ut voluntas legiſlatoris locum habeat, *Arg.cap.*51.*civitas,de ſent.excomm.in* 6.*& docent communiter Doctores,adjuncta Gloſſa notabili in l.& puto,*§.1.*ff.famil.* at in caſu noſtro, ſi nomen collocutionis,non extenderetur ad quamlibet allocutionem, ſtatutum prædictum redderetur inutile, & mens ſtatuentis fieret futilis, & ſic ſtatutum contemneretur, & occaſio peccandi minimè tolleretur, quod eſt finem legis evertere.

3. Verùm adverte, quòd in caſu poſito,non erit excommunicata monialis,quæ audit,& tacet, ſicut nec ſæcularis audiens monialem ſibi loquentem, ſi ipſe illi nihil reſpondeat, quia excommunicatio lata eſt contra loquentes,non autem contra audientes; at audire, non eſt loqui, etiam ex larga ſignificatione vocabuli, *Diana, Tamb.& Merolla,ubi ſupra.*

Quæſt. 14. *Loquens cum moniali per nutus & ſigna, an incidat in excommunicationem latam contra alloquentes?*

1. NEgant Neoterici, quia ſic loquens, non loquitur more humano; etenim ſic loqui, propriè ſumptum,nil aliud eſt, quam voce articulata explicare alteri internos conceptus,ergo ſignis vel nutibus illos explicare,non eſt propriè loqui, & conſequenter non comprehenditur ſub dict. lege, de non alloquendo moniales;nam cum ſit odioſa,intelligenda eſt in propria ſignificatione verborum,adeò, ut comprehendat tantùm articulata voce loquentes.

2 Verùm *Graff.lib.*2.*caſ.reſer.cap* 5.*num.*33. *Merolla, t.*1.*diſput.*1. *cap.*2.*de voluntario* 3.*difficul. num.*593. *& ſeq. Anton.Dian.*3.*p.t.*2.*in dub.Regul.reſolut.*48.*ver.nota* 2.*& Tamb.de Jur.Abbatiſſ.ad tertium*, reſpondent affirmativè,tum quia conceptus mentales, & animæ paſſiones exprimuntur, & alteri ſignificantur, nedum externa voce articulata, verùm etiam ſignis & nutibus,ut patet in ſurdis, & mutis, qui per ſigna, & nutus validè contrahunt,& ſua peccata confitentur; tum etiam,quia dictum ſtatutum de non loquendo cum monialibus, cum principaliter factum ſit in favorem animarum,debet extendi ad quamlibet locutionem, ſive per verba vocalia, ſive per ſigna & nutus fiat, ſecus, ut dictum eſt *ſupra q.*13. redderetur fruſtratorium,& ejus finis foret inanis,& vacuus,quod debet evitari.

3. Quod dictum extendendum eſt ad eum, qui per interpoſitam perſonam loqueretur in præſentia monialis audientis, & per eandem interpoſitam perſonam reſpondentis: quia id in effectu idem eſt, ac ſi cum ipſa moniali colloqueretur,etenim loqui per ſe,& per interpoſitam perſonam,paria ſunt quoad effectum intentum, quidquid ſit de modo conſequendi illum: *Bord. reſol.* 7. *num.*70.*& peritiſſimus* Verricell.*tr.*8.*quæſt.*66.*num.*21.

4. Hinc *Gemin.in cap.final.num.*2.*diſtin.*8.benè dixit,quòd qui per interpoſitam perſonam verba explicat, verè loqui dicitur, & favet *Merolla cit.loc.num.*595. *in fine.*

5. Verumtamen hanc ampliationem non admittit *Diana cit.loc.* affirmans contrarium practicari, etiam à viris timoratis; quia verè non loquitur cum moniali qui cum interprete loquitur, & per conſequens dict pœnis non ligatur, quæ ratio, ſi valet ad exculpandum à pœnis in præſenti caſu, cur non etiam valet ad exculpandum alloquentes per nutus & ſigna, cum utrobique reperiatur eadem ratio, nempe impropria locutio: nihilominus Diana, ubi ſupra, unum admittit, alterum verò negat.

Quæſt. 15. *Loquens cum moniali de domo ſua, ſita propè monaſterium, an ligetur excommunicatione lata contra accedentes ad colloquendum cum monialibus?*

1. NEgativè *Diana,*3.*p.tr.*2.*de dub.Reg.reſolut.*48. *not.* 7.*Tamb.de Jur.Abbatiſſ.diſput.*25.*q.*8.*ad primum & Pellizz.de monial.c.*5.*ſect.*5.*q.*14. *num.* 214. quia dict excommunicatio, cum ſit pœna,non debet extendi ad non expreſſa, juxta Regul. *odia*; ſed loqui in caſu poſito, non eſt; accedere,ergo.

2. Verumtamen *Henriquez lib.*13.*cap.*26. *num.* 22 *Graff.tom.*1.*Concil.*22.*de ſent.excom.num.*23. *& Verricellus,tract.*8.*q.*66.*num.*20. *quibus videtur annuere Diana ubi ſupra,in fin.* tenent contrarium, quod eſt in conſcientia tutius; nam principaliter, & per ſe primò in dict. excommunicatione prohibetur collocutio, acceſſus verò per accidens: finis enim hujuſmodi acceſſûs, collocutio eſt,qua impoſſibili reddita,non eſt qui deſideret ad moniales accedere.

*Quæſt.*16. *Loquens cum Abbatiſſa ſine licentia, an ligetur excommunicatione lata,contra alloquentes cum monialibus?*

1. SApientiſſimus *Ant.Diana,*3.*p.tract.*2.*reſol.*48.*not.*5 *& Tambur. de Iur. Abbatiſſ. diſput.*25.*q.*8.*ad* 5.*& eruditiſſimus Verricell. tract.*8.*q.*66.*num.*25. reſpondent negativè; quia in materia pœnali, & odioſa, qualis eſt hæc,de qua agitur, nomine monialium, non venit Abbatiſſa; ſicut appellatione Monachorum,in odioſis non venit Abbas,ut docet *Gloſſ.in cap.fin.de Sim. ibique Panor.nu.*2.*Cardin.in Clem.*1.*num.*6.*in* 6.*Armill. in ſum.ver. Abbas, & Egomet* 1.*p.t.*6.*q.*19.*nu.*1.

2. Oppoſitum tamen,quòd eſt probabilius, tenent *Graff.lib.*2.*de caſib.reſer.cap.*5. *num.*3. *& Merolla tom.*1 *diſput.*1. *c.*2.*de Volunt.* 4. *difficult.num.* 604. tum quia dict.Statutum, cujuſcunque Diœceſis ſit, cum ſit latum principaliter ad favorem animarum, & monaſterii cenſetur favorabile, ut conſtat ex ſupra deciſis: ſed in favorabilibus, ut ſæpè dico, nomine Monachi venit Abbas, & appellatione monachi venit Abbatiſſa, ergo tum etiam, quia dict. ſtatutum, non eſt pœnale, & odioſum reſpectu monialium; ſed tantum reſpectu loquentium cum illis: nam hi tantùm in dict. ſtatuto excommunicantur, non autem illæ, ergo nulla eſt ratio, ab quam, nomen Monialis debeat reſtringi, ut ſcilicet ſub ea non non comprehendatur Abbatiſſa, non enim per Abbatiſſatum deſinit eſſe Monialis, ut patet ex Canone, *ſi quis ſuadente diabolo*, 17. *q.* 4. ubi nomine Clericorum venit Abbas & Abbatiſſa

Abbatiſſa; ut omnes communiter concedunt: non alia ratione, niſi quia ille Canon, licet reſpectu percutientium ſit pœnalis & odioſus, ex quo excommunicat Clericorum percuſſores; veruntamen reſpectu Clericorum extat favorabilis, & beneficus. Unde de communi ſenſu Doctorum, ad omnes Monachos extenditur, etiam ad Novitios, ut conſtat ex deciſis.

Quæſt. 17. *Loquens cum Novitiis & Puellis, quæ educationis causâ morantur in Monaſterio, an incidat in excommunicationem latam contra loquentes cum Monialibus?*

1. DOctiſſimus *Jacobus Graffius, tom. 1. conſil. 22. de ſent. excom. nu. 26 & Diana 3. p. tract. 2. in dub. reſol. 48. not. 9.* reſpondent negativè; quia in odioſis & pœnalibus, Novitiæ non comprehenduntur ſub nomine monialium; *authen. Ingreſſ. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* hinc ſi quis acceſſit ad monaſterium cum licentia colloquendi cum aliqua moniali, ſi ex induſtria ad ſe vocari faciet Novitiam, & cum ea colloquatur, non incurret in dict. excommunicat.

2. Hoc autem dictum *D. Ricc. 1. p. prax. deciſ. 647. n. 4.* limitat, ubi Edictum Ordinarii loqueretur generaliter contra accedentes ad monaſterium monialium, juxta terminos *d. cap. Monaſteria:* ſecùs autem, ſi in edicto expreſsè nominarentur Novitiæ & puellæ, prout fit in præcit. ſtatuto Synodali Neap. ibi; *etiam ſi cum Novitia, aut cum puellis, quæ educationis cauſa ibi commorantur.*

3. Hoc autem ſtatutum de puellis, *Graff. lib. 2. de caſib. reſer. c. 5. num. 53.* extendit ad loquentem cum puellis, quæ fortè cum licentia ſuperioris, ingreſſæ eſſent Monaſterium, cauſa vitandi ſuas conſanguineas, per octo, vel quindecim dies: tum quia hoc ſtatutum eſt favorabile, ut dictum eſt; & per conſequens eſt extendendum ad has puellas, tum etiam, quia eadem ratio prohibitionis militat reſpectu harum Puellarum; & quando ratio legis eſt amplior, ſeu generalior diſpoſita in lege; tunc ad amplitudinem rationis, extenditur ipſa lex, ut ex communi ſententia, probat *Everard. in ſuis topicis, loco à ratione legis ampla, ad extenſionem ipſius legis.*

4. Diſſentit tamen *P. Merolla, tom. 1. diſp. 1. cap. 2. 3. difficult. nu. 5. q. 8.* quia licet lex favorabilis extendenda ſit, quantùm patitur lata verborum ipſius ſignificatio; non tamen debet extendi de caſu ad caſum; non compreheuſum, ſublata ſignificatione verborum, *Sanch. lib. 8. de matrim. diſp. 2. nu. 2.* Sed ſtatutum prædictum excommunicat tantùm loquentes cum puellis, quæ in monaſterio commorantur educationis cauſa, ergo non debet extendi ad illas, quæ quaſi per tranſitum, cauſa viſitationis, in eo reperiuntur: iſtæ enim nullo modo dici poſſunt, quòd ibi ſint cauſa educationis; ergo.

5. Quibus adde, quòd Regulares, ſi ſine legitima licentia loquantur cum prædictis, etiam præſcindendo à dict. ſtatuto Synodali, dant in pœnas dict. Decreti Sac. Congregat. juſſu Sixti V. editi, & liquet ibi, *nè dicti Religioſi ullo quæſito colore moniales ſorores, aut quamlibet aliam perſonam, intra clauſuram degentem, alloqui poſſint.*

6. Et confirmatur ex Bulla Greg. XV. de exemp. privil. ibi, *ſi deliquerint circa perſonas, intra monaſterium degentes, &c.* nomine autem perſonæ, veniunt omnes mulieres intra ſepta commorantes, *Barboſ. coll. ad 5. c. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. & de Jur. Eccleſ. cap. 44. num. 158. & Novar. 2. p. ſum. Bull. ſub. tit. de Clauſura, & acceſſu.*

Quæſt. 18. *Laici vel clerici, frequentantes Monaſteria monialium, quas pœnas incurrunt?*

1. REſpondeo, quòd Clericus, de jure communi, ſi ſine manifeſta & rationabili cauſa frequentet Monialium ſepta, debet per Epiſcopum loci, ab officio Eccleſiaſtico ſuſpendi; præcedente tamen monitione ad deſiſtendum, ut probat *textus cap. Monaſteria 8. de Vita, & honeſtat. Clericor.* cujus propria verba habes hic ſupra *q. 1.* & notant omnes ſcribentes in dict. c. & præcipuè *Gloſ. in ver. deſtiterit.* ubi dicit, quòd admonitio ſemper præcedere debet vindictam, ut ſe corrigat quis, antequam puniatur; & habetur expreſsè in *Can. 21. cauſ. 12. q. 2.* ubi, *ut vindictam admonitio præcedat*; quia nemo cenſuratur, niſi priùs monitus ad hoc, ut conſtituatur in dolo, & juſtè puniatur: *Gloſ. in d. ver. admonitio*; & meritò, tum quia dolus tantùm in jure punitur; tum etiam, quia S. Papa ubi ſupra loquitur per illud Verbum præſumpſerit, quòd dolum ac temeritatem denotat.

2. Dixi de jure communi: quia is, de quo eſt ſermo, ultra dict. pœnas in jure Canonico expreſſas, dat etiam in pœnas ab Illuſtriſſimo Epiſcopo loci ordinario appoſitas, contra hujuſmodi indebitè accedentes; ſicut enim duas leges violat, ita duplici pœna plecti debet.

3. Laicus verò, ut ſupra illegitimè accedens, debet, ſervato juris ordine, excommunicari, ut conſtat *ex d. cap. monaſteria*, ibi, *ſi laici excommunicationi ſubdantur; & à cœtu fidelium fiant pœnitus alieni &c.* quæ verba, cum ſint futuri temporis, important ſententiam ferendam, non autem latam; unde ſecundum omnes ſcribentes in d. cap. faciunt hunc ſenſum: ſi poſt admonitionem accedant, excommunicatio contra ipſos feratur, & excommunicati declarentur, nec illa verba, (& à cœtu fidelium fiant pœnitùs alieni,) ſunt ſuperflua, ut quidam malè putant, quia illa conjunctio, &, ponitur declarativè, pro id eſt, quia quando dictio copulativa ponitur inter duo, quorum alterum eſt ſequela, & effectus alterius, ſignificat idem, quòd, id eſt; ad quòd facit, *l. 1. ff. de pactis, & docent Canoniſtæ ſcribentes in d. c. monaſteria*, quos allegat, & ſequitur, *Sanchez lib. 6. ad Decal. c. 16. ſub num. 107. Guttierez l. 3. q. Practicarum q. 13. num. 61. D. Barboſa de diction. dict. 93. num. 7. & Bonac. de clauſ. q. 3. pun. 4. nu. 1.*

4. Præterea dicti laici in hoc Regno Neapol. ultra pœnas cenſurarum ſibi præſcriptas à jure Canon. & ſtatutis Ordinariorum, dant in pœnas ſolvendi Regio Fiſco ducatos tercentum, & alias arbitrarias luendi, juxta diſpoſitionem tot Pragmaticarum, quæ reperiuntur extenſæ ſub *tit. de Monial.* & emanarunt à Sereniſſimo Carolo V. Imperatore ſemper Auguſto, & Philippo II. Rege Hiſpaniarum fæl. mem. quas eruditè explanat, & mirificè commentatur *D. Regens Carolus Tapia, tom. 2. l. 1. Jur. Regni Neapol. fol. mihi 48. in impreſſ. Neap. de anno 1605.*

Quæſt. 19. *Sed quid dicendum, ſi hi accedant ad Moniales exemptas, dantnè in pœnas latas ab Ordinario, contra hujuſmodi indebitè accedentes?*

1. SUnt qui negant, de quorum numero extat *P. Pellizz. de Monial. cap. 5. ſectio 5. q. 20. num. 220.* & moventur ex eo, quòd paria ſunt, locum eſſe extra Diœceſim, & eſſe exemptum, *ſecundùm Gloſſam ſingularem c. ut animarum, de Conſtit. in 6. ibique Panor. & Rot. Rom. Diverſ. dec. 207. p. 2.* ſed accedens ad monaſterium monialium poſitum extra Diœceſim Epiſcopi ordinarii, non ſubjicitur pœnis ab eod. latis, contra illegitimè accedentes ad moniales ſuæ Diœceſis, ergo ſic à pari

pari, nec eas incurrit, qui accedit ad moniales exemptas ab Ordinario, licet ſint in Diœceſi, quia ut dictum eſt, monaſterium exemptum æquiparatur monaſterio ſito extra Diœceſim.

2. Confirmatur; tum quia generalis excommunicatio non ligat, niſi ſubditos proferentis, & excommunicantis, prout expreſsè dicitur *in cap. à nobis* 21. *de ſent. excomm.* tum etiam quia ſtatutum Epiſcopi, extra ſuam Diœceſim, ſubditum non ligat, prout expreſsè habetur *in cap. ut animarum de Conſtit. in 6.*

3. Oppoſitum tamen, quòd eſt de jure verius, & in praxi pro conſcientia ſecuriùs, tenent, multis citatis, *Syl. ver. Excom. 2. num. 13. in fin. Roſella eod. ver. 7. ſub num. 4. & Roland. à Valle. conſ. 33. incip. Illuſtriſ. num. 32. vol. 3. quos ſequitur Campanil. in diverſ. Juriſ. Can. rubr. 12. c. 16. nu. 45. D. Barboſ. allegat. 102. num. 75. Bonac. de clauſ. q. 3. punct. 4. num. 1. §. an verò Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 26. q. 7. & Novar. 1. par. ſum. Bull. de clauſ. & acceſſu, ſub num. 13. §. contraria tamen* : dummodo tamen per Epiſcopum loci, expreſsè vetitus fuerit acceſſus ad monaſteria, etiam exempta; ſecùs autem; ducunturque ex multis: Primò, quia ſtatutum Epiſcopi, factum ad bonum ſubditorum, ex cauſa legitima, nempè ad occurrendum ſcandalis, & peccatis, tenet, & ligat per ea, quæ allegat *Bartol. in l. Relegatorum ff. de interdictis*, ubi vult, quod Civitas, propter bonum commune Civitatis, poteſt prohibere civibus, nè vadant ad talem terram, & ſequitur *Panor. in cap. poſtulaſti, de foro comp.*

4. Secundò, quia licet locus, ad quem itur, ſit exemptus à poteſtate Epiſcopi, ut ſupponitur: Nihilominus territorium, ſeu locus, per quem itur, & fit acceſſus ad dict. moniales, non eſt exemptus à poteſtate Ordinarii, præcipuè quoad Regimen animæ; ergo eò ipſo, quod Epiſcopus imponit pœnas eunti ad dict. monaſterium; Illud ire, eſt delinquere; & ſic delictum cenſetur factum in loco non exempto; quamvis ſit conſummatum in loco exempto.

5. Tertiò, quia ad Epiſcopum indifferenter ſpectat providere circa acceſſum ad monaſteria monialium, nulla facta diſtinctione, ſi ſint exempta, aut non: ut liquet *in d. c. monaſteria de vita, & honeſt. Cler.* & ita in ſpecie concludit *Gemin. in c. 1. §. & quando nu. 8. de ſtatu Regul. in 6.* ubi dicit, quòd in caſu noſtro, erit excommunicatus, tam ſubditus, quam non ſubditus, ſi vadat ad illud per ſuam Diœceſim, alias non; dummodò non ignoret probabiliter illud ſtatutum.

6. Quartò, quia dict. Excom. in caſu poſito, fertur ab Epiſcopo, tamquam Delegato Apoſtolico, ut conſtat ex *Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 5. & conſtit. Pii V. incip. Paſtoralis*, & aliis, ut benè notat *Navar. Com. 4. de regul. num. 55.* poteſtas autem Delegati Apoſtolici extenditur etiam ad exemptos, & præcipuè in materia de clauſura; ergo &c. Ad hæc facit Conſtit. Greg. XV. de Exemptione Privil. incip. *Inſcrutabili*, & Decretum Sac. Congregat. de quibus ſupra, & obſervat communis praxis hujus Regni, de qua non amplius licet muſſitare.

Quæſt. 20. Regulares illegitimè accedentes ad moniales, an incurrant cenſuras appoſitas ab Ordinario contra hujuſmodi accedentes ad colloquendum cum monial. ſine ſua licentia?

1. QUòd Regulares hodie, etiam exempti, & privilegiati, poſſint, in caſu poſito, ab Epiſcopo loci coerceri, & puniri, etiam ſi colloquantur cum monialibus ſibi ſubjectis, non eſt dubitandum, nam habetur expreſsè in dicta Bull. Greg. XV. *de exempt. Privil. incip. inſcrutabili*; quàm per extenſum habes *in fin. tract. 13. de exempt. Relig. 2. p.* & liquet ibi, *adhuc tam regulares, quam ſæculares hujuſmodi, nullis Privilegiis, aut exemptionibus tueri ſe poſſint, quominùs ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, vel circa clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem monaſteriorum monialium, etiam regularibus ſubjectarum, ab Epiſcopo loci, ſimiliter tanquam ad hoc Sedis Apoſtolicæ, Delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant*; hæc ibi; ſed poſito dict. ſtatuto, iſtud ire, & indebitè colloqui, eſt delinquere in locutione, circa perſonas ibid. detentas, contra diſpoſitionem dict. Decreti Sixti V. prout Sac. Congr. declaravit de anno 1624. ſub hac forma verborum poſita in dict. Conſtitut. Greg. XV. fel. recor. de exempt. Privil. ergò.

Decretum Sac. Congr. juſſu Urb. VIII. editum, quo illud Sixti V. reformatur.

2. *CUm alias de anno 1590. per Sacram Cardinalium negotiis Regularium Præfectorum Congregationem, de mandato fel. rec. Sixti Papæ V. circa acceſſum regularium cujuſcumque ordinis ad Monialium Monaſteria fuerit Decretum: quod nulli Religioſo cujuſcunque ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat (ſuperiore, cui monaſterii, ſeu Domus cura incumbit, Viſitatore, vel Viſitatoribus, Confeſſarioque ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabuntur, dumtaxat exceptis) liceat abſque licentia expreſſa ejuſdem Sacræ Congregationis accedere ad monaſteria, ſeu Domus quarumcumque monialium, vel ſororum,* ſive ſui, *ſive alterius, cujuſvis ordinis colloquendum, ſive tractandum cum eis, quod ſi aliquando mandato ſui ſuperioris aliquos religioſos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Miſſas ipſarum monialium, ſeu ſororum Eccleſiis, ſive Oratoriis exterioribus, ſive extra clauſtra exiſtentibus mitti contigerit, ne dicti Religioſi ullo quæſito colore moniales, ſorores, aut quamlibet aliam perſonam intra clauſuram degentes alloqui poſſint, ſub pœnis privationis officiorum, ac vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrendis, aliiſque ejuſdem Sacræ Congr. arbitrio; fueritque poſtmodum declaratum, etiam Equites S. Joannis Hieroſolymitanis ſuo eodem Decreto comprehendi, & quoſcunque contrafacientes ab alio, quam Apoſtolica Sede, aut à Sacra Congregatione abſolvi, & rehabilitari non poſſe. Ampliſſimi ejuſdem Sacræ Congregationis Patres, Decreta hujuſmodi innovanda, & inviolabiliter obſervanda ſtatuerunt. Verùm, quia experientia compertum eſt, interdum ob pias, & rationabiles cauſas, eaſque ita ferente caſu, repentinas, ut ab eadem Sac. Congregat. licentiam expectari ſummè incommodum, vel inutile ſit, regularibus ſupradictis colloquendi cum monialibus ſibi attinentibus neceſſitatem obvenire facto verbo cum Sanctiſſ. D. N. Urbano VIII. & de Sanctitatis ſuæ expreſſo ordine, & mandato, facultatem tribuerunt in poſterum locorum Ordinariis, ut quatenus opus ſibi viſum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere poſſint per quatuor vices, ad ſummum, quolibet anno cuicumque Regulari, ut moniales ſibi in primo, & ſecundo tantùm conſanguinitatis gradu conjunctas convenire, & alloqui poſſit, id verò non aliter, quam ſervata adunguem forma inſraſcripta, ut id nullo modò liceat diebus feſtivis, aut in Adventu, Quadrageſima, feria ſexta, Sabbato, & vigiliis prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem ſpectet eam concedere, conſignetur Confeſſario Ordinario monaſterii, qui pœnes ſe retinere debeat, iſque aſſociet, & præſens ſit & auſcultatrices, de more, non autem alia aſſiſtant, prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in ſcriptis concedatur, in libriſque Cancellariæ ejuſdem Ordinarii annotetur, quod ſi prædicti locorum Ordinarii per plures vices, vel in ulteriori gradu conjunctis, aut aliter, quam ſervata forma ſupradicta, licentias conceſſerint vel permiſerint, ſciant ſe intentioni Sanctiſſ. D. N. & Sac. Cong. tranſgreſſores, judiciumq; reformident: Regulares aut*

pœni

Digitized by Google

pœnis in ſupradicto Decreto contentis, ac ſi nullam licentiam obtinuiſſent, eo ipſo ſe noverint eſſe addictos, & arbitrio Sac. Congregat. ſeveriùs puniendos. Romæ 12. Kal. Decembris 1623. Oct. Card. Bandinus, Laur. Campegius Secretarius, & habetur, ut jacet, in libello attitulato, Bullæ, & Decreta recentiora fol. mihi 76. & refertur à *Peyr. tom.2. Privil. in Conſtit.6. Pii V. nu.7. not.7. & Novar. 1.p. ſum. Bull. tit. de clauſ. & acceſſu ſub num.2. & 2. p. eod. tit. ſub num. 15.*

3. Circa quòd nota 1. quòd ſub nomine dierum Feſtorum, veniunt Dominica, & Feſta, in quibus, ex præcepto tenemur à ſervilibus abſtinere, & non alia: Secundò nota quod ſub nomine vigiliarum veniunt quatuor tempora.

Quæſt. 21. Capellani, & Concionatores monialium, an poſſint ſub quovis prætextu cum monialibus loqui?

1. NEgativè deciditur in Decreto Sac. Congreg. juſſu Sixti V. edito de anno 1590. & ſupra extenſo, in alio Decreto ejuſdem Sac. Congregat. edito juſſu Urb. VIII. hic ſupra immediatè extenſo ſub q.20. ibi, *quod ſi aliquando mandato ſuperioris, &c.* præterea Clem. VIII. ſua Conſtit. incip. *cum ſicut accepimus*, & eſt 16. ejuſdem Pontif. in Bull. Roder. ſub gravibus pœnis mandat Concionatoribus, ut nullatenus accedant ad monaſteria monialium exiſtentium ſub cura Fratrum S. Franciſci de Paula: niſi approbati, & miſſi à ſuperioribus, ad quos ſpectat hos Concionatores approbare, & mittere; quam Conſtitutionem pariter extendit *Tambur. de jur. Abbatiſſ. diſput.26. q.4. in fin.*

Quæſt. 22. Advenæ, & Peregrini, ſi ſine licentia loquantur cum Monialibus, an ligentur excom. lata ab Ordinario contra hujuſmodi alloquentes?

1. NEgat *P. Dia. 3.p. tract.2. in dub. Regul. reſol. reſol.48. not.5. in fin.* quia per ea, quæ dixit *1.p. tract.10. reſol.15.* Peregrinus non tenetur obſervare leges locorum, in quibus obiter reperitur; præciſo tamen ſcandalo.

2. Quidam verò contrarium affirmant, quòd æſtimo de jure verius; moveor, tum quia hi Hoſpites, & Peregrini; etiam ſi per tranſitum reperiantur in aliquo loco, tenentur ad leges generales, & communes illius loci, ad quem declinant; latas tamen pro communi bono, & ſalute animarum, per ea multa, quæ dico *1.p. prax. tract.1. q.5.* dummodò per contrarium uſum non fuerint abrogatæ.

3. Lex autem de non accedendo ad Moniales à Pio V. & Greg. XIII. ubi ſupra confirmata, eſt univerſalis, lata per Bonif. VIII. incip. *Periculoſo*, & innovata à *Trid. ſeſſ.25. c.5. de Regul.* ut dictum eſt ſupra: necnon ſtatutum Synodale, dicitur lex territorii ex eo, quòd bonum animarum, afficit omnes exiſtentes in territorio Diœceſis; tum etiam quia Judex loci, pro obſervantia juris communis, poteſt apponere pœnas, quæ afficiunt omnes exiſtentes in territorio, etiam per modum tranſitus; tum item, quia ordinarius in caſibus concernentibus clauſuram exemptarum Monialium, procedit ut Sedis Apoſtolicæ Delegatus, ut conſtat ex ſupra deciſis, & præcipuè ex Conſtit. Greg. XV. incip. *Inſcrutabili de exempt. privil.* ergo peregrini in hac materia, ſaltem reſpectu Monialium exemptarum, æque ſubjiciuntur Ordinariis, ut Sanctæ Sedis Delegatis, ergo, Edicta hujuſmodi condita ab Ordinariis, cenſentur lata à S. Papa, cui omnes Chri fideles, quoad bonum animæ, tenentur obedire in omni loco, ut patet de cultu, & obſervantia feſtorũ.

Quæſt. 23. Epiſcopi, aliique Prælati, dum extra ſuam Diœceſim reperiuntur; poſſunt nè licitè accedere ad Moniales, ſine licentia Ordinarii, aut Superioris illarum?

1. REſpondeo non poſſe; quia Conſtitutio Bonif. VIII. relata in *c. periculoſo de ſtatu Regul. in 6.* innovata per *Concil. Trid. ſeſſ.25. c.5. de Regul.* per Pium V. & Greg. XIII. ubi ſupra, loquitur de accedentibus, & eſt univerſalis; unde afficit omnes, etiam Epiſcopos, & Emin. Cardinales, ubique gentium exiſtentes; ut conſtat ex deciſis *tract.5. q.22. & 24.* Benè verum eſt, quòd hi Epiſcopi, loquendo cum Monialibus ſine licentia, ex tacita, ſeu præſumpta licentia Ordinarii ſcientis, & non contradicentis, poſſunt à peccato excuſari.

2. An autem incidant in pœnas poſitas in ejus ſtatuto lato contra hujuſmodi colloquentes, ſine ſua licentia? quæſtio eſt dubia, nam *Jacob. Graff. lib.2. de caſib reſer. c.5. nu.27. & 54. Ant. Diana 3.p. tract.2. in dub. reſol.48. not. 5. in fin. & Pellizz. de Monial. c.5. ſect.5. q.10. num. 210.* reſpondent negativè; tum quia hi Epiſcopi ſunt exempti ab omni juriſdictione Epiſcopi loci, ad quem divertunt; ſed nullus poteſt puniri à judice non ſuo; ergo; tum etiam, quia punitio emanat à juriſdictione, quam judex puniens habet in ſubditum punitum, ſive puniendum, ut omnes docent; tum item, quia experientia conſtat Epiſcopos, etiam timoratæ conſcientiæ, abſque ullo ſcrupulo, indifferenter Moniales alloqui, ſine licentia Ordinarii, ergo.

3. Oppoſitam tamen licentiam, quæ eſt tutior in conſcientia, & in praxi omninò ſervanda, tenent, multis citatis, *Steph. Gratian. tom.2. diſputation. forenſ. c.3. q.2. n.1. Novar. 1.p. ſum. Bull. tit. de clauſura, & acceſſu Regul. n.10. P. Merolla tom.1. diſput.1. c.2. de volunt. 6 diffic. num.623. §. cæterum. Manriquez q. moral. 2.p. q.14. & Tambur. de jur. Abbatiſſ. diſput.25. q.2.* ducunturque ex multis.

4. Primò, quia Epiſcopus, & Archiepiſcopus in alieno territorio cenſentur, ut privatæ perſonæ, prout atteſtantur *Panor. c. ſanè de for. compet. nu.5. Anchar. c. poſtulaſti nu.3. eod. tit. Hoſtienſ. tit. de ſent. excom. §. quis valeat excommunicare, Calder. in repet. c. de illis q.7. de rapt. Everard. in ſuis topicis, loco de tamquam, ſeu de reſpectivis poſt med. ver. Vigeſimo ſeptimo facit, Mar. Alter. de cenſur. diſput.10. c.5. §. ſecundò dicendum, Capiblanc. de Baron. pragm. 12. nu.4.* & alii quamplures: ergo ligantur legibus, ſtatutis, & conſuetudinibus locorum particularium, in quibus reperiuntur, quamobrem, tenentur ſervare jejunia, & feſta ab aliis Epiſcopis in ſuis Diœceſibus indicta, aliaque omnia pro communi bono, & ſalute animarum.

5. Secundò, quia, ſi Epiſcopus extra ſuam Diœceſim poſſet ſine licentia Epiſcopi loci, accedere ad moniales: id etiam poſſet ejus Vicarius Generalis, qui unam, & eamdem juriſdictionem habet cum ipſo, cum faciant unum, & idem Tribunal *cap.2. de Conſuetud. in 6.* prout in ſimili de monialibus arguit *Navar. conſil.9. nu.2. in fin. de ſtat. monach.*

6. Tertiò, quia Epiſcopus Diœceſanus in caſibus concernentibus clauſuram monialium exemptarum procedit ut Delegatus Sedis Apoſtolicæ, ergo ejus authoritas extenditur ad omnes perſonas quovis titulo in ſua Diœceſi repertas, ut dictum eſt immediatè ſupra.

7. Quartò, quia ita Sac. Congregat. reſcribens Archiep. Barenſ. authenticè declaravit per hæc præciſa, & formalia verba.

8. *Perilluſtris, ac Reverendiſſ. Domine, uti Fr. nomine ampliationis tuæ petitum fuit ab Illuſtriſſ. Patribus concilii Tridentini Decreta interpretantibus, declarari, an Prior Eccleſiæ Collegiatæ S. Nicolai Baren. quamvis Epiſcopus, poſſit pro tuitione juriſdictionis Archiepiſcopalis in caſibus a Sacro Rota Romanæ Auditorio rejointis, ſervatis ſervandis excommunicari, & an eidem Priori permiſſum*

ſit ad monaſteria monialium iſtius Civitatis accedere abſque amplitudinis tuæ licentia, & abſque eo, quod incurrat cenſuras in Edicto deſuper publicato, contentas.

9. *Sacra Congregatio, licet cenſeret, amplitudini tuæ licere Dominum Priorem Baren. excommunicare, auctoritate tua ordinaria, illumque edicto contravententem pœnis in eo contentis ſubjacere: tamen tutius eſſe putavit, etiam S.D.N. annuente, ut amplitudo tua, tamquam Sedis Apoſtolicæ delegata, contra dictum Priorem in caſibus ſupra expreſſis ad cenſuras, & pœnas reſpectivè procedat, hæc amplitudini tuæ ſignificare volui, ut ſciat quomodo ſe gerere debeat; cui ſalutem & proſperitatem à Domino precor. Romæ 20. Martii 1626. Amplitudinis tuæ Perilluſtris, & Reverendiſſ. uti frater ſtudioſiſſimus. Coſmus Card. Torres*; & refert ut jacet per extenſum *Aſcan. Tamb. cit. loc. in fin.*

10. Nec nocet dicere *cum Pellizz. ubi ſupra*, quòd hæc declaratio fuit edita in favorem Archiepiſcopi Barenſis contra Priorem Barenſem Epiſcopali dignitate fulgentem, & ſubditum dicto Archiepiſcopo; ac proinde non extendenda ad quemlibet Ordinarium loci, cui non ſunt ſubditi cæteri Epiſcopi extranei; quia ut dictum eſt ſupra, Epiſcopi, & Archiepiſcopi, extra ſuam Diœceſim, fiunt minores, & perſonæ privatæ, ſicut Præſes extra ſuam Provinciam; ac proinde ſi in alterius Diœceſi delinquant, poſſunt judicari ab ordinario loci, quia ratione delicti, efficiantur de foro illius, *argum. cap. duo ſunt quippe, 10. diſtin. 96. & docet Innoc. in cap. cum inferior de majoritate, & obedientia.*

Quæſt. 24. Pueri, ſi ante annum decimum quartum completum alloquantur moniales ſine licentia, dantnè in dict. pœnas?

1. Doctiſſimus *Jacob Graff. tom. 1. conſil. 22. de ſent. excom.* dicit, quòd ſic; dummodo ſint doli capaces; nam ſicut hi poſſunt mortaliter peccare, ita etiam poſſunt puniri cenſura, quæ fertur in pœnam peccati. Confirmatur, quia nullum jus reperitur, quod invalidam reddat cenſuram latam contra impuberes; immò conſtat hujuſmodi impuberes ligari communi interdicto, quando populus interdicitur, ut communiter notant DD. ſcribentes de cenſuris; & teneri ad obſervantiam præceptorum, ut patet de illo puero, qui jurans, deteſtans, & blaſphemans, à diabolo raptus fuit, prout legitur in Dialogo D. Greg. & atteſtantur *Hugo, Joan. Andreas, & Gloſſa additio cap. Pueris 1. de Delictis puerorum* 8.

2. Veruntamen *Martinus Bonac. tom. 1. diſput. 1. de Cenſuris in com. q. 1. p. 4. num. 9. Anton. Diana, 3. p. tract. 2. in dub. reſolut. 48. not. 5. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 25. q. 8. ad octavum, & Pellizz. de monial. cap. 5. ſect. 5. q. 21. num. 221.* dicunt, hos impuberes non poſſe licitè excommunicari ab homine, & præcipuè in caſu poſito; tum quia reſpectu eorum, qui ad annos pubertatis nondum pervenerunt, ceſſat cauſa finalis prædictæ prohibitionis; & conſequenter ceſſat legis diſpoſitio ſecundùm illud Elogium, quo dicitur, *quod ceſſante legis cauſa finali, ceſſat legis diſpoſitio*, nam cauſa finalis dict. ſtatuti, & Epiſcopalis Edicti, eſt ut evitetur occaſio luxuriandi, quod non poteſt habere locum in impuberibus, ut expreſsè colligitur *ex c. Pueris 1. de Delictis Puerorum*, & liquet, ibi, *quod meritò crederemus, ſi nulla eſſent peccata, niſi quæ membris genitalibus committuntur*, ubi Gloſſa in fine caſus ait, *omne delictum cadit in puerum præter delictum carnis.*

3. Tum etiam, quia Eccleſia non ſolet cogere quemquam ſuis cenſuris, ante annos pubertatis, compatiens fragilitati illius ætatis, ut probat *tex. c. referente 2. eod. tit.* & liquet ibi *quoniam in pueris relinqui ſolet inultum, quod in aliis provectioris ætatis, humanæ leges dicunt ſeverius corrigendum*, hæc ibi, de quibus inviſenda eſt Gloſſa *in ver. inultum.*

Quæſt. 25. Pauperes, qui per quæſtum publicum ſibi victum quærunt, an afficiantur dict. pœnis, ſi ad moniales accedant, ſine licentia?

1. Negativè dic; ſecluſis tamen dolo, & ſcandalo; tum quia præſumuntur accedere ex tacita licentia Epiſcopi, tum etiam ex communi uſu & praxi, tum item, quia hujuſmodi acceſſus, finitur brevi tempore, brevique loquela, tum denique, quia caret cauſa finali prælibatæ prohibitionis accedendi.

Quæſt. 26. Magiſtri cantandi ac pulſandi cymbala, aliaque muſica inſtrumenta, an poſſint ſine licentia, ad moniales accedere eas cauſa edocendi?

1. Negativè dic; immò Illuſtriſſimi, ac Reverendiſs. loci Ordinarii, ex declarat. Sac. Congregat. facta die 31. Septembris 1583. non debent hanc eis licentiam concedere, quam declarationem refert *Gavantus in Manuali Epiſcop. ver. monialium locutio, num. 4.* ſub his verbis, *Non permittatur acceſſus ad moniales ſub prætextu docendi ſonum cymbalorum, aut alterius inſtrumenti, aut Muſicam, cantumvè ad crates.*

Quæſt. 27. Famuli, & Famulæ, ſi ſine licentia adeant Moniales, cauſa ſui Domini deferendi munuſcula, an dent in pœnas latas contra accedentes, ac loquentes ſine licentia?

1. Et dico quòd non, loquendo tamen de foro conſcientiæ, & præſcindendo à dolo, & ſcandalo, tum quia hi tenentur ſuis Dominis obedire; tum etiam; quia nequeunt ſine proprio damno, ſuorum Dominorum præcepta recuſare; tum item, quia in his parva loquuntur, & paucitas materiæ excuſat à culpa; tum denique, quia in tali caſu præſumitur conſenſus tacitus Epiſcopi loci.

Quæſt. 28. Loquens cum Moniali ſine licentia, ex bona fide tamen, vel ex ignavia, afficiturnè excommunicatione poſita in dict. Conſtit. Synod. Neap.

1. Negativè *D. Riccius 1. p. praxis deciſ. 647. num. 4. 1. Edit.* quia dict. conſtit. loquitur per illud verbum, præſumat, quod exigit ſcientiam, dolum, & temeritatem, ut probat *textus cap. monaſteria 8. de vita, & poteſt. cleric.* & docet etiam *Navar. conſ. 19. de rebus Eccleſ. non alien.* quòd dictum ego intelligo verum, quoad forum internum conſcientiæ, ſecus autem quoad externum crepitoſum, qui nitens præſumptionibus, dictum alloquentem utique puniret: niſi ſibi conſtaret de bona fide, & ignorantia.

Quæſt. 29. Mulieres alloquentes moniales ſine licentia, an ſubſint excommunicationi dict. conſtit. Synod. Neap.?

1. Negat *D. Riccius cit. loc. immediatè ſupra*; nam licet dict. conſtit. loquatur per illud verbum, quicumque, quòd de ſua natura habet comprehendere etiam fœminas, juxta juris regulam, qua dicitur, quod genus maſculinum comprehendit fœmininum: nihilominus univerſalis Eccleſiæ uſus, & totius orbis conſuetudo extat, ut mulieres ſub dict. prohibitione non comprehendantur.

2. Quod dictum intellige verum, præciſo dolo, & ſcandalo, ut conſtat ex dict. Synod. Conſtit. ibid, *firmiter*

excom

Digitized by Google

excommunicamus, tam viros, quàm mulieres, tam intra, quà extra clauſtra monaſterii exiſtentes, qui ſcienter litteras, vel nuntium de rebus prædictis (ſupple obſcœnis) deferrent.

Quæſt. 30. *Moniales alloquentes cum Regularibus ſine licentia, an dent in pœnas ab Ordinario poſitas in ſtatuto?*

1. NOvarius *in Luc. Regul. ver. moniales num.* 18. ait, quod moniales regularibus ſubjectæ, alloquentes cùm Regularibus, etiam ejuſdem Ordinis, licentiam legitimam non habentibus, incurrunt pœnas, & cenſuras à Conciliis Provincialibus, vel Epiſcopalibus appoſitas, vigore Bullæ Greg. XV. *incip. Inſcrutabili, de exempt. Privil.* & ita die 29. Januarii 1633. in una Verulen. fuiſſe à Sac. Congregat. deciſum, refert *D. Barboſa in collect. Bull. ver. moniales, & Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 25. *ad* 8. ubi dicit, dict. declarationem habere locum in omnibus monialibus, ſive immediatè, ſive mediatè ſint Epiſcopis ſubjectæ.

Quæſt. 31. *Licentia accedendi, & alloquendi Moniales exemptas, Regularibus ſubjectas, à quo ſit concedenda?*

1. REſpondeo, quòd quamvis de jure communi, hanc licentiam concedere, ſpectet ad ſuperiores monaſterii, ut probat textus *cap. periculoſo, de ſtatu Regul. in* 6. ibi, *niſi de illius, ad quem pertinuerit, ſpeciali licentia ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eas*, & pluribus firmant DD. quos refero, *tract.* 5. *q.* 16.

2. Nihilominùs hodie ſtandum eſt conſuetudini legitimè introductæ, prout Sac. Congregat. ſæpiùs declaravit, & atteſtantur *D. Barboſa allegat.* 102. *nu.* 76. *Campanil. in ſuo diverſ. Jur. Can. cap.* 16. *num.* 45. *Quaranta in ſum. Bull. ver. monaſteria monial. pag. mihi* 350. *poſt decretum Sac. Congreg. juſſu Sixti V. editum* §. *hinc tangenda ver. quò verò ad licentiam petendum*, nam hæ licentiæ in quibuſdam locis concedi ſolent ab Epiſcopo tantùm: in quibuſdam verò ab Epiſcopo, & ſuperiore regulari conjunctim, *Tambur. de Jur. Abbatiſſ. poſt allegatot num.* 3. *cit. loc.*

3. Et habetur expreſsè in dict. Decretis Sacr. Congr. & præcipuè in illo lato ad ſedandum rumores & lites, quæ ortæ erant inter ſuperiores regulares, & D. Epiſcopum Cameracenſ. quod per extenſum habes, *t.* 5. *de Violat. Clauſ. per ingreſſum q.* 17.

4. Quod item colligitur ex decreto Sac. Congr. juſſu Urb. VIII. edito die 15. Decembris 1623. quòd pariter per extenſum habes *hic ſupra ſub q.* 20. & liquet ibi, *licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio ſupple ſuperiore Regulari) ad quem ſpectat eam concedere, &c.*

5. Hinc fit ut Regulares ad colloquendum cum ſuis propriis, etiam ſibi ſubjectis, monialibus, indigeant licentia Epiſcopi loci, & ſui ſuperioris regularis; nec non propriæ Abbatiſſæ juxta diſpoſitionem, *Concil. Aquilienſis primi relati, t.* 4. *p.* 2. *concil. General. Severini Binii* §. *de monialibus*, ſub his verbis, *Si quis monialem alloqui velit, licentiam ab Epiſcopo obtineat : hic tamen non permittatur alloqui ſine licentia Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ.*

Quæſt. 32. *An licentia ſit in ſcriptis concedenda?*

1. REſpondeo, quòd quamvis licentia ingreſſus debeat eſſe omninò in ſcriptis, ut dixi *tract. de ingreſſu q.* 20 nihilominus ad colloquendum ante crates, ſufficit, ſi fuerit oretenus conceſſa; immò tacitè. Ut cum Prælatus videns acceſſum, & potens contradicere, tacet & non contradicit; ſic enim cenſetur conſentire; nam taciti & expreſſi, eadem eſt virtus, *Rodor. tom.* 1. *q.* 45. *ar.* 4. §. *pro hujus difficultatis in fin. Sanchez in d. cap.* 16. *num.* 14. *Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 26. *q.* 1. *num.* 1. *in fin.*

2. Verum Martinus *Bonac. de clauſ. q.* 3. *p.* 5. *num.* 5. arbitratur, hanc taciturnitatem ſolitariè ſumptam, non ſufficere; quia taciturnitas ſic accepta, non eſt ſufficiens ſignum præſtiti conſenſus, cum fieri poſſit, ut ſuperior taceat ex juſta cauſa, nempè ad evitandum majus damnum, vel redimendum ſe ipſum à vexatione, nihilominùs non conſentiet; ſecùs autem ſi huic taciturnitati adjungatur aliquid, per quòd ejus conſenſus declaretur, ubi item ſubnectit, licentiam ſubreptitiam non ſufficere.

Quæſt. 33. *An dict. licentia primò actu finiatur?*

1. DEciſio hujus dubii conſtat ex deciſis, *tr.* 5. *q.* 20. quibus additur *Bonac. ubi ſupra num* 8. *dub.* 5. cui favet *Tambur. cit. loc. ſub num.* 2. *in fin.* dicens, licentiam indefinitè conceſſam, non finiri primo actu, niſi aliter ex circumſtantiis colligatur de mente concedentis, quia licet Privilegium in odioſis, & pœnalibus, unica actione finiatur, nihilominùs in favorabilibus, & parum oneroſis, fieri poteſt extenſio ad iteratos actus, quoties Privilegium abſolutè conceditur.

2. Verumtamen ego cenſeo, hujuſmodi licentiam reſpectu animarum, clauſuræ, & quietis monialium, eſſe odioſam & pœnalem, cum exinde, regulariter loquendo, impediatur, aut retardentur divina officia, & emanet occaſio peccandi, ſaltem quoad verba otioſa, & moniales perturbentur.

Quæſt. 34. *Acceſſus ad Moniales, ob quam cauſam poteſt alicui concedi?*

1. ET quidem, nè frequentia, aut acceſſus ad monaſteria monialium illegitimus ſit, exigitur cauſa rationabilis, & manifeſta copulatim, ſic conſtat ex textu *cap. periculoſo de ſtatu Regul. in* 6. Verùm multò minor requiritur ad acceſſum, quàm ingreſſum, quia verè longè minor eſt accedere, quàm ingredi: Unde ad acceſſum ſufficit quæcumque cauſa pia Prælato manifeſta, non autem ad ingreſſum. *Rodor. tom.* 1. *q.* 45. *ar.* 4. §. *circa cauſam.*

Quæſt. 35. *An autem conſanguinitas ſit cauſa ſufficiens loquendi?*

1. NEgativè *Hoſtienſis in d. c. periculoſo num.* 2. *ver. per Epiſcopum, ibique Joan. Andreas, & Abbas, & colliguur, & cap. diffinimus.* 18. *q.* 2. & præcipuè ex illis verbis: *porrò ſi contigerit, ut aliquam propinquam ſuam videre voluerit monachus; in præſentia Abbatiſſæ huic confabuletur per modica verba, & in brevi ab ea diſcedat* : hæc ibi, quia non modicum detrimentum patiuntur moniales ex hac conſanguineorum frequentia, ſive acceſſu.

2. Quòd dictum *Sanchez l.* 6. *ad Decal. c.* 16. *nu.* 114. limitat, non procedere reſpectu parentum, fratrum, & ſororum monialis.

Quæſt. 33. *An hi Parentes indigeant licentia ad colloquendum cum filiis ſuis ſtantibus in Monaſterio?*

1. NEgant *Tambur. de Iur. Abbatiſſ. diſput.* 26. *q.* 1. *nu.* 4. *& Bonac. de clauſ. q.* 3. *p.* 5. *num.* 10. dummodò tamen colloquantur in diebus non prohibitis, & ita pluries fuiſſe à Sac. Congregatione deciſum, & præcipuè, ſub die 15. Januar. 1616. *D. Barboſ. de Jure Eccleſ. cap.* 44. *de monial. num.* 172. *& Gavant. in manuali Epiſcop. ver. monial. colloquutio*

loquutio nn. 7. *&* 8. ubi refert propria verba, ibi *Patres, & matres monialium poſſunt eas alloqui ſine licentia : non autem in diebus prohibitis ; item filii monialium proprias matres*, hæc ibi, quod item Sac. Congregatio declaravit ſub die 20. Septembris 1593. in quadam epiſtola tranſmiſſa ad Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Epiſc. Civitatis de Monteſiaſchone, & Cornito ſuper regimine monaſteriorum monialium, quàm per extenſum refert *Emin. Bellarm. in ſuis declarat. ad Decreta Sac. Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 1. *de Regul. & monialibus*, & liquet in fine, ibi. *E che li Padri, e Madri, Fratelli, e Sorelle carnali, fuori però alla quareſima; & del l' Avento, & dei giorni, che le monache ſi communicheranno, paſſino ſenza altra licenza parlare con le loro figlie, & ſorelle una volta la ſettimana ſolamente hac ibi.*

2. Verumtamen hæ declarationes non ſunt ubique in uſu, aut quia jus univerſale non faciunt, vel quia authenticæ non ſunt, aut quia ignorantur, vel non fuerunt ab Illuſtriſs. locorum Ordinariis acceptatæ, aut quia in deſuetudinem abierunt, etiam Patres, & Matres non audent cum ſuis filialibus alloqui, ſine debita licentia, *Pelliz. de monial. cap.* 5. *ſect.* 5. *q.* 9. *num.* 209. Verum hodie debet circa hoc obſervari Decretum Sac. Congreg. juſſu Urb. VIII. editum ſub 23. Decembris 1623. quæ per extenſum habes *hic ſupra ſub q.* 20.

Quæſt. 37. *Cenſuræ, ac pœnæ Eccleſiaſticæ, in quas incidunt indebitè ingredientes, vel accedentes, à quo abſolvi, & auferri poſſunt?*

1. RESpondeo, quòd de his, qui illicitè accedunt, vel ingrediuntur ad moniales, dicendum eſt, cæteris paribus, ſicut latè dictum eſt *ſupra tract.* 4. *q.* 8. *de monialibus cenſuratis*, & pœnis affectis, ob illegitimum egreſſum è monaſterio, quòd ſcilicet debent abſolvi, & poſſunt diſpenſari à ſuis ſuperioribus reſpectivè : dummodò tamen hujuſmodi cenſuræ, & pœnæ non ſint Papæ reſervatæ : nam in tali caſu, earum relaxatio petenda eſt à reſervante, præcipuè quando ſumus in publicis, & notoriis; nam ſi verſamur in occultis, poſſunt ſæculares, quoad forum conſcientiæ, abſolvi ab omnibus cenſuris, etiam S. Sedi reſervatis, & in omnibus pœnis diſpenſari ab eorum Epiſcopis, ſecundùm diſpenſationem *cap. liceat* 6. *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de Refor.* & quòd dicitur de Epiſcopo, reſpectu ſæcularium, pariter dicendum eſt de Prælatis Regul. habentibus juriſdictionem Epiſcopalem ; nam hi per extenſionem gaudent ead. facultate *d. cap.* 6. *Trid.* quoad ſuos ſubditos; in eodem tamen foro, & caſu, ut conſtit. Pii V. incip. *Romani Pontificis circumſpecta benignitas, &c.* quam habes, 3. *p. tract.* 10. *de poteſt. Prælat. q.* 7. *num.* 11. *ubi de re latè poſt Sanchez lib.* 6. *ad Decal, c.* 15. *nu.* 77. *& Bonac. de Clauſ. qu.* 1. *par.* 5. *num.* 5.

2. Quibus adde; quòd laici indebitè ingredientes ad malum finem, nequeunt à Regularibus confeſſariis, in vim Privil. à cenſuris abſolvi, licet ad tale munus ſint appoſiti, ab Ordinariis; quia Regularium privilegia, reſpectu ſæcularium, præcipuè quoad læſionem clauſuræ, manent extincta juxta terminos Decretorum S. Congregat. quæ per extenſum habes *in d.* 3. *par. tract. ultimo.*

TRACTATUS VII.

DE ELECTIONE ABBATISSÆ.

Quæſt. 1. *Electio Canonica quid ſit, & quotuplex?*

DE hac quæſt. latè dixi 3. *p. tract.* 1. *quæſt.* 1. *&* 2.

Quæſt. 2. *Electio Abbatiſſæ ad quem ſpectat?*

REſpondeo, quòd de jure communi ſpectat ad moniales monaſterii per allegata 3. *p. t.* 4. *q.* 1. quod item probat *tex. cap. indemnitatibus* 43. *de elect. in* 6. ibi, *ſtatuimus, ut cum in eis fuerit electio facienda, nulla monialis, niſi duodecimum annum peregerit, & profeſſa fuerit tacitè, vel expreſſè, ad eligendum cum aliis admittatur*; hæc ibi; quæ ſupponunt, moniales ſubditas habere jus ad eligendum ſibi ſuperiorissam, ſive Præfectam, vel Propoſitam, quæ omnium monialium curam gerit, exinde vides, quod de jure communi, non tantùm ad moniales choriſtas ; ſed etiam ad Converſas pertinet Abbatiſſam eligere.

2. Dixi de jure communi : nam quoad jus ſpeciale, attendenda ſunt propria ſtatuta juxta Decretum *cap.* 7. *Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul.* ibi, *in reliquis ſerventur ſingulorum Ordinum, vel monaſteriorum conſtitutiones*, quæ quippè conſtitutiones, regulariter loquendo, Converſas, non admittunt ad canonicam electionem, ut praxis ipſa docet.

Quæſt. 3. *Abbatiſſa, cur potiùs per electionem monialium creetur, & non potiùs per ipſarum ſuperiorem conſtituatur?*

1. REſpondeo, quòd hoc ideò à tot Regulis, & jure Canonico præceptum eſt, quia electio facta à pluribus de Collegio, melior, ac utilior eſt ea, quæ fit ab uno ſolo Proviſore, ut patet *ex deciſis*, 3. *p. tr.* 4. *de elector. q.* 2. *& narratis ab Emin. Joane de Turrecremata in ſumma de Eccleſia, l.* 2. *c.* 51. per quæ mirificè oſtendit, quòd ſucceſſores Petri melius, & utiliùs per electionem, quam per inſtitutionem prædeceſſoris in Pontificatum aſſumuntur : tum quia Prælatus, ſive Prælata electa ab iis, quibus eſt præfigenda, ſolet, & debet, virtute gratitudinis, eiſdem eſſe gratiſſima, earumque defectus, ſi quos habent, libentiùs tolerare, maternè corrigere, & charitativè emendare; tum etiam, quia electrices hæ morem gerunt, & obſequuntur, & ab impugnatione cavent, ut probat *textus cap. nullus invitis, diſtin.* 61. *& c. vota civium, diſput.* 63. quas rationes ſequitur, & amplectitur P. *Suarez tom.* 4. *de Relig. tr.* 8. *l.* 2. *c.* 3. *de elect. ſupremi Prælati, n.* 2. ſed infrà *l.* 10. *c.* 3. *de Inſtitutione aliorum Prælatorum nu.* 3. *& ſeq.* ab his recedit, immeritò tamen, ob allegata in citato loco 3. *p.*

Quæſt. 4

Digitized by Google

Quæſt. 4. Monialis ad hoc, ut votet in electione Abbatiſſæ, quas conditiones debeat habere?

1. REſpondeo, quòd de jure communi, nulla monialis poterit eſſe electrix Abbatiſſæ, niſi ad minus habuerit duodecim annos ſuæ ætatis completos, fueritque in Religione tacitè, vel expreſsè profeſſa, ut apertè dicitur *in d.c. indemnitatibus de elect. in 6.* cujus verba habes immediatè *ſupra q.2* ubi Gloſſa in vet. *duodecimum* ejuſdem Decreti rationem reddens, ait: *quia eo tempore mulieres efficiuntur puberes*, ad quòd allegat *c. puberes, de deſponſatione impuberum*, & idem eſſe, inquit in viris, qui ante pubertatem, ad eligendum non admittuntur, ut conſtat *ex cap. ex eo, quòd. eod. tit. & ibid.* explicando illud verbum *peregerit*, inquit, quod *tempus prædictorum annorum debet eſſe completum*, pro quo allegat. *c. cum in cunctis, de elect. in 6. & c. unic. de ætate & qualit. & c. cum vigeſimum, de offic. Delegat.*

2. Sed advertè, quòd hoc jus, quoad ætatem, hodie reperitur correctum per *Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de Regul.* quo cavetur, ut nec vir, neque fœmina poſſit eſſe tacitè, vel expreſsè profeſſa, niſi poſt ſexdecim annos completos ſuæ ætatis: hinc ſi monialis exceſſerit ſexdecim annos, & perſeveraverit per annum in Religione, & non emiſerit profeſſionem expreſſam, cum jam cenſeatur tacitè profeſſa, *ex cap. periculoſo, de ſtatu Regul. in 6.* poterit dare votum in electione prædicta; quia Trid. quoad profeſſionem tacitam, vel expreſſam, juri antiquo non derogat; ſecùs autem quoad ætatem profitendi, ut conſtat ex deciſis.

3. Item de jure communi requiritur, ut ſit libera ab omni impedimento canonico, ut puta ab excommunicatione majori, ſuſpenſione, & interdicto; aliàs non valet electio, ut dico *3. p. tr. 4. q. 6. nu. 3.*

4. Verumtamen, loquendo de jure ſpeciali, obſervanda ſunt, ut dixi, propria ſtatuta, ad quæ tenentur moniales, ſicut, & Religioſi viri ejuſdem Ordinis: unde moniales in Ordine Prædicatorum, non habent vocem activam in electione Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, niſi poſt annos duodecim à profeſſione, *Romæ* 1601. & *Pariſiis* 1611. *ut notat D. Caſtell. de elect. can. c. 17. nu. 15.* & licet prædictum tempus, quoad Religioſos fratres, reperiatur moderatum, nihilominus, quoad moniales, remanſit omninò ut priùs, ut conſtat ex declaratione *tex. 6. ſub lit. O. c. 2. de elect. fol. 115. col. 1.*

5. Monialis, in ordine minorum, non habet votum in electione Abbatiſſæ, ſeu Guardianæ, niſi habeat tres annos habitus in circa, ut dicit *Compendium ver. Abbatiſſa* 5. & quamvis ibi Collector loquatur ſolum de Abbatiſſa S. Claræ, nihilominus, cum hoc non ſit ſtatutum Ordinis, ſed Bulla Papæ, nullus poteſt in hoc diſpenſare; niſi qui poteſt diſpenſare in Bullis Pontificis; *Portell. in dub. ver. Abbatiſſa, num. 5.* ubi ſubnectit, quòd monialis dict. Ordinis hodie per ſtatuta generalia Franciſcana, Romæ edita, anno 1612. non poteſt ſuffragium dare in electione Abbatiſſæ; niſi habuerit quatuor annos profeſſionis: ſic pariter dicendum eſt de aliis, juxta diſpoſitionem propriæ Regulæ.

Quæſt. 5. *Monialis an poſſit ſe ipſam in Abbatiſſam eligire?*

1. NEgativè *Joan. Tabiena in ſum. ver. elect. 1. nu. 25. & electio 2. §. 4. Caſtell. de elect. can. l. 5. nu. 45. & 65. Remigius Scropha in ſuis moral. q. 20. num. 3. & Egomet. 3. p. prax. tr. 1. q. 11. num. 1. in fin.* & ante omnes docuit *Gloſſ. ſac. Cumana* 50. *de elect.* ubi in fine caſus, ait, *quòd perſona electi, non computatur in numero eligentium, nec auget numerum*, quòd repetit, infrà *ver ad majorem partem*, & eſt deciſio manifeſta *c. per noſtras, ſive tuas* 25. *de jure patronatus*, ibi, *cum igitur nullus ſe ingerere debeat Eccleſiaſticæ Prælationis officiis, reſpondemus, quòd nullus ſe poteſt ad perſonatum alicujus Eccleſiæ præſentare, quantumcumque idoneus ſit, & quibuſcunque ſtudiis, & meritis adjuvetur*, hæc ibi, ubi per Gloſ. in *ver. ingerere*, ratio aſſignatur; tum quia hoc ipſo, quod quis ſe eligit in Prælatum, cenſetur apprimè ambitioſus, & tanquam ambitioſus debet repelli, *c. ſcripturis, 8. q. 1.* ubi ex multis oſtenditur, quòd locus regiminis ſit deſiderantibus denegandus; tum etiam, quia differentia debet eſſe inter eligentem, & electum, inter dantem, & recipientem 5. *de Inſtit. & docet Navar. conſil. 4. de Cognat. ſpirituali*; tum item, quia nemo à ſe ipſo poteſt oriri, *cap. didicimus* 31. 24. *q. 1.* quod non ſolùm habet locum in naturalibus generantibus, & genitis, verum etiam, & in moralibus, ut liquet *ex d. c. de jure patronatus*, & patet de Chriſto Redemptore miſſo à Patre, & de Apoſtolis electis à Chriſto, & ſic de aliis.

2. Hinc nulli integrum eſt ſe validè poſſe in Prælatum eligere, etiam ſi ſimus in concurſu cum aliis electoribus, vel in compromiſſo, aut ſi omnes de Collegio ſint præmortui præter unum; iſte tamen unus non poteſt ſe ipſum eligere, per ea quæ dixi, *cit. loc. 3. p. & multis citatis probat Doct. Bordonus, deciſ. 291.*

3. Unde nec quidem Romanus Pontifex poteſt hodie ſe ipſum in Papam eligere, ut conſtat ex bulla Greg. XV. & Urb. VIII. de elect. Papæ; nec his obſtat electio Joan. XXIII. qui habita poteſtate compromiſſoria ab omnibus Cardinalibus, ſe ipſum elegit, die 17. Maii 1410. prout habetur, *t. 4. conc. de qua electionis validitate, Azor. p. 2. c. 2. lib. 4. q. 8. & lavor. tit. 4. de elect. cap. 6. num. 17. quia ut Bord. dicit cit. loc.* non valet argumentari à facto, ad jus.

4. Quapropter Paulus III. pro Ordine Prædicatorum, ſtatuit ad petitionem ejuſdem, ut quotieſcumque electus, fuerit de numero eligentium, debeat habere duo vota, ultra medietatem, ne ex vi ſuæ vocis evadat electus, & proprium votum illi minimè ſuffragetur, ut conſtat ex declarat. *tex. 1. de elect. Prioris, c. 6. fol. 107.*

5. Et quamvis *Paulus Layman. in quæſt. Canon. c. ultim. de Abbatiſſ. elect. qu. 232. in fin. Tamb. ur. de jur. Abbatiſſ. diſput. 28. q. 9. ſub num. 4. in fine, & Felizz. de Monial. c. 10. ſect. 2. q. 12. nu. 163.* dicant, monialem in aliquo caſu poſſe ſe ipſam eligere, ut puta, ſi conſuetudo permittat, quod ante electionis decretum, ſuffragantes poſſint variare; addendo proprium ſuffragium illi moniali, in quam plures ſuffragantes conſenſerint: tunc enim monialis intelligens ſe electam per medietatem ſuffragiorum, ſi alioquin habeat jus eligendi, poterit conſentire in ſui electionem, & ſic coeligere.

6. Nihilominus, cum moniales hodie teneantur eligere per modum ſcrutinii & vota ſecreta, non poteſt huic caſui dari locus, ſicut nec conſuetudini contra Sac. Canones, qui, ſub nullitate actus, prohibent electores, ſive electrices ſe ipſas eligere.

7. Nec eſt verùm; quòd ſic ſe colligens, hoc faceret, non ex ambitione, ſed ob commune bonum; quia ei de directo repugnant Sac. Canones: immò & Scriptura Sacra, 5. ad Hebræos, ibi, *nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Domino tanquam Aaron.*

* * *

Quæſt. 6.

Quæſt. 6. Electio Abbatiſſæ, ſub qua forma celebranda ſit?

1. Reſpondeo, quòd praxis procedendi ad electionem Prioris, ſive Prioriſſæ reperitur præſcripta in omni Regula, pro Religione approbata à S. Papa, ac proinde hac in re debent obſervari propria ſtatuta, & conſuetudines uniuſcujuſque Ordinis: in meo Ordine, moniales ex quo ſunt ferè omnes literatæ, procedunt ad electionem Prioriſſæ, ſicut & fratres ad electionem Prioris: Unde ſervatis ſubſtantialibus, ad electionem ſcrutinalem pertinentibus, de quibus *latè 3. p. tract. 1. q. 17.* tenentur ſub pœna privationis vocis, in eodem die electionis, Auguſtiſſimo Sacramento Euchariſtæ refici, ut declaratur *ad tex. 1. c. 11. de elect. Prioris, ſub lit. A. fol. 109. col. 1, in princ.* ibi, *quod in omni electione cuiuſcumque Prioris, & Prioriſſæ, &c.* ubi item *in declarat. ad dict. textum 1. ſub lit. A. fol. 106.* extenduntur omnia, quæ per Præſidentem obſervanda ſunt in electione prædicta.

2. *Ludovicus verò Miranda, quoad electiones monialium ſui Ordinis, in tract. de eiſdem q. 7. ar. 3. col. 2. in fin.* inquit, quòd ut ſupra dicta omnia rectiùs, & ſine ulla fraude fiant, nominentur inprimis, ad minùs duo teſtes & unus Secretarius, qui in dict. electione diſquiſitorum munus & officium exerceant; qui quidem diſquiſitores ſint in loco patenti, ita ut ſi commodè fieri poſſit, ab omnibus videantur; non tamen audiri valeant à vocalibus in capitulo congregatis, ad quos diſquiſitores accedere debent ſingulæ moniales, quæ votum habent in electione, petentes ab eis, ad minùs duo eligendarum nomina, quæ à prædicto Secretario ſcribantur, ſuaque rubrica notentur, ac tot ſchedulas exhibere tenebitur ſcriptas Secretarius prædictus, quòt fuerint ab eis petita eligendarum nomina, & quibus, quæ ferre debet ſuffragium, ſecretò unam eligat, quam coram Præſide, ac diſquiſitoribus apponat in vaſe, pro hujuſmodi electione præparato, & reliquæ ſchedulæ inutiles in alio vaſe ad id ipſum præparato reponantur.

3. Exinde poſtmodum extrahantur, & ſecundùm formam à conſtit. præſcriptam, legantur, & comburantur: Verum quoad electiones, quæ ad crates oretenùs fiunt, *Valerianus Rainerius Vallombroſanus in Rituali monaſt. ritu octavo rubr. 1. Ceremon. à quo mutuavit Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 28. q. 3. & Pellizz. de monial. c. 10. ſect. 2. ſub ſect. 1. q. 9. num. 99.* ait, quòd opportuno tempore, Præſidens electioni Abbatiſſæ, ſaltem cum Notario, vel Cancellario, ad feneſtrellam Communionis ſe conferat, ad quam ex parte interiori convocari faciet, more ſolito, ad ſonum campanulæ capitularis, omnes moniales, ipſaſque ſic congregatas alloquatur, & hortetur digniorem in Abbatiſſam eligere, prout in conſcientia digniorem eligere tenentur.

4. Quò facto, Cancellarius nomina omnium monialium ibi adunatarum accipiet, & deſcribat in aliqua carta, eaſque ordinatim coram Præſidente vocet, ad finem procedendi ad electionem novæ Abbatiſſæ, juxta conſuetudinem, & praxim Ordinis; ita ut prædictus Præſidens primò prædictis notificet locum Abbatiſſæ vacare, & Conventum nova Abbatiſſa indigere. Secundò eas interrogет, an eis placeat tempus, & locus ad electionem procedendi. Tertiò proteſtetur, ſe nolle excludere monialem Electricem non excludendam; nec admittere non admittendam. Quartò eas abſolvat à cenſuris ad illum effectum dumtaxat. Quintò invocet gratiam Spiritus ſancti, per Hymnum *Veni Creator Spiritus*: quo finito, recitet Orationem de Spiritu ſancto: deinde ſedebit, ſedentibus etiam monialibus interius in ſuis locis, remotiùs à feneſtrella: ipſe verò tenens præ manibus paginam in qua Cancellarius nomina, & cognomina omnium monialium vocalium ibi præſentium in principio deſcripſerat, ipſaſque omnes propriis nominibus ordinatim unam poſt aliam, incipiendo à ſenioribus, ad feneſtrellam vocabit, ſingulaſque accedentes interrogabit, quamnam monialem eligat in Abbatiſſam? quæ tenebitur reſpondere. *Io eleggo per Abbadeſſa di queſto monaſterio la Madre N. di N.* quòd votum præſtabit ſubmiſſa voce, ita ut tantùm à Præſidente ſuoque Cancellario audiri poſſit, & nequaquam à cæteris monialibus intus ſtantibus.

5. Pro quibus votis accipiendis, Præſidens, & Cancellarius, quiſque de ſe in quadam pagina deſcribat nomina & cognomina monialium in Abbatiſſam vocatarum, & petitarum, & abunoquoque nomine, uſque ad paginæ extremitatem lineam rectam ducat, quam tot vicibus, parvis apiculis interſecabit, quot monialis illius nominis, in Abbatiſſam nominabitur, v. g. ¦ -- ¦ -- ¦ -- ¦ -- ¦ --

6. Et tandem per omnes moniales, præſtito ſuffragio, ſuæ quiſque paginæ apiculos votorum enumerabit, & ſi ſibi invicem, & monialium congregatarum numero correſpondere repererint, & unam de nominatis ab omnibus, vel à majori parte Capituli, ultra medietatem nominatam, & electam advertent, electionem habebunt canonicam, ſecùs autem, ſi deficientes, vel excedentes, ad novam electionem procedent, quam electionem, uti Canonicam Præſidens publicabit, dicens, Abbatiſſam habemus, cæteris reſpondentibus; Deo gratias; ſubnectat; nam cum eſſemus tot vocales, Mater N. habuit tot.

Unde ego, vice omnium electricum eligo & nomino eamdem monialem N. in Abbatiſſam hujus monaſterii N. quæ quippè monialis, ſic canonicè electa, & nominata, confirmabitur ut infra.

Quæſt. 7. Electio Abbatiſſæ ad hoc, ut ſit Canonica & valida, an debeat fieri à majori parte capituli in duplo, vel ſufficit, ut tantùm fiat à majori parte?

1. D. *Auguſtinus Barboſa, l. 1. de Jur. Eccl. c. 45. num. 27. Joan. Maria Novar. in ſua Luc. Regul. ver. electio, nu. 13. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 28. q. 9. nu. 3. Lezan. in ſum. ver. Abbatiſſa nu. 6. & Gavantus in manual. Epiſc. ver. monialium officiales num. 16.* dicunt, quòd duæ partes monialium electricum debent concurrere ad electionem Abbatiſſæ: niſi alias fuerit conſuetudo loci; tum quia hoc dicitur *in c. indemnitatibus 42. de election. in 6. §. ſanè, ibi, à duabus partibus numero fuerit celebrata*; tum etiam, quia ita Sac. Congr. Epiſc. & Reg. declaravit 20. Novemb. 1585.

2. Oppoſitum tamen tenent *Navar. lib. 1. de elect. conſ. 5.* ubi in facti contingentia, reprehendit quemdam Priorem, qui noluit confirmare electionem cujuſdam Abbatiſſæ, factam à majori parte Capituli, ex quo in ea non concurrerint duæ partes electricum; *Lud. Miranda, de Monial. q. 7. ar. 4. Cuccus l. 4. major. inſtit. tit. 1. de elect. nu. 19. Azor inſtit. moral. 1. p. lib. 13. c. 10. q. 2. & alii quàm plures* ſequuntur opinionem Navarri; tum quia moniales, ut dictum eſt ſupra, in electione prædicta tenentur ſequi formam *c. quia propter de elect.* ubi expreſsè dicitur, quòd illa electio ſuſtinetur, quæ fit à majori parte totius capituli; tum item, quia tenentur ſequi diſpoſitionem *c. 6. in d. ſeſſ. 25. de Regul.* ubi dicitur, *quod electio Abbatiſſarum debet fieri per vota ſecreta*, & nihil aliud additur ad formam prædictam, *cap. quia propter de elect.*

3. Nec his officit, *c. in Geneſi, & cap. Eccleſia, de elect.* ubi dicitur & jubetur, ut in electionibus non ſolùm attendatur numerus ſuffragiorum, ſed multò magis inſpiciatur zelus, & dignitas, & meritum ſuffragantium; ita ut ſi pauciores ſuffragatores fuerint plus zeloſi, digniores, &

Digitized by Google

& pluribus virtutibus ornati, præferuntur majori numero, non ſic qualificato.

4. Quia hoc totum reperitur correctum, *per Clem. extrvi. de verb. ſignif.* tum quia in majori numero præſumitur major zelus; tum etiam, quia major zelus, & dignitas non poſſunt attendi ex votis, quæ hodie ſecretò in electionibus porriguntur.

5. Neque his poteſt obſtare *d. cap. indemnitatibus,* quia ibi non dicitur, quod monialis non electa à duabus partibus, non debet confirmari, ſed dicitur, quod electa à duabus partibus debet confirmari; non obſtante exceptione, aut appellatione illarum, quæ noluerant concurrere, ut liquet *in §. ſanè,* ibi, *ſi ad electionem per formam ſcrutinii procedatur & votis in diverſa diviſis electiones per plures in diſcordia celebrari contingat: ea, quæ à duabus partibus numero fuerit celebrata, (exceptione, ſeu contradictione, aut appellatione non obſtante) per ſuperiorem, prius tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum, diligenti examinatione præmiſſa, ſi aliàs fuerit Canonica, confirmetur, & confirmata electa, ſi Abbatiſſa extiterit, benedictio impendatur, hæc ibi,* quæ ut vides, non reſpiciunt formam electionis, ſed confirmationis, quæ ſcilicet nequit adhiberi, niſi conſtito, quod electio aliàs fuerit Canonica; immò infra *in §. ſi verò* apertè deciditur opinio Navarri, ubi textus ſic loquitur.

6. *Si verò ad illam, quæ à majori parte, (ut præmittitur) eſt electa, noluerint aliæ accedere moniales, vel ſi acceſſerint: non tot tamen, quot cum aliis priùs in eam conſentientibus, faciant duas partes: tunc ſuper objectionibus partis alterius, ſi quæ fuerint, & ſuper aliis, quæ in tali negotio ſint ex officio inquirenda, plenè ſine ſtrepitu judicii, & figura, per ſuperiorem inquiratur primitus antequam confirmetur eadem electio, vel etiam infirmetur: ſed interim præſentis conſtitutionis authoritate, in ſpiritualibus, & temporalibus liberè adminiſtret; ſic tamen quod de rebus monaſterii nil penitus alienet, nec aliquam in monialem recipiat quoquomodo, &c.* hæc ibi; ex quibus Gloſ. in fine caſus ait, quòd monialis electa non à majori parte in duplo, ſed tantum à majori parte capituli, eſt confirmanda.

7. Nec tandem his nocet declaratio Sac. Congr. ſuperiùs relata; quia non apparet authentica; & conſequenter non juvat, per allegata 1. *p. praxis, tract. 8. de interp. Privil. q. 4.*

Quæſt. 8. *Electio Abbatiſſæ ad crates oretenus facta, an ſit valida?*

1. ET dico quod ſic: dummodò tamen ſuffragia ſecretò præſtentur, & nemini revelentur: moveor, tum quia hujuſmodi electio cenſetur ſecreta, & Canonica ad præſcriptum *cap. 7. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ibi. *Is verò qui electioni præeſt Epiſc. ſive alius ſuperior, clauſtra monaſterii non ingrediatur, ſed ante Cancellorum feneſtrellam vota ſingularum audiat, vel accipiat,* hæc ibi, inter quæ adverte ly *audiat*: quia refertur ad vota oretenus data, & ly *accipiat*, ad vota in ſchedulis porrecta: tum etiam, quia ita Sac. Congr. declaravit, ut referunt *Caſtell. de elect. Can. c. 17. num. 25. Rodor. 1. p. ſummæ c. 105. nu. 4. in fin. & in addit. tom. 4. c. 3. num. 12. in fin. cum ſuo comp. reſol. 2. num. 22. Zerola in praxi Epiſc. ver. Abbatiſſa, §. 6. D. Alex. Sperell. tom. 2. dec. 161. num. 1. & 2. & alii plures, quos egomet allego, & ſequor 3. p. tr. 1. q. 8. num. 2. & favent Samuellius de elect. Can. controv. 7. num. 7. in fine, & contr. 2. num. 7. & Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 28. q. 4. nu. 3.*

* * *

Quæſt. 9. *Si una monialis ſchedulam ſuam alteri oſtendat, an ſit electio valida?*

1. AFfirmativè per ea multa, quæ dico 3. *p. tr. 1. de nat. elect. q. 7. num. 4. & ſeq.* tum quia per hujuſmodi oſtenſionem ſchedulæ, electio non deſinit eſſe ſecreta; quòd procedit etiamſi oſtenſio ſchedulæ fiat per malitiam, vel errorem: defectus enim unius vocalis, non debet, nec poteſt nocere toti capitulo *cap. firma, de Procur.* tum etiam, quia aliter poſitum foret in voluntate cujuſvis electricis, quamlibet electionem irritare, licet legitimam; quòd eſt contra jus naturale: nam dolus, & fraus nemini debent patrocinari; *D. Ricc. 4. p. deciſ. 197 num. 1. Laur. de elect. tit. 4. cap. 19 num. 52. Garz. de benef. p. 5. c. 4. num. 183. & Molfeſ. in ſum. 1. p. tract. 6. cap. 153.*

2. Quòd dictum limita; dummodò tamen talis oſtenſio ſchedulæ, non ſit cauſa realis, vel præſumptiva rationabiliter, quòd electio cadat, & ſubſequatur in hanc, vel illam perſonam particularem in præjudiciũ tertii: & dummodò non fiat vidente, vel conſentiente capitulo, vel majori parte illius, quia electio, hoc caſu, cenſeretur facta contra diſpoſitionem *cap. quia propter de elect. & cap 6. Trid. de Regul.* & conſequenter foret nulla, *l. non dubium C. de legib.* ut dicunt præallegati DD. quibus adſtipulatur *D. Alex. Sperell. tom. 2. deciſ. 161. num. 33.*

Quæſt. 10. *Quinam debeat præſidere electioni Abbatiſſæ?*

1. REſpondeo, quod de jure Canc. Trid. debet præſidere Epiſc. loci ordinarius, ſi Monaſterium ſit ipſi immediatè ſubjectum, vel Sedi Apoſtolicæ, ſi autem monaſterium ſit exemptum, debet præſidere Prælatus Regularis, cui dict. monaſterium immediatè ſubjicitur, ut probat *tex. cap. 7. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ibi, *Is verò, qui electioni præeſt Epiſ. ſive alius ſuperior, clauſtra monaſterii non ingrediatur, ſed ante Cancellorum feneſtram vota ſingularum audiat, vel accipiat.*

2. Attamen ex diſpoſitione Bullæ Greg. XV. incip. *inſcrutabili Dei providentia, &c.* Epiſcopus debet prædictæ electioni præeſſe, etiam ſi fiat à monialibus exemptis, ut dicitur in ejus §. 5. *in fine,* ibi, *ac ſimiliter poſſit Epiſcop. una cum Superioribus, quarumcumque Abbatiſſarum, Prioriſſarum, Præfectarum, vel Præpoſitarum eorumdem Monaſteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per ſe vel per alium intereſſe, ac præſidere; abſque ulla tamen ipſorum monaſteriorum impenſa,* hæc ibi, inter quæ nota ly *poſſit*; quia ad id non tenetur; ſed ſi ſibi placuerit, poterit una cum ſuperioribus earum, ſine impenſa intereſſe per ſe, vel per alium; quia cum ſit actus juridicus, poteſt alteri delegari *ex l. juſſus 19. ff. de curat.*

3. Qua propter debet moneri, & expectari uſque ad tempus præfixum ab Epiſcopo, ſi velit adeſſe; secùs, eo non monito, vel non expectato, poterit ille Regulares punire, ut apertè colligitur ex reſponſione Sac. Congr. adhibita ſuper dub. 15. quæ habentur in calce dict. Bullæ Greg. XV. fol. mihi 102. in impreſſione Rom. ſub anno 1631.

4. Unde vides Epiſcopum loci in tali caſu habere facultatem puniendi ſolùm Religioſos, quibus Moniales exemptæ, ſunt ſubjectæ: non autem ipſas moniales, ut conſtat ex reſponſione prædicta.

5. Quibus adde, quòd cum prædicto Præſidente Epiſcopo, vel Prælato ordinario, debent intereſſe, ad minus duo alii teſtes, qui munus diſquiſitorum exerceant; alioquin electio ipſa eſt nulla, *ex c. quia propter 42. de elect.* qui quidem ſcrutatores debent eſſe in loco patenti, ita ut ſi commodè fieri poteſt, ab omnibus videantur.

6. Non erit tamen neceſſarium, ut à monialibus in

unum

Digitized by Google

unum congregatis audiantur. *Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 25. q. 6. nu. 1. & Pellizz. de monial. c. 10. ſect. 2. ſub ſect. 3. q. 7. n. 96. de quibus Egomet multa dico to. 2. p. 1. tr. 1. q. 17.* nec hi tandem habent vocem in electione prædicta in caſu diſcordiæ, *per allegata infra q. 12.*

Quæſt. 11. *An dicti ſuperiores, de quibus Trid. ubi ſupra, valeant in aliquo caſu, Clauſtra Monaſterii intrare?*

1. ERuditiſſimus *Navar. in c. ſtatuimus q. 3. num. 59. Emanuel Rodor. tom. 1. qu. 46. ar. 4. in fin. ver. eſt etiam obſervandum, & in principio ar. 5. Joan. de la Crux, de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 2. not. 4. in fin. Sanchez lib. 6. ſum. cap. 16. nu. 50. ubi rectè invehit contra Clam. & alii plures, quos ſequitur D. Barboſ. de offic. & poteſtate Epiſc. allegat. 102. nu. 47. & in Coll. ad d. cap. 7. Trid. num. 17.* inquiunt, quod licet *Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 7.* dicat, quòd qui præeſt electioni Prioriſſæ, vel Abbatiſſæ, non intret Monaſterium; ſed ſtet ante cancellorum feneſtras, & ſingularum vota accipiat: nihilominus lex iſta, etſi nullam exceptionem ponat, eſt tamen limitanda, ſic: niſi Prælati prudenter judicent, non poſſe fieri canonicè dict. electionem, ipſis non intrantibus, ob inquietudinem monialium, & ſuſpicionem ſubornationis votorum inter ipſas ſubortæ, aut ob alias cauſas à ſuperioribus prudenter arbitrandas, & ibi poſſunt vota accipere, ducunturque, tum quia non eſt credendum, Trid. noluiſſe negare ingreſſum in hoc tantæ neceſſitatis ad bonum commune, proveniendum ex bona Abbatiſſæ electione, tum etiam, quia inferior Prælatus poteſt diſpenſare in lege ſui ſuperioris in caſu neceſſitatis, per ea quæ eleganter *tradit. Emin. Cajet. 1. 2. q. 95. ar. 5.*

Quæſt. 12. *An Epiſcopus, vel alius ſuperior, qui electioni præſidet, in caſu diſcordiæ ortæ inter moniales pro electione Abbatiſſæ, poſſit ſuum votum dare, ad hoc, ut certa ſequatur electio?*

1. L*Aur. Portell. in dub. ver. Abbatiſſa, num. 9.* dicit, quòd ſic; tum quia dum ſuperior iſte, de quo eſt ſermo, eſt caput illius communitatis, cum qua facit unum corpus morale ad eligendum, debet votare ſicut & illa, tum etiam, quia ita probat praxis multorum Epiſcoporum ſuffragantium in electionibus ſuarum Abbatiſſarum; tum item, quia ita probat uſus Provincialium in Ordine Minorum, qui cum per Bullam Apoſtolicam ſint Prælati tertiariorum viventium in Congregatione, quando præſident in electionibus dict. tertiariorum, habent ſuffragium verè, ſicut Prælatus; licet tertiarii ſint alterius Ordinis: ita à ſimili, licet moniales ſint alterius Ordinis, & ſexus; adhuc tamen valent in electione Abbatiſſæ illarum ſuffragari.

2. Oppoſitum tamen Sac. Congregat. declaravit, die 5. Maii 1619. in una Licienſ. in Apulia, occaſione electionis cujuſdam Prioriſſæ, ſubſequutæ ex vi voti unius ſcrutatorum, in monaſterio S. Mariæ de Viſitatione, vulgo dicta delle Creti, cujus præciſa verba refert *D. Caſtellinus, olim Dominicanus, noviſſimè Epiſcopus Catacenſis, de electione Prioriſſæ c. 17. nu. 28. & die 23. Maii 1621. prout referunt Lavorius var. lucubrat. tit. 4. c. 24. nu. 40. Barboſa in Coll. Bull. Ver. Abbatiſſa, §. Abbatiſſæ electione, Ceſpedes de exemption. cap. 23. ſub dub. 357. n. 5. verſ. qua res, 2. & Tamb. de Jure Abbatiſſ. diſput. 28. q. 4. nu. 5.*

3. Et quamvis Prælatus monialium præſidens electioni Abbatiſſæ jus non habeat illam eligendi cum monialibus, adhuc tamen non poteſt negari, quin in caſu poſito jus habeat illam nominandi, quam ſcilicet magis idoneam cognoverit: ita tamen, ut prius monialibus aſſignet competens tempus ad ſe concordandum, quibus, ſi infrà tempus ſibi præfixum non rint concordatæ, magis idoneam nominet, & prop prout eadem Sac. Congregat. reſcripſit Epiſc. die 20. Novembris 1595. apud Piaſecium in praxi copali, *p. 2. c. 3. num. 57.* quòd item eadem Sacr. C ſtatuit in una Cremonenſ. 12. Octob. 1592. apud dem Piaſecium, *& refert. D. Barboſ. in Coll. Bull. ver batiſſa, & idem Tambur. d. diſput. q. 6. nu. 5.* ubi poſt per extenſum poſuit Decreta Sac. Congreg. ſupra quibus prohibitum eſt, monialium ſuperioribu ſcrutatoribus dare votum in electione Abbatiſſæ, ne ait, quòd ſententia Portelli hodie non videtu ſiſtere, ob declarationes ſupra relatas: Verum *Lez ſum. ver. Abbatiſſa num. 4. in fin.* ait, prædictas de tiones Sac. Congreg. non derogare conſuetudini mè introductæ in Luſitania; ideoque Portelli o nem vigere.

4. Quòd tandem Prælatus prædictus in caſu, agitur, jus habeat Abbatiſſam nominandi, etiam p ex Bulla Gregor. XIII. edita 16. Aprilis 1574. inc *noſtra Paſtoralis officii,* qua viſitatoribus, & Præla malium Ordinis ſancti Benedicti indulſit, ut totie ties, faciendarum electionum Abbatiſſarum, pr pore, caſus eveniret, moniales per duo ſcruti convenire in faciendis ipſarum Abbatiſſarum ele bus, poſſint & debeant ipſorum monaſterioru nialibus proponere duas, vel tres moniales ejuſde naſterii, ut melius eſt videre in dict. Bulla, quæ in rio Romano eſt 15. inter Bullas ejuſdem; quæ c ſpiciat pacem, & quietem Religionis, extenditur nes alios Prælatos, ob communicationis privil per illud verbum ibi dictum, *Abbates, ſeu Præla ctivè, ut bene advertit Pell tract. de monial. c. 10. ſect. ſect. 1. q. 15. nu. 107. in fin.*

Quæſt. 13. *Deputati, aut vocati ad dirigendu moniales in ſuis electionibus, ſi non abſtine bus, per quæ inter eas poſſet oriri diſcordia, ipſo facto excommunicati?*

1. AFfirmativè deciditur *in c. indemnitatibus electi. in 6. §. Poſtremò,* ubi textus ita loqui *ſtremò hi, quos ad dirigendas in hujuſmodi electioni niales eaſdem, deinceps contigerit evocari, ab hi abſtineant, per quæ inter eas ſuper faciendis ipſis ele oriri poſſit diſcordia, vel exorta nutriri: alias eo ipſo municationis ſententiæ ſe noverint ſubjacere,* hæc quibus latè *Paludanus 4. diſtin. 18. q. 3. ar. 3. caſu ver. excomm. 9. num. 42. Cajet. in ſummula ver. ex nicatio, cap. 8. Tabiena ver. eod. caſu 29. Navar. in ſ num. 124. Sayr. de Cenſuris l. 3. c. 35. num. 3. verſ. 3. municatio, & alii plures, quos allegat, & ſequit Bonac. tom. 1. de Cenſur. tit. de excomm. in part. extr Cœna, diſput. 2. q. 2. pun. 5. num. 5.* Qui advertunt Excommunicationem comprehendere omnes vocatas tamen ad dirigendum moniales in tali ne; ſive ſint viri, ſive fœminæ, ſive Laici, ſive Cl *ſte Gloſ. d. cap. indemnitatibus in ver. hi.*

2. Dixi vocatas tamen; quia intereſſente ctioni, non accerſiti ad dirigendum moniales in ctione, quamvis ſint cauſa diſcordiæ, non incurr textus loquitur de vocatis, & non de aliis, qui ibi aliam cauſam, poſſent adeſſe; & cum ſit pœnalis, tenditur ultra caſus expreſſos: Unde ob eamde nem dicunt, quòd cum textus loquatur de diſc ta de electionibus faciendis, non comprehendi diam natam ex electione facta, & cum loquatur monialibus, non comprehendit eas monachas, ſunt verè moniales, ut ſunt illæ, quæ Religioſam ſionem non emittunt, & patet de monialibus S. Urſulæ, ut notat *Bonac. cit. loc.*

Digitized by Google

. 14. Si ſuperior, qui praeſt electioni Abbatiſ- accipiat omnes ſchedulas, & poſtea inter eas m inveniat ſciſſam, vel ſignatam, vel pla- eſſe, vel minores numero eligentium, quid re debeat?

Eſpondeo, quòd electio, in qua unus, vel una eligentium, ex induſtria ſignavit ſchedulam pa- gno, ut exindè innoteſcat ſcrutatoribus, vel uni quòd talis elector, eligit A. redditur nulla, quia ſignatio facit electionem non ſecretam, ut mul- tis, *dico 3. p. tract. 1. de Nat. elect. quaſt. 7. num. 2.* ſcrutatores invenientes dict. ſchedulam obſigna- vel ſciſſam, vel plures, aut pauciores, non cor- dentes numero eligentium, illas omnes debent ere, rumpere, & comburere, & novam electio- cere, cui cum majori cautela debent vacare, pro- mmuniter docent DD. quos ſequitur *Tambur. de Abbatiſſ. diſput. 28. q. 9. ſub num. 4. ver. quæres & Pel- moniał. cap. 10. ſect. 2. ſubſect. 1. quaſt. 11. ver. quæris,* 2.

Qui autem ſchedulam albam in urnam ponit, non cenſetur, per ea, quæ refert *Navar. conſil. 3. de elect. tit.* & in Ordine Prædicatorum votum album, ex ſtatuto, cum cæteris non computatur; & meritò, ffragia danda ſunt pura, certa & non incerta, nec m, vel ſub conditione, nec cum disjunctione, *cap. ombus 2. de elect. in 6.*

. 15. An Moniales poſſint electionem ſuæ Prio- , in Epiſcopum, vel alium Prælatum com- mittere?

dico, quòd ſic; loquendo tamen de Jure vete- , ut apertè colligitur *ex cap. cauſam, de elect. cap. pter eod. tit.* & probat *tex. c. Indemnitatibus, 42.* 6. ibi, *caterùm ſi per formam compromiſſi fuerit in proceſſum, & electæ pars aliqua ſe opponat; &c.* tem ſint in hujuſmodi compromiſſo de neceſſi- randa, *latè dico to. 2. p. 1. prax. tract. 1. de Nat. elect.* 4.

Dixi de Jure veteri, ſecùs autem de Jure novo Trid. nam electio per compromiſſum & commu- pirationem abrogatur *à Trid. in cap. 6. ſeſſ. 25. de* ut conſtat ex deciſis *cit. loc. qu. 15. & liquet,* ibi, *in ſuperiorum quorumcumque Abbatum tempora- aliorum officialium, ac Generalium & Abbatiſſa- que aliarum Præpoſitarum, quo omnia rectè, & ſine ude fiant, in primis Sancta Synodus diſtrictè præcipit, prædictos eligi debere per vota ſecreta, ita ut ſingulo- entium nomina numquam publicentur, nec in poſte- t, Provinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoſ- titulares ad effectum electionis faciendæ conſtituere, , & ſuffragia ſupplere.* Hæc ibi; ex quibus mani- paret, quòd electiones omnes, tam Abbatum, bbatiſſarum, hodie debent fieri per ſcrutinium, ota ſecreta.

rgo non poſſunt fieri per compromiſſum, nec per tiem inſpirationem; tum quia forma eligendi promiſſum eſt diverſa à forma eligendi per ſcru- tum etiam, quia in forma eligendi per compro- manifeſtantur vota eligentium, quòd de dire- ſatur *Trid. cit. loc.* quòd diligenter adverte con- *. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 28. q. 8.* ubi ab- quendo dicit, quòd electio Abbatiſſæ poteſt mitti à monialibus in Epiſcopum, vel alium m, & addit *ex Lavorio in ſuis lucubrationibus, tit. 4. n. 59.* quòd ſi Epiſcopo data ſit poteſtas à mo- eligendi Abbatiſſam *juxta d. c. cauſam,* non pote-

rit Epiſcopus, ſi elegerit malam, aliam eligere, quia func- ctus eſt officio ſuo, ſivè male, ſivè bene; *per c. innotuit de elect.*

4. Verùm noſtram opinionem tenent communiter noviſſimi DD. & favet *D. Caſtell. de elect. cap. 17. n. 16. & Lez. in ſum. ver. Abbatiſſa, n. 8.* quibus accedunt propriæ Conſtitutiones omnium monialium, quæ volunt, ipſa- rum Prælatas eſſe eligendas per modum ſcrutinii, & non aliàs: quidquid dicat *Pellizz. de monial. cap. 10. de elect. ſect. 2. ſubſect. 1. q. 14. num. 105.*

Quæſt. 16. Electio Abbatiſſæ ſi fiat ſine debito tra- ctatu, an ſit nulla?

1. ET dico quòd ſic; loquendo tamen de tractatu con- ſultorio; quia talis tractatus eſt de ſubſtantia ele- ctionis, ut conſtat ex deciſis *to. 2. p. 1. tract. 1. q. 11.* & eſt ma- nifeſta deciſio, *cap. cum in veteri lege, 52. de elect.* ubi irri- tatur electio, ob defectum debiti tractatus, & probat *textus cap. in Geneſis, 6. eod. tit.* ibi, *non tractatum, nec diſ- curſum.* Verùm hujuſmodi tractatus debet fieri infrà diem antecedentem dictam electionem, & non priùs, prout pro Ordine noſtro fuit ſancitum *in cap. Valentino, 1596. ordinat. 12.* ſub his verbis: *Ordinamus, & ſub pœ- na gravioris culpæ mandamus, tam fratribus, quam ſoro- ribus in aliqua electione vocem habentibus, ne de illa ante diem unam naturalem loqui, ſivè tractare poſſint, reliquis verò in ipſa voce non habentibus, ſivè Converſi, aut Con- verſæ, ſivè Clerici, aut velatæ ſint reſpectivè, ne, verbo, aut ſcripto, per ſe, vel per alios quoquo modo ſe intromittere audeant. Prælatis autem in virtute Spiritus Sancti, & San- ctæ Obedientiæ, & ſub pœna abſolutionis à ſuis officiis in- jungimus, ut prætaxatam pœnam contrafacientibus infli- gere debeant;* hæc ibi, quæ etiam referunt *Caſtell. cap. 17. num. 18. de elect. canon. & declarationes ad textum 7. ſub tit. 9. diſtin. 2. cap. 11. de elect. Prior. fol. 117. col. 3.* ibi, *item Va- lentiæ, &c. ac item Magiſter Petrus Martyr. de creat. Abba- tiſſæ, cap. 41. ad finem.*

Quæſt. 17. Abbatiſſa Canonicè electa, an debeat confirmari? & à quo, & ſub qua forma?

1. AFfirmativè dicendū eſt, ex deciſis *t. 2. p. 1. tract. 7. de confirmat. q. 1. & ſeq.* ubi etſi ſermo ſit de mal[illegible] lis; verumtamen quantum ad hoc, non eſt diſpar ratio, aliquo jure cauta, quoad confirmationem Prioriſſæ mo- nialium, teſte *Sylv. ver. Abbatiſſa q. 1. num. 4.* & habetur expreſsè in *cap. Indemnitatibus 42. de elect. in 6. §. Verùm,* ibi, *quæ poſtquam in præmiſſis caſibus talis confirmata, & benedicta extiterit: & infrà, §. caterum,* ibi: *Confirme- tur electio, & eidem benedictio impendatur,* quòd tamquam conſuetiſſimum ſupponitur in *Clement. Attendentes 2. de ſtatu Monach. §. ſtatuimus,* ibi, *in quibus Abbatiſſæ ſunt ſolitæ benedici, infra annum à ſua confirmationis tempore computandum, munus benedictionis ſuſcipiant. &c.*

2. Et meritò ſic cautum eſt, quia, ut dicit *gloſ. in d. cap. indemnit, verb. confirmetur in fine,* electus ante confirma- tionem non adminiſtret; nam electio dat jus ad juriſdi- ctionem, confirmatio verò dat exercitium: unde ele- ctus ad regimen cujuſcumque Eccleſiæ, aut Religionis, ſi adminiſtrationi dignitatis ante confirmationem ſe in- gerit, tamquam Prælatus, vel Procurator, aut Oecono- mus, aut alio quæſito colore, in ſpiritualibus, aut tempo- ralibus per ſe, vel per alium, in toto, vel in parte, ipſo fa- cto, privatur omni jure, quòd per electionem in ipſa dig- nitate habebat, prout expreſsè dicitur in *cap. noſti 9. cap. qualiter 12. de elect. & clarius in cap. avaritiæ cæcitas 5. eod. tit. in 6.*

3. Et licet prædicta jura quaſdam habeant fallentias, de

Digitized by Google

de quibus latè *Sylv. ver. confirmatio, q.1. nu.2.* hoc tamen fit ex ſpeciali permiſſione Papæ, ut liquet *in d. cap. indemnitat. adjuncta gloſſa in ver. confirmetur.*

4. Eſt igitur dicta Abbatiſſa neceſſariò confirmanda; & debet confirmari à ſuo Superiore immediato, hoc eſt, à Romano Pontifice, ſi ejus monaſterium ſit S. Papæ immediatè ſubjectum, quod intellige per Procuratorem; nam dedecet ipſaſmet Moniales hac illac intuitu electionis vagari; unde debent per Procuratorem audiri, vel ab Epiſcopo loci, ſi ei ſubſit immediatè monaſterium, vel à Superiore Regulari, ſi ejus monaſterium ſit exemptum, *Syl. ver. confirmatio q.3. nu.4. Azor. to.1. lib.13. cap.10. qu.3. Layman. in qq. Can. cap. ult. de Abbatiſſ. elect.9. qu.234. Tambur. de jur. Abbatiſſ. diſp.29. qu.1. & Lez. ver. Abbatiſſa, nu.10.*

5. Et quamvis D. Epiſcopus loci ex diſpoſitione Conſtit. Greg. XV. incip. *Inſcrutabili de exempt. privil.* poſſit unà cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatiſſarum electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere: exinde tamen jus nullum habet confirmandi electionem Abbatiſſæ exemptæ, ut *Sac. Congreg. Emin. Cardinal. declaravit in reſponſione ad V. dubium poſitum in calce præfatæ Conſtit.* quam declarationem etiam per extenſum ponit *D. Caſtell. de elect. Can. cap.17. nu.29.* ubi aliàs ſubnectit *D. Barboſa in collect. ad cap.7 Trid. ſeſſ.25. de Regul. nu.18. & Gavant. in manual. Epiſcop. ver. Monialium Officialis, nu.14.*

6. Hæc autem confirmatio certam formam à jure præſcriptam non habet: unde fieri poteſt ut libet, oretenus, vel ſcriptura; dummodò animus declaretur, ut dixi *cit. loc. 3. p. qu.3.* ubi item habes quid de ejuſdem loco & tempore ſit dicendum.

Quæſt. 18. Confirmator, an poſſit validè dictam electionem confirmare, ſine cauſæ cognitione, & quænam antecedenter debeat advertere?

1. DE hac re latè dixi *cit. loc. 3. p. qu.5. & 6.* ſed quid dicendum, ſi Confirmator eam nolit confirmare, vel allegetur ſuſpectus, dum vult ſuper allegatis exceptionibus inquirere?

2. Hæc quæſtio fuit in facti contingentia accuratè diſcuſſa coram Emin. Cardinali Muto in cauſa Cæſaraugustana, 4. Auguſti, 1625. eidem commiſſa, quam per extenſum refert *Lauorius in variar. lucubrat. tit.4. cap.24. & Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.29. qu.2. num.4.* quæ quippe cauſa fuit ad Superiores appellata, quia Prælatus fuit allegatus ſuſpectus, ex quo electam noluit confirmare; quamobrem plura exinde orta ſunt dubia. Primò, an poterat dari ſuſpectus? Secundò, an eſſent citandæ, & audiendæ aliæ Moniales, & Abbatiſſa electa ſuper inquiſitione facienda per dictum Prælatum? Tertiò, an eſſet ſtandum depoſitionibus minoris partis accedere volentis? Quartò, an ſtante appellatione, poſſit Prælatus dici Judex ſuſpectus vigore *d. cap. indemnitat. §. ſi verò?* Quintò, quid agendum, quando Judex non vult confirmare, & allegatur ſuſpectus? Sextò, an requiratur examen teſtium, ex eodem *§. ſi verò*; & demum quando intelligatur judicium fieri ſine ſtrepitu, & figura judicii, juxtà *d. §. ſi verò?*

3. De quibus articulis inviſendi ſunt idem *Lauor. cit. loc. num.53. & 54. Archidiac. in dict. cap. indemnit. gloſſ. in cap. ſtatua, ver. figura, de hæreticis, Bart. in extrav. ad reprimendam, ver. ſummariè, Fuſcus concl. 491. ver. ſummariè,* qui unanimiter ajunt, quòd judicium ſummarium non tollit probationem, neque citationem, neque exceptiones legitimas prohibet admitti, ſed illud vult prætermitti, ſine quo poteſt cauſa juſtè expediri, & addunt, quòd illa, quæ ſunt cauſæ, non tolluntur, licèt tollantur ea, quæ ſunt judicii, & ſubnectunt, quòd actiones & cætera factum reſpicientia, dicuntur acta litis: Cæ[...]nes verò dicuntur acta judicii: quare ſic mandans, [...] intendit tollere, quæ ſunt cauſæ ſive litis, ſive [...] ſed illa, per quæ judicium ordinatur, & ſemper [...] ſententia; ad hæc attentè legi debet *d. cap. indemnitatibus cum ſua gloſſa, Miranda de Monial. q.7. ar.10. D. Thoma tom.1. comp. deciſ. Regni Neap. ver. Judex, & in ſupplemento eod. verbo.*

Quæſt. 19. Abbatiſſa ubi fuerit confirmata, an debeat benedici, & à quo, & ſub qua forma?

1. REſpondeo affirmativè, ſi tamen ſit ſolita benedici, ut probat *textus Clem. attendentes, 2. de ſtatu monach.* ibi, *in quibus Abbatiſſæ ſunt ſolitæ benedici* [...] autem ſunt ſolitæ benedici, quæ ſunt perpetuæ in officio, non autem temporales, ut docent *Navar. lib.3. conſil.2. de ſtatu monach. in 1. edict. Mirand. de Monial. q.7. art.7. concluſ.2. Azor. 1. p. lib.13. cap.10. qu.4. Lezana [...] ſum. cap.26. num.1. Tambur. de jur. Abbatiſſ. diſp.29. qu.[...]* & ratio poteſt eſſe; tum quia iſta hæc benedictio ſeu conſecratio non eſt iterabilis, ut multis probat *gloſſ. in d. Clem. verſ. benedici, in fin.* ergo non poteſt extendi ad Abbatiſſas temporales in officio, ſecus eſſet iterabilis, nam ſæpè fit, ut una, & eadem Monialis bis, ter, & quater eligatur Abbatiſſa, ex quo hodie omnes ſunt temporales in officio Abbatiſſatus, & non ampliùs, ut [...] immediatè; tum etiam, quia aliàs ex contraria poſitione ſequitur, quòd multæ Moniales in Abbatiſſas pluries conſecratæ, manerent ſimul in eodem monaſterio, quod non videtur dicendum, teſte *Navarro præcit. loco.*

2. Quòd autem prædicta benedictio ex ſpeciali conceſſione Papæ poſſit iterari, non ambigitur, cùm ſit benedictio ſimplex, & non qualis eſt illa Abbatis, qui per benedictionem habet jus deferendi baculum, & mitram, & conferendi primam tonſuram, & minores ordines, ac ritu ſolemni Monachos benedicendi, quorum neutrum convenit benedictioni Abbatiſſæ, *gloſſ. cit. loc. & Tambur. ubi ſup. qu.6. nu.4. & ſeq.*

3. Ideoque poteſt dicta Abbatiſſa de licentia P[...] quolibet die benedictionem ſuſcipere; an autem ſit expediens? judicent, ad quos ſpectat. Sunt denique [...] praxim benedicendæ per illos, ad quos pertinet proviſio de Abbatiſſis, monaſteriis ipſis canonicè faciendis, ut expreſsè dicitur in *d. cap. indemnitat. §. ſtatuimus, in fi[...]* adjuncta *gloſſa ver. per illos,* & tradunt *Zabar. in d. cap. indem. §. ſtatuimus in princip. & qu.12. in fin. Panor. Felin.* & alii plures *in cap. meminimus.13. de accuſ. Flav. Cherub. in comp. Bullar. in Bulla 80. Greg. XIII. incip. ex[...]ſcit, ſchol. 2.*

Quæſt. 20. Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa quanto tempore debeat in officio durare?

1. REſpondeo, quòd Abbatiſſa electa, & ut ſupra confirmata, non poteſt in officio Abbatiſſatus eſſe perpetua, ſed triennalis tantùm in Italia, quo elapſo, debet per aliud triennium à tali officio ſe abſtinere; & deinde ſervata forma *Conc. Trident.* aliàs pluries ad idem officium eligi poteſt; prout liquet ex Bulla Greg. XIII. quæ extat tenoris ſequentis:

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. ad futuram rei memoriam. Expoſcit debitum Paſtoralis officii, quod diſponente Domino gerimus. ut ad ea ſollicitè intendamus, per quæ monaſteria, & alia religioſa loca præſertim Deo dicatarum Sanctimonialium, ſecundum Regularis diſciplinæ normam regantur, & gubernentur, perpendentes

quum

igitur varia & multiplicia damna, quibus plerumque efficiuntur monaſteria monialium, quæ per Abbatiſſas, vel alias Præfectas perpetuas reguntur, è contra verò Abbatiſſas, & alias Præfectas triennales, ſcientes ſe lapſo triennio ſuæ adminiſtrationis, rationem eſſe reddituras, ac ſperantes de benè geſtis laudem promereri, pœnam verò ſi malè geſſerint, metuentes, majori ſtudio, ac diligentia regimen, & adminiſtrationem monaſteriorum ſibi commiſſorum gerere. His, & aliis rationabilibus cauſis adducti, hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, in omnibus, & ſingulis monaſteriis monialium ſancti Benedicti, Ciſtercien. Carthuſien. & aliorum quorumcumque Ordinum in universa Italia, & præſertim in utriuſque Siciliæ Regnis conſiſtentibus, quæ nunc per Abbatiſſas, & alias Præfectas perpetuas reguntur, & gubernantur, cum primum Abbatiſſa, & alia Præfecta hujuſmodi Regimini, & adminiſtrationi ipſorum monaſteriorum ceſſerint, etiam apud Sedem Apoſtolicam, vel deceſſerint, eorum Abbatiſſatus, ſivè Præfecturas vacare contigerit: Abbatiſſæ, aut aliæ Præfectæ non amplius perpetuæ, ſeu ad vitam, (quarum nomen, ac titulum ex nunc, prout ex tunc Apoſtolica authoritate, ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium perpetuò extinguimus, & abolemus) ſed triennales tantùm à Conventu uniuſcujuſque monaſterii, & alias juxta decreta Sacr. Conc. Trid. & regularia ſuorum Ordinum inſtituta eligantur, & præficiantur: quæ poſtmodum, elapſo triennio, ſuis officiis perfunctæ præeſſe deſinant, omnique prorſus careant authoritate, & à regimine, & adminiſtratione monaſterii per triennium à die finitæ adminiſtrationis inchoandum abſtineant: quo elapſo, ſervata eadem forma Conc. Trid. iterum, & pluries eligi poſſint, diſtrictius inhibentes omnibus, & ſingulis dictorum monaſteriorum Conventibus, ſuperioribus & perſonis, ne aliquam Abbatiſſam, aut aliam Præfectam perpetuam ſiu ad vitam, ſed triennalem tantùm eligere & præficere, ullo modo audeant, vel præſumant, quòd ſi ſecus à quoquam, quavis auctoritate fuerit attentatum: electionem & Præfectionem hujuſmodi, ac omnia & ſingula, quæ inde ſequentur, irrita, nulla & inania, nulliuſque roboris, vel momenti fore: ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & diffiniri debere decernimus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, &c. hæc ibi, *ſub datum Romæ die prima Januarii* 1583. *Pontificatus ejus anno undecimo*, & per extenſum habetur in *Bull. Cherub. fol. mihi* 463. *& eſt* 80. in ordine inter Bullas ejuſdem, eamque iterum extendunt *Caſtell. de elect. Canon. Abbatiſſ. cap* 17. *ſub n.* 9. *Naldus in ſum. verbo Abbatiſſ. ſub n.* 4. *& Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp.* 30. *qu.* 1. *ſub num.* 2. ad cujus Bullæ majorem explicationem plura infero.

Quæſt. 21. An dict. conſtitutio Greg. XIII. comprehendat omnes moniales Italiæ, etiam mendicantes & militares?

Negat *Miranda in tr. de monial. q.* 7. *ar.* 9. *concluſ.* 2. & movetur ex eo, quod cum dict. Conſt. Greg. XIII. ſit pœnalis, & Juris communis correctiva; non extenditur ad non expreſſa, juxta Juris Regul. odia; ſed ità, quod ibi dumtaxat exprimuntur moniales monacham vitam profitentes, *ergo:* nec obſtat, inquit ipſe, generalis clauſula, ibi appoſita, quia ob eamdem rationem refertur ad eaſdem tantùm, & non ad alias.

2. Verumtamen oppoſitum declaravit Sacr. Congr. Em. Card. die 22. Maii 1604. annuente Clem. VIII. quòd ſcilicet comprehendit moniales omnium Ordinum, etiam mendicantium & militarum, eamque referunt *Lavor. in var. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 24. *n.* 64. *Tambur. in calce d. conſtit. nu.* 11. *& authenticè ſe vidiſſe teſtatur Novar. in ſua lucerna Regul. ver. Abbatiſſa, n.* 11.

3. Sed quid de his extra Italiam dicendum?

4. Et quidem Prioriſſæ in Ordine Prædicatorum, ex diſpoſitione Bullæ Julii II. incip. *ſub Religionis Jugo*, quam per extenſum habes, *tom.* 2. *p.* 3. *tr.* 6. *de electis q.* 22. nequeunt perſeverare in Prioratu, ultra triennium; immò illo expleto, mox à tali officio cenſentur abſolutæ, debentque vacare, ad minus per quatuor annos; ad hoc, ut poſſint reeligi in eodem monaſterio: niſi fortè monaſterium ſit novum, vel noviter reformatum, quia in hoc caſu, poſſunt iterum reeligi, & continuare, ut conſtat ex dict. Bulla, & advertit *D. Caſtell. de elect. Abbatiſſ. cap.* 17. *n.* 10.

5. *Laur. verò Portell. in dub. ver. Abbatiſſa, Prioriſſa, n.* 4. dicit, quòd Prioriſſæ Sanctæ Claræ in ordine Minorum, in Provincia Algarbiorum & Portugalliæ, ex ſpeciali Bulla Pauli V. finito officio, debent vacare per ſex annos: in cæteris autem Provinciis extra Italiam, debet obſervari Conſtitutio Sixti V. incip. *& commiſſæ curæ paſtoralis*, edita die 27. Julii 1587. qua cavetur, ut Abbatiſſæ dict. ordinis in officio Abbatiſſatus, ultra triennium non durent, & per aliud triennium teneantur vacare, cujus Bullæ meminit *Compen. ver. Abbatiſſa, Portell. cit. loc.*

6. Sed his præciſis, quid de Jure dicendum? Reſpondet *Emanuel Rodriq. tom.* 1. *q.* 16. *& in addit. ſum. tom.* 3. *cap.* 3. *n.* 6. *cui favet D. Barboſ. de Jur. Eccleſ. l.* 1. *cap.* 44 *num.* 35. *Novar.* 2. *p. ſum. ver. Abbatiſſa, nu.* 23. *Portell. & Tambur. ubi ſupra*, dicens, quòd moniales extra Italiam de Jure communi poſſunt, finito triennio reeligi, & continuare, cum dict. Conſtitutio Gregorii XIII. de ſolis monialibus Italiæ loquatur.

Quæſt. 22. An dict. Gregoriana includat moniales, quæ non ſunt verè profeſſa?

1. Negat *Navar. lib.* 3. *conſil.* 82. *de Regul. in antiquis, Rodor. tom.* 1. *qu.* 16. *ar.* 5. *Quaranta ver. Abbatiſſa in calce d. conſtit. D. Caſtell. de elect. Abbatiſſ. cap.* 17. *n.* 13. *Novar.* 1. *p. ſum. Bull. ver. Abbatiſſa, n.* 8. quia dicta Bulla loquitur de monialibus, quæ ſunt verè profeſſæ in aliqua Regula, à Sancta Sede pro Religione approbata: non tamen poteſt negari, quin iſta Conſtitutio comprehendat omnem fœminam Præfectam.

Quæſt. 23. An dict. Conſtitutio habeat locum in Abbatiſſis creatis per præſentationem, ſivè nominationem, vel inſtitutionem?

1. Negativè *Rodor. tom.* 1. *quæſt.* 16. *ar.* 4. *& Joan. Maria Novar. in practicab. novi Juris Pontificii, concluſ.* 3. *& Tamb. de Jure Abbatiſſ. diſp.* 30. *q.* 2. *n.* 4. quia dict. Gregoriana loquitur in electione; non autem in præſentatione; & quando verba Bullæ non conveniunt, nec ejus diſpoſitio habet locum *l.* 4. *§. toties de damno infecto, l. quod conſtitutum, ff. de Milit. teſtam. l. ſi Ancillas omnes, de legat.* 1. undè ſi quis haberet poteſtatem à Papa ad præſentandum Abbatiſſam in aliquo monaſterio monialium, poſſet illam perpetuò præſentare, ſivè inſtituere, & ſic præſentata & nominata, debet confirmari pro perpetua: dummodò Patronus ab annis ſeptuaginta fuerit in tali poſſeſſione præſentandi juxta *Gloſ. in Clem.* 1. *de cauſa poſſeſſ.* undè nullatenus permitti debet, ut agatur, & litigetur ſuper petitorio, & proprietate juris, donec poſſeſſorium finiatur, & reponatur in pacifica poſſeſſione

feſſione Juris præſentandi, & prætendendi confirmationem perpetuam, ut docet *Navar. conſil.3. tit. de cauſ. poſſeſſ.* ad quod *videndus eſt D. Cardinal. Tuſcus, concluſ. 89. lit. V.*

Quæſt. 24. An verò dict. Conſtitutio comprehendat alias moniales officiales monaſterii?

1. NEgativè dic, quia de his, nec Trid. neque dict. Gregoriana aliquid dicunt: undè hæ moniales officiales à capitulo inſtitutæ ad finem adminiſtrandi bona monaſterii, perſeverant, & durant in officio, uſque dum aliter ſuperioribus viſum fuerit: nec indigent confirmatione, nec aliis circumſtantiis, quæ in dict. Gregoriana referuntur, teſte *Novario 1. p. ſum. Bull. ver. Abbatiſſa, n. 14.*

Quæſt. 25. Si Abbatiſſa ſit electa ultra triennium, an ſaltem poſſit officium exercere per triennium?

1. NEgativè reſpondeo, quia ex quo prædicta electio, (ut ſupponitur) fuit facta contra formam dict. conſtit. Greg. non ſuſtinetur, nec quidem in minimo, ſed corruit in totum, ut docet *Roman. in ſuo conſil. 66. & firmat D. Capyc. deciſ. 49. & alii plures, quos allegat, & ſequitur Joan. Maria Novar. in practicab. novi Jur. Pontiſ. concluſ. 3.* nam dum dict. Bulla dat formam, actus redditur individuus, & conſequenter ſubintrat illa Regula, *utile per inutile vitiatur, ut probat tex. l. 1. Item quæritur ff. de Aqua quotid. & æſtiv. Seraphin. deciſ. 483. n. 8. Mantic. de tacit. & ambig. convent. tom. 2. lib. 16. tit. 36. n. 3. & Alciat. in l. 1. §. mihi Pamphila, n. 5. ff. de verb. oblig. & D. Fuſcus concluſ. 373. n. 1.*

2. Nec dices, quòd Juris Regula 37. contrarium dicit, nempè, quod *utile non debet per inutile vitiari*: nam, ut ibi Gloſſa, in ver. *utile*, in medio dicit, quòd regulariter loquendo, utile non debet per inutile vitiari, ſecus autem quando in Jure reperitur expreſſum, ut putà per clauſulam irritantem: hinc locatio facta, ultra triennium, de bonis Eccleſiaſticis, non valet, etiam per triennium, *Farinac. tom. 1. p. 1. deciſ. 30 & Egomet dico, tom. 1. p. 2. praxis, tract. 14. q. 39.* ideoque monaſterium non tenetur acceptare Abbatiſſam, ultra triennium electam; ut patet de officiali creato à Barone, ultra annum, quem Univerſitas non tenetur recipere per ea, quæ tradit *Maſtrill. de Magiſtris, l. 1. q. 27. n. 55. & ſequitur Novar. 1. p. ſum. Bull. ver. Abbatiſſa, n. 3. & Tambur. de Jure Abbatiſſ. diſput. 30. q. 1. n. 7.*

Quæſt. 26. An verò Abbatiſſa eligi poſſit, minori temporis ſpatio, quam triennio?

1. SUnt qui negant ex eo, quòd moniales nequeunt ad ipſarum beneplacitum Abbatiſſam eligere, cum teneantur dictæ Bullæ formam ſervare, *Novar. in prax. Jur. novi Pontificii, concluſ. 3. num. 7. & conſtat ex dictis per eundem in Pragmatica 5. ſub rubr. de Baron. n. 3.*

2. Contrarium tamen judicavit Sac. Congregat. Emin. Cardin. ſcribens Epiſcopo Arianenſ. die 18. Septembris, 1595. quòd ſcilicet, etſi Abbatiſſæ, vigore dict. Bullæ nequeant eſſe perpetuæ; adhuc tamen ibidem non prohibetur, quin ſingulis annis mutari poſſint, *teſte Altero, Novar. 1. p. ſum. bull. ver. Abbatiſſa, n. 4. in fin.* quod intellige verum, ſi Regula à Sancta Sede approbata, aliter non præcipiat.

* * *
* *

Quæſt. 27. An Abbatiſſa, finito triennio, teneatur Abbatiſſatus officio renunciare?

1. ROdoricus, *tom. 1. q. 16. ar. 3. cui ſubſcribit Miranda, q. 7. de monial. ar. 9. concluſ. 2. ad finem, & Diana, p. 7. tract. 12. Miſcell. reſolut. 19.* dicit, quòd non tenetur renunciare, ſed dicto triennio finito, debet continuare, vel conſtituere ejuſdem monaſterii Præſidentes, donec aliæ Abbatiſſæ eligantur: & movetur, tùm ex praxi dicti ſui Ordinis; tum etiam, quia hoc pertinet ad bonum regimen, & adminiſtrationem monaſterii; nam Abbatiſſa hæc, de qua agitur, habet majorem notitiam, quàm aliæ: necnon aliæ nominatæ, novitatum amatrices, in ſua brevis temporis adminiſtratione, aliqua innovarent, quæ in detrimentum pacis, quietis, & tranquillitatis monaſterii cederent, ergo ipſa potiùs debet continuare, quàm novas Præſidentes conſtituere, licet hoc & illud poſſit facere.

2. Et quamvis præcitati D. D. loquantur de monialibus, juxta terminos Bullæ Sixti V. commorantibus extra Italiam: nihilominus *Novar. in praxi novi Jur. Pontiſ. concl. 3. num. 8.* prædictam reſolutionem extendit ad diſpoſitionem dict. Bullæ Greg. XIII. duciturque ex eo, quia ſuperioris officium gerens, tenetur illud proſequi uſque ad ſucceſſorem in eo; *argum. l. meminiſſe ff. de officio Præſid. l. 1. §. adminiſtrationem C. ut omnes Judices,* quod dictum multis probat *D. Regens de Franchis, deciſ. 393. Guido Papa conſil. 168. & deciſ. 501.* & patet de Judice annali creato ad finem adminiſtrandi Juſtitiam in aliquo Oppido, qui, finito anno, non poteſt cogi ad deſiſtendum, ſed debet continuare, & expectare ſucceſſorem, ut in facti contingentia ſe obtinuiſſe fatetur idem *Novar. cit. loc.*

3. Verùm, cum præallegata Jura laicalia moniales non afficiant, eſt omninò dicendum, quòd Abbatiſſa, finito triennio, tenetur renunciare officio; & eſto quod voce non renunciet, remanet à Jure abſoluta, ut apertè colligitur ex verbis ejuſdem Bullæ, ibi, *quæ poſtmodum, elapſo triennio, ſuis officiis perfunctæ, præeſſe deſinant, omnique prorſus careant auctoritate, ac à Regimine, & adminiſtratione monaſterii, per triennium à die finitæ adminiſtrationis inchoandum abſtineant:* Hæc ibi. Undè finito dict. triennio, ſine ſpeciali licentia Papæ ſub quovis quæſito colore, ut puta locum tenentis, Vicariæ, ſivè Commiſſariæ, aut Præſidentis, non poteſt continuare, nec confirmari; ſed in ejus juriſdictione ſubintrat monialis major profeſſione, quæ dicetur Vicaria monaſterii: niſi fortè aliter reperiatur à Sac. Congr. ordinatum, vel legitima conſuetudine introductum, prout atteſtantur *Rainerius Vallumbroſanus in ſuo Rituali monaſterii, ritu 8. rub. 1. n. 7. Lavor. cit. loc. n. 64. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 30. q. 1. n. 12. & Novar. 2. par. Bull. ver. Abbatiſſa, n. 9. & 20.* ubi de praxi Curiæ Archiepiſ. Neap. teſtatur, & ita fuiſſe à Sac. Congreg. deciſum, refert *Gavant. in Manual. Epiſc. ver. monial. officiales, n. 20. ad quæ legendi ſunt Navar. conſil. 4. de Reg. & conſ. 2. de ſtatu monach. D. Barboſa, allegat. 27. n. 60. & Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 30. q. 3.*

Quæſt. 28. Si Abbatiſſa electa, impedita ſit officium exercere per integrum triennium, an poſſit ſupplere tempus in anno ſubſequenti?

1. NEgativè *D. Regens de Franchis, deciſ. 419. nu. 3. Caval. deciſ. 25. n. 2. p. 2. Bellon. in deciſ. Genuæ 27. nu. 9. Valaſch. dec. 155. & alii plures, quibus inhæret Novar. in praxi Jur. novi Pontiſ. concl. 3. n. 5.* qui omnes loquuntur in officiali impedito officium exercere, quia aliud eſt, regimen unius anni, & aliud regimen alterius anni, prout in ſpecie docuit *Bartol. in l. ſi prius, in 10. q. ff. de novi ope-*

ri

tis muniat; quam Bartoli ſententiam ſequuntur indiffe-renter D.D. quod tene menti; quia ſæpè occurrit: ut ſi Prior monaſterii, N. juſſu Summi Principis, cogatur ab hac Civitate exulare; non poteſt, ubi redierit, petere reſtitutionem in integrum; ſed ei competit actio contra impedientes ſe, & ad intereſſe, vel ad injurias paſſas, & non aliter, ut benè advertit *idem Franchus ubi ſupra*.

Quæſt.29. An Abbatiſſa valeat ſuum officium renunciare ad favorem alicujus monialis?

1. AFfirmativè dic: ſi tamen Abbatiſſa renuncians habeat Abbatiſſatum in titulum, vel adminiſtrationem à S. Papa, ut benè probat *Creſcentius, deciſ. 1. de renunciat.* ubi fœmina reſignavit ſuum Abbatiſſatum ad favorem cujuſdam monialis, retenta ſibi penſione, quòd prius docuit *Flaminius Pariſius de reſignat. lib. 3. qu.16. & ſequitur Lavor. in var. lucubrat. tit.4.cap.24.num.70. & Tambur.de Jur.Abbatiſſ.diſput.31.q.2.*

2. Verum adverte; quod iſthæc Abbatiſſa, quæ à Summo Pontifice Abbatiſſatum habuit in titulum, eidem renunciavit, & de licentia ejuſdem ſibi penſionem reſervavit: dignitas enim renuncianda eſt ſuperiori, à quo emanavit, & Papa diſpenſante, jura omnia ſilent, præcipuè quoad animam, humana & poſitiva.

Quæſt.30. An duæ ſorores Germanæ poſſint ſibi immediatè in Prioratu ſuccedere?

1. QUamvis de Jure communi, non reperiatur prohibitum, ſororem poſſe ſuæ ſorori in Prioratu ſuccedere; ſi tamen canonicè eligatur, & aliud impedimentum perſonale non habeat, *Barboſa poſt allegatos in collect. ad cap.7. Trid. ſeſſ.25. de Regul. num.14. & in Coll. Bull. ver. Abbatiſſa.*

2. Nihilominus in Ordine Prædicatorum, hoc reperitur vetitum, cum clauſula annullativa, ut probat declaratio *tex.5. diſtin.2. de elect. Prioris, c.2. fol.114. col.1.* ibi, *duo tam fratres germani, non poſſunt ſibi immediatè ſuccedere officio Prioratus, quod ſi ſecus factum fuerit, electio ſit irrita & nulla, ſicut de facto irritam, & nullam declaramus*, et ibi, quæ etſi loquantur de viris, extenduntur tamen ad moniales, ut declaravit Cap. generale, Romæ celebratum ſub vigilantiſſimo Patre Generali, Fr. Thoma Turco, die 14. Maii 1644. §. *declarationes, num.1.* ac item Sac. Congregat. Emin. Card. in una Ulixbonenſ. die 3. Aprilis, 1615. & die 19. ejuſdem menſis, 1619. teſte *Novario 1. p. ſum. Bull. ver. Abbatiſſa num.6. & 2. p. eod. verb. num.7.* & meritò, cum utrobique eadem militet ratio, & genus maſculinum concipiat fœmininum, maximè in favorabilibus, ut benè probat *Gloſſa, c. Generali conſtitutione, 13. de elect. in 6. ver. univerſis.*

Quæſt.31. An melius & utilius ſit, Abbatiſſam eſſe perpetuam, vel temporalem?

DE hac re ad partes eleganter diſputat *Erudituſſimus Navar. com.3. de regul. num.13. & lib.3. eod. tit. conſ. 1. in 1. edit. & conſil.4. de Jure patronatus, n.2. & conſil.1. de cauſ.1 poſſeſſionis, & conſil.7. de ſtatu monach.* ubi tandem ex deductis concludit, regimen Religioſorum, debere eſſe potius perpetuum, quàm temporale: quàm ſententiam lætanter amplectitur, *Rodriq. tom.1. q.16. ar.1. & Miranda q.7. de monial. ar.1.*

2. Verum ego, per tradita, *tom.2. p.3. tr.9. q.11.* æſtimo procedere in Generalibus Ordinum; fallere verò in cæteris, ob allegata pro contraria parte ab eodem *Navar. loc.* qui ſcilicet ſuperiores perpetui, nimium abſolutè gubernant, temporarios redditus in uſus malos, vanos, vel ordini extraneos prodigendo, vel nimis parcè, & avarè in monachos, & ornamenta, & fabricam monaſteriorum, & pauperes impendendo, ad quòd facit textus dict. Gregorianæ Conſtitutionis, ibi, *perpendentes igitur varia & multiplicia damna, quibus plerumque afficiuntur monaſteria monialium, quæ per Abbatiſſas, vel alias Præfectas perpetuas reguntur, è contra verò Abbatiſſas, & alias Præfectas triennales ſcientes, ſe elapſo triennio ſuæ adminiſtrationis, rationem eſſe reddituras, ac ſperantes de benè geſtis laudem promereri, pœnam verò, ſi malè geſſerint, metuentes, majori ſtudio, ac diligentia Regimen, & adminiſtrationem monaſteriorum ſibi commiſſorum gerere*, hæc ibi: ex quibus firma apparet opinio noſtra.

3. Non reticeam tamen dicere, quòd *Paulus Layman in ſuis quæſt. Canon. c. ultim. de elect. Abbatiſſ. q.236.* dicit, quòd præſens quæſitum nequit diffiniri, cum ex utraque parte, tum commoda, tum incommoda, exiſtant, & ſubnectit, quòd prædicta Gregoriana in Hiſpania non obſervatur, maximè in Ordinibus monachalibus.

4. Verùm nobis ſufficit, quòd pro omnibus monialibus noſtræ Italiæ reperiatur, ut ſupra diffinitum, & quòd prædicta Gregoriana ſit in viridi obſervantia, & in univerſum practicetur.

Quæſt.32. Monialis ad hoc, ut poſſit in Abbatiſſam eligi, quot conditiones debeat habere?

1. REſpondeo, quod de Jure communi, duo copulativè debet habere, utpotè, quòd ſit expreſsè profeſſa illius monaſterii, cui præfigenda ſit, & quòd annum trigeſimum compleverit, ut expreſsè dicitur *in c. indemnit.43. de elect. in 6.* ibi, *nec in Abbatiſſam, aut Prioriſſam de cætero aliqua eligatur, niſi trigeſimum annum compleverit, & expreſsè profeſſa fuerit ordinem regularem, &c.*

2. Quòd priùs, reſpectu profeſſionis Religioſorum fuit ſancitum *in cap. nullus, 28. eod. lib. & tit.* ibi, *nullus Religioſus ad Abbatiam, ſeu Præfecturam de cætero eligatur, niſi antea fuerit ordinem Regularem expreſsè profeſſus, quod ſi ſecus actum fuerit, &c.* ubi Gloſſa in ver. *eligatur*, ait, *eligere tamen poteſt, ſi tacitè ſit profeſſus*; qui reſpectu monialium apertè habetur *in d. cap. indemnitat. in §. ſtatuimus* ibi, *niſi profeſſa fuerit tacitè, vel expreſſè*: & ſic aliud eſt eligi, & aliud eligere.

3. Verùm in Ordine Prædicatorum hoc fallit; nam de jure ſpeciali, ad hoc ut monialis poſſit eligi, vel eligere, ad minùs debet habere duodecim annos à profeſſione expreſſa, ut dico infra.

4. Nec dices, quòd Concilium Trid. admittit profeſſionem tacitam; quia licet Tridentinum admittat profeſſionem tacitam ad hoc, ut tacitè profeſſus, ſive profeſſa, ſit verè & propriè monachus, vel monacha; non tamen illam admittit in ordine ad dignitatem, & Præfecturam, ſed illam expreſsè exigit, ut conſtat ex immediatè dicendis.

5. Dixi de Jure communi; nam de novo Jure Conc. Trid. non poteſt eligi minor annis quadraginta ſuæ ætatis, & quæ habeat octo annos poſt profeſſionem expreſſam, quodve ſemper laudabiliter vixerit, & præcipuè circa honeſtatem; & ſi talis in monaſterio non reperiatur, ex alio ejuſdem Ordinis eligi poteſt: niſi hoc incommodum videatur ei, qui electioni præeſt: nam tunc eligi poteſt illa, quæ in eodem monaſterio annum trigeſimum exceſſerit, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerit, conſentiente Epiſcopo, vel alio ſuperiore, ut melius eſt videre *in cap. 7. Trid. ſeſſ.25. de Regul.* ad cujus intelligentiam videndæ ſunt declarationes Sac. Congr. quas per extenſum refert *Emin. Bellar. in eu. loc. Trid. Rodor. tom.1. qu.15. ar.3. Suarez, tom.4. de Re-lig.*

Digitized by Google

hig.lib.2.cap.6.de elect.n.7.& ſequen.& D.Barboſ.in remiſſ. ad d.cap.7.Trid.

6. Exindè bene apparet, ſtatutum Minimorum, quò in Regul.monialium, *num.* 28. cavetur, ut poſſit in Matrem Correctricem eligi, quæ per triennium fuerit profeſſa & vigeſimum quintum annum attigerit, hodie non ſubſiſtere, nam quamvis dictum ſtatutum non cenſeatur derogatum, *per d.cap.indemnitat.*43. *de elect.in* 6. ex quo fuit, juxta ſui tenorem confirmatum à Julio II. in cujus ſcrinio pectoris aderat omne Jus commune, *cap.*1. *de conſtit.in* 6. nihilominùs cenſetur abrogatum à *Trid. in d.cap.7.ſeſſ.*25. *de Regul.* ibi, *in Reliquis*, *&c.* ex qua clauſula conſtat, quòd ad præmiſſa vult eſſe derogatum Regulis, & Conſtitutionibus cujuſvis Ordinis Regularis, & licet in poſterum fuerint privilegia, & ſtatuta confirmata, ſemper tamen cum illa clauſula; dummodò non adverſentur Decretis Sacr. Concil. Trid. ergo.

*Quæſt.*33. *An dict. quadraginta anni, qui in Abbatiſſa requiruntur, debeant eſſe completi, vel incæpti?*

1. DOctiſſimus *P. Laur. Portell. Ordinis Minorum*; 1.*p. caſu* 13.*num.*1. dicit, quòd monialis ad hoc, ut poſſit eligi in Abbatiſſam, abſque ulla diſpenſatione, ſufficit annum quadrageſimum ſuæ ætatis inchoaſſe; & movetur ex multis: primò ex *Azorio, tom.*1.*ſum. lib.*5. *cap.*28. *q.*2. §. *dubiæ eſt*, ubi dicit, quòd quando in aliqua Bulla, vel lege dicitur, quòd ad tale officium debeat perſona habere certos annos, & lex utitur ablativo, dicendo in tertio, quarto, vel ſimili anno; tunc lex non petit annos completos; ſed ſufficit, quòd ſint inchoati; quòd priùs dixit *Syl.in ſum. ver. ætas*, *q.*4.*num.*4. ubi quærit, quomodo cognoſcetur, ſi annus debeat eſſe completus, vel inchoatus, quando dubitatur de mente ſtatuentis, quem ſequitur *Tabiena*, *eod. ver.* §. *primò*, *Armilla num.*3. §. *nota*, quod ante eos, dixerunt *Gloſſa in Clem.* 1. *de ſtatu monach.* quòd ſi annus ſignificatur in ablativo, ut dicendo in anno vigeſimo quinto, quis poteſt fieri Sacerdos, requirit tantùm incæptionem, & *Joann.de Lignano in d.Clem.Generalem*, & *Bartol. in l.ſi cui*, *ff.de leg.*1. At Trident.*in d.cap.*7 *ſeſſ.*21.*de Regul.* utitur ablativo, ibi, *quòd non ſit minor quadraginta annis*, ergo.

2. Secundò ex eodem *Syl.ver.tempus in fin.ubi poſt Panor.in cap.ad noſtram, de Regul.* ait, quòd in dubio Juris, tenendum eſt, quoad Dignitates, in quibus favor conſideratur, quòd annus incæptus, habetur pro completo, ergo idem quòd prius. Tertiò ex eodem *cap.*7.*Trid.* ubi ait, *quòd ſi defuerint moniales quadraginta annorum, eligatur, quæ annum trigeſimum exceſſerit*, hoc autem verbum, (*exceſſerit*) non appoſuit Concilium, quando dixit requiri annum quadrageſimum in eligenda Abbatiſſa, ſed ſolum ſimpliciter dixit, quod non ſit minor annis quadraginta. Quartò ex mente dict. Concilii; nam ſi ibi, deficiente moniali quadraginta annorum, dicit, quod habeat ſaltem triginta annos, diſpenſans in decem annis, ſatis creditur illud diſpenſare in decem, vel ſex menſibus. Quintò ex *Navar.conſil.*75.§.*his non obſtantibus, de Regul.* ubi dicit, quod quando lex habet duos ſenſus, per quos poteſt explicari; tunc benignior eſt accipiendus; cum ergo citata lex Trid. patiatur duos ſenſus, utpotè, de anno completo, & non completo; benignior ſenſus, de inchoato ſcilicet debet intelligi; quod concordat cum *Panor. & Syl.loc.ſupra cit.*6. *ex d. Clem.* 1. *de ſtatu monach.* ubi Papa agens de ætate requiſita, quam debet habere Religioſus ad Prælaturam, dicit, quòd debet eſſe viginti quinque annorum, ibi, *niſi annum vigeſimum quintum attigerit*, ergo idem dicendum eſt ad punctum noſtrum, cum ex communi dicto juriſtarum, lex una per aliam debeat explicari, cum Jura Juribus debeant concordari; & huic Portelli ſententiæ favet *Margo Armilla, in ver. Abbatiſſæ*, dicens, *Conc.Trid. hic ſtatuit, ut non eligatur Abbatiſſa; niſi attigerit annum quadrageſimum, ſeſſ.ultim. cap.*7. idem dicit *Collector Privil. Mendicantium in eod. Verbo Abbatiſſa*, & *Novar. in praxi novi Jur. Pontif.concluſ.*1. ubi ad intentum multa Jura refert, & opinionem contrariam nimis duram exiſtimat.

3. His tamen non obſtantibus, oppoſitum tenet eruditiſſimus *Nicolaus Garcia, tom.*2.*de beneſ.p.*7.*cap.*4.*n.*71. *cui inhærent ferè omnes, & maximè Megal. in prompt. Juris ver. Abbatiſſa n.*3. duciturque ex multis; Primò ex *l. denique* 3. *ff. de minoribus viginti quinque annis* §. *minore*, ubi textus ità loquitur, *minore, quàm viginti quinque annorum natu, videndum eſt, an diem Natalis ſui ad hoc dicimus, an horam in qua natus eſt, ut ſi captus ſit, cum nondum compleverit reſtituatur, & ita erit dicendum, ut à momento in momentum tempus inſpectetur.* Secundò ex verbis *cap.cum dignitates*, 12. *Conc.Trid. ſeſſ.*24. *de reſor.ubi textus in* §. *ad cæteras*, ità loquitur, *ad cæteras autem dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt Clerici alioquin idonei, & viginti duobus annis, non minores aſciſcantur, &c.* qui quidem anni viginti duo ad Dignitates requiſiti, debent eſſe completi, & non ſufficit, quod ſint incepti, ut reſolvunt *Navar.conſ.*4.*de ætat. & qualit. in utraque editione, Sayr in floribus dec.eod.tit.dec.*4.*Mandoſ.in tract.de ætate Min. c.*5.*n.*10.*Stephan.Grat.diſceptat. forens c.*591.*n.*9.*Joan.Maria Novar.in cit.loc.concluſ.*3 *alias* 15.*n.*2.*& poſt allegatos D.Barboſa, allegat.*60. *nu.*66. *& in Coll. ad d.cap. Trid n.*14. Tertiò, quia ita Sac. Congreg. Cardinal. ad dubia ſibi propoſita ſuper dictis verbis Conc. Trid. cenſuit reſpondendum, & præcipuè die 24. Septembris 1591 quam declarationem, & Epiſtolam directam Epiſcopo Abulenſi in forma authentica, pœnes ſe habuiſſe teſtatur, *Garcia cit.loc.n.*70. eamque extendit etiam *Novar cit loc. & Ant. Diana p.*7.*Moral.tr.*12. *Miſcel. reſol.*9. ubi in fine ait, *niſi contra Portellum obſtaret dict. Reſponſum Sac. Congr. utramque ſententiam, Portel. ſcilicet, & Garciæ, putarem eſſe probabilem.*

4. Verùm *Pelizz.in tr.de monial.c.*10.*ſect.*1.*ſubſect.*3. *ſub q.*5.*n.*91. ubi advertit, dict. declarat. eſſe contra Henriquez *l.*14.*c.*8.*n.*10.*in Gloſ.lit.*10.*Emmanuel Sà in p.*2.*l.*6. *c.*5.*q.*1.*in fin.* in defenſionem illorum, inquit, quod dict. declaratio Sac. Congr. debet eſſe authentica & talis, ut obliget, inſtar legis univerſalis: ego autem dico, quod prima opinio eſt vera de Jure communi, teſte *Gloſſa in d. l.*3. *de Minoribus*, ubi concordando contraria Jura, ait, quòd id, quòd de anno incepto dicitur, favore Reipublicæ eſt, ut ſint ſibi legitimi plures, qui poſſint eligi, & eodem modo in hæreditate filiis reſtituenda, quòd proportionabiliter poteſt extendi ad Religionem, & perſonam ad honores electam: Verumtamen fallit de novo Jure Conc. Trid. per Sac. Congregat. declarationem, ut conſtat ex deciſis, & favet *Ceſpedes, de exempt. Regul.cap.*24.*dub.*357. *num.* 3.

*Quæſt.*34. *An prædictæ duæ conditiones, ætatis ſcilicet & profeſſionis, ſint de ſubſtantia Abbatiſſæ: ſic adeo, ut una deficiente, eo ipſo, ſit electio nulla?*

1. VEnerabilis *P. Suarez, to.*4.*de Relig. l.*2.*c.*6.*de elect. n.*8.*in medio*, dicit, quòd hæ duæ conditiones, non declarautur in Concilio, tamquam ſubſtantiales, nec irritatur electio, aliter facta, ſed ſimplex prohibitio ponitur, ut non eligatur, &c. ideoque ſi alioquin electio facta, ſit juxta commune Jus, licet illæ duæ conditiones non ſerventur, non erit electio irrita, ipſo jure, ſed ad ſummum irritanda.

2. Oppo-

2. Oppoſitum tamen cenſeo, quòd ſit de jure verus; nam licèt in dicto loco Trid. non reperitur explicitè Decretum irritans, nihilominus, ut dicit *Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 28. qu. 3. n. 7.* ibi datur forma electionis Abbatiſſæ, & ubi verba dant formam, ſi actus fiat, non ſervata illa forma, actus eſt nullus, ipſo jure, *Bartol. in l. Gallus, ff. de liber. & poſthum. Gomez. in t. fin. §. ſi verò, de Judic. in 6. n. 19.*

3. Unde Sac. Congreg. die 16. Maji, 1623. in una Viterbienſ. dixit, quòd Abbatiſſæ electio, quæ ætatem quadraginta annorum requiſitorum non habet, ſi in monaſterio non deſunt aliæ Moniales quadragenariæ, & habiles, licèt non adeò idoneæ, ſicut electa, eſt nulla, ſupple ob prædicta, quia ſcilicet in dicta electione non fuit ſervata forma à Trid. ubi ſupra præſcripta, *Barboſ. in Collect. Bull. verbo Abbatiſſa, & de Jur. Eccleſ. l. 1. c. 45. nu. 19. & in Collect. ad d. cap. 7. Trident. Tambur. ubi ſuprà, n. 7. & Cyſſedes de exempt. cap. 23. dub. 358. nu. 4.*

4. Exinde colligunt, quòd ſi in aliquo monaſterio [...] ſint Moniales, quæ habent ætatem requiſitam, & octo annos Profeſſionis, & una, quæ non habeat di[...] requiſita, ſed aliquem menſem minus circa ætatem, [...] profeſſionem, Monialibuſque videatur magis habilis [...] gubernio monaſterii, non propterea, primis omiſſis, [...] ſſunt hanc eligere, aliàs electio eſſet nulla, & eligentes [...] ent privatæ jure eligendi, & requireretur diſpenſatio [R]omani Pontificis, ut iterum eligentes poſſent eligere, [pr]out Sac. Congreg. declaravit, *teſte Lauor. in var. lucu[br]at. tit. 14.*

5. Nec objicies, dicens, quòd ſi in monaſterio non [...] ſit, niſi Monialis una, quæ habeat requiſita à Tridentino, cùm Moniales non poſſint aliam eligere, quàm [...] am, erit electio reſtricta, ſeu per vim facta, dum in ele[cti]one non reperitur plena libertas, quia prout dicit Ab[bas] *in cap. cùm Terra, n. 1. de elect.* cùm præcitata electio [in] caſu poſito diceretur reſtricta à Jure, & non ab ho[mi]ne, & reſtrictio à jure, ad qualitates requiſitas, tam[qu]am ſubſtantiales ipſius actus electionis, non nocet; [ſec]us autem ad perſonam, ideoque non dicitur coar[c]ta.

6. Neque his obſtat dicere, quòd multa jure fieri [pro]hibentur, quæ tamen facta tenent, quia hoc dictum [pro]cedit in jure ſimplici; ſecus autem qualificato, dante [li]cet formam actui, vel habente clauſulam irritantem, [c.] *ad Apoſtolicam, 16. de Regul.* ubi Gloſſ. in caſu dicit, [quò]d *hæc Regula tenet, niſi habeat legem oppoſitum prohi[ben]tem.*

[7.] Nec replices dicendo, quòd interpretatio fa[cien]da eſt pro valore actus, ut potiùs valeat, quàm cor[ruat], quia hoc habet locum in jure dubio; ſecùs autem [in c]laris, *ut conſtat ex l. quoties, ff. de rebus dub.*

[8.] Nec eas inficias eo prætextu, quòd dictæ declara[tione]s non ſunt authenticæ, nec univerſales leges pro [tota] Eccleſia; quandoquidem eſt impoſſibile, tot viros [docti]ſſimos, qui illas referunt, mentiri, ut idem *P. Suar. [i]n principio d. nu. 9.* ac proinde licèt non fuerint no[n a]rmatæ, juxta Decretum ejuſdem Sac. Congregat. [sub] Urb. VIII. editum die 11. Auguſti, 1631. & 1632. ad[huc t]amen non poteſt negari, quin ſint maximæ aucto[ritati]s, per ea, quæ dico 1. *p. praxis, tract. 8. de Inter[...]* 4.

[Qu]æſt. 35. An dicta Abbatiſſa poſſit in aliquo Con[v]entu eligi de monaſterio, cum eiſdem vel mu[ta]tis qualitatibus?

[R]Eſpondeo, quòd licèt Abbatiſſa, regulariter loquendo, ſit eligenda de gremio monaſterii, cui [præ]figenda, ſi tamen ibi nulla ſit habilis, pro Abba[tiſſa el]igi poteſt ex alieno monaſterio ejuſdem Ordinis, ut expreſsè dicitur *in d. c. 7. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* quæ quippe ſic electa, ex diſpoſitione ejuſdem Trid. poteſt ſine licentia Papæ de ſuo monaſterio egredi, & aliud denuò regendum intrare: verùm hodie requiritur licentia Papæ, ex Bulla Pii V. ſuper clauſura Monialium, prout Sac. Congreg. declaravit, quam refert *Emin. Bellar. in præcit. cap. Trid.* Nec iſta Monialis extranea poteſt eligi Abbatiſſa, niſi habeat ætatem quadraginta annorum, & octo profeſſionis, cum vita laudabili, quæ ſi ibi his qualitatibus prædita non reperiatur, poteſt eligi una ex iis, quæ in eodem monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint.

2. Et ſic eædem qualitates à Tridentino præſcriptæ, debent in utroque monaſterio concurrere; nam Tridentinum ubi ſuprà ob carentiam perſonæ habilis diſpenſat in loco, ut aliunde ſcilicet poſſit aſſumi; cum eiſdem tamen qualitatibus, prout eadem Sac. Congreg. reſcripſit Archiepiſcopo Iſpalenſi, & Epiſc. Alatricenſi, *teſte eod. Barboſ. cit. loc.*

3. Aliàs Monialis alienigena eſſet magis privilegiata, quàm indigena, quod non eſt dicendum.

4. Dixi eligi poteſt, non dixi eligi debet, quia Tridentinum hoc non præcipit, ſed relinquit Superiorum arbitrio, ut in textu, ibi, *ſi hoc etiam incommodum Superiori videatur:* hinc eſt, ut diſtantia loci ſit ſufficiens cauſa ad non eligendum forinſecam, prout Sac. Congr. declaravit, teſte *Suaretio tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 6. de elect. nu. 8. in fin.* ubi advertit, quòd Monialis ad hoc, ut poſſit eligi Abbatiſſa, ultra conditiones à Tridentino requiſitas, requiritur ut ſit apta, & habilis ad regimen, quod à Tridentino ubi ſuprà tamquam fundamentum neceſſarium, ex natura rei requiſitum ad regimen, ſupponitur: quamvis ad majorem claritatem ſæpè per eamdem Sac. Congr. Card. dicatur, quòd Monialis ſit idonea, habilis, & apta ad regimen, &c.

5. *An autem in Moniali prædicta magis exigatur ætatis antiquitas, quàm profeſſionis, ſi fortè utraque conditio in nulla copulativè reperiatur?*

6. *P. Suar. cit. loc. nu. 10.* dicit, antiquitatem Profeſſionis non eſſe reputatam à Sac. Congreg. Cardin. tam neceſſariam conditionem, ſicut ætatem completam triginta annorum, ad quod facit quædam declaratio Sac. Congregat. quæ eſt tenoris ſequentis: *Abbatiſſa licèt per quinquennium non permanſerit in Religione; dum tamen excedat triginta annos, & id fiat ad requiſitionem Monialium, de licentia ſecundæ dignitatis Eccleſiæ Cathedralis, & Patris Superioris Regularis; dummodo laudabiliter ſuperiori anno ſe geſſerit in officio, confirmari poterit per biennium in officio,* eamque ut jacet, referunt *Rodr. tom. 1. qu. 15. ar. 3.* ubi dicit, *quòd ita reſcripſit Sac. Congreg. Vicario Caietano, cum ſuo Compendio reſol. 2. de Abbatiſſ. nu. 5. in fin. & D. Barboſa in remiſſ. ad d. c. 7. Trid. nu. 1. & Suarez ubi ſuprà.*

7. Verùm ego dico, quòd dicta declaratio non apparet authentica, immò nec mihi videtur declaratio ſuper verbis Trid. adhibita, ſed lex nova, novaque diſpoſitio ad caſum à Tridentino omiſſum; nam Tridentinum nihil dicit, quid faciendum, ſi in monaſterio non inveniatur aliqua triginta annorum, habens tamen quinque annos profeſſionis: & quod majus eſt, in dicta reſponſione poſtulatur licentia ſecundæ dignitatis Cathedralis, & Superioris Regularis, ſi commodè haberi poſſit, & ſolùm conceditur, ut ad biennium poſſit confirmari, quæ omnia non pertinent ad interpretationem, ſed ad novam inſtitutionem, quæ nequit fieri, niſi à S. Papa, & præcipuè, quia ſumus in forma à Tridentino præſcripta, quam nullus Papa inferior valet immutare, etiamſi verſemur in caſu neceſſitatis, dummodò non ſit extrema; nam in omni caſu, quo nequit Tridentinum

obſervari, conſulendus eſt Rom. Pontif. ut dignetur ſuper Tridentino diſpenſare, & eò fortiùs, quia prædictæ duæ qualitates ambæ ſunt de forma, ut dictum eſt ſuprà, quæ cùm ſit individua, nec quidem in minima parte lædi poteſt.

8. Et tandem eſto, quòd dictum reſponſum reperiatur authenticum, eſt tamen intelligendum, fuiſſe adhibitum ſuper aliquo facto ſpeciali, & conſequenter ad futuros caſus nequit extendi.

9. Sed quid, ſi duæ aptæ ad dictum officium concurrant, altera quadragenaria, nondum tamen habens quinque annos profeſſionis; altera verò habens illos completos, vel etiam octo, nondùm verò attingens quadrageſimum annum ætatis, licèt excedat trigeſimum?

10. Reſpondet *Suar. cit. loc. num. 10. in fin.* quod negotium eſt arbitrarium, quia reverà ſe habet tamquam excedens, & exceſſum, & ideò cenſet illam eſſe præferendam, quæ quoad alias conditiones dignior fuerit reputata. Ego autem dico, quòd neutra poteſt rectè eligi, cùm nulla ipſarum in caſu poſito habeat requiſita, quæ cùm ſint de forma electionis, in nullo caſu ſine licentia Papæ poſſunt abrogari, niſi ob extremam neceſſitatem, quæ in præſenti caſu non ſupponitur.

Quæſt. 36. An Epiſcopus valeat circa dictam ætatem Abbatiſſæ diſpenſare?

1. NEgativa ſententia conſtat ex immediatè deciſis, eamque ſequitur *Nicol. Garcia, tom. 2. p. 7. c. 4. nu. 71. D. Aloyſ. Riccius 4. p. deciſ. Cur. Archiep. Neap. dec. 309. nu. 9. Navar. l. 1. de ætat. nu. 19. Lez. in ſum. ver. Abbatiſſa, num. 2. Novar. in praxi novi Jur. Pontif. de ætat. concluſ. 1. aliàs 13.* & eſt communis, quia ut dictum eſt, ſuper lege Pontificia nullus inferior Papa poteſt diſpenſare, & maximè ſuper Tridentino; & ità fuiſſe à Sacra Congreg. deciſum referunt *Aremendar. in addit. ad recapilat. legum Navarræ, l. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 202. Barboſa in Coll. ver. Abbatiſſæ munus, & aliis citatis, Ceſpedes de exemption. c. 24. dub. 357.*

Quæſt. 37. An Monialis illegitima poſſit in Abbatiſſam eligi, ſine diſpenſatione Papæ?

1. R*Odr. tom. 1. qu. 13. ar. 21. ubi corrigit, quod dixerat 2. p. ſum. c. 29. nu. 12. cum ſuo comp. reſolut. 2. de Abbatiſſa, nu. 4. Miranda de Monial. qu. 6. ar. 3. concl. 1. Portell. in dub. ver. Abbatiſſa, n. 6. & p. 3. caſu 25. Lauor. de elect. tit. 4. c. 24. nu. 38. Bordon. dec. 382. & alii plures* reſpondent ad quæſitum affirmativè, & moventur ex multis.

2. Primò, quia irregularitas & inhabilitas non contrahitur, niſi in caſibus jure expreſſis; nam pœnæ non extenduntur, ſed nullus Canon in jure reperitur, qui ob defectum natalium inhabilitet, & irregulares faciat Moniales ad Abbatiſſatum, & Prioratum, ergo.

3. Secundò, quia licèt textus *cap. 1. & c. final. de filiis Presbyterorum,* inhabilitent illegitimos, & faciant irregulares ad officia & dignitates, nihilominus loquuntur de maſculis, ut conſtat ex verbis textuum; at lex odioſa loquens de maſculis, fœminas non comprehendit, niſi expreſsè nominet, ut probat Juris Regula 13. *odia:* unde Doctores communiter dicunt, quòd in odioſis genus maſculinum non concipit fœmininum, & quòd nomine virorum non veniunt fœminæ; ſecus in favorabilibus, & multis probant *Gloſſa in c. Generali Conſtit. 13. de elect. in 6. ver. univerſos, ibique Geminianus in 3. caſu. & Ant. Gabriel. comm. opin. tit. de verb. ſignif. concluſ. 6. nu. 17.* qui omnes dicunt, quòd in odioſis verba debent recipi in propria ſignificatione.

4. Tertiò, quia prædicta Jura inhabilitant illegitimos ad officia, & dignitates propriè dictas, quales ſunt illæ, quæ inferunt prælationem cum juriſdictione in utroque foro, poli ſcilicet, & fori, ut conſtat ex deciſ. *tom. 2. p. 3. tr. 9. de Prælat. qu. 3.* ergo non poſſunt extendi ad mulieres, quæ cùm ſint incapaces juriſdictionis ſpiritualis, non poſſunt dici propriè Prælatæ, ſed ſecundùm quid, hoc eſt, ex commiſſione, & delegatione, ut dicit *Thom. communiter recept. in 4. ſent. diſt. 20. qu. 2. ar. 1.*

5. Quartò, quia ſicut profeſſio religioſa aliquid operatur in viro illegitimo, ut ſcilicet poſſit ordinari etiam ad Sacerdotium abſque alia diſpenſatione, ita & in muliere, ut pariter poſſit eſſe Prioriſſa abſque alia diſpenſatione.

6. Quintò, quia Moniales gaudent privilegiis Monachorum, quorum unum extat illud conceſſum Religioſis ſancti Joannis Evangeliſtæ in Portugallia, quæ dicitur Congregatio S. Joannis Evangeliſtæ, quo admiſſus ad profeſſionem, ſi habet defectum natalium, ipſo facto diſpenſatur non ſolùm ad Ordines, ſed etiam ad omnia ſolita gubernari per Fratres illius Ordinis, Prioratus, Rectorias, &c. ut meliùs eſt videre in d. Privil. quod extat in comp. dictæ Societatis, fol. 9. de cujus viridi obſervantia teſtatur *Portell. in d. caſu 25. ſub nu. 2.*

7. Sextò, quia Sixtus V. in ſuo motu proprio contra illegitimos, nullum verbum dicit de fœminis in ordine ad prælaturas, & profeſſionem: immò Sac. Congreg. die 4. Octobris, 1594. declaravit, Moniales ex illegitimo thoro procreatas, in dicta Conſtit. Sixti V non comprehendi, quo minùs ad officium, & dignitatem Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ, aliave monaſterii munia eligi poſſint, &c. quam declarationem per extenſum referunt *Lavor. cit. loc. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 28. q. 11. nu. 2. Gavant. in ſuo manual. Epiſcop. ver. Monial. Officiales, n. 57.*

8. Exinde *Tabiena in ver. Virginis conſecratio, nu. 4.* dicit, quòd huic opinioni ſubſcriberet, niſi ſibi reſiſteret auctoritas *Joan. Andr. & favet Palud. in 4. diſtin. 41. qu. 3. ar. 2. nu. 14.* ubi dicit, profeſſionem non legitimare quoad Prælationes propriè dictas, ergo legitimat quoad impropriè dictas, & ſequitur *Lezana 1. p. ſum. c. 26. num. 6.*

9. Negativam verò ſententiam, quam probabiliorem, & in practica tutiorem exiſtimo, tenet *Tabiena ver. Abbatiſſa in fine. & ver. Virginis Conſecratio, nu. 4. D. Caſtellinus de elect. cap. 17. nu. 35. P. Sanchez ad præcepta Decalogi lib. 5. cap. 5. n. 19. P. Suar. tom. 4. de Relig. l. 2. c. 6. de elect. n. 14. & to. 5. de cenſur. diſput. 50 ſect. 5. nu. 15. Majol. lib. 1. de Irregul. cap. 29. n. 10. Navar. comm. 2. de Regul. n. 60. & conſil 2. de Regul. Naldus in ſum. ver. Abbat. nu. 2. Sayr. lib. 6. Theſauri, cap. 11. nu. 3. Paul. Layman. q. 9. canon. c. ult. q. 229. reſponſo 2. D. Barboſa de poteſtate Epiſcopi, p. 3. allegat. 100. nu. 13. & in collect. ad cap. 7. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. nu. 4. Novar. in Luc. Regul. ver. Abbatiſſa, n. 10. Santarell. var. reſolut. q. 40. n. 7. Pariſ. de reſignat. benef. qu. 12. n. 11. Bellecto diſquiſ. clerical. p. 1. tit. de diſciplin. Cleric. §. 3. Homobon. de ſtat. Relig. cap. 24. p. 1. & Pellizz. in tr. de Monial. cap. 8. qu. 31. nu. 43.* dicunturque pariter ex multis.

10. Primò ex *d. cap. 1. & c. fin. de filiis Presbyter.* quæ licèt ſint odioſa, adhuc tamen extenduntur ad fœminas, cùm in utriſque eadem militet ratio, nempe timor imitationis incontinentiæ paternæ, & multis probat *Decius l. fœminæ, n. 110. ff. de Regul. Jur.*

11. Secundò, quia officium Abbatiſſæ dignitas eſt, ut probat *tex. cap. indemnitat. §. ſanè de elect. in 6.* ibi, ut à dignitate dejiciatur adepta, *& docet Gloſſa in l. Generali, ver. dignitatis, C. Epiſc. & cleric. Bartol. nu. 43. C. de dignit. l. 12.*

12. Tertiò, quia Abbatiſſa fungitur prælationis officio in omnibus illis, quorum fœmina capax eſt: unde *Trid.ſeſſ.25. de Regul.c.7.* ad benè exercendum Abbatiſſæ dignitatem, vult, ut ſit quadragenaria, & profeſſionis octonaria, quod non poſtularet; ſi Abbatiſſatus non eſſet verè dignitas.

13. Quartò, quia Sixtus V. ideò declaravit, dictum ſuum motum proprium fœminas non includere, quia aliàs ex vi verborum utique includeret; ex quo lex odioſa ob identitatem rationis etiam mulieres amplectitur.

14. Quintò, quia ità tenent doctiſſimi Canoniſtæ, uti ſunt *Archidiac.in d.cap.indemnitat. Joan. Andr.ibidem nu.6. Dominicus nu.7 in fin. Ancharanus nu.5.not.6. Franchus nu.4. Abbas in cap.cùm in cunctis,in fin.de elect. Decius ibid.in fin. Bellamer.n.36. Felin.in c.meminimus,de accuſat.nu.4. Mandoſius de ſignat.gratiæ, tit.de diſpenſ.ſuper defectu natalium, & alii quamplures viri doctiſſimi,* ergo non eſt recedendum à tot illuſtribus & eruditiſſimis viris.

15. Sexto, quia ſic Sac. Congreg. declaravit die 17. Aprilis,1630.teſte *Novar.cit.loc.*

16. Septimò, quia in contrarium objecta, minimè militant, teſte *Sanchez & Suar.ubi ſuprà.*

17. Hinc dicunt, quòd Monialis illegitima, de jure communi, circumſcriptis tamen Religionum Privilegiis, nequit eſſe Abbatiſſa, ſine diſpenſatione Apoſtolica.

18. Dixi circumſcriptis Religionum Privilegiis,quia Prælati ſuperiores poſſunt ex Privilegio diſpenſare cum ſuis ſubditis ſuper defectu natalium, ut prædicti Doctores atteſtantur,& egomet latè dico *tom.2.p.3.tr.5. de eligendis, qu.26.* ubi Privilegii habes propria verba; & quamvis prædictæ duæ declarationes Sac. Congregat. videantur contrariæ, ſtandum eſt potiori, hoc eſt ultimæ, maximè ſi ſit authentica.

Quæſt. 38. *An Monialis vidua ſeu corrupta poſſit in Abbatiſſam eligi, ſine diſpenſatione Apoſtolica?*

1. Rodriquez *tom.1.q.64.ar.4. & tom.2. qu.64. ar.3. Ludov.Miranda de Monialibus,qu.7.ar.6. D. Caſtell.Epiſc. Cathacenſ.de elect.Abbatiſſæ,c.17.nu.14. Tambur.de Jur.Abbatiſſ.diſp.28.qu.12. Jul.Lavor.in ſuis variis lucubrat.tit.4.cap.24.nu.10. Homobon.de ſtatu Relig. p.5.c.24. Ant.Diana 3.p.tr.2.de dub.Regul.reſol.99. D. Barboſ.de off.& poteſtate Epiſcopi,allegat.100. & in Coll.ad d.c.7.Trid.ſeſſ.25.de Regul.nu.4. Gavant. in manuali Epiſcop.ver.Monial.Officiales,nu.6. Majol.de Irreg.lib.1.c.29. nu.13. Flav.Cherub.in comp.Bull.ſchol.1.in Bulla 15. Greg. XV. incip. ex noſtro Paſtoralis officii debito, Novar.in ſua ect.ver.Abbatiſſa,nu.1. Lezana 1.p.ſum.c.26.nu.5.& alii DD. non pauci,* reſpondent ad quæſitum negativè; & moventur ex multis.

2. Primò *ex cap.Juvenculas,12.20. qu.1.* ubi textus ità loquitur: *Juvenculas fieri Abbatiſſas vehementiſſimè prohibemus; nullam igitur Fraternitas tua, niſi ſexagenariam virginem,cujus vita hoc,atque mores exegerint, velari permittas.*

3. Secundò *ex cap.ſi quis omnem 2. § novimus peccatricem, 1.q.7.* quod eſt ſeptimæ Generalis Synodi, ubi multa adducuntur exempla, ad oſtendendum, quòd per pœnitentiam omnia remittuntur peccata,& quòd Deus pro ſua miſericordia & clementia indulget; & ſubditur, novimus peccatricem, priùs Mariam, poſt converſionem quamvis ſancta & caſta, tamen inter Diaconiſſas non eſt computata,id eſt,inter Abbatiſſas non nominata; nam Diaconiſſa & Abbatiſſa convertuntur, *Gloſſ. in cap. Diaconiſſam 23.27. qu.1.* ubi verbum Diaconiſſam exponit,& explicat, id eſt, Abbatiſſam.

4. Tertiò ità expreſsè tenet *Gloſſa in cap. quomodò 10.31.qu.1.* ubi in *ver.eligatur,* ſubdit, *non intelligas, quòd debeat talis eligi in Abbatiſſam; nam illa erit virgo, & ſexagenaria, juxta d.c. juvenculas,* ubi idem dicit, quòd Abbatiſſa debet eſſe virgo, quia aliàs non poſſet eſſe hortatrix virginitatis, ut dicitur *in cap. una, 4. diſtin.26. & liquet, ibi, quomodo autem poteſt eſſe hortatrix virginitatis, qui ipſe conjugia frequentavit?* Quod expreſſiùs eadem *gloſſ.* iterum dicit *in Clem.attendentes, §. ſtatuimus, de ſtatu monach. in ver. rationabilis,* ibi, *item ſi corrupta promota eſſet per eum, qui poſſet, non benedicetur, quia corrupta non poteſt in Abbatiſſam eligi.*

5. Quartò, quia ità docuerunt eruditiſſimi Canoniſtæ, ceu ſunt *Cardin.Zabar in d.Clem. §. ſtatuimus, de ſtatu Monach.nu.5. Capella Toloſana deciſ.295. Lapuſ.allegat.61. in princip. & nu.5.* ubi dicit, quòd in hoc caſu ſolus Papa poteſt diſpenſare, *Quintilianus Mandoſius de ſignat.gratiæ, tit. diſpenſatio, Calder.conſ.3.in fin.qu 11.de ſtatu Monach. Felin.in cap.meminimus,nu.4.de accuſat.& in cap.ſi Clerici, §.de adulteriis,in fine de Judicus, & Emin. Turrecrem.in d.cap. Juvenculas, nu.1.* & ferè omnes alii Canoniſtæ ità fatentur.

6. Quintò,quia ità fuit in una Caſſan. à Sac. Congr. deciſum, die 29. Januarii, 1585. & die 15. Julii, 1616. prout referunt *Caſtell.cit.loc. nu.27.* ubi teſtatur, ſe copiam authenticam habuiſſe, *Gavant. Lezan. & noviſſimè Novar. cit. loc.* qui exinde dicunt, quòd Abbatiſſæ electio debet fieri de virgine; aliàs electio eſſet nulla,& addunt, quòd ſi Abbatiſſa, poſtquam fuerit electa, diabolico ſpiritu inducta, corrumpi ſe permiſerit, eo ipſo erit privata, niſi diſpenſationem obtinuerit ab Epiſcopo, ſi corruptio eſſet ſecreta, vel à Papa, ſi eſſet notoria, quod etiam docent *Franc.Marc. deciſ.1254.par.1. Barb. in d.allegat. & Urſelius in concluſ.leg.in ver. Abbatiſſæ electio, concluſ.3.num.1. & ſequentibus.*

7. Affirmativam verò ſententiam mordicus defendit *Laur.Portell. in dub.ver. Abbatiſſa vidua, ſub nu. 9. & p.3.caſu 25.nu.5. & ante eum Rodr. in addit ſum. tom.3. c.3. nu. 9. ubi retractat, quod dixerat tom.1. & 2. cit.loc.cum ſuo comp. reſolut.2. de Abbatiſſa, n.10. in fin. & infra retract. 2. de vidua Abbatiſſa, nu.26. Sanchez ad præcepta Decal.to.2. lib.5.cap.5.nu.22. & Suar.tom.4.de Relig.lib.2.c.6.de elect. n.16.* ducunturque, tum ex praxi oppoſita, per quam viduæ fiunt Abbatiſſæ; tum etiam, quia non eſt de jure divino, neque naturali, neque eccleſiaſtico, quòd Abbatiſſa ſit virgo; tum etiam, quia eſto, quòd aliqua lex Pontificia reperiatur in contrarium, adhuc tamen per contrarium uſum ab hinc multis ſeculis cenſetur abrogata, ut liquet ex triginta exemplis, per Portellum relatis *cit. loc.* ubi item fatetur, viduas illas fuiſſe Abbatiſſas abſque diſpenſatione Apoſtolica: ad quod item facit aurea doctrina *Divi Thomæ in 4. ſent. diſtin.38. qu.1. ar.5.* ubi agit de relatione virginum, quæ fit in ſignum cujuſdam voti, ubi in fine corporis ait, *ſed in continentia viduali eſt ſemplena, ſupple velatio, propter hoc etiam viduis datur aliquod velum; non quidem cum illa ſolemnitate, qua virginibus datur,* & ibidem in reſponſione ad quartum, loquens de corrupta, ait, quòd *Eccleſia eas inter virgines non velat:* unde *Petrus de Palude ibidem ar.3. S.Ant.3.p.tit.2.cap.2. de Conſecrat. virg. §. ſecundo. Sylv. eod. ver.* dicunt, quòd eſt quintuplex velum ſecundùm Canones: primum velum eſt profeſſionis, quod datur fœminis duodecimo anno completo, *cap. Puella, 20. qu.1* & hoc velum portant in Religionibus omnes Profeſſæ: ſecundum eſt velum conſecrationis, quod datur anno vigeſimo quinto ætatis, *cap. placuit, 20. qu.1. & cap. de votis, ead. quæſt.* Tertium eſt velum ordinationis, quod datur anno quinquageſimo; *cap. Diaco-*

Digitized by Google

Diaconiſſam, 27. *qu*. 1. Quartum eſt velum Prælationis, quod dabatur Abbatiſſis ſexageſimo anno ætatis, *cap. juvenculas* 20. *qu*. 1. quod hodie reperitur reformatum: Quintum eſt velum continentiæ, & obſervationis, & hoc eſt velum viduarum, *cap. vidua* 34. 27. 91.

8. Nec huic dicto nocet *d. cap. juvenculas*, interdicens, non virginem velari, quia intelligitur de velo ſolito dari virginibus, ut dixit *S. Thom. ubi ſuprà, & ſequitur Emin. Turrecremata in d. c. in fin. & Navar. lib. 3. conſ. 4. nu. 5. de Regul. in 1. edit.* ubi ait, quòd licèt vidua non debeat conſecrari conſecratione virginum, poteſt tamen vovere ſolemniter, & tacitè ipſo facto caſtitatem & velum Profeſſionis ſuſcipere, & portare, quamobrem *Suar. cit. loc.* dicit, hanc ſecundam opinionem eſſe probabilem, maximè ſi ei conſuetudo non reſiſtat.

9. His tamen non obſtantibus, *P. Caſtell. dicit ubi ſuprà, quòd Portell. cum ſuis aſſeclis cit. loc.* inutiliter fatigatur, nam ſunt hodie omninò obſervanda Decreta Sacræ Congreg. & addit, quòd illæ viduæ per eumdem inter Abbatiſſas recenſitæ, non fuerunt Abbatiſſæ electæ, ſed quia fuerunt fundatrices Monialium, vel novorum Monaſteriorum, ut ipſemet *Portell. refert ex Carillo, lib. fundationis Capuccinorum Madrid. fol.* 68. & ſubnectit, quòd non negatur ſimpliciter, & abſolutè, quin viduæ valeant eſſe Abbatiſſæ, ſed cum ſequenti additione aſſeritur, niſi antea fuerint diſpenſatæ per Summum Pontificem, & illæ, quas dicit modò eſſe Abbatiſſas in Regno Portugalliæ, & aliis Regnis Hiſpaniæ, erant Abbatiſſæ cum diſpenſatione Delegati Apoſtolici, vel Domini Papæ, ignota forſan ipſi Portello; & ſubjungit, quòd ab eo, quod ſit potentia facti, non licet argumentari ad id, quod de jure faciendum ſit: & quidem meo videri non ſolùm decentiſſimum eſt, ut in Abbatiſſam eligatur virgo, verùm etiam apprimè neceſſarium, ut caput correſpondeat membris, niſi fortè verſemur in monaſterio Convertitarum, vel viduarum, aut ſimus in corrupta ſecretò, *teſte Naldo, ver. Abbatiſſa, nu*. 1. ubi de re latè.

Quæſt. 39. *An Monialis bigama poſſit eligi in Abbatiſſam?*

1. MOnialis bigama, quæ ſcilicet bis nupſit, non poteſt ſine diſpenſatione Apoſtolica in Abbatiſſam eligi, per tradita hîc immediatè ſuprà de muliere corrupta; quibus additur, quòd ſicut viri bigami non ſunt Prælationum capaces, ità & mulieres bigamæ, cùm in utriſque eadem ratio militet, *P. Sanchez lib. 5. ad Decal. cap. 5. nu. 23. Vivald. in Candel. Sacram. in 2. edit. p. 3. cap. 5. nu. 28. Majol. de irregul. cap. 29. nu. 4. & D. Barboſ. de Jur. Eccleſ. l. 1. c. 44. nu. 21.* & alii plures per eoſdem allegati.

2. Oppoſitum tamen tenent *Rodr. in compend. reſolut. 2. nu. 23. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 28. qu. 13.* & alii plures, quia lex odioſa non extenditur ad non expreſſa, quod dictum fallit per allegata ſuprà, *Lezana verò 1. p. ſum. c. 26. nu. 7.* dicit, quòd ſtandum eſt conſuetudini: Tu autem ne recedas à prima ſententia, tum ob tradita in dictis locis; tum etiam, quia ità tenent communiter DD. quibus ſubſcribit *Gavant. in Manual. ver. Monialium Officiales, nu. 4. ubi nu. 2.* ait, quòd nec filia ſcænici, vel hiſtrionis poteſt in Abbatiſſam eligi, ex quo reputatur ut infamis; & de corpore vitiatis, idem dicendum eſt ſicut de viris, de quibus dixi *tom. 2. p. 5. tract.* 5.

TRACTATUS OCTAVUS.

DE POTESTATE ABBATISSÆ.

Quæſt. 1. *Abbatiſſa quid ſit, & quotupliciter nominetur?*

1. MOnialis illa dicitur Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa, quæ præficitur monaſteriis Monialium, habens dignitatem cum adminiſtratione, ſecundùm *Bartolum in l. 1. n. 34. C. de dignitate, lib. 12.* & docet *Decius in l. fœmina, nu. 10. ff. de Regul. Jur.*

2. Quòd autem habeat dignitatem, liquet ex *cap. indemnitat. §. verum 43. de elect. in 6.* ibi, *ut à dignitate dejiciatur adepta*; an autem propriè, conſtat ex deciſis, & infrà dicendis. Et interdum dicitur Diaconiſſa, 23. 27. *qu.* 1. & ſic appellatur non ex eo, quòd ei conferatur ordo Diaconatus, cùm mulier non ſit capax alicujus characteris, ſeu ordinis, ſed quia confertur ei aliqua benedictio, ex qua accipit officium inchoandi horas in choro, & legere homiliam, quod aliàs non liceret, *Gloſſ. ibid. ver. ordinari*, unde & ab Epiſcopo datur ei Breviarium ad tangendum, ubi ſunt homiliæ de Evangeliis in matutinis, & docet de praxi *S. Anton. 3. p. ſum. tit. 2. c. 2. de conſecr. virgin. §. 2. tertium velum.* Verùm hodie, & maximè in noſtra Italia, praxis iſta receſſit ab uſu, cùm omnes Abbatiſſæ ſint triennales, & nulla ipſarum ab Epiſcopo conſecretur.

3. Item dici ſolet Subdiaconiſſa, Presbyteriſſa, & Epiſcopiſſa, de quibus latè *Campanil. in diverſorio Jur. Can. rubr. 11. cap. 2. nu. 3. Vaſquez tom. 3. in 3. p. D. Thom. diſput. 247. c. 3. D. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 3. Lavor. var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 24. nu. 28.* & alii plures, quos citat & ſequitur *Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 7. qu. 8.* qui dicunt prædictarum Monialium nomen non derivari ab aliquo eccleſiaſtico miniſterio, ſed potiùs à ſuorum virorum ordinibus, aut vulgari quodam uſu potiùs, quàm aliqua vera ratione deductum fore: voluit dicere, quòd ideò prædictæ ſic nominatæ ſunt, quia ante ipſarum Abbatiſſatum fuerunt mulieres, quæ à viris Subdiaconis, Diaconis, Presbyteris, vel Epiſcopis ex mutuo conſenſu recedentes, factæ ſunt Religioſæ, ad finem ſervandi caſtitatem, & vitam cælibem, vel quia una ipſarum erat altera ſenior, ad quod facit *cap. mulieres, diſtinct. 32.* & in adminiſtratione comparatur Abbati, ut notat *Abbas in c. 2. de his, quæ fiunt à Prælatis in principio, Decius in d. l. fœmina, nu. 10. & Megal. in ſuo promptuario, verb. Abbatiſſa; & verè eſt ſui monaſterii ſuperior, cap. dilecta, de exceſſibus Prælat.* ſive hoc, vel illo nomine nominetur, *cap. attendentes, & cap. ſtatuimus, de ſtatu monach. Unde meritò à Trid. in cap. 7. ſeſſ. 25. de Regul.* Præfecta, vel Abbatiſſa appellatur.

* * *
* *

Quæſt. 2. Abbatiſſa, an ſit capax poteſtatis Ordinis?

1. NEgativa ſententia inter Catholicos numquam fuit dubia; tum quia nullibi legitur, Chriſtum aliquam fœminam ordinaſſe, nec quidem Beatam Virginem Matrem ſuam, quamvis foret omnium ſanctiſſima, ut probat, *tex. cap. 26. Matth.* ubi poteſtatem exhibuit conſecrandi, *& cap. ultim. Joan.* ubi facultatem dedit abſolvendi: Et meritò, nam qui ſacris initiatur, in præeminenti gradu conſtituitur, ut aliis præſit, quod fœminæ, de lege naturæ repugnat: Undè Deus, *Geneſ. 3.* ubi fœminam condidit, expreſsè dixit, ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui: ideoque non decuit fœminam, ad illos ordines ſuſcipiendos admittere, proindè ſi fœmina ordinari tentaret, ob defectum ſexus maſculini, nulliter ordinaretur: etiamſi promoveretur ad ſolam primam tonſuram, ut luculenter, ac ſapienter ex multis oſtendit, *Domin. Sot. 4. ſent. diſtin. 25. q. 1. ar. 2.* tum etiam quia teſte *Apoſt. 1. Corinth. 11.* ſicut Chriſtus caput eſt viri, ità & vir caput eſt Mulieris; quia non vir ex fœmina, ſed fœmina ex viro ſumpta eſt, ergo dedecet Mulierem homini præeſſe; tum item, quia Ordines Eccleſiaſtici inter alia officia, ad docendum ſunt inſtituti, mulier autem de Jure divino, tenetur ſilere. Undè *Apoſt. 1. Corinth. 14.* ait; Mulieres in Eccleſiis taceant: non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. *ſi quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent, turpè eſt enim mulieri loqui in Eccleſia:* hæc ibi.

2. Hinc S. Papa jure optimo *in cap. dilecta, 12. de major. & obed.* mandat cuidam Abbati, ut quaſdam moniales ſuæ Abbatiſſæ rebelles excommunicet, non autem mandat eidem Abbatiſſæ, cum non ſit capax poteſtatis ſpiritualis, ut dictum eſt ſupra, & expreſsè colligitur *ex cap. nova de pœnit. & remiſſ.*

3. Quamobrem, *S. Thomas communiter receptus, in 4. ſent. diſtin. 19. q. 1. in quæſtiunc. 3. ad 4. dicit, quòd mulier ſecundum Apoſtolum eſt in ſtatu ſubjectionis, & ideò ipſa non poteſt habere aliquam juriſdictionem ſpiritualem, quia etiam ſecundum Philoſophum in 8. Ethicorum, corruptio urbanitatis eſt, quando ad Mulierem pervenit dominium, undè mulier non habet neque clavem ordinis, neque clavem juriſdictionis, ſed mulieri committitur aliquis uſus clavium: ſicut habere correctionem in ſubditas mulieres, propter periculum, quod imminere poſſet, ſi viri mulieribus cohabitarent:* hæc ille; qui rurſus in eodem loco, *diſtin. 25. q. 2. in quæſtiuncula prima in reſponſione ad primum in fine,* ait, *de Abbatiſſis tamen dicitur, quòd non habent prælationem ordinariam, ſed quaſi ex commiſſione, propter periculum cohabitationis virorum ad mulieres, Delbora autem præfuit in temporalibus, non in ſacerdotalibus, ſicut & nunc mulieres poſſunt temporaliter dominari,* hæc ille.

4. Ex quibus non poteſt negari, Abbatiſſam in ſuas ſubditas habere poteſtatem quamdam maternam, domeſticam, & civilem, qualem habet Mater in Filios; Magiſtratus in cives, ac proindè poteſt ſuis monialibus præcipere, & ejus præcepta obligant ad mortale, ſi ſint circa materiam gravem, ad quòd facit *d. cap. dilecta & Apoſtolus ubi ſupra,* dicentis; *qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & ſibi damnationem acquirit:* & ſequuntur indifferenter D.D. præcipuè *Sylver. Abbatiſſ. num. 3. Tab. n. 3. Armill. n. 2. eod. ver. Sot. in 4. diſtin. 20. q. 1. ar. 2. & cit. loc. diſtin. 25. Ledeſma 2. p. q. 20. ar. 4. Victoria de poteſtate Eccleſ. q. 2. nu. 4. Ludov. Lopez 2. p. inſtruct. cap. 1. de clavib. Henriquez lib. 6. de pœnit. cap. 2. nu. 3. Rodor. tom. 1. q. 12. ar. 2. & q. 15. ar. 1. cum ſuo comp. reſolut. 2. num. 2. & 16. Suar. tom. 5. de cenſ. diſput. 2. ſect. 2. n. 5. & Bonac. de Sacramentis, diſput. 8. q. unic. p. 5. n. 5.* ad quorum majorem claritatem multa in ſpecie quæro.

Quæſt. 3. An ſaltem ſit capax Juriſdictionis ſpiritualis?

1. AD quod pariter reſpondeo negativè; tum quia ità reperitur deciſum *in cap. nova 10. de pœnit. & remiſſ.* ubi textus ſic loquitur.

Nova quædam noſtris ſunt auribus intimata, quòd Abbatiſſæ Moniales proprias benedicunt; ipſarum quoque confeſſiones in criminalibus audiunt, & legentes Evangelium, præſumunt publicè prædicare; cum igitur id abſonum ſit, pariter & abſurdum, mandamus, quatenus ne id de cætero fiat, curetis firmiter inhibere: quia licet Beatiſſima Virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apoſtolis univerſis, non tamen illi, ſed iſtis Dominus Claves Regni Cælorum commiſit, hæc ibi.

2. Tum etiam, quia hoc ſupponitur, *in d. cap. Dilecta, 12. de major. & obed.* ubi S. Papa, ut dictum eſt ſupra, mandat cuidam Abbati excommunicare quaſdam moniales ſuæ Abbatiſſæ rebelles, non autem id committit propriæ Abbatiſſæ, cum incapax ſit poteſtatis ſpiritualis, ut ibidem notat *Gloſſa in fine caſus,* tum item, quia clavis juriſdictionis ſpiritualis, per ea, quæ dico *qu. 9.* non poteſt reperiri, niſi in iis, quæ habent clavem ordinis, vel poſſunt habere, quæ fœminis omninò repugnat, ut conſtat ex immediatè deciſis hic ſupra *qu. 2.* tum denique, quia ità tenet Sanctiſſimus Præceptor *in 4. ſent. diſt. 19.* cujus verba habes immediatè ſupra, quæ non licet replicare.

Quæſt. 4. An tota dict. facultas ſpiritualis poſſit per S. Papam Abbatiſſæ delegari: ità ut valeat ſuis ſubditis præcipere in virtute ſpiritus Sancti, ſanctæ obedientiæ, & formali præcepto, inſtar Prælatorum?

1. DOctiſſimus *P. Magiſt. Dominicus Soto, alumnus Dominicanæ Religionis, in 4. ſent. diſtin. 20. q. 1. ar. 4. paululum ante tertiam concluſionem, §. ſed de fœmineo ſexu,* Regulariter loquendo, reſpondet ad quæſitum negativè; & movetur ex deciſis hic ſupra & addit, quòd licet poteſtas Juriſdictionis, non ſit immediatè poteſtas clavium, hoc eſt, remittendi peccata: ordinatur tamen ad illam; immò ex illa emanat: ergo ſicut mulier non poteſt habere poteſtatem ordinis, ità nec & poteſtatem ſpiritualem, cum hæc ſit ſubſequens ad illam, ſivè complementum illius; tum etiam, quia poteſtas juriſdictionis pertinet ad dignitatem ſponſi Eccleſiæ, qualis fuit Chriſtus Dominus, ergò non poteſt pertinere ad ſexum fœmineum, qui ſua natura, virili ſubditur; tum item, quia juriſdictionis uſus exigit ſcientiam, mulieres autem dedecet literis vacare; tum denique, quia numquam Chriſtus talem dignitatem fœminis commiſit; quòd eſt potiſſimum argumentum noſtræ concluſionis.

2. Hinc fit, ut Abbatiſſa nequeat, inſtar Prælatorum, præcepta ſpiritualia ſubditis indicere, quæ ſi faciat, facta non tenent; *Victoria de poteſtate Eccleſ. q. 2. nu. 4. & 5. & Martinus Ledeſma, 2. p. q. 20. ar. 1.* quia verè, & propriè Prælata non eſt, prout expreſsè deciditur *in d. cap. nova 10. de pœnit. & remiſſ.* cujus propria verba habes hic ſupra *q. 3.*

3. Nec his nocet dicere, quòd moniales voverint obedire Abbatiſſæ, ergo virtute hujus voti, poterit Abbatiſſa exigere obedientiam ſibi debitam & promiſſam, quòd eſt præcipere in virtute S. Obedientiæ.

4. Quia reſpondet *D. Bartol. à S. Fauſto, in ſuo Theſauro Religioſor. lib. 6. q. 84. in fin.* quod moniales vovent obedire Abbatiſſæ, juxta poteſtatem, cujus ipſa eſt capax, quæ eſt inſtar poteſtatis Matris familias, cujus eſt imponere præcepta temporalia ſpectantia ad bonum politicum

Digitized by Google

cum communitatis, ut domus pacificè, & abſque ſcandalis gubernetur, & ità quando exigit obedientiam ſibi promiſſam, illam exigit tamquam mater à filiis, non autem abſolutè præcipit in virtute ſanctæ Obedientiæ, vel ſub præcepto formali, quia hujuſmodi modus præcipiendi, ex uſu Eccleſiæ ad poteſtatem ſpiritualem ſpectat, qua poteſtate caret Abbatiſſa.

Quæſt. 5. An ſaltem dicta Abbatiſſa ex delegatione Papæ poſſit aliqualem juriſdictionem ſpiritualem habere?

1. GRavis eſt iſta quæſtio, circa quam non conveniunt Doctores; nam *Sanctiſſimus Præceptor affirmat, ubi ſuprà,* ibi, *unde mulier non habet neque clavem ordinis, neque clavem juriſdictionis, ſed mulieri committitur aliquis uſus clavium, ſicut habere correctionem in ſubditas mulieres, propter periculum virorum, quod poſſet imminere ex cohabitatione virorum;* & ſequitur *Syl. ver. Abbatiſſa, nu. 3.* ubi dicit, quòd ità eſt intelligendus *Panor. in c. dilecta, de major. & obedien.* ubi dicit, quòd Abbatiſſa eſt capax activæ collationis beneficiorum, & conſequenter habere poteſt jus conferendi, & inſtituendi beneficiarios, cùm iſta ſint juriſdictionis ſpiritualis, & non ordinis.

2. *Item Sotus in dicto ar. 4. §. hæc autem dicta ſint,* ſic loquitur, *quod quidem, ut verum dicam, non video eſſe plenè de jure divino,* (ſupple, quòd Abbatiſſa ſit incapax dictæ poteſtatis,) *nam Paulus non prohibet mulieres, niſi docere in Eccleſia, quas jubet eſſe ſubjectas viris: neque verò, quod ſubdit, hæc eſſe mandata divina, ſic intelligit eſſe de jure divino, ut non cadat diſpenſatio in illa: ſed hæc omnia ſunt de Jure Canonico. quod Eccleſia tamquam conſentaneum verbis Pauli, ſtatuit; quapropter prædictam concluſionem ſub illa limitatione ratione officii conſtituimus; nam ex commiſſione, non video, cur non poſſint habere poteſtatem inſtituendi hujuſmodi præcepta ſpiritualia; non inquam video, cur Provincialis, ubi ei viſum fuerit, ad honorem domus, & Monialium expedire, non poſſit Prioriſſis, & Abbatiſſis committere, ut poſſint hujuſmodi præcepta ſpiritualia in gravi neceſſitate ponere, citra tamen excommunicationis cenſuram; nam hæc facultas nunquam mulieribus fuit commiſſa, nec eis committere decet;* hæc ille, cui favet *Rodriquez tom. 1. qu. 15. ar. 1. col. 2. in fin. & Azor to. 1. l. 3. inſtit. moral. c. 10. qu. 7. in fine,* ait, Abbatiſſam poſſe præcipere Monialibus in virtute ſanctæ Obedientiæ, ex quo ipſa Abbatiſſa munere, & officio publico utitur, eique Moniales, ratione voti obedientiæ emiſſi, tenentur obedire, & cogi poſſunt, & favet *Naldus ver. Abbatiſſa, nu. 4.* quod priùs videtur dicere noſter *Victoria in ſum. Sacram. de Clavibus, nu. 325.* ibi, *cùm ex voto obedientiæ Moniales teneantur Abbatiſſæ obedire, forſitan cùm exigeret obedientiam, in re admodùm non gravi, infringeretur votum, et non obtemperando,* & ſequuntur plures alii, quos allegat & ſequitur *Alf. de Leone, de cenſur. recoll. 2. nu. 57.*

3. Oppoſitum tamen tenent idem *Victoria de poteſtate Eccl. qu. 2. nu. 4. Mart. de Ledeſma 2. p. p. 4. q. 20. ar. 4. & Sanchez ad decal. to. 2. l. 6. c. 1. nu. 21. & latè Meroll. to. 2. diſput. 4. cap. 6. de lege Eccleſ. diff. 12. nu. 124.* tum quia ex uſu, præcepta ſic imponere, pertinet ad ſolos Prælatos Eccleſiaſticos, poteſtate ſpirituali præditos; non enim Principes laici, & Superiores ſæculares ſic præcipiunt. Verùm meo videri prædicti DD. loquuntur de jure ordinario, non autem ex delegatione Papæ, quandoquidem jus patronatus eſt de ſpiritualibus, & tamen ex conceſſione Papæ conceditur laicis; item jus decimæ in Regno Granatæ conceſſum fuit Regi Catholico Ferdinando I. illas ſcilicet percipiendi ab aliis, prout tradit *Covar. in cap. Alma Mater, 1. p. § 11. & 99. c. 3. nu. 2. l. var. c. 9. qu. 17. nu. 8.* Item & ſancta Catharina Senenſis, honor, decus, & gloria Ordinis Prædicatorum, multoties ex commiſſione Gregorii Papæ undecimi, coram cœtu Purpuratorum mirificè prædicavit, ut ex ejus vita in hiſtoria dicti Ordinis apertè colligitur.

Quæſt. 6. An Prælatus Regularis valeat Abbatiſſæ committere, ut prædicta præcepta ſpiritualia ſuis ſubditis imponat, ſaltem in aliqua neceſſitate?

1. AFfirmativè *Sotus & Rodriquez allegati hic ſuprà qu. 5. quibus favet Henriquez l. 6. de pœnit. c. 2. n. 3. & 4. & in comm. lit. Q.* quia prædicta poteſtas ferendi leges ſpirituales, ſive præcepta ſpiritualia, non eſt fœminis interdicta de jure divino, & conſequenter eis fieri poteſt à ſuis Superioribus; verùm hæc ratio mihi non arridet, nam ſolùm probat, Pontificem poſſe eam committere Abbatiſſæ; at Prælatus Papa inferior hoc non poteſt, cùm nihil contra Jus commune Canonicum, & communem Eccleſiæ uſum poſſit efficere; *Sanchez lib. 6. ſum. c. 1. nu. 23. Meroll. to. 3. diſput. 4. c. 4. de lege Eccl. qu. 1. nu. 128. & Egomet to. 2. p. 1. tract. 12. qu. 3.*

2. Unde non probo, quod dixit *Henriq. in d. c. 2. nu. 3.* Abbatiſſam poſſe ex commiſſione Prælati diſpenſare cum Monialibus in jejuniis, & quibuſdam legibus eccleſiaſticis, quia diſpenſare in legibus eccleſiaſticis, eſt actus poteſtatis ſpiritualis, cujus fœmina non eſt capax, ut dictum eſt ſuprà: non tamen nego, quin Prælatus poſſit Monialibus præcipere ſub mortali, ut obediant Abbatiſſæ, jubenti hanc vel illam rem concernentem finem ſpiritualem, cùm iſthæc materia gravis ſit, & tunc illius rei præcepto ab Abbatiſſa impoſito, tenentur Moniales ſub mortali obedire, quia hujuſmodi præceptum ſpirituale ità obligans, non oritur ab Abbatiſſa, ſed à Prælato, & Abbatiſſa ſolùm ſe habet quoad hoc, ut conditio determinans illud Prælati præceptum, ſine qua conditione illud non obligaret, ut dictum eſt ſuprà, & facit ad hoc *cap. dilecta 12. de major. & obed.*

3. Amplia, ut idem dicendum ſit, ſi in Religionis Regula eſſet præceptum obligans ſub mortali, ad obediendum Abbatiſſæ in aliquo caſu; eſſet enim mortale, illi non obedire, etiamſi materia præcepti foret ſpiritualis; & hoc non ob Abbatiſſæ præceptum, ſed ob præceptum Regulæ, quod determinatur per Abbatiſſam, tamquam per conditionem ſine qua non: *ut Bartol. Ledeſma in ſum. Sacram. de clavibus, diffic. 4. dub. ult. concl. 2. & Lopez 2. p. inſtruct.* ubi latè de clavibus.

4. Alii verò dicunt, Abbatiſſam habere aliquam juriſdictionem ſibi conceſſam à confirmante Regulam, qua poteſt cogere ad regulares obſervantias, & earum tranſgreſſores punire, quod ratione ſolius voti obedientiæ efficere non poſſet. Unde infertur, Abbatiſſam inquirentem de aliquo Monialis crimine, poſſe imponere præceptum obligans ad mortale, quia legitimam juriſdictionem habet puniendi illud delictum, & conſequenter de eo inquirendi, ſicut quilibet Judex legitimè de crimine inquirens, obligat ſuo præcepto ſub mortali, ad detegendam veritatem in rebus alicujus momenti, etiam ſine juramento, ut docent communiter DD. & præcipuè *Bartol. Ledeſ. ubi ſuprà de Clavibus, dub. ult. concluſ. 1. & Vaſquez 1. 2. diſp. 166. c. 4. nu. 28.*

* * *

Quæſt. 7

Quæſt. 7. Præcepta Abbatiſſæ confirmata à Provinciali, an habeant vim præcepti ſpiritualis?

1. SUb diſtinctione reſolve, aut iſta confirmatio fuit adhibita in forma communi, & ſic negativè dicendum eſt, quia confirmatio facta in forma communi, nullum jus novum tribuit, ſed tantùm antiquum conſervat, ut docet *Gloſſa in cap. cùm dilecta, in ver. non videmus, de confirmat.* ſecus autem, ſi fuit facta ex certa ſcientia, quia hæc confirmatio habet vim novæ conceſſionis; unde confirmat actum nullum, reddendo illum de invalido validum, per ea, quæ dico *tom. 1. p. 2. tr. 9. de clauſ. privil. clauſ. 1. 2. 3.* ubi latè de natura harum clauſul.

2. Unde *Sanchez l. 7. ſum. c. 27. nu. 13.* ait, quòd licet Abbas poſſit ad libitum revocare beneficium collatum Monacho, etiamſi collatio illa fuiſſet confirmata à S. Papa, in forma communi tamen; ſecus autem ſi foret adhibita ex certa ſcientia, quia tunc cenſeretur nova collatio ejuſdem beneficii, facta immediatè à Papa, hinc etiam fit, ut ab excommunicatione lata ab Epiſcopo, & confirmata à Pontifice ex certa ſcientia, non poteſt abſolvere Epiſcopus, quia tunc cenſetur nova excommunicatio, lata immediatè à Papa; & in lege Superioris non poteſt inferior diſpenſare, niſi in caſibus ſibi permiſſis, ut liquet ex deciſis.

Quæſt. 8. Quænam ſit principalis differentia inter Prælatum Religioſum, & Prælatam Religioſam?

1. REſpondeo, quòd prima & fundamentalis differentia, quæ reperitur inter Prælatum, & Prælatam, ſeu Abbatiſſam, eſt ſexus diſparitas, à qua pullulat capacitas, & incapacitas habendi uſum clavium regni cælorum, datarum à Chriſto Domino Petro, & Apoſtolis, & Succeſſoribus eorumdem, ut dictum eſt ſuprà: hinc emanat, ut Prælatus valeat ſuis ſubditis præcipere in virtute ſanctæ Obedientiæ, Spiritus Sancti, & ſub formali præcepto, ſub pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, eoſque abſolvere, & ligare in utroque foro, auctoritate propria, & ordinaria, quod mulieribus nullatenus competere poteſt ob fœmineum ſexum; quia, ut dictum eſt ſuprà, nunquam inter Catholicos fuit auditum, fœminas Confeſſiones ſacramentales excepiſſe, aut pœnitentes in utroque foro abſolviſſe, aut id genus ſpiritualia ſimilia peregiſſe, ut conſtat ex deciſis.

2. Benè tamen verum eſt, quòd Abbatiſſa poteſt Monialium vota irritare per poteſtatem dominativam, quam habet ſuper illas; quæ quippe poteſtas major eſt ea, quam habet pater ſuper filios, & maritus ſuper uxorem, *Rodor. to. 1. qu. 15. ar. 7. cum ſuo compendio, reſolut. 2. nu. 12.* quandoquidem prædicta vota poſſunt eſſe præjudicialia ordinario regimini, & conſequenter poſſunt irritari ab Abbatiſſa, ne impediant commune bonum; quæ quidem irritatio ſic à Prælata adhibita, licèt reſpectu materiæ, ſuper qua cadit, ſive reſpectu juriſdictionis cenſeatur indirecta: nihilominùs cùm Profeſſa non habeat proprium velle, & nulla ſit pars temporis, in qua non poſſit à Prælata ſervitiis communitatis applicari, & ipſa Profeſſa ex voto obedientiæ illi teneatur obedire, dicenda eſt propria, & directa, ita ut vota ſemel ſic irritata, ampliùs non reviviſcant, *Suar. to. 2. de Relig. tr. 6. l. 6. de irritat. & diſpenſat. & commut. voti, c. 17. & Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 32. qu. 6. & 7.*

3. Hinc item colligunt, quòd quando Moniales vovent vota ſupererogationis, ſine conſenſu Abbatiſſæ, non peccare Abbatiſſam, illa irritando, etiam ſine cauſa, quia utitur jure ſuo, ſicut non peccant ſubditæ Moniales, irritationem petendo abſque cauſa, quia dicta vota cenſentur Deo voviſſe, ſub illa tacita conditione, ſi vota promiſſa non fuerint per Abbatiſſam irritata, *Rodor. cit. loc. in fin. art.*

4. Sed quid dicendum, ſi prædicta vota fuerint emiſſa de licentia Abbatiſſæ, poſſunt nè ab eadem irritari? Et dico, quòd ſic, quia integrum eſt Abbatiſſæ, revocare, quod priùs conceſſit; ex cauſa tamen rationabili, ſecùs peccaret, ut ſi irritet malitioſè ex mala voluntate, fingens multum præjudicare, quod præjudicat parum: non tamen peccarent ſubditæ obediendo, quando res eſt ex ſuo genere præjudicialis, ut eſt abſtinentia, vel peregrinatio, quia non habet judicare inferior de intentione Superioris præcipientis, aut de ejus præcepto in his, in quibus poteſt præcipere, prout docent communiter *DD.* quos citat, & ſequitur *Syl. ver. votum 4. ſub. qu. 2. coll. 6.*

6. An autem Abbatiſſa peccet mortaliter, ſi dicta vota irritet ſine juſta cauſa? Negativè *Roſella ver. votum 3. nu. 2. Sanch. in ſum. l. 4. c. 27. nu. 31. & Suar. tom. 2. de Relig. tr. de voto, l. 6. nu. 22.* tum quia dicta irritatio non eſt contra juſtitiam; nam Superior in caſu poſito utitur jure ſuo; tum etiam, quia non eſt contra Religionem, cùm ipſa non violet votum, ſed ſolùm eſt cauſa, ut votum non ſit, ſive non obliget, quod per ſe malum non eſt, nec fit intrinſecè malum, quia licentia præceſſerit, nec Superior per priorem conceſſionem ſe obligavit ad non revocandum, quod priùs docuit *S. Anton. 3. p. ſum. tit. 1. c. 22. in principio,* ubi ex multis oſtendit, in caſu poſito, excluſo ſcandalo, & gravi contemptu, raro contingere culpam mortalem.

6. Nec oppoſitum tenet *Mart. Bonac. tom. 2. diſp. 4. de leg. qu. 2. punct. 3. §. 2. nu. 29.* etenim ibi nihil dicit de culpa mortali. Unde non probo, quod *Pelliz. dicit in tr. de Monial. c. 10. ſect. 2. ſubſect. 2. ſub qu. 11. §. utrùm peccet mortaliter, nu. 137.*

Quæſt. 9. An Abbatiſſa de jure communi poſſit excommunicare, ſuſpendere, & interdicere?

1. D*Idacus Covar. to. 1. in Conſtit. Boniſ. VIII. incip. Alma mater, §. 11. nu. 2. Sotus ubi ſuprà, Navar. in ſum. c. 27. de cenſur. §. quis poteſt excommunicare, nu. 6. & l. 5. conſil. 73. de ſent. excomm. in antiq. Suar. to. 5. de cenſur. diſp. 2. ſect. 3. nu. 5. Avila de cenſ. 1. p. dub. 6. Anton. Diana 7. p. tr. 9 de excomm. reſol. 16. & Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 32. qu. 5.* dicunt, Abbatiſſam non poſſe Moniales ſubditas excommunicare, ducunturque tum *ex cap. dilecta in Chriſto filia, de major. & obed.* ubi manifeſtè ſupponitur, ut dictum eſt ſupra, Abbatiſſam non poſſe ſuas Moniales excommunicare; tum etiam *ex c. de Monial. 3. de ſent. excomm.* ubi etiam ſupponitur, Abbatiſſam non poſſe abſolvere ſuas Moniales, quæ ad invicem ſe percuſſerunt, & ratio præſuppoſiti eſt, quia ut *ibid. dicit Gloſſa ver. per Epiſc.* fœmina non habet clavem juriſdictionis Eccleſiaſticæ in foro externo, ubi cauſa inter homines agitur, quæ licèt, ut dictum eſt ſuprà, non ſit ipſamet poteſtas ordinis, ordinatur tamen ad illam, & habet ortum ab illa, ut ſapienter docet *S. Thom. in 4. ſent. diſtin. 18. qu. 1. ar. 3. ad primum,* ibi, *ſed non eſt inconveniens quòd una ad actum alicujus ordinetur, &c.* & clariùs *diſtinct. 19. qu. 1. de habentibus clavem, ar. 3.* ubi in corpore habet hæc formalia verba:

2. *Ad tertiam quæſtionem dicendum, quòd clavis eſt duplex, una quæ ſe extendit ad ipſum cælum immediatè, removendo impedimenta introitus in cælum, per dimiſſionem peccati, & hæc vocatur clavis Ordinis, & hanc ſoli Sacerdotes habent, quia ipſi ſoli ordinantur populo in his, quæ directè ſunt ad Deum, alia clavis eſt, quæ non directè ſe extendit ad ipſum cælum, ſed mediante militante Eccleſia,*

per quam aliquis ad cælum vadit, dum per eam aliquis excluditur, vel admittitur ad conſortium Eccleſiæ militantis, per excommunicationem, vel abſolutionem, & hæc vocatur clavis juriſdictionis in foro cauſarum, & ideò hanc etiam non Sacerdotes habere poſſunt, ſicut Archidiaconi, & Clerici ſed non propriè dicitur clavis cæli, ſed quadam diſpoſitio ad ipſam, hæc ille.

3. Ex qua aurea doctrina *Panor. in cap. ab excommunicato, nu. 5. de reſcriptis, Hoſtienſ. in ſum. de ſent. excom. §. quis poſſit, ver. nedum autem, Felin. in c. dilecta, de major. & obed. nu. 3. & Covar. ubi ſuprà, nu. 1.* colligunt, quòd non ſit abſolutè neceſſarius ſacer ordo ad poteſtatem excommunicandi, ſed omninò requiritur aliquis prævius ordo, ſaltem prima tonſura, quæ eſt quoddam præambulum ad ordines, ad talem poteſtatem exercendam; ac proinde non poteſt hujuſmodi poteſtas reperiri, niſi in iis, qui habent clavem ordinis, vel poſſunt habere, & quia fœmina eſt omninò incapax poteſtatis ordinis, ergo & juriſdictionis ſpiritualis, quæ pullulat ab illa, vel ad illam ordinatur, ut dictum eſt ſuprà.

4. Sunt tamen, qui dicunt, dictam Abbatiſſam poſſe ſuis Presbyteris præcipere, ut excommunicent Moniales delinquentes, & ut illas abſolvant, qui tenentur obedire; quod dictum ego intelligo verum, ſi dicta Abbatiſſa ad hoc habet ſpeciale Privilegium à S. Papa, & ſit in viridi obſervantia, ſecus autem.

5. Nec etiam poteſt Abbatiſſa ſuſpendere, ac interdicere, ut docent *Gloſſ. in d. c. dilecta, de major. & obed. ver. juriſdictionem, in fin. Syl. ver. Abbatiſſa, qu. 2. nu. 6. in fin. Armilla ver. interdictum, nu. 24.* & eſt communis: tum quia hoc etiam pertinet ad poteſtatem clavium; ad quod facit *cap. nova, de pœnit. & remiſſ. & cap. tanta, 18. de exceſſib. Prælat.* tum etiam, quia qui non poteſt excommunicare, nec poteſt & interdicere, & è contra; *Tabiena ver. interdictum 2. §. 2.*

6. Neque his obſtat *d. cap. dilecta, de major. & obed.* ubi Papa expreſsè ſupponit, Abbatiſſam poſſe ſuſpendere ab officio, & beneficio Monachas ſuas, & Clericos ſuæ juriſdictioni ſubjectos, quia hoc intelligitur de ſuſpenſione, & interdicto largè dicto, ſcilicet ſubtrahendo præbendas, & præcipiendo, ne celebrent, donec ſatisfecerint: non autem ſtrictè & propriè, id eſt, de ea ſuſpenſione, & interdicto, quæ irregularitatem indicat contrarium facientibus, quia ut dictum eſt, excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum dependent à poteſtate clavium, & continentur ſub nomine cenſuræ; ut probat *tex. cap. quærenti, de verb. ſignif. & docent Panor. in d. c. dilecta, & Syl. cit. loc.*

7. Dixi de jure communi; nam ſecus dicendum de jure ſpeciali privilegiato, ut docent *Navar. in d. conſ. de ſent. excom. in fine, Sotus immediatè ſuprà, Palud. in 4. diſtinct. 18. qu. 2. ar. 3. Ugol. de cenſ. Eccleſiaſt. c. 2. §. 7. nu. 54. Suar. to. 5. de cenſ. diſp. 2. ſect. 3. nu. 7. & opiparè tom. de Relig. tr. 9. l. 2. c. 9. de poteſtate coërcitiva Prælat. nu. 11. & ſequen.* tum quia etiam laicus ex Privilegio poteſt excommunicare; nam ſic excommunicans ſe habet, ut conditio ſcilicet, ad cujus præſentiam Papa excommunicat, & patet de eo laico, qui tempore Jubilæi eligens Confeſſarium, non dat illi auctoritatem abſolvendi, & diſpenſandi, ſed Papa ad illius præſentiam, & electionem, dat illam facultatem; tum etiam, quia *S. Thom. ubi ſuprà* dicit, quòd poteſtas juriſdictionis non pertinet directè ad claves; tum item, quia, ut plures dicunt, fœminæ prohibitum eſt excommunicare, interdicere, & ſuſpendere de Jure Canonico, non autem de Jure Divino; at S. Papa poteſt diſpenſare in toto Jure Canon. poſitivo, ac etiam per modum declarationis, & interpretationis in Jure Divino, ut aliàs dictum eſt, ergo.

Quæſt. 10. An Abbatiſſa poſſit diſpenſare ſuper votis ſuarum Monialium, & illa commutare?

1. Negativè dic , nam hi actus pertinent ad juriſdictionem ſpiritualem, cujus incapaces ſunt mulieres, ut liquet ex deciſis hîc ſuprà *qu. 3. & docet D. Thom. 2. 2. qu. 88. ar. 11. ad primum,* ibi, *cùm poteſtas Prælati ſpiritualis, &c.* quem indifferenter omnes ſequuntur, & præcipuè ibidem *Cajet. Sotus, in 4. ſent. diſtinct. 20. qu. 1. ar. 4.* ubi eleganter diſputat contra Gerſonem, & *l. 7. de juſtit. qu. 3. ar. 1. Syl. ver. votum 4. qu. 2. Rodor. to. 1. qu. 25. ar. 7. cum ſuo compendio reſol. 2. de Abbatiſſ. nu. 12. Portell. eod. ver. nu. 2. Azor. 1. p. inſtit. moral. l. 11. c. 18. qu. 4. ubi corrigit, quod dixerat cap. 17. qu. 3. Suar. to. 2. de Relig. tract. 9. l. 6. de irritat. diſpenſat. & commut. voti, c. 17. nu. 19. & multis citatis Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 32. qu. 6. & Lezana 1. p. cap. 26. nu. 15.* Benè tamen poteſt illa irritare per poteſtatem dominativam, quam habet ſuper ſuas Moniales, quæ quippe major eſt ea, quam habent pater ſuper filios, & maritus ſuper uxorem, ut dictum eſt ſuprà.

Quæſt. 11. An Abbatiſſa poſſit cum ſuis Monialibus in legibus Eccleſiaſticis diſpenſare, ut putà in jejuniis Regulæ, & in eſu carnium, ſeu lacticiniorum?

1. Et dico quòd non, loquendo tamen de diſpenſatione propriè dicta; nam diſpenſatio hujuſmodi emanat à juriſdictione, & poteſtate ſpirituali, quam fœminæ habere non poſſunt, ut conſtat ex deciſis, & docent DD. communiter, & præcipuè *Sanchez in decal. l. 6. cap. 1. nu. 24. D. Bartol. a S. Fauſto in ſuo Theſauro Relig. lib. 6. qu. 86. in novis, & Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 32. qu. 8.*

2. Secus autem loquendo de diſpenſatione impropriè dicta, nam ſic valet diſpenſare, ut ſi cauſa diſpenſandi urgeat, aut ſi ex præcepto Superiorum, vel conſuetudine Religionis, Abbatiſſarum prudentiæ hoc ſit commiſſum, quia in tali caſu non Abbatiſſa propriè diſpenſat, ſed impropriè, quatenus de cauſa, & neceſſitate judicat, Superiore, vel Religione ipſa diſpenſante, & in hoc ſenſu intelligendus eſt *Doctiſſimus Henriquez l. 6. de pœnit. c. 2. nu. 3. & 4. & oraculum vivæ vocis Pauli III* quo conceſſit, ut Abbatiſſæ Monialium S. Claræ de Obſervantia, poſſint cum Monialibus ſuis diſpenſare circa jejunium, per earum Regulam ordinatum, & circa eſum carnium, & lacticiniorum, ſeu ovorum, quando cognoverint, dictas Moniales propter debilitatem, vel aliam legitimam cauſam non poſſe ità commodè hujuſmodi jejunia, & abſtinentias obſervare, prout eruditè notat *Laur. Portell. in dub. ver. Abbatiſſa, in addit. nu. 3.* ubi dicit, hanc non eſſe propriè diſpenſationem, ſed tantùm Prælatæ declarationem, cui tunc ſtandum, Papa permittit; ut meliùs eſt videre in dicto oraculo, quod eſt octavum inter cætera poſita in *Collect. Bull. Emanuel Rodriquez to. 2. poſt Bullam undecimam d. Pauli III. incip. exponere nobis, fol. mihi 359. in impreſſione Veneta, de anno* 1611. quod nota propter eos, qui dicunt dictum oraculum ignorare.

Quæſt. 12. An Abbatiſſa poſſit ſuis in Eccleſiis Clericos inſtituere, illiſque beneficia, & Capellas conferre?

1. Affirmat *Sapientiſſimus Sylv. ver. Abbatiſſa. qu. 2. nu. 5.* cui omnes ſubſcribunt, & præcipuè *Rodor. to. 1. qu. 17. ar. 12. Miranda de Monial. qu. 6. ar. 5. concluſ. 4. & Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 32. qu. 12.* quod intellige verum,

Digitized by Google

verum, ſi monaſteria Monialium ex ſpeciali conceſſione Papæ habeant beneficium curatum ſibi unitum pleno jure, hoc eſt in ſpiritualibus & temporalibus, prout explicat *Gloſſa c. Abbates, de Privil. in 6.* nam in tali caſu integrum eſt Abbatiſſæ, ſtatim poſt confirmationem Eccleſias & beneficia conferre, & Clericos inſtituere, prout faciunt alii Prælati, qui poſt confirmationem de conſenſu ſui Capituli præſentant Epiſcopo Vicarium perpetuum, vel amovibilem, *juxta c. ea noſcitur 6. de his, quæ fiunt à Prælatis*, quod etiam expreſsè ſupponitur in *cap. dilecta 12. de major. & obed.* ibi, *cùm ipſa plerumque Canonicas ſuas, & Clericos ſuæ juriſdictioni ſubjectos, &c.* Unde ibidem Gloſſa colligit, quòd Abbatiſſa ratione dignitatis eſt capax collationis beneficiorum, & ſic poteſt habere jus conferendi, & inſtituendi: ex quo iſta ſunt juriſdictionis ſpiritualis, & non ordinis, quod item amplectitur *Panor. Hoſtienſ. & Felin. ubi ſuprà.*

2. Veruntamen *Syl. cit. loc.* de communi ſententia limitat concluſionem prædictam, dicens, quòd Abbatiſſa poteſt inſtituere modo prædicto, inſtitutione, quæ dat poſſeſſionem & titulum, non autem inſtitutione authorizabili, per quam datur poteſtas exercendi curam animarum, ligandi, atque ſolvendi: quia nemo dat, quod non habet: mulieres autem non habent, nec poſſunt habere talem poteſtatem, ergo.

3. In caſu tamen inſtitutionis prædicti Vicarii adverte, quòd ei aſſignanda eſt portio beneficii, quæ non ſit plus ſcutorum centum, nec minus quinquaginta, juxta Bullam Pii V. incip. *ad exequendum*, editam ſub die 15. Novembris 1567. quæ numquam fuit revocata, ut notat *Quarant. ver. Vicarius ad fin.*

Quæſt. 13. An Abbatiſſa circumſcripta juriſdictione Papali, valeat in matutinis Evangelium legere, & Moniales monere, & exhortari in ſuo Capitulo & clauſtro?

1. Gloſſa *in cap. nova 10. de pœnit. & remiſſ. in ver. Evangelium*, dicit, quòd Abbatiſſæ in matutinis poſſunt legere Evangelium, ex quo Diaconiſſæ appellantur *in cap. Diaconiſſam, 27. quæſt. 1.* ſecus autem in miſſa.

2. Tu autem dic, quòd tenentur obſervare Breviarium ſibi à S. Sede conceſſum. Idem dic de monitione, & exhortatione ſororum, quòd ſcilicet tenentur ſervare propriam Regulam, ſibi à S. Papa elargitam; nam quamvis Abbatiſſæ de Jure communi Canonico nequeant prædicare, & docere, etiamſi ſint ſanctæ & doctæ, *juxtà cap. mulier, diſtinct. 33.* hoc tamen intelligitur de lectione, & prædicatione publicè habenda in propria Eccleſia: ſecus autem in clauſtro, & in Capitulo proprio.

3. Idem etiam dic de benedictione, quòd quamvis Abbatiſſa nequeat ſuas Moniales benedicere publicè, hoc eſt, ratione ſui officii, & muneris, cùm hoc benedictionis munus ortum habeat à prædicta clavium poteſtate, nihilominùs poteſt privatè ad modum, quo parentes ſuos filios benedicere ſolent, illoſque aqua benedicta aſpergere, & ſimiles benedictiones elargiri, ut eruditè advertit *Syl. in ſum. ver. Abbatiſſa, qu. 3. nu. 9. & clarius in ver. fœmina, qu. 3. nu. 4.* ubi quærit, quænam ſint illa, quæ prohibentur mulieri, & lætanter ſequitur *Lud. Miranda in tract. de Monial. qu. 6. ar. 5. concluſ. 2.* ubi ad rem noſtram multa loquitur, & quidem notatu digniſſima.

* * *

Quæſt. 14. An Abbatiſſa teneatur legibus clauſuræ?

1. Dixi *in tract. 3. de clauſura Monialium, quæſt. 24.*

Quæſt. 15. Abbatiſſa an poſſit ſine conſenſu Capituli ad habitum recipere?

1. Dicam *tract. 9. de recept. Monialium, qu. 10. & tr. 12. de Profeſſ. qu. 12.*

Quæſt. 16. An Abbatiſſa habeat liberam adminiſtrationem rerum temporalium ſui monaſterii?

1. Reſpondeo affirmativè, dummodò tamen ejus authoritas non reperiatur arctata ex ſua Regula, conſuetudine, vel Prælatis ſuæ Religionis, prout atteſtantur *Abbas in cap. continebatur, 2. de his, quæ fiunt à Prælatis, nu. 2. Gloſſa in c. Dilecta, 12. de maior. & obed. verſ. juriſdictione*, ubi dicit, quòd Abbatiſſa habet adminiſtrationem tam temporalium, quàm ſpiritualium, ſicut & *Abbas & Navar. commen. 3. de Regul. nu. 3.* ubi multis citatis idem dicit, quod dictum limita quoad ea, quæ fœmineo ſexui, & ſacris Canonibus non repugnant; unde non poteſt prætermittere conſenſum ſeu conſilium Capituli in iis, quæ hujuſmodi conſenſum & conſilium de Jure Canonico poſtulant, *Sanchez ad Decal. lib. 7. cap. 19. nu. 43. & Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 32. qu. 13.*

Quæſt. 17. Abbatiſſa quantam ſibi fructuum, vel pecuniarum quantitatem poteſt elargiri, vel aliis dandi licentiam concedere?

1. Dico infrà *tr. 15. de paupertate religioſa*, & dixi *to. 1. prax. tr. 15. de largit. munet. qu. 45.*

Quæſt. 18. Abbatiſſa cum conſenſu Capituli, an poſſit negotia ſui monaſterii peragere, contrahere, & inſtrumentare, ſine licentia alterius Superioris?

1. De jure communi affirmativè dicendum eſt, ut probat *tex. c. continebatur 2. de his, quæ fiunt à Prælatis*, ubi donatio de decimis per Abbatiſſam facta cum conſenſu ſui Capituli, declaratur valida. Confirmatur, tum quia Abbatiſſa habet adminiſtrationem rerum ſui monaſterii, ſicut & Abbas, ut dicit *Gloſſa in d. cap. Dilecta, qu. de major. & obed.* at Abbas cum ſuo Capitulo, ſine alia licentia Superioris, Epiſcopi, vel Regularis, poteſt celebrare ſuos contractus, emendo, vel vendendo, quietantiam faciendo, cenſus creando, & ſimilia peragendo, quæ non ſunt à jure prohibita, ergo & Abbatiſſa: tum etiam, quia in prædicto Capitulo de his, quæ fiunt à Prælatis, fit mentio de ſola Abbatiſſa, & Capitulo ſui monaſterii, & non de aliis, ergo; tum denique, quia hujuſmodi licentia nullo communi jure præſcribitur, ergo.

2. Nec dices, quòd Moniales, ſicut & Religioſi, non habent velle, nec nolle, *cap. ſi Religioſus 27. de elect. in 6. c. final. de ſepult. in 6. & c. non dicatis 12. qu. 1. & de Monial.* docent præcipuè *Gloſſa in cap. Raptores 36. qu. 2.* ergo inſtrumentare nequeunt ſine licentia ſui Superioris, qui illis concedat velle, & nolle, ad neceſſaria contrahendum, quia Monachus & Monacha non habent velle, & nolle in his, quæ ſunt contra Regulam; ſecus in his, quæ ſunt ſecundùm Regulam, unde habent velle, & nolle in electionibus, & in cæteris, quæ fiunt in Capitulo, uti eſt

Digitized by Google

recipere ad habitum, & ſimilia, *Megal. 2. 2. lib. 7. c. 1. n. 150. Sanchez lib. 7. ſum. c. 31. nu. 37. & Egomet to. 2. p. 1. tr. 3. qu. 11. nu. 10.*

3. Nec replices dicendo, quòd in omnibus inſtrumentis requiritur juramentum, quod exigitur per Superiorem Eccleſiaſticum, cùm ſit actus juriſdictionis, *Abbas in cap. ſi qui teſtium, de teſtibus*: ergò in his contractibus ſemper debet intervenire Superior, quia licèt exigere juramentum ſit actus juriſdictionis, non tamen exinde ſequitur, quòd Moniales cum ſua Abbatiſſa non poſſint contrahere, & inſtrumentare; tum quia hæ ſponté conſentiunt ad hæc; tum etiam, quia in hoc Regno Neapolit. non jurant juridicè, hoc eſt, in manu ſui Superioris, ſed more Clericorum, hoc eſt, tacto pectore, ad quod peragendum non requiritur præſentia Superioris, cùm aliud ſit exactio juramenti Judicis ab alio, & aliud juratio ſponté facta, conſequens ad contractum, ut benè advertit *Bordon. deciſ. 142. § ad aliud de inveram. in miſcell.*

Quæſt. 19. An Abbatiſſa poſſit cogere Monialem ſibi ſubditam ad exercendum munus, contra pactum in profeſſione initum?

1. IN facti contingentia quædam Monialis Converſa in ſuſceptione habitus pactum iniit cum Præfecta monaſterii, cibaria non coquere, data monaſterio majore ſolito dote: quibus tamen non obſtantibus, nova Abbatiſſa illam cogit ad prædicta coquendum; poteſtnè hoc licitè facere? Affirmativè dic, quia dicta conditio, utì turpis, habetur pro non adjecta, & vitiatur, & non vitiat, ut dicitur *in l. 1. l. ſi quis ità, ff. de condit. & in cap. ſi conditiones 7. de condit. appoſitis*, ubi agitur de matrimonio carnali, à quo valet arguere ad ſpirituale, qualis eſt profeſſio, *cap. inter corporalia 2. de translat. Epiſc.* ergo ſublata dicta pactione, tamquam turpi, & injuſta, non eſt dubitandum, quin dicta Abbatiſſa poſſit dictam Converſam cogere ad ea omnia, quæ ſunt ſecundùm Regulam, & illa tenetur obedire.

2. Quòd autem illud pactum ſit turpe, patet, tum quia eſt contra ſubſtantiam Regulæ, ut dicitur *in d. cap. ſi conditiones*, ut putà contra votum obedientiæ, quod debet promitti ſimpliciter, & abſolutè in ordine ad ea, quæ ſunt expreſſa in Regula, vel ſecundùm Regulam, ut omnes fatentur cum *S. Thoma, & Cajet. 2. 2. qu. 186. ar. 5.* tum etiam, quia ſicut in eodem Conventu non debent manere duo profeſſionis diſparis, *Clem. 1. de elect.* nec ſociari in eodem officio, qui ſunt diſparis profeſſionis, *cap. in nona actione 22. cauſ. 16. qu. 7.* ità neque in eodem Ordine Converſarum debent ſociari duæ, vel plures Moniales, quæ ſint diſpares in exercitiis, quæ competunt earum ſtatui.

3. Nec his obſtat dos major ſolito conſignata monaſterio, ſub iſta conditione, quæ cùm ſit turpis, ut dictum eſt ſuprà, & conſtat ex deciſis, evaneſcit, quod eſt imputandum dictæ Moniali, quæ ante factum ſapientes debuiſſet conſulere; nam qui facit, quod non debet, recipit quod non oportet, *l. Juſtin. § offerri, ff. de action. empt.*

TRACTATUS NONUS.

DE RECEPTIONE MONIALIUM.

Quæſt. 1. An puella pubes poſſit licitè induci ad Religionem intrandum?

1. ET dico quòd ſic, dummodò tamen inductio fiat ſine violentia, & ad Religionem formatam, ut docet *D. Thom. 2. 2. qu. 189. ar. 9. in corp.* ibi, *ſi violenter aliquis alium ad Religionem cogeret*; & in reſponſione ad ſecundum, ibi, *ex quo patet, quòd trahere alios ad cultum Dei, vel ad Religionem, non eſt vituperabile, ſed hoc ſolùm, quòd aliquis ei, qui convertitur, det malum exemplum, unde pejor efficiatur*, & eſt deciſio *cap. Præſens 4. 20. qu. 3.* ibi, *minimè debere exiſtimamus, ſub tali violentia fieri Monachum, &c. & ead. cauſ. cap. Puellæ 8. ead cauſ. qu. 2.* ibi, *Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, &c.* ergo coactæ parentum imperio, poſſunt à Religione recedere, & in ſæculo contrahere, ut ibidem dicitur *in §. cùm ergo in principio hujus capituli*; & magis expreſſè dicitur *in cap. cùm virum 12. de Regul.* ibi, *ut puellæ, quæ coactæ parentum imperio, virginitatis habitum ſuſceperunt, ipſum poſſint ſine prævaricatione deſerere*, hæc ibi, & meritò, quia in matrimonio ſpirituali requiritur omninò libertas, cùm nullum bonum ſit, niſi voluntarium, ut dicit *Gloſſ. in fine caſus d. cap. Præſens.*

2. Dixi, dummodò inductio fiat ad Religionem formatam, in qua ſcilicet obſervatur Regula, & vivitur exemplariter, ut oportet; nam inducere in Religionem deformatam, in qua ſcilicet laxè, ac ſcandaloſè vivitur, criminoſum eſt, per ea, quæ dico *tom. 2. p. 2. tr. 1. de recip. qu. 10. nu. 7.* & docet *Emin. Cajet. in cit. ar. & ar. 5. ejuſdem q.* ubi vehementer invehit contra illos parentes, qui prædictis Conventibus malè ac laxè viventibus ſuas filias tradunt ad paſſivè educandum, vel ſuſcipiendum Religionis habitum.

3. Dixi in quæſito, puella pubes; nam ſi impubes ſit, poteſt cogi, & invitè Deo offerri, ut probat textus *d. cap. puellæ 20. qu. 2.* etenim filiæ ante pubertatis annos ſunt de ditione Patris; quamobrem ſuſcipientes habitum ſine voluntate parentum, poſſunt à Religione extrahi, & per tutores revocari, per ea multa, quæ congeroin *d. to. 2. p. 2. q. 8.* & probat *tex. ad noſtram 8. de Regul. cap. ſignificatum, & cap. cùm virum eod. tit.*

Quæſt. 2. An dicta puella licitè poſſit cogi ad dictum ingreſſum?

1. QUæſtio hæc originem trahit à diverſo intellectu verborum *c. 18. Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ubi textus ſic loquitur: *Anathemati ſancta Synodus ſubjicit omnes, & ſingulas perſonas, cujuſcumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quam laicos ſæculares, vel Regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, ſi quomodocumque coëgerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem invitam, præterquam in caſibus in jure expreſſis, ad ingrediendum monaſterium, vel ſuſcipiendum habitum cujuſcumque Religionis, vel ad emittendam profeſſionem; quique conſilium, auxilium, vel favorem dederint: quique ſcientes eam non ſponté ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquo modo eidem actui

vel præſentiam, vel conſenſum, vel authoritatem interpoſuerint; ſimili quoque anathemati ſubjicit eos, qui ſanctam virginem, vel aliarum mulierum voluntatem vel accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo ſine juſta cauſa impedierint; eaque omnia, & ſingula, quæ ante profeſſionem, vel in ipſa profeſſione fieri oportet, ſerventur non ſolùm in monaſteriis ſubjectis Epiſcopo, ſed & in aliis quibuſcumque: ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ Pœnitentes, aut Convertitæ appellantur, in quibus Conſtitutiones earum ſerventur: hæc ibi.

2. Per quæ, ut vides, quatuor actiones interdicuntur. Prima eſt, cogere mulierem ad ingreſſum monaſterii, præterquam in caſibus à jure permiſſis. Secunda eſt, dare auxilium, conſilium, vel favorem ad illius ingreſſum. Tertia eſt, interponere propriam præſentiam, vel conſenſum, vel authoritatem ad finem illam removendi à propria libertate. Quarta eſt, impedire ſine juſta cauſa, ne profeſſionem emittat, *ut liquet in textu*.

3. An Imperatores, Reges, & Reginæ comprehendantur ſub *d. cap. Trid.*

4. Affirmat *Suar. tom. 5. de cenſur. diſp. 23. ſect. 5. nu. 8.* quia textus loquitur indefinitè, & cenſura ibidem appoſita, eſt univerſaliſſima; ac proinde afficit omnes, nemine excepto.

5. Oppoſitum tamen, quod eſt de jure verius, tenent *Sanch. ad Decal. to. 1. lib. 4. c. 2. Portell. in dub. ver. Moniales, in addit. nu. 6. Bonac. de cenſ. extra Bullam Cœnæ, diſp. 2. qu. 2. p. 2. nu. 13. & Barboſ. in collect. ad d. cap. Trid. num. 2.* & meritò, tum quia hæ perſonæ ſupremæ ſunt ſpeciali nota dignæ, & non veniunt in generali locutione, niſi in ſpecie exprimantur; tum etiam, quia idem *Trid. ſeſſ. 24. de matrim. cap. 9.* ſub eiſdem verbis excommunicat cogentes aliquos ad matrimonium, & tamen communior opinio affirmat, Reges, & Imperatores dicta cenſura non ligari.

6. Sed dices, quinam ſunt hi caſus à jure permiſſi, in quibus fœmina cogi poteſt ad intrandum monaſterium.

7. Reſpondet *Henriquez to. 2. lib. 11. c. 8. §. 9. ad fin. & Portell. cit. loc. nu. 7.* quod primus caſus eſt, quando fœmina publicè, vel privatim fecit votum Religionis, de quo conſtat, ſupple, juridicè, & declaratione ſequuta. Secundus caſus eſt, ſi Monialis poſt quinquennium dicat profeſſionem ſuam eſſe nullam, poteſt ibi coactè detineri, uſque dum non fuerit à S. Papa declaratum. Tertius eſt, ſi fœmina poſt duos menſes conjugata, nolit conſummare matrimonium, de Religione deliberans. Quartus eſt, ſi ob crimen ſit damnata ad carcerem perpetuum, & S. Papa offerat, ut ſit libera, dummodò fiat Monialis clauſtrata: tunc enim poteſt cogi abſque metu cenſuræ; ſic dicendum eſt de adultera, cui pœna remittitur, dummodò fiat Monialis.

8. An parentes puellæ incidant in dictam excommunicationem, ſi illam hortentur habitum ſuſcipere, ob dotis defectum, vel alias juſtas cauſas, ut putà, quia talis eſt voluntas ejus patris, vel quia in ſæculo parem non habet, cui poſſit aptè nubere; vel quia turpis eſt, & monſtroſa?

9. Negativè *Portell. in cit. addit. nu. 12. D. Aloyſius Ricc. in praxi deciſ. 708. in 1. edit. & in 2. reſ. 599. Roder. in comp. reſ. 101. nu. 80. D. Barboſ. cit. loc. nu. 4.* quia ſuaſio non eſt coactio, qui etiam docent de praxi: unde ſi parentes, vel alii importunis precibus ſuadeant puellæ divinum ingreſſum, non incidunt ob prædictam rationem; quia ſcilicet importuna perſuaſio non eſt coactio, nec excedit limites ſimplicis perſuaſionis: dixi, quia non excedit limites, quia ſi excederet, diceretur metus cadens in virum conſtantem, & ſic foret pœnis locus.

10. Cogentes fœminam ad monaſterii ingreſſum, non ut habitum ſuſcipiat, nec ut profeſſionem faciat, ſed ut ibi maneat ſæculari habitu retento, & educetur, donec ſit ætatis aptæ matrimonio, an dent in d. excommunicationem? Negativè *Navar. conſil. 56. de ſent. excom. in antiq. & in novis, conſil. 6. de regul. Rodriq. in ſum. p. 2. cap. 8. nu. 10. & Barboſ. in d. cap. Trid. nu. 9.* quia iſta coactio non fit in ordine ad ſuſcipiendum habitum, ſed ad alium finem. Unde non omnis coactio ad ingreſſum monaſterii, qualiſcumque ſit illa, infert dictam excommunicationem, ſed ea dumtaxat, quæ fit ad ſuſcipiendum habitum, ut dico *de violata clauſura per ingreſſum, qu. 34.*

Quæſt. 3. Puella quot conditiones debet habere, ad hoc, ut licitè in Religionem admittatur?

1. Puellæ recipiendæ ultrà qualitates, de quibus infrà, non debent eſſe ſcandaloſæ, non petulantes, ſive effrænatæ, & laſcivæ, non excommunicatæ, vel hæreticæ, non ſchiſmaticæ, aut flagitioſæ, ut conſtat ex deciſis, *4. p. de recipiendis*, & probat *Majol. de irregul. lib. 1. cap. 29. nu. 50.* immò debent eſſe irrepræhenſibiles, carentes omni defectu, qui aliis virginibus nocere poteſt, tam ratione mali exempli, quàm imitationis delicti, aut ſcandali, *Tambur. de jur. Abbatiſſ. diſp. 4. nu. 1.*

2. Item non debent eſſe contagioſæ, non morboſæ, non dæmoniacæ, aut furioſæ; nam ſi Monialis contagioſa poteſt eſſe extrà clauſtrum, ne contagione peſtifera alias perdat, ut probat textus *cap. periculoſo, de ſtatu regul. in 6.* quantò magis admittenda, tali morbo laborans, non debet admitti? ſurdæ, cæcæ, claudæ, mutæ, & gibboſæ, nullo jure prohibentur admitti, maximè quando in illis major Religio, & ſubjectio futura ſperatur, *Majol. & Tambur. cit. loc.* quibus abſolutè ego non arrideo; tum ob propria ſtatuta, tum etiam, quia cæca ducatu indiget, & choro, & coquinæ non eſt apta; unde una ſimplici dote nequit ſuſtentari.

Quæſt. 4. Vidua poteſtnè recipi in monaſterium Monialium?

1. Pater *Suar. to. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. c. 11. nu. 2. Lezana 1. p. ſum. cap. 25. nu. 9. Tambur. de jur. Abbatiſſ. diſp. 6. qu. 3. nu. 7. & Pellizz. in tr. de Monial. c. 2. ſect. 1. qu. 9. nu. 13.* dicunt, quòd ſic, loquendo tamen de jure communi; & moventur, tum quia S. Auguſtinus illi monaſterio virginum, quod in Africa antiquitùs inſtituit, ſororem ſuam viduam præfecit, & Præfectam eſſe voluit; tum etiam, quia Beata Birgitta, cùm eſſet vidua, monaſterium virginum inſtituit, quarum fuit Abbatiſſa; tum item *ex c. vidua 20. qu. 1.* ubi dicitur, *quòd ſi vidua velit Religionem profiteri, admitti poteſt, & debet, recepto habitu Religioni conveniente*; tum denique ex *c. viduas 1. & 3. & cap. viduæ cum ſeq. 27. qu. 1.*

2. Verùm hodie non convenit, viduam admittere ad habitum monachalem virginum; prout Sac. Congreg. declaravit die 29. Januarii, 1585. teſte *Gavanto in ſuo manual. Epiſcop. ver. Moniales, §. Monialium receptio, nu. 7.* ubi *nu. 8.* ſubjungit, *nullo modo admittatur vidua, ut ibi vivat in habitu laicali*; quod item à Sac. Congreg. deciſum refert *Campanil. rubr. 12. cap. 16. nu. 31.* ſicut non ſunt admittendæ fœminæ illicitè corruptæ, maximè ſi caſus ſit publicus, propter ſcandalum cæterorum, niſi in ſpecialibus monaſteriis mulierum pœnitentiæ ad illas deſignatis, & non niſi cum quibuſdam circumſtantiis ad tollendum ſcandalum. *Suar. Lez. & Tambur. cit. loc.*

3. Quapropter hodie eadem Sac. Congreg. non dat fœminæ viduæ licentiam ſuſcipiendi habitum Monialium, niſi cum his conditionibus: nimirum, ut ſolvat dotem ordinariam, ſi ſuſcipienda ſit infrà numerum præ-

de regul.cap.17. eſt diffinitum, quòd Puella quæ habitum regularem ſuſcipere voluerit, major duodecim annis ſit, & non ante eum ſuſcipiat, quòd ſcitè defendit in ſubſequenti *art.* 2. ubi dicit, *quòd hujus ſententiæ fuerunt omnes Patres Conciliarii viri docti, qui ad Concil. Toletanum convenerunt, celebratum ſub Domino Gaſparo Aquiroga Archiepiſcopo Toletano, & Eminen. Cardinal. ſub anno Domini* 1582. *die verò* 8. *Septembris, Joan. Azor.* 1. *par. lib.* 12. *cap.* 18. *n.* 55. *Ugol. de offic. & poteſt. Epiſc.* 1. *p. cap.* 21. *nu.* 3. *& ſeq. Synod. maxim.* 1. *Mediolan. ſub S. Carlo Borromeo* 3. *p. de Puellis ad Religionem admittendis, Nald. in ſum. verb. habitus, n.* 6. *& ver. monial. n.* 5. *Bartol. de Vecchis in praxi Novitiorum, diſput.* 52. *dub.* 9. *n.* 16. *D. Barboſa in Collect. Doctor. ad d. cap.* 17. *Trid. ſeſſ.* 25. *de regul. n.* 2. *Lez.* 1. *p. ſum. cap.* 25. *nu.* 11. *& Tambur. de jur. Abbatiſſ. diſput.* 4. *ar.* 2. *n.* 1. & pariter moventur ex multis. &

11. Primò, *ex textu*, ibi, *non ante eum ſuſcipiat*, hoc eſt Puella non ſuſcipiat habitum ante duodecimum annum ſuæ ætatis completum, ergò ſumus in deciſis.

12. Secundò, ex rubrica ejuſdem textus, quæ ſic loquitur; *Virgines volentes habitum Religionis aſſumere, ſint majores duodecim annis*, ut liquet ex Tridentino Lugduni impreſſo, 1633. in quo ſunt novæ declarationes Congregationis S. R. E. Cardinalium, cum eruditis obſervationibus Emin. Card. Roberti Bellarmini, & in meo Trid. ſub anno 1606. Venetiis impreſſo, in margine dict. Decreti habetur. Virgines ante duodecimum annum, habitum non ſuſcipiant; ubi allegantur, *c. Puella, & cap. illud*, 20. *quæſt.* 1. quæ loquuntur de Puellis adultis, & doli capacibus, ut conſtat ex textu, *& notat ibi gloſſa.*

13. Tertiò, quia recipi, ut Novitia pro futuro Novitiatu, idem eſt, quòd recipi ad peragendum probationis annum, quo Novitia Religionem probat, & probatur: hæc autem probatio fieri nequit ante pubertatem, ergò.

14. Quartò, quia dum Concilium *cit. loc.* mandat voluntatem puellarum explorari, an ſit libera, vel coacta, certum eſt, non loqui de minoribus: nam Puellæ minores duodecim annis, poſſunt à parentibus cogi, & ad hoc, vel illud aſtringi, ut probat *d. c. Puella* 20. *q.* 1. Confirmatur, & magis declaratur; Tridentinum mandat, ut Puellæ interrogentur, an intelligant, quid agunt: hoc autem verbum nequit referri ad Puellas minores duodecim annis: hæ namque ob defectum rationis, non diſcernunt, nec cognoſcunt quid agunt, ergò Tridentinum loquitur de adultis, & doli capacibus.

15. Quintò, quia ità fuit à Sac. Congregatione declaratum anno 1592. quòd ſcilicet puella ad ſuſcipiendum habitum, debet habere duodecimum annum completum, aliàs recurratur ad Sacr. Congreg. & refert *Gavant. in ſuo manual. Epiſcop. ver. monialium receptio nu.* 19. *&* 20. *Bart. de Vecch. cit. loc. Barboſ. in collect. Bullar. ver. moniales, & in remiſſionibus in d. c. Trid. ver. exploraverit, & Diana* 3. *p. tract.* 2. *de dub. regul. reſolut.* 47. *& Lezana cit. loc.* & communiter omnes atteſtantur Sac. Congreg. Emin. Cardin. ità determinaſſe ſub hac forma verborum.

16. *Sacra Congregatio reſcripſit, aliquam puellam non deberi admitti ante duodecimum annum ad habitum ſuſcipiendum, cujus cauſa requiritur voluntatis puellæ exploratio; non eſt autem voluntas Congregationis, neque Concilii, ut ante illam ætatem puella admittatur; ita Sacra Congregatio; quapropter hodie non licet ab his deciſis diſcedere.*

* * * * *

Quæſt. 8. *Puella an ſit ſemel examinanda ante ingreſſum Religionis, & iterum ante profeſſionem, vel ſufficit, ut ſemel examinetur, ubi, quomodo, & quando?*

1. VAriant in hoc DD. nam *Roder.* 3. *p. q.* 12. *ar.* 2. *cum ſuo compendio, reſol.* 101. *nu.* 82. *& Miranda de monial. q.* 8. *ar.* 4. dicunt, quòd quamvis Tridentinum *in d. cap.* 17. *ſeſſ.* 25. *de regul.* videatur innuere puellas in Religionem recipiendas, bis fore examinandas, quia tamen, quantum ad hoc, non fuit receptum, ſaltem in Hiſpania; ſtandum eſt praxi, & uſui communi.

2. *Michael verò Medina, Sanchez, & Suarez* immediatè ſupra, dicunt, duo decerni *in cit. cap. Trid.* unum eſt, ſi puella ſit major duodecim annis, duplex debet examen ſubire, ante ſcilicet habitus ſuſceptionem, & ante profeſſionem: alterum eſt, quòd puella minor duodecim annis, unum tantùm examen ſuſcipiat, tempore ſcilicet profeſſionis.

3. *Barboſa,* 3. *p. de offic. & poteſtate Epiſcopi, alleg.* 100. *num.* 4. ait, quòd voluntas puellæ, exploranda eſt, non ſolùm, quando profeſſionem emittere procurat; ſed etiam quando habitum ſuſcipere intendit, ità ut ſpectet ad Epiſcopum, tam ante ſuſceptum habitum, quàm poſtea ante profeſſionis emiſſionem, dictæ puellæ voluntatem explorare, non obſtante, quòd monaſterium ſit Regularibus ſubjectum, vel aliàs ab ejus juriſdictione exemptum, etſi prior exploratio non fuerit facta, ſufficit quòd fiat ſecunda; & hoc totum fuiſſe deciſum, referunt *Piaſegius in praxi nova Epiſcop.* 1. *p. ver. moniales, &* 2. *p. cap.* 3. *num.* 55. *ver. explorare, Campanil. in diverſ. Jur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 11. *& Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 4. *q.* 2. *n.* 4.

4. In explorationem, ante habitus ſuſceptionem, faciendam, non debet Epiſcopus loci ordinarius ſe ingerere ad petitionem alicujus, qui Puellam induendam prætendit in uxorem habere, ſed debet expectare tempus profeſſionis emittendæ; & tunc ſi ſit ſuſpicio, quòd à monialibus inveſtigetur, pro ſuo officio curabit indè duci ad exteriorem Eccleſiam monaſterii, vel in aliam propinquiorem, prout magis convenire judicaverit, ubi voluntatem ejus exquirere poſſit, at ſi nulla ſit ſuſpitio, & nullam aliam juſtam cauſam ſubeſſe apparebit; tunc non in alio loco, quàm ad crates ferreas monaſterii, voluntatem Puellæ explorabit; & ità deciſum referunt, poſt allegatos, *Barboſa, & Tambur. cit. loc.*

5. *Pius V. in ſua conſtit.* 41. *in Bull. incip. etſi mendicantium* §. 17. *&* 18. de hac re ſic ſtatuit; *Volumus etiam, quòd Puellarum Deo dicandarum, an ſcilicet coactæ, vel ſeductæ fuerint, examen faciendum, non niſi infrà quindecim dies, poſtquam juxta Concilium Trid. Epiſc. vel eorum Vicarii requiſiti fuerint, fieri poſſit, quibus elapſis, ampliùs in hoc ſe illis intromittere non liceat, cujus occaſione, nec Epiſcopus, nec ejus Vicarius intra ſepta monaſterii ingrediantur: ſed ſtent ante cratem ferream, & interrogationes alias, quam eas, quas præfatum Concil. Trid. jubet, eis fieri omninò prohibemus, ac ſimiliter volumus, quòd puella, ſeu novitia ipſa, ad alias interrogationes reſpondere non teneantur,* & referunt *Hier. Rodor. reſolut.* 101. *ſub n.* 81. ubi ad id etiam refert declarationem Sac. Congr. quæ habetur apud *Mazzillam lib.* 1. *de ſtatu Regul. tit.* 12. *cap.* 20. *& D. Barboſ. in Collect. ad d. cap. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. n.* 25.

6. Exindè liquet, Epiſc. loci poſſe compellere monialium Abbatiſſas, & alios regulares ſuperiores earum, etiam exemptarum, Eccleſiaſticis cenſuris, ac aliis pœnis ſibi benè viſis; ut non dent habitum, nec permittant alicui puellæ profeſſionem emittere, niſi priùs ipſum certiorem faciant, ut voluntatem puellæ explorare valeat, & probat *textus d. cap.* 17. *Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul.* ibi,

Digitized by Google

ibi, *cujus profeſſionis tempus, ne Epiſc. ignoret, teneatur Præfecta monaſterii, eum ante menſem certiorem facere, quòd ſi Præfecta certiorem Epiſcopum non fecerit, quandiu Epiſcopo videbitur, ab officio ſuſpenſa ſit, &c.* & Sac. Congr. declaravit, *teſte Barboſ. cit. loc. n.* 10.

7. Epiſcopus verò certioratus de tempore profeſſionis Novitiæ, ante menſem infrà quindecim dies, illius voluntatem explorare tenetur, quibus elapſis, in dict. exploratione non debet ampliùs ſe intromittere, ut ſtatuit Pius V. *cit. loc.* nec non eidem puellæ ſic exploratæ, tenetur aſſignare quindecim dies ad profitendum, *Barboſ. in Collect. d. cap. Trid.*

8. Si tandem Epiſcopus alteram, vel utram explorationem præd ctam omiſerit, contra Concilium feciſſe, cenſuit Sacra Congr. prout ex multis teſtatur *Tambur. ubi ſupra nu.* 11. benè tamen verùm eſt, quòd ob defectum dictæ explorationis prætermiſſæ, non fit prædictarum profeſſio nulla, nec vitiatur; ex quo in dicto loco Trid. non reperitur Decretum irritans, *Sanchez, ad Decal. lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 34. *ad finem, & l.* 5. *num.* 84. *Barboſ. allegat.* 100. *n.* 9. & ita à Sac. Congr. deciſum refert *Tamb. cit. loc.* Modus tandem explorandi & examinandi puellam, præſcribitur *in Trid. ubi ſupra.*

Quæſt. 9. An liceat monialibus contradicere receptioni Puellarum?

1. ET dico, quòd ſic, ex rationabili tamen cauſa, ut ſi non habeat requiſita ad ſuſcipiendum habitum: immò in tali caſu tenentur obſtare, ne recipiantur ineptæ, vel ut receptæ dimittantur; ad hoc enim unitur Capitulum, ut capitulantes reſolvant, quid faciendum ſit pro conſervatione Religionis, & decore exiſtentium in ea.

Quæſt. 10. Novitiæ monialium, à quo nam ſint recipiendæ, quomodo, per quæ, & quot ſuffragia?

1. PEr allegata, *tom.* 2. *p.* 2. *tr.* 1. *q.* 2. certum eſt, quòd recipere ad habitum monialium pertinet ad Prælatam, & Conventum ſimul, ita quòd nec Conventus ſine Abbatiſſa, neque Abbatiſſa ſine Conventu, poteſt Puellam ad Religionem recipere, nam quatenus illa receptio eſt ad communem vitam, & ſocietatem cum monialibus, ratio poſtulat, ut ipſæ voluntariè illam admittant: quatenus verò illa receptio eſt aliquo modo actus juriſdictionis, debet per Prælatam exerceri, *Abbaſ. in cap. ea noſcitur, de his, quæ fiunt à majori parte capituli, & Felin. in cap. quoniam de Simonia.* Undè receptio hæc fieri debet capitulariter adeo, ut ad talem actum omnes profeſſæ accerſendæ ſunt, cum de omnium intereſſe agatur, *Pelizz. de Monial. cap.* 2. *ſect.* 1. *qu.* 2. *num.* 2.

2. Quarum ſuffragia debent eſſe ſecreta, *Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp.* 4. *q.* 1. *n.* 4. & debent ad minus majorem partem capituli excedere, ad hoc, ut receptio puellarum locum habeat; prout Sac. Congreg. declaravit ſub anno Domini 1603. *teſte Gavanto in manuali Epiſcopor. ver. moniales §. monialium receptio.*

3. Et quamvis prædicta Jura, 4. p. loquantur de monachis: nihilominùs extendi debent ad monachas, cum quadam dexteritate, & proportione; genus enim maſculinum, regulariter loquendo, comprehendit fœmininum, ubi militat eadem ratio, *Suar. tom.* 4. *de Relig. tr.* 9. *de variet. Relig. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 3.

4. Verùm ad tollendum omne dubium, & certiùs agendum, Nicol. V. hoc in ſpecie conceſſit monialibus Ordinis Minorum, ut clarè apparet in *comp. Privil. Mendic. ver. Abbatiſſa num.* 8. ubi collector ſic loquitur, *Idem Nicolaus ſtatuit, quòd nec prædicta Abbatiſſa, nec ſimul omnes moniales, poſſint aliquam ad Religionem, vel profeſſionem recipere, niſi de Provincialis, aut Viſitatoris expreſſa licentia, &c.* quæ quippè Bulla reperitur in *Monum. ord.* & ad omnes alias extenditur, ut lata in favorem ordinis, *Rodriquez. tom.* 3. *q.* 9. *num.* 2. *cum ſuo comp. reſolut.* 101. *n.* 2. *& Peyr. in ſuo formul. lit. M. cap.* 6. *n.* 1.

5. Exindè bene apparet, quòd ultra liberam voluntatem, & idoneitatem puellæ, ad hoc, ut ejus receptio ſit valida, prærequiritur expreſſa licentia proprii Prælati monialium, hoc eſt, D. Epiſc. aut ejus Vicarii Generalis, ſi moniales, de quibus agitur, non ſint exemptæ, *Pelizz. cit. loc. nec non conſenſus d. Abbatiſſæ, & ſui Capituli, Miranda in tr. de monial. q.* 8. *ar.* 1.

Quæſt. 11. Puella quâ praxi induenda ſit?

1. PUella, adimpletis omnibus ſupra narratis ad præſcriptum Regulæ, cujus habitum prætendit ſuſcipere, ubi fuerit examinata ab Epiſc. & data licentia in ſcriptis, & ubi fuerit per ſecreta ſuffragia à monialibus recepta, ſtatim aſſumat veſtes nigras, vel fuſcas, aut albas, non ſericas, non puellares, dans Mundo ultimum vale, ducatur manè ſine pompa, & ſola introducatur in Eccleſiam monialium, ubi miſſâ auditâ, & ſumptâ communione, cum omni humilitate, & devotione, veſtiatur à ſuperiore, vel Confeſſore, facto priùs pio ſermone de aſperitate regulæ; de anno probationis, de votis, quæ tenetur obſervare, de contemptu mundi, vel de ſequela Chriſti, aut de Virginitate Deo nimis grata, imponatur ei nomen Sanctæ, non gentilis fœminæ, & non vocetur amplius titulo Dominæ, ſed ſororis, prout Sacr. Congregat. declaravit ſub die 9. Januarii, in una Toletana, 1595. teſte *Novario in Lucerna ver. moniales num.* 1.

2. Si inducta, monaſterium ingrediatur, ſed non Confeſſor, nec Superior, qui eam induit, prout Sac. Congreg. declaravit die 13. Septembris 1653. teſte *Gavanto in ſuo manuali Epiſ. ver. monialium receptio, n.* 34.

3. Ingreſſa, maneat in loco ſeparato juxta regulam, & Sac. Congreg. Decreta: cui non dabitur habitus regularis, niſi poſt ſex menſes à receptione: niſi citius, vel tardius judicaverit Epiſcopus, & monialium ſuperior, *Gavant. cit. loc. n.* 32.

4. Exindè non exeat ampliùs, niſi pœniteat habitus, quæ ſi temerè exit, nullatenus regredi, & ingredi permittatur, niſi Sacra Congregatione conſulta. Sumptus autem & expenſæ, quæ in hujuſmodi ſuſceptione habitus fieri ſolent, debent præſcribi ab Epiſcopo, qui puellæ veſtiendæ Sacramentum Confirmationis, ſi hoc opus habeat, poterit adminiſtrare; prout deciſum referunt *Campanil. in diverſ. rub.* 12. *cap.* 16. *nu.* 13. *& Gavant. cit. loc.* ubi de re latè diſcurrit.

Quæſt. 12. Puellæ ad habitum admittendæ, cur ſubtrahantur capilli?

1. QUæſtio hæc unum ſupponit, & aliud quærit; ſupponit enim apud nos communiter moniales tonderi, ut dicit *Gloſſa in Clem. attendentes, de ſtatu monachorum in ver. & Cornutus.*

2. Quærit autem cauſam, ob quam tondeantur, & pendet ex illa, an Clericus debeat tonderi, & coronam raſuræ habere? ad quàm quæſt. reſpondet *D. Thom. in* 4. *ſent. diſtin.* 24. *q.* 3. *de ordinibus*, ubi ſic formaliter loquitur:

3. *Reſpondeo dicendum ad primam quæſtionem, quòd eis, qui ad divina myſteria applicantur, competit tonſura, & raſura in modum coronæ, & ratione figuræ; quia corona* eſt

Digitized by Google

eſt ſignum Regni, & profectionis, cum ſit circularis: illi autem qui divinis Myſteriis applicantur, adipiſcuntur Regiam dignitatem, & perfecti in virtute eſſe debent. Competit etiam eis, ratione ſubtractionis capillorum, & ex parte ſuperiori per raſuram, ne mens eorum temporalibus occupationibus, à contemplatione divinorum retardetur, & ex parte inferiori per tonſuram, ne eorum ſenſus temporalibus obvolvantur, hæc ille, ubi alia multa hujus generis ſubnectit in reſponſione ad objecta, ex quibus multipliciter reſolvitur quæſitum: Primò dicendo, quòd tondentur moniales in ſignum, quòd conſecrantur Deo; Secundò ad indicandum, quòd in Religione reſecanda ſunt vitia, & inordinati carnis affectus, qui per capillos deſignantur. Tertiò ad oſtendendum quòd renunciant omnibus vitiis, & mundi pompis, ut ipſarum mens ſit magis expedita, ad contemplandum divina. Quartò, ut cunctis perſpicuum ſit, quòd plus expedit monialibus, deformato capite, Deo convivere, quàm crines poliendo, humani generis hoſti ſervire:

4. Sed quid dicendum, ſi monialis non tondeatur, peccat ne mortaliter?

5. Affirmat *Panor. in d. Clem. Attendentes, de ſtatu monach.* & movetur *ex textu*, ibi, *ut moniales ipſæ (quarum nonnullas dolentes audivimus, in ſubſcriptis excedere) pannis ſericis, variorum foderaturis, ſandaliis, comatis, & cornutis crinibus, ſcaccatis, & virgatis caputiolis non utantur*, hæc ibi, ex quibus deducit, quòd moniales debent habere tonſuram capillorum inferiùs uſque ad aures, ſecùs autem peccat mortaliter.

6. Veruntamen *Sylv. in ver. clericus* 2. *n.* 2. cui ſubſcribit *Suar. tom.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 4. hoc dictum non admittit, niſi fortè hujuſmodi exceſſus ſit notabilis, ultra conſuetum; quòd fortè mutuavit *à Gloſſa in d. Clem. attendentes*, quæ in *ver. Cornutis*, dicit, *quod D. Papa per hanc copiam, non videtur prohibere comas ipſarum, ubi cornuta non ſunt*, ad quod facit, *cap. quicumque* 30. *diſtin. & cap. proclivis* 2. 20. *qu.* 3. ubi S. Papa præcipit, Clericos & Monachos tonderi, non autem moniales: ergo.

7. Sed quidquid ſit de præcepto monialibus exhibito in Jure Canonico ad ſubtrahendum ſibi capillos, non poteſt tamen negari, quin moniales, & præcipuè Mendicantes, ex Regula teneantur tonderi, ergo in hac re inſpicienda eſt Regula, an hoc eis præcipiat ſub culpa, & pœna, an verò ſub pœna tantùm, ut ſunt conſtitutiones monialium Ordinis Prædicatorum, & an monialis ſit comata in contemptum Regulæ, vel potiùs ex neceſſitate: non enim omnis exceſſus accidentalis Obſervantiæ Regulæ, obligat ad mortale; deductis tamen ſcandalo & contemptu, ut dictum eſt ſupra.

Quæſt. 13. *Puellæ admiſſæ, qua de cauſa imponitur novum nomen?*

1. Reſpondeo, quod meritò, regulariter loquendo, Puellæ ad habitum admiſſæ, mutatur nomen; tum ut indè cognoſcat ſe debere renunciare omnibus, quæ in ſæculo poſſidet, etiam proprio nomini, juxta Conſilium Jeſu Chriſti noſtri Redemptoris, *Lucæ* 14. dicentis, *qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe Diſcipulus*; tum etiam, ut ſicut mutat nomen in melius, ità debet & mores in melius mutare; tum item, quia ingreſſus in Religionem, à Sanctis Doctoribus comparatur Baptiſmo, quo puella ingreſſa, in Religione renaſcitur, ergo ſicut in Baptiſmo, ipſi baptizato imponitur nomen; ità ad æqualitatem, puella ingreſſa novo nomine nominatur.

2. Tum item, quia immutatio nominis in ſacra Scriptura fieri ſolet, quando quis eligitur ad aliquod munus valdè dignum, ut patet de Abraham electo in Patriarcham credentium, & de Petro Apoſtolo aſſumpto in Chriſti Vicarium; at puella in aſſumptione ad habitum regularem, conſequitur magnam Dignitatem, exindè enim fit Chriſti ſponſa, & Religionis pars & membrum, ergo ſatis congruenter mutat nomen.

3. Dixi regulariter loquendo; nam iſthæc nominis immutatio, non ſemper fit, nam non eſt de neceſſitate, ſed de devotione & Religioſitate, ut ſcilicet nomen prophanum, quod fortè ſuſcepit in Baptiſmate, convertatur in Sacrum, ut ipſa puella de nomine, ad imitationem illius excitetur; ſolent enim Chriſti fideles magnam habere devotionem erga ſanctos, & maximè ſui nominis.

Quæſt. 14. *Puella capitulariter excluſa à ſuſceptione habitus, an poſſit iterum admitti?*

1. Et dico quòd ſic, cum nullum Jus reperiatur prohibens id, de quo agitur; quinimmò fieri poteſt, ut novæ occurrant rationes & cauſæ, ob quas procurandum eſt, ut puella excluſa, iterum admittatur, & admiſſa iterum repellatur.

2. Nec his nocet *cap. nulli licere, de elect. in* 6. quia ibi textus loquitur de electione, non autem de admiſſione ad habitum, dicitque, quòd poſt publicationem ſcrutinii, non licet variare.

3. An verò puella capitulariter admiſſa, ſi diutiùs differat habitum ſuſcipere, ingredi poſſit, abſque nova admiſſione capitulari? quæſitum eſt non leve, ad quòd negativè dic; ſi ſponte diſtulit habitum ſuſcipere; nam inter tunc & nunc, fieri poteſt, ut aliquid novi occurrerit, vel cognitum fiat, quòd cognitum capitulantibus, retraxiſſet, vel retraheret Capitulum ab admiſſione illius, ergo requiritur nova admiſſio, etenim quæ de novo emergunt, novo indigent examine.

4. Quanta autem debeat eſſe iſta dilatio, relinquitur judicio viri prudentis, qui conſideratis omnibus circumſtantiis, juſtè debet judicare de ſervando ſervanda: *Peregrin. in* 2. *p. conſtit. cap.* 5. *lit. R.* §. 11. & 12. *Pellizz. de monial. cap.* 2. *ſect.* 1. *q.* 8. *n.* 11.

Quæſt. 15. *Puellæ, quæ in Ordine Prædicatorum commorantur, quid teneantur obſervare?*

1. Dominicanæ Prioriſſæ tenentur inter cætera obſervare, & obſervari facere ordinationem octavam Generalis Capituli, Romæ celebrati ſub Reverendiſſimo Turco, Anno Domini 1644. quæ eſt tenoris ſequentis.

2. *Cum à monaſteriis monialium, quæ contemptus mundi, mortificationis, & virtutum omnium ſunt Seminaria, arcere oporteat ea, quæ ipſorum non decent ſanctitatem, & cujuſquam offendere poſſunt aſpectum, ordinamus, & diſtrictè præcipimus omnibus Prioribus, & Præſidentibus monaſteriorum Ordinis noſtri, nec non matribus à conſilio, & ſororibus eorumdem, ſub pœnis privationis ab officio, maternitatis, & vocis activæ & paſſivæ; ipſo facto incurrendis, inviolabiliter obſervari, ut Puellæ, quæ in noſtris monaſteriis educantur, vel commorantur, etiam ad breve tempus, cujuſcumque ſint nobilitatis, gradus, conditionis, qualitatis, & præeminentiæ, non poſſint indui, tam intrinſecùs quàm extrinſecùs veſtibus ſericeis, multò minus aureatis, argentatis, vel acu, & coloribus pictis, ſed tantùm laneis, lineis, bombycinis, ſeu goſſipinis & ſimilibus, albi, nigri, violacei, punicei, vel cinericii coloris, non deferant capillos calamiſtratos, intortos, cum cincinnis, aut per modum comæ defluentes, & deſcendentes ad aures, ſed obductos, complicatos, & ligatos modeſtè ſuper caput, vittis conteſtis ex ſimplici filo, & non ſericis, quæ deſerviant ad retinendos capillos, ne defluant, nullo autem modo*

ad

Digitized by Google

ad vanitatem, & ſint eorumdem colorum, qui pro veſtibus ſupra deſignantur; non deferant gemmas, monilia, annulos, vel quid ſimile, permittimus tamen illis inaures ex unico, & ſimplici annulo aureo; ut autem ordinatio hæc ab omnibus legi poſſit, & nulla ejus prætendatur ignorantia, volumus & præcipimus, quòd vulgari lingua tranſcripta, ponatur in Cella Prioriſſæ, & magiſtræ novitiarum, ac in ipſo ingreſſu interiori monaſterii, ut omnibus obvia, & conſpicua ſit, hæc ibi obſervanda per puellas, quæ in noſtris monaſteriis educantur, nam reſpectu puellarum, quæ habitum Religionis ſuſceperunt, ſuntque in Novitiatu ad finem ſolemniter profitendi, obſervanda ſunt Decreta Sac. Congr. & propria ſtatuta à Sancta Sede approbata.

Quæſt. 16. Puellæ petenti Religionis ingreſſum, an poſſit concedi locus primo vacaturus poſt mortem monialis decedentis infra numerum legitimè præfixum?

1. NEgativè *Quaranta in ſum. Bull. ver. monaſterium monial. §. quemadmodum Sacri olim Canones in fin. fol. mihi* 360. & ſe fundat in quadam declaratione Sac. Congregat. quæ eſt tenoris ſequentis.

2. *Eadem quoque Sac. Congregatio, diſtrictè prohibet, ne loca per obitum monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, cuiquam puellæ ad habitum Regularem recipiendæ, concedantur, neque promittantur; niſi ſequuta vera, & reali illorum vacatione, atque ita demum, & non antea de eis diſponi, ac in monialis demortuæ locum, promiſſionem, aut receptionem, in capitulo, ſeu quovis alio modo fieri jubet, dummodò tunc temporis puella ipſa recipienda, & ætatem habeat idoneam, & cæteras qualitates requiſitas; quibus etiam præditas eſſe debere vult eas puellas, quæ ſupra numerum recipiendæ ſunt, jam tunc, cum eis loca, vel promittuntur, vel dantur: ſi quid verò contra à quoquam fieri contigerit, irritum & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & eſſe decernit, ac nihilominus Abbatiſſas, Prioriſſas, & alios quoſcumque monaſteriorum ſuperiores, qui cujuſvis puellæ receptioni, vel admiſſioni, aut locorum vacaturorum promiſſioni, ſeu conceſſioni adverſus præſentis Decreti diſpoſitionem conſenſerint, privationi vocis activæ & paſſivæ, aliiſque arbitrio ejuſdem Congregationis infligendis, obſtrictos, & obnoxios fore declarat, ſalvis etiam ſemper, & in ſuo robore permanentibus aliis quibuſcumque ipſius Congregationis Decretis aliàs latis, præſenti Decreto non contrariis, præſertim circa monialium admiſſionem, & receptionem ad habitum, & profeſſionem, & circa Eleemoſynarum depoſitionem, ſolutionem & erogationem in bona ſtabilia, quibus nullatenus derogare vult & intendit. Romæ die 6. menſis Septembris* 1604. *Alexan. Card. Berlingerius, Gypſius Sec. Romæ ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ* 1604. hæc ibi, & ità ab eadem Sacra Congregat. fuiſſe deciſum die 12. Maii 1619. refert *Gavantus in ſuo manuali ver. monialium receptio, num. 12. & Laur. Peyr. tom. 2. Privil. in conſtit. Pyrri, conſtit 6. Pii V. ſub num. 9. ver. eadem quoque Sacra Congreg.*

3. Benè tamen verum eſt, quòd ad moniales ſuperſtites ſpectat capitulariter, ac votis ſecretis in eumdem locum prædefunctæ monialis, eam, quæ illis viſa fuerit, puellam admittere, & ſubrogare: præcedente tamen Epiſcopi exploratione, juxta diſpoſitionem *Trid. cap. 17. ſeſſ. 25. de Regul.* & ità fuiſſe à Sacr. Congregat. deciſum die 2. Julii 1602. refert, *Novar. in ſua lucerna ver. moniales num 23. & Lezana ver. moniales num. 6. in fin. & Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 44. n. 33. & in Coll. Bull. ver. monialis 19.*

***
**

Quæſt. 17. An tertia & quarta ſoror monialis, recipi poſſit in uno & eodem monaſterio?

1. QUòd duæ ſorores germanæ, regulariter loquendo poſſint in eodem Conventu ad habitum Religionis recipi, non eſt dubium: concurrentibus tamen aliis qualitatibus, & ſervatis ſervandis: pro tertia verò, & quarta ſorore monialis, debet attendi Decretum à Sac. Congreg. tranſmiſſum ad Archiepiſcopum Bracharenſem, ſub die 16. Auguſti, anno 1616. quòd eſt tenoris ſequentis.

2. *Non poſſunt ultra duas ſorores in eod. monaſterio habitum Regularem ſuſcipere, & profeſſionem emittere, abſque Sacr. Congreg. licentia, & ſi hac licentia obtentâ, tertia ſoror ad habitum admittatur, voce activa, & paſſiva tamdiu careat, quouſque altera ex eiſdem duabus ſororibus vitam cum morte commutaverit, dotemque duplicatam ſolvat, quatenùs intra, triplicatam verò ſi ſupra numerum exiſtat, talique caſu adimplere debent conditiones in licentiis expreſſis pro monialibus ſuper numerariis concedi ſolitis. Ubi autem laudabilis conſuetudo inoleverit, vel Pontificia conſtitutione cautum eſt, quòd nec duæ ſorores in eod. monaſt. habitum ſuſcipiant, prout Florentiæ, & alibi obſervatur, obſervetur, & referunt D. Auguſt. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 44. nu. 24. Gavant. in manuali ver. monialium, Novitiarum alimenta, num. 8. & 9. Lez. in ſum. ver. moniales, num. 6. & Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 5. q. 4. num. 8.* ubi immediatè extendit quamdam epiſtolam ejuſdem Sac. Congregat. ad Emin. Cardinal. Bendraminum tranſmiſſam die 15. Februarii 1619. in qua inter cætera dicitur, quòd quando monaſterium eſt numeroſum, ut ſi alat moniales centum in circa, tertia ſoror gaudet voto activo, & paſſivo, ſicut & aliæ duæ priores ſorores, & ratio eſſe poteſt, quia in tanto numero capitulantium, iſtud tertium votum, in conſideratione non habetur, ſecùs autem ſi forent in numero minores.

Quæſt. 18. Puella, an recipi poſſit ad habitum tertiaria?

1. REſpondeo affirmativè, dummodò recipiatur ſervatis ſervandis, ad finem ſuo tempore profitendi, juxta Regulam à Sancta Sede approbatam, & ſervandi clauſuram, ſicut & cæteræ moniales ſervant intra ſepta: ſecùs autem.

2. Nec tibi diſpliceat illud nomen tertiariæ, nam ſub nomine monialium tertiariarum, veniunt omnes ſorores, & moniales ſervitiales tamen, quæ ſive dicantur converſæ, ſivè tertiariæ, ſivè ſervitrices, parum refert, ſi vota Religionis emittant, & teneant clauſuram, ut dictum eſt ſupra.

3. Dixi ſecùs, quia moniales non poſſunt induere puellas ſub nomine tertiariæ ad habitandum in ſæculo, extra ipſarum clauſuram, hæ namque ſic receptæ cenſentur perſonæ verè laicales, judicibus ſæcularibus ſubjectæ, ſicut, & cæteræ fœminæ ſæculares, prout à Sacr. Congregat. deciſum in una Piſtorienſ. die 20. Decembris 1616. referunt *Sellius in ſelectis Canon. cap. 8. num. 3. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 7. q. 3. num. 4. in fin. & Egomet tom. 2. p. 2. tr. 17. de ſororibus in ſæculo q. 3. num. 8. & ſequen.*

***
**

Quæſt. 19.

Digitized by Google

uæſt. 19. Si Pater ſuam filiam naturalem inſtituat hæredem, ea lege, ut ingrediatur Monaſterium, & niſi ingrederetur, inſtituit monaſterium, & filiæ reliquit pro alimentis intra monaſterium ducatos viginti quinque, an incidat in excommunicationem cap. 18. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.?

SAcra Congregat. negativè reſpondit, die 18. Januarii 1573. & referunt *Emin. Bell. in d. cap. 18. Trid. v. coëgerit, Marzilla lib. 1. cap. 21. & Portell. cit. loc. in add. n. 9.* & ratio eſſe potuit, quia Tridentinum, ubi ſu-a, loquitur de vi coactiva, ſivè incuſſiva, quæ ceſſat in u noſtro, in quo non poteſt conſiderari alia cauſa, niſi ductiva, & eo fortiùs, quia filia, de quā agebatur, erat turalis, & non legitima; & conſequenter nihil pote-t prætendere de hæreditate paterna.

uæſt. 20. Puella per vim incluſa in monaſterio, an poſſit inde educi, & quomodo?

EMinentiſſ. Card. *Bellarm. cit. loc.* ex declaratione ejuſdem Sac. Congreg. ait, quòd non ſolùm debet dè educi; at etiam, ſi quod damnum ob eam cauſam, ſſa eſt, curari iterum debet, ut indemnitati ejus provieatur, impenſis eorum, qui talem vim intulerunt, qui ebent etiam ſeverè caſtigari: verùm ſi puella, monialis fici velit; deſiderii ſui compos facienda eſt, licet ejus ater contradicat.

Quæſt. 21. An Puellæ, educationis cauſa, recipi poſſint in monaſterio monialium?

ET dico, quod ſic: ſervatis tamen conditionibus à prædicta Sac. Congregat. præſcriptis, quas per xtenſum retuli *in tr. 5. de viol. clauſ. per ingreſſum, qu. 32.* ibi de re latè egi, etiam quoad ſua annexa, & connexa.

Quæſt. 22. Puella degens in Monaſterio educationis cauſa, ſi velit ibi monialis fieri, an antequam examinetur ab Epiſcopo, debeat extrahi, & poni in domo parentum ad finem magis deliberandi?

REſpondeo affirmativè & moveor; quia ſic melius conſulitur ejus libertati, nam manens contiuò intra ſepta, præſumitur ad habitum ſuſcipiendum llecta vel ſeducta, vel ob metum reverentialem, quem gerit erga moniales, vel ſuos conſanguineos, & affines, non denegare conſenſum ſe monachandi, quæ quippè præſumptio, per receſſum ejuſdem à monaſterio, in quo educatur, cadit & evaneſcit. Hinc, ut audio, hic Neapoli practicatur, ut hujuſmodi puellæ, quando in caſu poſito, intendunt ſe monachare, per menſem antecedenter ad ſuſcipiendum habitum, recedunt è Conventu, in quo ſunt educatæ, & redeuntes ad ſuos, ut libet & decet, pedibus, vel curru, per Civitatem diſcurrunt, vident, audiunt & loquuntur, ſicut & reliquæ, omni libertate gaudentes; elapſo tamen menſe, ſi voluerint, cæteris concurrentibus, & ſervatis, ut Juris & moris eſt, ad habitum admittuntur.

2. Nec his nocet dicere, quod dict. puella per talem egreſſum, arte dæmonis, vel luxu mundi, aut fœminarum ſuaſionibus, poteſt voluntatem mutare, & ſic non ampliùs in monaſterum redire, quia hoc eſt per accidens; libertas autem eſt de ſubſtantia matrimonii, quæ omninò præferenda eſt omni accidenti.

3. Non prætereo tamen dicere, quòd hæ puellæ, dum interim in domo paterna commorantur, ad maturius deliberandum, non debent præſentis vitæ oblectationibus vacare, nec tempus terere in vanis converſationibus, commeſſationibus, choreis, tripudiis, comediis, & aliis ſimilibus intereſſendo, nec debent petulanter, ac luxurioſè per Civitatem diſcurrere, ſe indecenter ornando, cum eo tempore, potiùs debeant ſe magis ad ſtatum religioſum diſponere, ac Sacramenta frequentare, ut cum omni conatu, & majori fructu, valeant habitum Religionis ſuſcipere, & Deo ſervire.

Quæſt. 23. Puella an debeat ſuſcipere habitum in Conventu, in quo degit, educationis cauſa?

1. SUnt qui affirmant, loquendo tamen de debito honeſtatis & urbanitatis; etenim, ibi repetiuntur practicatæ, ac cognitæ & non alibi: verùm rigoroſè loquendo, puellæ nullum præceptum habent, nec quidem poſſunt habere, ſuſcipiendi Religionis habitum in Conventu, in quo fuerunt educatæ, cum religioſus habitus ſit eligendus à ſola puella admittenda, prout mota fuerit à Deo, ſibique placuerit, & non alias: ſecùs non diceretur ſpontè religioſum habitum ſuſcipere: Immò fieri poteſt, ut magis expediat, alibi monialis fieri; quia forſitan in Conventu, in quo fuit educata, paſſa eſt ſcandalum, vel ſunt factiones, partitiones, ſivè diſtinctiones, aut ibi vivitur laxè, ac deformatè, quòd alibi non procedit; & patet de S. Thoma Aquinate, qui quintum annum agens, monachis S. Benedicti Caſſinatibus, pietate, ac primis litterarum rudimentis imbuendus, & cuſtodiendus traditur; exindè tamen adoleſcens factus, fratrum Prædicatorum habitum ſuſcepit.

TRACTATUS DECIMUS.

DE DOTE MONIALIUM.

Quæſt. 1. Dos quid ſit, & ad quem finem conſignanda?

1. PEcunia illa, vel certum quid pretio æſtimabile, quod datur marito ab uxore, vel ab aliquo ejus nomine, ut puta à Patre, vel extraneo, pro oneribus matrimonii ſuſtentandis, dos dicitur, ut notant Canoniſtæ & præcipuè, *Goffr. & Hoſtienſ. in cap. Raynutius, de teſtibus & Panor. in cap. 3. de Donat. inter virum, & uxorem, num. 3. & cap. ſemper à nobis, eod. tit. & habetur expreſſè in l. ſi rem æſtimatam ff. de Jur. dotium, in §. accedit. l. unic. C. de uxor. act.* undè dicitur mulieris patrimonium, *ff. de minor. l. 3. §. utrum,* tandiu durans, quandiu & matrimonium, quo ſoluto, ſolvitur, quia ſine eo eſſe non poteſt, *ff. de Jur. Dotium l. 3.*

2. Exindè illam habet conditionem, ſi matrimonium ſequa-

Digitized by Google

ſequatur, quando de illa fit ſtipulatio inſtrumenti, *l. item 4. §. hujus rei, ff. de pactis.*

3. Hoc autem dictum, quod ſcilicet dos non poteſt eſſe ſine matrimonio, intellige verùm de Jure, non autem de facto ſolo contracto, ut dicitur *in d. l. 3.* & notat *Eruditiſſimus Syl. ver. dos. n. 1.* vel dic, dotem non poſſe eſſe ſine matrimonio contracto de præſenti, vel præterito, non autem ſine matrimonio extante, quia ſoluto matrimonio contracto, adhuc dicitur habere dotem; & adde quòd licet dos non poſſit eſſe ſine matrimonio, nihilominùs matrimonium poteſt eſſe ſine dote, ut praxis ipſa docet, de qua re vide *cap. Nos Fratres 3. 30. q. 5.* ubi *Gloſ. in caſu*, dicit, *Dotem eſſe donationem propter nuptias.*

4. Hæc autem dos procedit, non ſolùm in matrimonio carnali, ſed etiam ſpirituali, tam Eccleſiæ, quàm monialium; quandoquidem dum fundatur Eccleſia, deſponſatur Clerico per ſpirituale matrimonium, qui dicitur ſponſus ſuæ Eccleſiæ, ut apertè colligitur *ex cap. ſicut 11. 7. q. 1.* & liquet ibi, *ſicut vir non debet adulterare uxorem ſuam, ita nec Epiſcopus Eccleſiam ſuam, id eſt, illam dimittere:* quapropter ſine dote ædificanda non eſt, ut probat *text. cap. 12. Trid. ſeſſ. 14. de refor.* ibi, *quæ tamen ſine ſufficienti dote fuerit &c.* & quod Eccleſia dicatur uxor ſui Clerici, multis probat *Gloſ. cap. cum per bellicam, 1. 34. q. 1. ver. in conjugiorum.* Ideoque dicto Clerico ſuo ſponſo dotem debet aſſignare, qua onera matrimonii poſſit ſuſferre. Idem dicendum eſt de monialibus, quòd ſcilicet debent ſecum afferre dotem, eamque monaſterio aſſignare, ad hoc, ut onera poſſit ſuſtinere, ipſamque monialem, uti ſuam ſponſam, juſtè alere, ad quorum majorem claritatem plura quæro.

Quæſt. 2. Puella, an poſſit recipi in monaſterio ſine dote, & quanta eſſe debeat? & à quo taxanda?

1. MIranda de monial. q. 8. ar. 8. & Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 5. q. 2.* dicunt, quod moniales non ſunt in monaſteriis recipiendæ, niſi ſufficienter dotatæ; tum quia ſicut mulieres non ſunt viris deſponſandæ ſine dote, ad ſuſtinendum onera matrimonii, ità non ſunt Deo dicandæ, niſi habeant competentem dotem, pro veſtitu, & vitæ ſuſtentatione, quandoquidem matrimonium ſpirituale, quod per profeſſionem initur inter Virginem Sponſam, & Chriſtum Virginum ſponſum, non eſt inferioris conditionis, quàm ſit matrimonium carnale; tum etiam, quia arguere à matrimonio carnali ad ſpirituale tenet argumentum, ut probat *tex. cap. inter corporalia, de translat.* tum item, quia ità obſervat communis conſuetudo totius Mundi.

2. Quapropter ſicut Pater regulariter loquendo, tenetur filiam dotare, & contra eum poteſt implorari officium Judicis, ut filiam dotet, *l. qui liberos, ff. de Ritu nupt.* & notant ſcribentes *in l. obligamur, §. lege, ff. de act. & obligat. & in l. fin. C. de dotis promiſſ.*

3. Ita à pari cogi poteſt ad dotandum filiam Deo deſponſandam, ut dicit *Bald. in d. l. finali C. de dotis promiſſ. & colligitur ex auth. niſi rogati, in principio C. ad S. Conſultum Trebell.* & docent communiter DD. præcipuè *Felin. in cap. Eccleſ. nu. 79. ver. cæterum, de conſtit. Gregor. Lopez, l. 8. ver. e'l Padre, cap. 11. p. 4. & Menoch. de præſumpt. 64. præſumpt. 189. num. 491.*

4. Hinc fortè S. Congreg. declaravit, ut moniales velatæ, tam intra, quàm ſupra numerum, abſque dotali eleemoſyna, nequaquam admittantur, cujus propria verba refert *D. Alex. Sperell. 1. p. decis. 84. n. 62.*

5. Quantitas verò hujus dotis, ſine lege vagatur; nam antiquo tempore, in quibuſdam locis, non aſcendebat ad ſummam ducatorum centum; poſtmodùm in brevi crevit in bis centum, & alibi non ſufficiunt quingenti, & in quibuſdam partibus forſitan, nec quidem mille ſufficiunt. Undè taxanda eſt ad arbitrium boni viri, habito reſpectu, quòd dos ſuccedit in locum alimentorum, ut dixit *Bartol. in l. Titio centum, §. Titio genere, ff. de condit. & demoſtr.* & quod alimenta non ubique uno modo præſtantur; & penſatis aliis qualitatibus loci temporis, & perſonæ; & de facto debet taxari in unaquaque Provincia ab Illuſtriſſimo loci Ordinario, prout ab eodem taxandi ſunt ſumptus faciendi in ſuſceptione habitus, & profeſſione, ut dictum eſt, non ut libet, ſed conſideratis conſiderandis, & auditis Abbatiſſa, & Capitulo ipſarum monialium, *Rodor. tom. 2. q. 48. ar. 3. cum ſuo compendio reſolut. 54. de dotib. monialium, Miranda, Tambur. cit. loc. Lezana, ver. dos monialium, n. 3. & Pellizz. in tr. de monial. cap. 3. ſect. 2. q. 3. n. 4.*

6. Hæc taxa prædicta, à conſuetudine, vel ab Illuſtriſſimo loci præſcripta, afficit Cives, ac etiam advenas, & ſicut nobiles, ità etiam, & ignobiles, *Pellizz. cit. loc.*

7. Quam quotam ſeu taxam dotis, poſſunt dicti Prælati, in aliquo caſu ſpeciali, limitare, & minuere: juſtis tamen de cauſis, etiam inſciis, vel contradicentibus monialibus: dummodo ſemper remaneat ſufficiens quantitas pro victu, & ſuſtentatione monialis. *Hier. Rodor. cit. loc. n. 4.*

8. Tum quia remanente ſufficiente dote, pro alenda moniali, nihil amplius requiritur ſecundùm Conſtitutiones Apoſtolicas, *Rodriquez. cit. loc. ar. 4. & Navar. tom. 2. de redditibus Eccleſ. q. 1. mon. 62. in fin.* tum etiam, quia moniales in dicta taxa, & quota, audiuntur de urbanitate; non autem de neceſſitate, *Miranda ubi ſupra.*

9. Benè verum eſt, quod Converſæ ſervitrices poſſunt recipi ſine dote, ob neceſſitatem monaſterii, *Tambur. cit. loc. & Pellizz. de monial. cap. 3. ſect. 2. q. 5. n. 46.*

Quæſt. 3. An Pater teneatur dotare ſuam filiam ingredientem Religionem, contra ejus voluntatem?

1. ET dico quòd ſic; quia filia nubens digno viro, etiam invito Patre, debet ab eodem dotari, ut docent communiter D.D. quos refert *Ripa in l. 1. n. 57. & 58. ff. ſoluto matrimonio, Syl. ver. dos q. 5. n. 4. Armilla nu. 6. & Tab. n. 3. eod. verbo.*

2. Igitur multò magis dotanda erit, ſi ingrediatur Religionem, Patre nolente, nam ſtatus religioſus eſt dignior, & perfectior omni ſtatu laicali, & maximæ virtutis, undè omnem maculam abſtergit, etiam ingratitudinis, ut conſtat ex deciſis, *tom. 2. p. 4. tr. 3. q. 3.* & habetur *in c. liceat, 19. qu. 6.* non ergo exindè debet exhæredari, & dote privari; quia ſtatum Religionis elegit: immò debet magis præmiari.

3. Hinc ſcitè eruditiſſimi non pauci, quos allegat *P. Sanchez, lib. 1. de matrim. diſput. 34. q. 1. n. 12. ver. ex his,* dicunt, quod ſi legentur Titio ducenta, ſi uxorem duxerit, centum verò, ſi Religionem intraverit, ſi fiat religioſus, debet conſequi ducenta, ea ratione, quia dicta conditio in teſtamento appoſita, tamquam religioni adverſa, invalida eſt. Cur ergo dos danda mulieri eunti ad hominem corruptorem, denegabitur eunti ad Chriſtum hominum Salvatorem?

Quæſt. 4. An pater ſuam filiam Spuriam teneatur alere, & dotare?

1. SUnt qui negant: & ſe fundant, *in authen. ex complexu. C. de inceſtuoſis nuptiis, & §. finali, l unica in authen. quibus modis naturales efficiantur,* ex quibus

juribus

bus apertè colligitur, Patrem non teneri ſuos ſpu-
s alere. Item *in cap. per venerabilem* 13. *qui filii ſint*
itimi, ubi eædem leges ab Innocentio Papa III. appro-
tur, & ſpuriis pariter alimenta negantur in fine, ibi,
tamen tam lex Moſaica, quàm Canonica ſobolem ſuſ-
ex adulterio deteſtatur, teſtante Domino, quod man-
i, & ſpurii, uſque in decimam generationem in Eccle-
non intrabunt; Canone verò vetante tales ad Sacros or-
promoveri, ſecularibus quoque legibus, non ſolùm re-
ntibus eos à ſucceſſione paterna, ſed negantibus ipſis et-
alimenta, petitioni tua non duximus annuendum,
c ibi.

2\. Ex quibus benè infertur, ergo nec dotare; nam
re & dotare, paria ſunt. Dos enim datur loco alimen-
um, ut dictum eſt ſupra *q.*1. & 2. & docent *Panor. in*
cum haberet de eo, qui duxit, ergo ubi alimentis non
locus, nec & dotibus.

3\. Oppoſitum tamen, quòd eſt de jure naturali, &
mo, tenent unanimiter D.D. & maximè Theologi,
*Bannelio, de Juſt. & Jur. q.*62. *in præambulo diſp.* 5. *de*
lat. Dominiorum, ubi loquitur de ſpuriis & moven-
ex multis. Primò, quia Pater de jure naturali, & divi-
tenetur educare filios, & conſervare in illis naturam
mmunicatam, quod fit præſtando alimenta, ergo.
firmatur *ex* 2. *Cor.* 12. ubi dicitur, *quòd non debent fi-*
Parentibus theſaurizare, ſed Parentes filiis, ergo multò
ſis tenentur præſtare ea, quæ ad vitæ conſervatio-
 ſunt neceſſaria.

4\. Secundò, quia Pater eodem modo communicat
naturam filiis illegitimis, ſicut, & legitimis, ergo co-
jure tenetur legitimos, & illegitimos alere; *Sot. lib.* 4.
ſt. qu. 5. *ar.* 1. *ad quartum, & in* 4. *ſent. diſtin.* 41 *q. unic.*
& Salon. de Juſt. q. 5. *de Dom. ar.* 5.

5\. Tertiò ex eo, quod fit ab omnibus animalibus;
, ut cunctis conſpicuum eſt, omnia animalia alunt
s, conſervando in eis vitam communicatam, dum à
vere non poſſunt, ergo & homines tenentur hoc fa-
: niſi velint eſſe Pardis truculentiores.

6\. Quartò *ex cap. cum haberet, de eo, qui duxit in ma-*
ubi Clem. Papa III. loquendo de præſentibus ſpuriis,
ne ait. *ſolicitudinis tamen tuæ intererit, ut uterque liberis*
ſecundum, quòd eis ſuppetunt facultates, neceſſaria ſub-
ſtret, ubi *Gloſſa in ver. ſecundum facultates*, inquit, *hoc*
egulare: quòd ſecundùm facultates alimenta miniſtren-
ad quòd multa jura allegat, & in propoſitione
s dicit, quod item filii nati ex illegitimo matrimo-
, vel coitu, alendi ſunt à Parentibus.

7\. Nec leges, pro negativa ſententia hic ſuperiùs al-
tæ nocent, nam procedunt de rigore juris civilis, qui
etur inductus in deteſtationem criminis adulterii;
tamen ex benignitate canonica temperatur, ut notat
ſa in eod. ver. ſecundùm facultes, in fine, ubi ſubnectit,
d filios alere, eſt de jure naturali, quòd præfertur civili, &
en ſubjungit, *non ſuccedent in bonis Patris, quia illegiti-*
mi ſunt.

8\. An autem prædictus rigor juris civilis fuerit ap-
batus per *Clem. III. in d. cap. per venerabilem, qui filii*
legitimi, difficultas eſt non levis; nam circa eam non
veniunt D.D. de quibus latè *D. Auguſtin. Barboſ. in*
t ad d. cap. ubi tandem in §. *negantibus, num.* 5. ait,
d ſenſus, & intentio Pontificis eſt, oſtendere ſpurios
ſtabiles eſſe, & odioſos, & legibus divinis, atque hu-
is; & in ejus rei confirmationem, adducit leges ci-
, quæ eos adeò odio habuerunt, ut etiam alimenta eis
egent: minimè verò voluit earum legum rigorem
obare; ideoque cum de Sacris Ordinibus ageret,
, canones vetare illos ſacros ordines promoveri: de
entis autem agens, ſæcularibus legibus tribuit.

9\. Verum hoc ſuum dictum multis non arridet;
dum S. Papa in *d. cap. per venerabilem*; ſecundùm
dictam legem civilem judicat, illam expreſsè cenſetur
approbare; etſi de alimentis non judicet, *Covar. p.* 2. *de*
ſponſalib. c. 8. § . 6. *num.* 6. ubi ait, quòd cum rigor juris ci-
vilis abrogatus ſit, æquitas Canonica ſervanda eſt, tam in
foro Eccleſiaſtico, quam in foro ſæculari; quod dictum
ſequitur *Lara in l. ſi quis à liberis* §. *idem reſcripſit, num.* 17.
Duen. regul. 367. *ampliat.* 1. *Gram. deciſ.* 11. *num.* 9 & *Remi-*
gius Scropha in moral. q. 38. *ſub num.* 13. *in ſolut. argum.* ubi
notat, quod quando jus Pontificium, naturali juri in-
nititur, ubique eſt obſervandum, civili lege contra-
ria prætermiſſa; quod priùs dixit *Molina, de juſt. tract.* 2.
diſput. 168. *ver. jure tamen Canonico*, *Azor. inſtit. moral.* 1.
p. lib. 5. *c.* 21. *ſub lit. D. ver. item & p.* 2. *l.* 2. *cap.* 12. *quæſt.* 3.
Fuſchus tom. 1. *lit. A. concluſ.* 287. *num.* 48. & *Suar. de leg.*
lib. 3. *c.* 6. *n.* 8.

10\. Exinde vides, quid dicendum, ſi qua ſpuria velit
monialis fieri.

Quæſt. 5. *An Clericus, vel Religioſus ſuam filiam ſpuriam teneatur alere, & dotare?*

1\. Quod Clericus ſuam filiam ſpuriam teneatur ale-
re & dotare, non eſt qui ambigat; tum quia jus
naturale omnes afficit, eo, quod ubique viget, & practi-
catur, & non conſtitutione aliqua, ſed inſtinctu natu-
ræ, ut expreſsè dicitur *in Can.* 6. *diſtin.* 1. tum etiam, quia
hoc jus naturale per clericatum non extinguitur; tum
item, quia ſicut Clericus ſuam tenetur dotare ſororem
de redditibus beneficii, ut apertè colligitur *ex cap. perve-*
nit. de Arbitris, & multis allegatis probat *D. Auguſt. Bar-*
boſa in eod. cap. num. 2. §. *ſororem*: ita, & multò magis in-
ceſtuoſam filiam tenetur alere & dotare, ut *idem Barboſ.*
probat in c. cum haberet, de eo, qui duxit in matr. tum quia
hæc illi magis conjuncta extat; tum etiam; quia ab eo im-
mediatè dependet.

2\. An verò Religioſus profeſſus ſuam filiam Spuriam
monialem teneatur pariter alere & dotare, major diffi-
cultas eſt; nam jus naturale, etiam monachos obligat
ex una parte, & ex altera parte, Religioſus profeſſus
habet votum paupertatis, & conſequenter non eſt capax
proprii peculii; unde non poteſt aliquid habere, de
quo poſſit diſponere, nec quidem ad uſum, juxta *De-*
cretum cap. 2. *Trident. ſeſſ.* 25. *de Regul.* quod incipit, *nemi-*
ni igitur Regularium, quamobrem, jure optimo dictum
eſt, quod quidquid acquirit monachus, ſuo monaſterio
acquirit: unde ergo poterit ſuam ſpuriam alere, &
dotare?

3\. Sunt qui dicunt, quod ſi Religioſus fiat ex fragi-
litate Pater, debet ſtatim ſuam tranſmittere filiam, vel fi-
lium, ad locum deſtinatum; ut puta ad hoſpitale Pietatis,
in quo hi piè recipiuntur, & aluntur; ſicque miſer ille re-
ligioſus Pater liberabitur à converſatione Matris illius
nati, aliàs difficulter liberabitur à peccato, Luxuria
enim nullo faciliori modo vinci poteſt, quam abſentiâ,
& fugâ.

4\. Sed quid agendum, ſi non ſumus in in magnis Ci-
vitatibus, in quibus hujus generis loca reperiuntur?

5\. Reſpondent, quod cum, nec votum ſimplex ca-
ſtitatis, nec quidem votum ſolemne Religionis, libe-
rent voventem à jure naturali, & divino, quo Pater ob-
ligatur ſuam filiam alere & dotare: & clarum ſit, quod
votum ſolemne paupertatis obligationem inducit à jure
voluntatis, non habendi proprium, ſtandum eſt
potiori, ſi ambo concurrant, & nequeant ſimul ob-
ſervari: verumtamen pro ſecuritate conſcientiæ di-
cendum eſt, quòd miſer iſte, de quo agitur, tene-
tur petere licentiam à ſuo Prælato ad petendum, &
acquirendum ad finem prædictum, vel petat, & ac-
quirat de illius ſaltem licentia tacita, vel petat & ac-
quirat non tamquam dominus, ſed cum hoc, ut do-
minium

minium rei petitæ & acquiſitæ, reſideat apud filium, vel fiam; hoc autem non foret contra votum paupertatis, nam votum paupertatis hoc exigit, ut religioſus non habeat proprium, hoc eſt, dominium rei quæſitæ, ut patet de fratribus Minoritis, qui multa quærunt, & acquirunt eleemoſynaliter, quorum dominium ſtat, ac reperitur apud S. Papam; ad quod facit, quod jus Patris eſt ad alterum, nempè ad filium: unde jus Patris, à lege dicitur, jus filii, in quo Patri, poſt ejus mortem, continuat, *Bald. in l. cum antiquioribus num. 11. ver. x. C. de fidelibus & Jaſon in l. quoties num. 31. de rei vendicatione.*

6. Votum autem paupertatis eſt ad ſe ipſum, ſcilicet quod religioſus nihil habeat proprium; ergo ſi Religioſus non poteſt acquirere aliquid, aut retinere, tamquam ſibi proprium, poterit tamen acquirere aliquid proprio labore, & induſtria, tamquam proprium filio, & retinere pro filio, quod fieri poteſt abſque violatione voti paupertatis, ut dictum eſt de Minoribus.

7. Præterea religioſus, de pictantia ſibi limitate aſſignata, poteſt, ſecundùm quoſdam, parcè vivendo, eleemoſynam facere, ſine licentia Prælati; ergo poterit illam dare proprio filio, vel filiæ: charitas enim eſt ordinata: ſic item dicendum de acquiſitis propria induſtria, annuis redditibus, & aliis acquiſitis, ut puta pingendo, legendo, prædicando, ſcribendo, & ſimilia peragendo, ſibi tamen conceſſis ad uſum neceſſarium, & religioſum; nam Eleemoſynam elargiri, religioſum eſt.

8. Præterea poterit religioſus prædictus petere pecuniam ad finem, ut libet, illam erogandi in ſuſtentationem miſerabilium perſonarum, de quorum numero cenſetur præfatus ſpurius, de quibus legendi ſunt, *Sanchez tom. 2. ſum. l. 7 cap. 30. num. 4. à S. Fauſto lib. 8. Theſ. q. 109. Remigius Schropha in moral. q. 38. num. 11. & ſequen. & Ant. Diana p. 4. de paupertate religioſa, reſolut. 28. & Egomet infra eod. tit.*

Quæſt. 6. *An dos per Patrem moniali præſtanda, extrahi poſſit ex bonis fidei commiſſis?*

1. AFfirmat Eruditiſſimus *P. Sanchez l. 4. de matrim. diſp. 26. num. 7.* ducitur que ex eo, quod favorabilior eſt ingreſſus monaſterii dote euntis ad matrimonium temporale, ut probat *tex. authen. de Sanctis Epiſc. §. ſed & hoc præſenti, collat. 9. & d. auth. niſi rogati:* ſed pro dote mulieris deſcendentis à primo teſtatore vinculante, euntis ad matrimonium carnale, poſſunt diſtrahi bona fideicommiſſa, ergo multò fortiùs pro dote puellæ volentis ingredi religionem: quod dictum intellige verùm; dummodò dos aliunde tradi non poſſit; ſecùs autem; nam bona vinculata, & reſtitutioni obnoxia, non ſunt alienanda, niſi in ſubſidium, hoc eſt, deficientibus aliis bonis liberis, per ea multa jura, quæ ad hoc refert *Molina, tract. 2. de juſtit. diſp. 648. num. 1.* unde bona reſtitutioni ſubjecta, non poſſunt vendi ad inſtantiam creditorum ex cauſa dotis, exiſtentibus aliis bonis liberis, ut deciſum refert *D. Reg. de Franchis, dec. 519. Giurba dec. Siciliæ 31. & D. Joan. Baptiſta Thor. tom. 1. compend. dec. Neap. ver. bona reſtitutioni ſubjecta.*

2. Sed major difficultas eſt, an dos à bonis fideicommiſſis extrahenda, debeat detrahi à portione Patris gravati, an verò ex omni patrimonio relicto à primo vinculante? de qua accuratè *idem D. Thom. in ſupplem. compen. dec. ver. dos.*

3. Dixi pro dote mulieris deſcendentis à primò vinculante: nam ſi fideicommiſſum inſtitutum ſit, non ab uno, ex aſcendentibus hæredis gravati, ſed à Collaterali, aut ab omninò extraneo; in tali caſu bona hujuſmodi fideicommiſſa, nequeunt vendi ad effectum dandi dotem moniali volenti religionem ingredi, ut benè advertit *Molina cit. loc. & ſequitur Pelliz. c. 3. ſect. 2. q. 6. nu. 48. de monial.*

Quæſt. 7. *Dos in defectum Patris, à quo tradenda ſit?*

1. ET quidem ab eis, qui de jure communi, in Patris defectum, tenentur dotare ad carnaliter contrahendum, ſive ille ſit patruus, ſive mater, ſive pater, parum refert: quandoquidem arguere à matrimonio carnali ad ſpirituale, quod fit per religionis ingreſſum, tenet & valet argum. *c. inter corporalia de tranſlat.* immò, & Religionis cauſa favorabilior eſt, cum ſpirituale vinculum fortiùs liget, & dignius ſit, ut expreſsè dicitur *in d. c. adjuncta Gloſſa in propoſitione caſus, & in verbo fortiùs.*

Quæſt. 8. *Dos puellæ recipiendæ, an poſſit licitè dari, & recipi, abſque labe ſimoniæ?*

1. ET dico quòd ſic: dummodo detur, & recipiatur, pro ſola ſuſtentatione puellæ; & nullatenùs pro ingreſſu Religionis, vel profeſſionis in ea, ut conſtat ex deciſis, *tom. 2. p. 2. tract. 1. de recip. q. 16.* & habetur expreſsè *in cap. quam pio 2. cauſ. 1. q. 2.* ibi, *nuſquam enim legimus Domini diſcipulos, vel eorum miniſterio converſos quempiam ad Dei cultum, aliquo muneris interventu provocaſſe, niſi fortè de pauperum alimento* & infrà, ibi, *verumtamen ſi veſtræ neceſſitati, adeò eſt opportunus, quem recepiſtis; dum tamen omnis abſit pactio, omnis ceſſet conventio,* hæc ibi & docet *D. Thom. quolib. 4. ar. 23. ad 17. in fin. & 2. 2. q. 100. ar. 3. in reſponſione ad quartum,* ibi, *ad quartum dicendum, quod pro ingreſſu monaſterii, non licet aliquid exigere, vel accipere quaſi pretium, licet tamen ſi monaſterium ſit tenue, quod non ſufficiat ad tot perſonas nutriendas gratis quidem ingreſſum monaſterii exhibere, ſed accipere aliquid pro victu perſonæ, quæ in monaſterio fuerit recipienda; ſi ad hoc non ſufficiant monaſterii opes, ſimiliter etiam licitum eſt, ſi propter devotionem, quam aliquis ad monaſterium oſtendit, largas Eleemoſynas faciendo, facilius in Monaſterio recipiatur; ſicut etiam licitum eſt aliquem è converſo provocare ad devotionem monaſterii per temporalia beneficia, ut ex hoc inclinetur ad monaſterii ingreſſum, licet non ſit licitum ex pacto aliquid dare, vel recipere pro ingreſſu monaſterii, ut habetur 1. q. 2. c. quàm pio,* hæc ille: ubi pariter, *hac Emin. Cajet. loquitur,* ibi, *in art. 3. ad ultim. nota quod quemadmodum textus decret. prohibens aliquid dare, vel recipere pro ingreſſu monaſterii gloſſatur, quod intelligitur, quando petitur vel datur tamquam pretium pro ingreſſu, quod tunc eſt, quando ex pacto eſt à non indigente monaſterio aliquid exigere, ſed ſi monaſterium indigeat, quòd pro neceſſaria ſuſtentatione oportet tantùm dare, nulla Simonia eſt. Ita jura alia de hoc interpretanda ſunt: unde quando taxatus eſt numerus monialium, quæ poſſunt abſque penuria ſuſtineri, ita quod ſi plures reciperentur, monaſterium gravaretur, ita quod aliis ſororibus opportunorum aliquid ex hoc deeſſet, licitè poſſet ſtatui, quòd ſupra talem numerum nulla recipiatur, niſi quæ relevamen gravaminis, quòd ſequeretur, afferret, puta mille aureos, quoniam hoc non eſt pro ingreſſu exigere, ſed pro ſuſtentatione, nec eſt præcludere viam aliis: quoniam ipſa taxatio numeri, quæ ſecundùm jura fit, claudit viam: ſed eſt aperire viam ingreſſus habentibus temporalia, quibus onus Monaſterii ſublevare poſſunt, ac volunt,* hæc ille, & ſequuntur omnes, præſertim *Navar. in d. tom. 2. de redditib. Eccleſ. q. 1. ſub num. 2.* ubi notat, *D. Thom. prædicta ſcripſiſſe poſt dictum cap. periculoſa. de ſtatu Regul. in 6. de qua re idem Cajet. in ſum. ver. Simonia, Turrecremata in d. cap. quàm pio. Rodor. tom. 2. q. 48. ar. 1. ver.*

Digitized by Google

ꝛ ita, Sotus lib.9.de juſt.q.6.ar.2.Suar.tom.1.de Relig.lib. .cap.17. ubi in propriis terminis præſentem caſum exami- at, & d.cap.quam pio,accuratè expendit; & tom.3. de Re- g.l.5 de ingreſſu Relig.cap.9.nu.15.

2. Ad quod facit diſpoſitio *Trid.cap.16.ſeſſ.25.de Re- ul.* ibi, excepto *Victu & Veſtitu*.

3. Amplia, ut dicta dos, modo tamen prædicto, poſ- t cadere ſub contractu, ſub conditione, & pacto; ete- im ut declaravit Innocent. VII. in duobus tantùm ca- bus committitur Simonia in receptione dotium puel- rum; Primò ſi paciſcantur expreſsè de aliquo dando, l ſolvendo pro ingreſſu, Secundò; quando recipiunt habiles ad monaſterium, propter ſpem habendi ali- uid, quia tunc illa eſt principalis intentio, quàm decla- tionem refert *Collector.in comp. mendic, verbo monial. m.17.* & magis clarè, Clem. VII. conceſſit, ut præfatæ oniales nullam incurrant Simoniam ex pactionibus, & onventionibus, quas faciunt in receptione intrantium ordinem ipſarum, ſuper dotibus recipiendarum, pro ongruenti, & ſufficienti ſuſtentatione earum, *teſte eo- lem collect.cit.loc.in* § *ult. num.*31. & ſecundum dictam eclarationem Innocentii, & conceſſionem Clem. VII. ntelligendi ſunt *tex.d.c.quàm pio*, ibi, *dum tamen omnis bſit pactio, & omnis ceſſet conventio, & D.Thom.cit.loc.* bi, *licet non ſit licitum ex pacto aliquid recipere*, ſupple pro ngreſſu Religionis, ſecus pro victu, & veſtitu, ut benè bidem dicit *Idem S. Thom.* & ſequuntur omnes, præci- uè *Hier.Rodor.in comp. reſolut.*54. *de dotib. monial. num. .Tambur.de Jur. Abbatiſſ.diſp.5.q.3.Navar.cit.loc. in fin. uar.in d.tom.1.de Relig.lib.4.de Simon.cap.17.num.12.& d.tom.3.de Relig.lib.5.cap.9. num.*15. & eſt commu- is.

4. Amplia, ut dicta reſolutio qualificata, ut ſupra, rocedat, & locum habeat, etiam ſi monaſterium mo- ialium ſit dives & locuples, quia opulentia monaſterii, on cauſat Simoniam, ut ex multis oſtendunt, *Sot.in d. .9.de juſt.q.6. ar.2.in fin. Navar.in ſum. cap.23. nu.*102. *nd. Miranda q.8.de monial.ar.7.concluſ.2. Emanuel Ro- r.in addit.ad ſum. tom.3.cap.144. num.8. ubi retractat, uòd prius dixerat tom.2.q.48.ar.2.Rodor. Nepos in d. re- lut.54.num.*3. ubi prædictam reſolutionem limitat, niſi cunia extra victum, pro aliis cauſis recipiatur, ut puta, uia puella recipienda eſt vilis conditionis, & fortè ex nere maculato, aut infamia aliqua, vel deformitate no- ta, vel ut dictum monaſterium per dotis pretium, ad riorem magnitudinem, & magnificentiam reduca- t: quod item dicunt *Sot. & Miranda cit. loc. Diana* 3. *r.2.de dub.Regul.reſol.98. & p.10.tr.7. Miſcell.reſol.29. ambur.cit.loc.nu.3.& Egomet.in cit.loc.nu.8.*

5. An verò dict. moniales mortaliter peccent, prodi- expendendo monaſterii bona, ad finem exigendi ex- ſſivas dotes à recipiendis, legendi ſunt *Sylv.ver. Simonia m.15.* ubi eas non excuſat à peccato avaritiæ, ubi poſt amen opinionum, hæc dicit, *ſi autem monaſterium eſſet ulentum, ſecundùm omnes prædictos, eſſet Simonia: ſed elligo præſumptivè, ſicut ſemper fecerunt, ac faciunt ali- æ moniales, quæ de divitiis ſuperbientes, quantò ſunt di- res, volunt dotes majores: ita de ſtatu mundani ſponſi in- ntes, &c. & doctiſſimus Navar.in cit.loc.de reddit. Ec- ſ.in fin.* vehementer invehit contra dictas moniales, & multis colligit peccatum mortale, *Rodor.tom.2.q.*88. 6. *& Renatus à Valle in ſua diſceptatione de Reli- oſo negotiatore*, exadverſo contendit, moniales in ſu poſito committere Simoniam palliatam; & quitur *Tambur. cit. loc. quæſt. 5. num.*4. ubi ait, onaſterium recipiens dotem exceſſivam pro in- eſſu monialis, teneri ad reſtitutionem quoad exceſ- m, quia ſecundùm conſtitutiones Apoſtolicas, nihil ra permittitur recipi, ſi id debetur ex bonis ipſius No- tiæ; ſecùs autem ſi detur ex bonis conſanguineorum, vel curatorum, omninò liberaliter, vel eleemoſynaliter, prout colligitur *ex cap.16.Trid. ſeſſ.25.de Regul.* & docet *Lez.in ſum.ver.dos monialium*, ubi ad intentum multa congerit, quæ refert *Diana cit.loc.p.*10.

Quæſt. 9. Dos Puellæ, quando, & quomodo ſol- venda ſit, & an poſſit in alimenta expendi?

1. Revera dos monialium ſolvi debet in pecunia, nec aſſignatio ſtabilium, aut cenſuum permittitur, ut declaravit Sacr.Congregat.in anno 1588.ſub die 28. A- prilis in una Camerienſ. & referunt *Aldam. in comp. ca- non.reſol.lib.3.tit.10.num.29. D.Barboſ.in collect.Bull. ver. dos monial.& de Jur. Eccl.lib.1.cap.44.num.38.Tambur.de Jur. Abbatiſſ.diſput.5.num.*2. quæ quippè pecunia dotalis eſt ſolvenda, prout valebat tempore contractus, quod nota in caſu alterationis monetæ, *Lez.1.p.ſum.cap.25.nu. 39.& ver.dos monialium num.5. & Novar. in lect. Regul. ver.dos* & additur, quòd dos monialium in iis locis, in quibus non ſunt mercatores, aut Banchi, deponi debet in manibus probi viri, & facultoſi, cum obligatione illam reſtituendi, abſque ulla exceptione, ad omne mandatum monialium, profeſſione ſequuta, ita Sac. Congreg. de- claravit in una Camerienſ. die 15. Martii 1594. & refe- runt præcitati D.D.

2. Dos monialium pœnes ipſarum conſanguineos, vel affines relinqui non debet; ſed priuſquam puellæ in- duantur Religionis habitu, actualiter depoſitanda eſt in poſſe mercatoris, vel alterius perſonæ idoneæ: niſi adſit publicus banchus in loco, ad finem, ut illico ſequuta pro- feſſione, in emptionem bonorum ſtabilium, & annuo- rum redituum implicetur: ita eadem Sac.Congreg. de- claravit de anno 1615.in una Lutritana, prout iidem D.D. referunt.

3. Nec huic declarationi obeſt altera relata ab Iſodo- ro Moſcovio, *de majeſtate militantis Eccleſ. l.1.p.*4. qua dicitur, quòd puella monaſterium ingreſſa, animo mo- nachandi, ſi paupertate oppreſſa, dotem promiſſam ſol- vere non poterat, illam non eſſe compellendam, ex quo dotem in conditionem neceſſariam ponere non debe- mus, quia de ea non conſtat authenticè, ideoque talis opinio non placet *Anton. Diana 3.p.tract.2.de dub.Regul. reſolut.*100.*hac Tambur.cit.loc.diſp.5.q.7.num.*4.

4. Nec item prædictæ declarationi Sacr. Congreg. poteſt illa alia obſtare, qua dicitur, quod dos monialium poteſt in uſus communes monaſterii neceſſarios expen- di: quia hujuſmodi declaratio intelligitur de dotibus monialium receptarum intra numerum, in monaſterio conſtitutum: illa autem de implicando dotes in bonis ſtabilibus, intelligitur de monialibus receptis ſupra nu- merum, prout eadem Sac. Congreg. declaravit 6. Jun. 1615. quam per extenſum referunt *Gavant. in ſuo manual. Epiſc. ver. monialium alimenta, num.13. & D. Alexander Sperell.tom.1.dec.84. nu.*62.

5. Et adverte, quòd, ut ſupra benè vides Sac. Congr. dixit, quod dos monialis numeri præfixi, poteſt erogari in alimenta, non dixit quod neceſſariò debet expendi in alimenta; nam certum eſt, quod in quibuſdam monaſte- riis implicatur in bonis ſtabilibus, aliquando in extin- guendis debitis, interdum verò in comparandis neceſſa- riis ad ſuſtentationem monialium, prout ſtatuta poſtu- lant, & neceſſitas exigit, quæ legem non habet, *l.unica ff. de officio Procur.* unde cauſa neceſſitatis multa ſunt per- mittenda, quæ alias non permitterentur, *cap.ſi quis pro- pter, de furtis, Rodor. tom.2.q.48.ar.7. ante primam concluſ. & Pelliz. de monial. c.3.ſect.2. q.10.nu.*61.

Digitized by Google

Quæſt. 10. *An monaſterium monialium ratione damni emergentis, licitè poſſit paciſci de certa quantitate pecuniæ ſibi quotannis ſolvenda, donec ei dos promiſſa integrè ſolvatur?*

1. AFfirmativè *Rodor.tom.2.qu.48.ar.7.cum ſuo comp. reſolut.98. de monial.num.20.Lud.Miranda quæſt. 8.de monial.ar.10.& Tambur.de Jur. Abbatiſſ. diſp.5.q.6. num.*1. dummodò tamen pecunia, quæ cadit ſub pacto, non excedat damnum emergens, ut ſi verbi gratia, ex dilata ſolutione dotis, nequit conſtitui, vel extingui cenſus annualis ducatorum decem, pro totidem licet paciſci, vel ad tantum, quantum monaſterium damnum patitur pro ſuſtentatione puellæ; tum quia in omnibus contractibus, conventio damni emergentis admittitur, & tamquam licita approbatur, nam pecunia ſub pacto ſic promiſſa, non exigitur pro dilata ſolutione dotis, ſed pro damno, quod inde fit monaſterio; tum etiam, quia omnibus licet damnum ſibi imminens evitare, præſertim quando in evitando, nullum jus violatur; tum item, quia licet arguere à matrimonio corporali ad ſpirituale, ut probat *tex.cap.inter corporalia de translat.* ſed licet genero, ob dilatam ſolutionem dotis lucra exigere abſque metu uſuræ, ut deciditur *in cap.ſalubriter de uſuris*, cujus diſpoſitio extenditur ad dotes monialium, vel favore Religionis. *Miranda cit.loc.* aut ob damnum paſſum propter alimenta adhibita, vel adhibenda moniali, *Rodor.ut ſupra.*

2. Veruntamen, etſi prædicta de jure procedant; nihilominùs in caſu poſito locum non habent, nam hodie Epiſcopis, & monialium ſuperioribus non eſt permiſſum, hujuſmodi dilatationes pro monialium dotibus facere: immò ante illarum in monaſterium ingreſſum, debent pœnes banchum, vel perſonam idoneam illas deponi facere, ut conſtat ex tot decretis Sacræ Congregationis ſupra poſitis, & notat doctiſſimus *D. Sperell. tom.1.deciſ.84.nu.61.*

3. Dixi ratione damni emergentis, quia ratio lucri ceſſantis, procedit tantùm in negotiatoribus, & mercatoribus: clericis autem, & maximè monachis negotiari non licet.

Quæſt. 11. *An dos Puellæ poſſit licitè conſignari monaſterio per modum mutui, vel commodati?*

1. QUæſitum hoc pendet ex illo, an Trident. ſub decreto *cap.16.ſeſſ.25.de Regul.* comprehendat mutuum, & commodatum, ubi textus ita loquitur, *ſed neque ante profeſſionem, excepto victu, & veſtitu, Novitii, vel Novitiæ illius temporis, quo in probatione eſt, quocumque prætextu, à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus ejus, monaſterio aliquid ex bonis ejuſdem tribuatur, nè hac occaſione diſcedere nequeat, quòd totam, vel majorem partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat; nec facilè, ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit: quin potiùs præcipit Sancta Synodus ſub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, nè hoc ullo modo fiat, &c.*

2. Ad quòd dubium eruditiſſimus *Emanuel Rodor.in tom.2.q.48.num.5.& 2.p.ſum.c.7. de donationib. num.* 12. reſpondet negativè; ſi parentes novitiæ, qui ante profeſſionem mutuant, vel commodant monaſterio, recipiant pignora, aut ſufficientem fidejuſſionem; ita ut Novitiæ ſi nollent profiteri, facilè datum, & acceptum poſſit recuperari: duciturque; tum ex eo, quia diſpoſitio *d. cap. Trid.* eſt odioſa, opponitur enim libertati volentium de ſuis bonis diſponere in beneficium proximi; ergo juxta Regulam *odia*, non extenditur ultra expreſſa. Sed Trident. cit. loc. loquitur per illud verbum *tribuatur*, quòd eſt dare irrevocabiliter, ergò nullatenus comprehendit mutuare, & commodare, quòd eſt dare revocabiliter; tum etiam, quia ratio, ob quam prohibetur, quod detur aliquid monaſterio ante profeſſionem, eſt, quia, ſi monaſterium poſſederit puellæ dotem, aut majorem partem illius, ſi velit ab eo exire, non poterit facilè recuperare quod ejus reſpectu datum eſt, at hæc ratio in caſu poſito non militat; etenim ſtante pignoratione, aut idonea cautione de reſtituendo mutuum, non eſt cur puella non poſſit liberè è monaſterio recedere, tum item, quia illa dictio *ſub quocumque prætextu*, debet intelligi de prætextu ficto, & doloſo, non autem de reali, & vero, ergo.

3. Hanc opinionem, ob prædicta, non damnant, ſed probabilem æſtimant *Miranda de monial. q.8.ar.9.concl. 2.Sanch.2.p.ad decal.l.7.c.5.num.24.Suar.tom.4. de Relig. tr.9. l.1.c.11.num.*4. ubi poſtquam retulit declarationem Sac.congreg. qua declaratum eſt, dotem monialium non eſſe monaſterio tribuendam ante profeſſionem, ſed in loco tuto depoſitandam, ait, *quod per ſe intelligendum exiſtimo; nam ſi neceſſitas, vel aliqua major commoditas ipſiuſmet novitiæ intercederet, & judicium, & licentia Epiſc. interveniret, poſſet, ut opinor, dos recipi à monaſterio; data certa cautione, & ſecuritate illam integrè, & ſine difficultate reſtituendi, ſi novitia velit abire, ita enim ſatis fit intentioni Concilii*, hæc ille.

4. Oppoſitum tamen, quod eſt de jure verius, & in praxi ſequendum, quòd ſcilicet Trident. ubi ſupra, comprehendat mutuum, & commodatum, docent, & tenent idem *Rodor. in addit. ad ſum.tom.3. cap.144. nu.*6. ubi corrigit, quod priùs dixerat *in præcit.loc. cum ſuo compen.reſolut.*101.*de Novit.num.*94. *Miranda, & Sanchez, ubi ſupra, Tambur. de Jur. Abbatiſſ.diſp.5.q.5. Portell. in dub.ver.moniales,num.1.Suar.tom.3. de Relig. lib.5. de ingreſſu relig.cap.9.num.16.& Pelliz.de monial. cap.3. ſect.2. q.7.num.*53. tum quia Conc. Trident. *cit. loc.* loquitur univerſaliter, ac proinde indifferenter debet intelligi abſque ulla exceptione; tum etiam, quia loquitur per illa verba, *quocumque prætextu*, & infrà, *nè hoc ullo modo fiat*, quæ ſatis clarè videntur excludere omnem actualem traditionem bonorum Novitiæ, etiam factam titulo mutui, & commodati; tum item, quia ſi *Trident. cit. loc.* non includeret mutuum, & commodatum, daretur locus fraudi, nam non poteſt negari, quin ſaltem ex parte monaſterii, poſſit fraus intervenire; nam nè cogatur commodatum reſtituere, nonnullas exceptiones ponet, & præcipuè *cap. Odoardus III. de ſolut.* quæ quippè fraus certè fieret ſub hoc, vel illo palliato vocabulo, *contra l. non dubium, C. de lege*, ubi dicitur, *non dubium eſt, in legem committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem*: intentio autem Concil. Trident. ubi ſupra eſt tueri libertatem Novitiæ ab omni coactione, quovis titulo adhibenda; tum tandem, Sac.Congregat. ita declaravit in una Camerin.1580. & referunt *Aldan. in comp. Canon.reſol.l.2. tit.25.& D. Barboſ.in collect.ad d.cap.Trident.num.*55.& addunt, quod quamvis pœna excommunicationis appoſita in *cit.loc. Trid.* non ſit latæ ſententiæ, ut patet ex textu, & conſequenter ante judicis declarationem non incurratur: nihilominus non poteſt negari, quin violatores dicti Decreti peccent mortaliter, cum verſentur in re gravi.

Quæſt. 12. *An dos poſſit licitè conſignari monaſterio per modum remiſſionis debiti?*

1. SUnt qui affirmant: dummodò tamen quantitas pecuniæ ſolvenda à monaſterio parentibus Novitiæ, ſit correſpondens doti promiſſæ; ducunturq; tum ex

co-

Digitized by Google

t, quia dos ſic data, cenſetur ſoluta in ære; tum etiam, ita ſic commutata, dicitur implicata in emptione rei ctiferæ, cum ſic exoneret Conventum à debito ſolmdo.

2. Verumtamen falluntur toto Cœlo, ut benè notat elliz. cap. 3. de monial. ſect. 2. nu 67. tum quia dos monia- eſt omnino conſignanda monaſterio ante profeſſioem in pecunia minutata, & effectuata, non autem in onis ſtabilibus, & annuis cenſibus, ut conſtat ex tot dearationibus Sac. Congreg. quas habes *hic ſupra q. 9.* m etiam, quia Eccleſia non tenetur æs alienum ſolve- ex ſuis ſtabilibus, inter quæ computatur dos prædicta, ne licentia Papæ, ut conſtat ex deciſis hic ſupra.

Quæſt. 13. Puella, an poſſit recipi ſupra numerum præfixum, ſi habeat dotem congruam, & alia requiſita?

DOctiſſimus *P. Navar. tom. 2. de redditibus Eccleſiaſticis, q. 1. monit. 62.* latè de re ad partes accuratè diſputat, & negativam ſententiam veriorem, & tutiorem affirmat, & movetur ex jure antiquo, & novo, empè *ex cap. periculoſo, §. ſanè, de ſtatu Regul. in 6.* ubi ec præcisa verba habentur. *Sanè ut hoc ſalutare ſtatutum commodius valeat obſervari, diſtrictius inhibemus, nè monaſteriis ordinum non mendicantium aliqua recipiantur de cætero ſorores, niſi quot poterunt de ipſorum monaſteriorum bonis, ſive proventibus abſque penuria ſuſtentari: ſi ...actum fuerit, irritum decernentes*; hæc ibi, ubi *Gloſſa ver. irritum*, dicit, quod hoc Decretum irritans procedit in monaſteriis fœminarum, non autem virorum, in quibus licet non debeant recipi ultra quam ſuſtineri poſſunt, ſi tamen fuerint recepti, tenebit.

2. Hoc autem cap. habuit originem ex Concilio Arelatenſi 4. cap. 8. ſub Leone III. quod celebratum eſt anno 818. & in Concilio Muguntino, cap. 19. quòd ſub eodem Pontifice, & anno celebratum eſt, & utrumque habetur *tom. 3. Concil. in nova edit. & cap. 1. de inſtitutionib.* in partem notat idem *Navar. cit. loc. in marg.* verùm in hoc Concilio Arelatenſi, & Moguntino, non habetur decretum irritans, & liquet ibi, *non amplius ſuſcipiantur in monaſterio monachorum aut clericorum, ſeu etiam ancillarum, quam quot ſe regere de bonis Eccleſiæ, abſque penuria poſſint*; hæc ibi.

3. Et ex novo jure *Conc. Trid. c. 3. ſeſſ. 25. de Regul.* ubi inter cætera hæc habentur, *in prædictis autem monaſteriis, & omnibus tam virorum, quàm mulierum bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantùm numerus conſtituatur, ac in poſterum conſervetur, qui vel ex redditibus propriis monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſint ſuſtineri*, hæc ibi: quæ ad omnes moniales in univerſum etiam mendicantes extenduntur; non irritando tamen ipſarum profeſſionem, ut conſtat ex contextu, & docent *Azor. 1. p. inſtit. moral. l. 13. cap. 9. q. 1. Sanchez ad decal. l. 6. cap. 23. num. 1. D. Barboſ. p. 3. de poteſtate Epiſc. allegat. q. 8. num. 2. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 5. q. 1. & Egomet, aliis citatis, tom. 1. p. 2. tract. 2. de Privil. monaſt. q. 17.*

4. Id ipſum ſtatuit Pius V. in ſuo motu proprio *incip. circa Paſtoralis Officii, poſito in tract. de clauſura q. 1.* & liquet ibi, *& nè propter monialium numerum exceſſivum, clauſuræ obſervatio violetur, inhærentes ſimiliter diſpoſitioni d. conſtit. Bonif. VIII. & Trid. Decreto, monialibus prædictis, & illarum ſuperioribus, & ordinariis diſtrictè inhibendo præcipimus, & mandamus, nè plures in earum monaſteriis recipiant, admittant, ſive recipi, & admitti permittant, quàm ex propriis redditibus ipſorum monaſteriorum, vel conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari poſſint.*

5. Quòd item Greg. XIII. ſtrictè præcipit in ſua Bulla, incip. *Deo Sacris, ſub §. caterum*, ibi, *eleemoſynarum verò prædictarum contributionem, & applicationem durare, & valere decernimus, ac ſuos effectus ad plenum ſortiri debere, donec numerus monialium etiam tertiariarum hujuſmodi, quem per ſe ipſos locorum Ordinarios, & in monaſteriis ab eorum cura, & regimine quomodocumque exemptis, cum illarum ſuperiorum interventu ſtabiliri, & ordinari, neque ſupra illum numerum, aliàs recipi poſſe; etiam de conſenſu ſuorum ſuperiorum, volumus, & mandamus, ita imminutus fuerit, ut reliquæ moniales, & tertiariæ, ex propriis redditibus monaſteriorum ipſorum, vel conſuetis eleemoſynis, ſe commodè ſuſtentare queant, ſuper quo eorumdem Ordinariorum conſcientias oneramus*: hæc ibi.

6. Ex quibus *Navar. cit. loc. n. 1. in fin.* colligit, monialiũ ſuperiores non poſſe nec debere recipere Novitias ſupra numerum præfixum indotatas, nec dotatas, ſive ut ob earum dotes, creſcant redditus monaſterii, ſive exinde etiam reliquæ commodè poſſint ſuſtineri; coguntur enim numerum diffinitum ad unguem obſervare.

7. Sententiam tamen affirmativam, licet minùs veram exiſtimantes, tenent idem *Navar. cit. loc. num. 2. Miranda de monial. q. 8. ar. 6. concluſ. 2. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 9. l. 1. de var. Relig. cap. 11. num. 1. Reginaldus tom. 2. in ſua praxi, lib. 23. num. 194. Lez. 1. p. cap. 25. num. 6. Portell. in dub. ver. moniales in addit. num. 8. Sanchez d. lib. 7. Decal. cap. 23. num. 4. Barboſ. in collect. d. cap. 3. Trident. ſeſſ. 25. de Regul. num. 27. & Egomet in d. tract.* & ducuntur, cùm *ex cap. M. Ferrarienſis de conſtit.* ubi dicitur, quòd aucto numero redditùum in Capitulo, poteſt augeri numerus Canonicatus taxatus circa Capitulum; tum etiam ex *d. cap. periculoſo, & Conc. Trid.* ubi utrobique dicitur, ut tot moniales recipiantur, quot commodè ali poſſunt ex redditibus monaſterii, ergo auctis redditibus monaſterii per conſignationem dotis, hæ ſupernumerariæ debent recipi, quia abſque penuria, & incommodo cæterarum ſuſtentari poſſunt; tum item ex communi uſu, & conſuetudine, qua cunctis perſpicuum eſt, monialium ſuperiores indifferenter admittere ſuper numerum taxatum, aptas tamen & dotatas, at conſuetudo eſt legum optima interpres, ut probat textus *cap. cum dilectus, de conſuet.* ergo: tum item, quia prædicta Decreta in Hiſpania non aliter practicantur, dum per dotem ſuperadditam, & aptitudinem puellæ, ſufficienter fiat ſatis intentioni Eccleſiæ; tum denique, quia nobilium filiæ indifferenter, cum congrua dote, ducuntur ad dicta monaſteria, non ſolùm Religionis, & voti cauſa; at etiam, ne cogantur ipſarum Parentes, ob virium defectum, illas tradere hominibus inferioris conditionis, cum dedecore illuſtris familiæ: unde prædicta monaſteria, etiam ad honorem familiæ reperiuntur inſtituta.

8. Neque his obſtant jura in contrarium relata; quia, ut colligitur ex dictis, debent intelligi limitatè, hoc eſt, ut ſupra numerum non recipiantur aliæ indotatæ ſive gratis, & ſine dote, nè monaſterium in præjudicium receptarum infra numerum, ſuis ſumptibus eas alere cogatur.

9. Verumtamen hodie hujuſmodi ſupernumeraria, nec quidem cum dote poteſt admitti ſine licentia Sac. Congregat. prout eadem declaravit 6. Februarii 1615. *teſte Gavanto in manuali ver. monial. receptio, num. 11.* & ita etiam in Regno Portugalliæ uſus obtinuit, *Portell. cit. loc. in addit. ad addit. num. 1.* ubi priorem mutando ſententiam, proteſtatur id, de quo agitur, non poſſe fieri ſine expreſſa licentia Papæ, *Bordon. controver. 19. num. 6. & Lez. cit. loc. ſub num. 6. ex declaratione Sac. Congreg. facta 6. Septembris, 1604.* ait, quod ſi quæ ſupra ſtatutum numerum reciperentur, duplicem eleemoſynam afferre, & ſupra numerarium locum tenere deberent, & ex eadem Sac. Congregat. dicit, quod moniales, quæ ſupra numerum in quolibet monaſterio conſtitutũ recipiun-

recipiuntur, in locum monialium decedentium nequaquam ſubrogari, neque impedimento eſſe, quin aliæ in locum earumdem ex numero mortuarum recipi eo modo valeant, quo in ſingulis monaſteriis moniales intra numerum poſſunt admitti: quinimmò eaſdem ſic ſupra numerum receptas, ſupra numerarias ſemper quo ad hoc remanere: etiamſi in cæteris, ab aliis nihil differant, ſed illis in omnibus pares, &c.

10. Inſuper quòd duplicis eleemoſynæ nomine, intelligi ſemper debeat duplicata ſumma ejus, quæ in receptione cujuſque monialis intra numerum in quolibet monaſterio conſtitutum, erogari pro tempore conſueverit: ita tamen, ut ubi ſumma, quæ confertur, eſt minor ſcutis ducentis, ibi ſaltem ratione duplicatæ eleemoſynæ, ſolvenda ſunt ſcuta quadraginta, & referunt etiam *Stephan. Quaranta in ſum. ver. monaſteria monialium in fin. §. quemadmodum Sacri olim Canones fol. mihi 359. in impreſſ. Veneta de anno 1612. Laur. Peyr. tom. 2. Privil. in conſtit. 6. Pii V. nu. 9. Paulus Piaſecius in ſua praxi p. 2. cap. 3. de Viſit. monial. pag. 201. Portell. in cit. loc. nu. 3.* ubi inquit, quod quando Papa jubet recipi aliquam monialem cum dote duplicata, iſta duplicatio dotis, debet intelligi ſecundùm æſtimationem Regni, & Conventus illius, in quo Novitia recipitur, non verò ſecundum æſtimationem dotis, quæ Romæ dari ſolet, vel Italiæ, ubi litteræ expediuntur; & ſequitur *Tambur. de Jur. Abbatiſ. diſput. 5. q. 4. num. 7.*

Quæſt. 14. *An pecunia dotalis ſupernumerariæ, depoſitata ad finem emendi ſtabilia, poſſit licitè inſumi à monial. in emendis neceſſariis ad victum monaſterii ſine licentia Papæ?*

1. AFfirmat probabiliter *Pellizz. c. 3. de monial. ſect. 2. num. 66.* dummodo tamen dictæ moniales moraliter ſint certæ, ſe tantumdem pecuniæ ſtatim habituras, ac occurrerit commoditas illam expendendi in emptione ſtabilium: & movetur tum ex eo, quòd pecunia computatur inter bona, quæ recipiunt functionem; & ſic non repugnat ſummam aliquam pecuniariam ſubſtituere loco alterius ſummæ obligatæ; tum etiam, quia in hoc caſu propriè non intervenit alienatio, maximè cum in tali caſu ſalvetur finis à Sacra Congregatione intentus in prohibenda alienatione rerum Eccleſiæ; tum item, quia dum loco monetæ obligatæ, alia ſubſtituitur, fit debita compenſatio, ergo.

2. Veruntamen mihi non placet, nec quidem placere poteſt, tum quia demptâ extremâ neceſſitate, in omni cauſa neceſſaria ad alienandum, requiritur aſſenſus Apoſtolicus, *Rota Rom. deciſ. 203. p. 4.* & multis citatis, *Nova. 1. p. ſum. de alienat. num. 7.* tum etiam, quia dum dicta pecunia fuit depoſitata cum obligatione illam expendendi in emptione ſtabilium, computatur inter bona ſtabilia monaſterii, ergo non poteſt diſtrahi, niſi ut ejuſdem cætera immobilia, per ea multa, *quæ dico, to. 1. p. 2. tr. 14. de Rebus monaſt. non alienandis q. 52.*

3. Amplia, ut nec poſſit mutuo tradi, ut liquet ex deciſis ibidem, *q. 53.* nec dici, quod ſit in fructu monaſterii, ut deciſum referunt *Genuenſis in nova praxi, c. 75. in annot. nu. 14. Quaranta, ver. alienatio nu. 25. Bonac. tom. 1. de alienat. bonor. Eccleſ. diſp. 2. q. unic. p. 2. nu. 5. ver. ſecùs dicendum, D. Barboſ. 3. p. de poteſtate Epiſcopi, allegat. 95. Peyr. tom. 1. in conſtit. 9. Jul. 2. num. 11. Peregrin. in comp. privil. Theat. ver. alienare in ſchol. 4. & multis cit. Novar. in noviſ. deciſ. 225. num. 7.* qui dicunt, quod moneta depoſitata ad finem emendi, non dicitur ſtare otioſa, ergo non ſubit functionem & uſum ad libitum Prælatæ monaſterii: quo ergo titulo monaſterium poterit hujuſmodi pecunia uti? non ut Dominus, nec ut mortuarius, non ob extremam neceſſitatem, ergo nullatenùs ſine errore, poterit prædicta peragere, Sacra Congreg. inconſultâ; ad quod item facit *Jur. Regula 59.* quæ dicitur, *dolo facit, qui petit, quod max reſtituere tenetur,* dolus autem plus punitur, quam culpa, ut probat *textus cap. in tantùm 4. de Colluſione tegenda, & cap. viam ambitioſæ 1. de Regul. & tranſeun. ad Relig. extrav. commun. in 6.*

Quæſt. 15. *An monaſterium perdat ſuæ monialis dotem depoſitatam, ſi Prioriſſa parentibus illius promiſit locum ſupra numerum nondum realiter vacantem?*

1. SUnt qui affirmant ex eo, quod dicta promiſſio reperitur à Sacra Congreg. prohibita cum Decreto irritante: verum falluntur; quia dictum Decretum irritans, cadit ſupra promiſſionem loci nondum vacantis, non autem ſuper depoſitione dotis, neque ſuper profeſſione, quæ valida eſt, ut liquet ex textu dicti Decreti, ibi *ſalvis, & in ſuo robore permanentibus aliis, quæ dicto Decreto non adverſantur, uti ſunt, receptio & admiſſio ad habitum, & profeſſionem, depoſitio dotis, ejuſdem ſolutio, &c.* quamvis in his præceſſerit illud damnatum pactum de loco nondum vacante.

Quæſt. 16. *An monaſterium teneatur alere, & retinere monialem profeſſam, cujus dotem ſibi promiſſam, non potuit obtinere?*

1. QUæſtio hæc hodie locum non habet, cum nulla Puella ad habitum regularem debeat admitti, quin priùs dos ejus non fuerit pœnes publicum Banchum depoſitata, ut conſtat ex hic ſupra deciſis *q. 9.*

2. Verùm data hypotheſi, quòd dote non conſignata, ſed tantum promiſſa, monialis fiat profeſſa, & ad habitum admittatur; non poteſt ampliùs ejici, ſed alenda manet ſumptibus monaſterii; etiam dote non conſignata, & ſpe mortua illam exigendi; tum quia validitas profeſſionis non pendet ex conſignatione dotis, cum error fortunæ, non irritet matrimonium, *Navar. in ſum. cap. 22. num. 32.* & habetur expreſsè *in c. conſtituit 5. 20. q. 3.* tum etiam, quia cum per profeſſionem effecta ſit pars & membrum monaſterii, jus habet, ut ex bonis illius, etiam ipſa ſuſtentetur.

3. Nec dices, quòd ſicut vir, non tenetur recipere uxorem, nec illam alere, donec dos ei ſolvatur; immò, & etiam receptam poteſt ejicere, ut poſt alios annotavit *Panor. in c. per veſtras Donat. inter vir & uxor. num. 4.* ſic & monaſterium poterit expellere monialem, quæ non ſolvit dotem: quia non currit paritas; nam licet jura civilia non obligent maritum ad uxorem alendam, dote non conſignata, in caſu tamen noſtro debet attendi jus canonicum, & præcipuè *d. cap. conſtituit*, cujus diſpoſitio fuit deciſio Moguntini Conc. ut ibidem notat *Gloſ. cum indecens, & periculoſiſſimum ſit, monialem degere extra monaſterium, & alias æquum ſit, Eccleſiæ ſervientem, de bonis Eccleſiæ ſuſtentari, cum dignus ſit operarius mercede ſua, Rodor. tom. 2. q. 48. ar. 8. cum ſuo comp. reſol. 54. nu. 6.*

Quæſt. 17. *An monaſterium teneatur alere monialem, cujus dos occupata fuit à fiſco, ob ipſius hæreſim, vel aliud delictum?*

1. P. *Pelliz. c. 3. ſect. 3. de monial. monial. num. 75. aliis relatis,* dicit, non teneri, ſi monialis tamen ſit extra Conventum, & monaſterium nolit eam iterum recipere; probatque ſuum intentum *ex l. pro oneribus, C. de jure dot. & l. dotis fructum ff. eodem*, tum etiam, quia non apparet, quo jure monaſterium teneatur illam alere, non enim ratione dotis, cum jam fuerit rapta à fiſco ut ſupponitur, non ratione ſervitii, ac obſequii præſtiti monaſterio,

io, cum non admittatur, & monaſterium non teatur illam admittere, ut item ſupponitur, ergo.

2. Veruntamen mihi non arridet, cum erret in præ- poſito, quia vel præſupponit, monaſterium ob deli- m ſuæ profeſſæ, poſſe ſpoliari bonis per profeſſio- n ejuſdem ſibi quæſitis, & hoc eſt falſum; cum mona- ium ex contractu, & delicto ſubditi, ad nihil teneatur, conſtat *ex deciſis, tom.1.p.2.prax.tract.6. de Apoſtat. q. num.2.& dicit Gloſ.in cap.de perſona, 11.q.2.ver.aut mo- hum*, ibi, *ſi monachus contra aliquem deliquit, ipſe mona- s conveniendus eſt, & non Eccleſia, juxta cap. hoc tantum quod eſt primum q.2.cauſ.*18. vel præſupponit bona itentium remanere pœnes eoſdem; quod item eſt ſimum; cum bona Religioſorum, per profeſſionem umdem, abſolutè, & ſimpliciter tranſeant in proprie- m, & dominium illius monaſterii, in quo profiten- ; ſic adeò, ut nequeant ab eodem ampliùs avocari ſine ntia Papæ; nec quidem per ſubſequens delictum ſui feſſi, ut liquet ex deciſis, *cit.loc.& tr.5.de tranſ.q.58.& ap.non dicatis, 12.q.1.adjuncta Gloſſa*, tum item, quia ſupponit monialem profeſſam, poſt pœnitentiam, e eſſe extra clauſuram, ad ſui libitum, quod item eſt um; ut conſtat ex deciſis *in tr.de clauſura*, tum item, a præſupponit, monaſterium non poſſe cogi ad reci- ndum ſuam profeſſam in Tribunali Sancti Officii, alibi punitam, quòd item eſt falſum ut conſtat ex de- s *tom.1.p.2.tr.7.de ejectis q.26.& 27.*

3. Igitur ad caſum propoſitum dicendum eſt, quod tet monialis delinquens, cum careat bonis, punien- eſt in perſona, juxta qualitatem delicti, intra carceres naſterii, vel tribunalis Sancti Officii, ſemper alenda ptibus monaſterii, ob contractum initum inter ip- profeſſam, & monaſterium tempore profeſſionis; ita nec titulo incorrigibilitatis ponatur extra ſepta, vel ra carceres dicti tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitio-

*Quæſt.*18. *Quo nam jure, dos monialis, profeſſione ſequutâ, perpetuò acquiratur monaſterio?*

Hujus dubii affirmativa deciſio eſt indubitata apud omnes Doctores: dubia tamen in ſua cauſa: ſunt i dicunt, quod ideò dos monialis profeſſæ perpetuò betur monaſterio, quia fuit data in pretium alimento- m, ad quæ monaſterium obligatur: verùm non placet: m dos in matrimonio carnali, cenſetur data ad ſuſti- nda matrimonii onera, & ad uxorem alendam, ut pro- t *tex.l.pro oneribus, C.de Jur.dot.* & tamen non perpe- manet apud virum: ſed ſoluto matrimonio, reverti- ad hæredes.

2. Doctiſſimus *Guttierez, quæſt.Canon.l.2.c.1.nu.*107. *quinimmò multis citatis*, dicit, quòd ideò dos dict. onialis perpetuò quæritur monaſterio, quia hoc habe- loco filii, & hæredis. Unde ſicut ſoluto matrimonio porali per mortem, bona uxoris ſpectant ad ejus fi- & hæredes: ita moniali mortuâ, dos ejus ſpectat ad naſterium, quod ſuccedit loco filii; ſed non placet *anchez lib.7.ad Decal.c.9.num.23.* ex quo non eſt ve- n, quod monaſterium ſuccedat loco filii, niſi in caſi- s ipſo jure expreſſis, inter quos non reperitur præſens, quo agitur; quapropter dicit, quòd dicta dos debetur petuò monaſterio ex conſuetudine, quæ eſt optima um interpres.

3. Ego autem dico, quod monaſterium ſuccedit in na profeſſi, jure cujuſdam acquiſitionis naturalis, & iverſalis, acceſſoriæ ad perſonam, juxta *textum authen. reſſi, C.de Sacroſanctis Eccleſ.§.ſed, & hoc præſenti, au- n.de Sanctiſſ. Epiſcopis*, ibi, *ipſo ingreſſo ſe ſuaque dedicat* o, quod item probat *tex.cap.quia ingredientibus, cauſ.* 19.q.3. ibi, *ſed res eorum, ejuſdem monaſterii juris fiant, aperta legis diffinitione decretum eſt*: & quod dos data dict. Puellæ, ex quo cenſetur donata in partem legitimæ, in qua nullum poteſt imponi gravamen, cum debeatur de jure naturæ, per ipſam profeſſionem, omni dubio procul, tranſit in dominium & proprietatem ſui monaſterii, ut conſtat ex deciſis, *tom.1.p.2.prax.tract.11. de ſucceſſ.monaſt.q.10.ubi de re latè.*

Quæſt. 19. *Dos quæſita monaſterio, an poſſit ab eo auferri, tranſlata moniali in ſecundum monaſterium?*

1. Negativè dic per ea multa, quæ dico in *tract.de violata clauſura per egreſſum q.10.*

Quæſt. 20. *Mulier convertita, an poſſit recipi ſine dote?*

1. Reſpondeo, quod in admittendis Convertitis, ſunt omninò obſervandæ conſtitutiones, tam circa receptionem, quàm circa profeſſionem: & quamvis forent inhabiles ad velum nigrum, non ideò ſunt repellendæ, prout à Sacra Congregatione deciſum refert *Emin.Bellar.in c.*18. *Conc.Trid.ſeſſ.*25. *de Regul.* ubi addit, quòd Convertitæ nihil dant pro dote, ſed tantum nomine eleemoſynæ, vel alimentorum, & priùs impenſæ ſunt ſolvendæ, & reliquum convertatur in emptionem bonorum ſtabilium. Item quod tenentur ad clauſuram, & ubi profeſſionem fecerint, non poſſunt ampliùs egredi ex conſtit. Pii V. & Greg.XV. de quibus dictum eſt *in tractatu de clauſura.*

Quæſt. 21. *Dos monialis in probatione morientis, ſi jam monaſterio reperiatur ſoluta, an ſit una cum fructibus reſtituenda illius hæredibus?*

1. Affirmativè dic, tum quia qui ante profeſſionem moritur, dicitur è Religione recedere, & in ſæculum abire, ſed Novitio recedenti à Religione, ſunt omnia una cum fructibus reſtituenda, juxta diſpoſitionem *cap.16.Conc.Trid.ſeſſ.25.de Regul.* tum etiam, quia dos prædicta cenſetur data ſub illa conditione, ſi profeſſione non ſequuta, quacumque de cauſa, eſt reſtituenda, & ita fuiſſe à Sac.Congreg.deciſum, etiam reſpectu monialium, referunt *D. Barboſa in Collect.ad d.cap.Trid. nu.*60. *Novar.in ſua lucerna Regul.ver.dos num.*4. ubi docet de praxi, *Tambur.de Jur.Abbatiſſ.diſp.5.q.5.nu.3.ubi aliis relatis*, dicit, moniales comprehendi in *d.cap.Trid. Zerola p.2.prax.ver.moniales dub.11.& Bordon.deciſ.296.*

Quæſt. 22. *Dos monialis, in vim Privilegii Pii V. profitentis, anno probationis non finito, an acquiratur monaſterio?*

1. Negativè dic, per ea multa, quæ dico infra, tractatu de Novitiatu; & dixi, *tom.2.p. 2.eod. tit. q.17.* & docent *D. Barboſa ubi ſupra, & D. Ricc. 2.p.prax.reſolut.*493.ubi in *nu.*6. ampliando dicit, dictam reſolutionem procedere, etiamſi profeſſio facta eſſet poſt annum probationis, exiſtente morbo prædicto.

* * *

Quæſt. 23. Sed quid dicendum, ſi dicta monialis infirma, finito Novitiatu, & anno ætatis ſexto decimo, profiteatur in vim dict. Privilegii, & deinde ſtatim, morbo graveſcente, moriatur, dos ejus pertinet ad monaſterium, an verò ad parentes ſtantes in ſæculo?

1. ET quidem ſpectare ad monaſterium affirmat doctiſſimus *Remigius Scropha Venetus in ſuis moralibus q. 37. cui arredet Bordon. controver. 22. q. 8.* duciturque ex multis; primò, quia præſuppoſita legitimâ ætate puellæ, & probationis anno finito, ſtatim emittitur profeſſio tacita in illa Religione, in qua habitus Novitiarum non diſtinguitur ab habitu profeſſarum; ergo quicquid ſit, & ubi non fuit contradictum ex utra parte, puellæ ſcilicet, & monaſterii, de dicta profeſſione expreſſa facta ad lucrandum Indulgentias; adhuc tamen dos prædicta ſaltem in virtute talis profeſſionis tacitæ, ſpectat ad monaſterium; nam profeſſio tacita eſt vera profeſſio, & conſequenter obligat, & operatur totum illud, quod operatur expreſſa; etenim, ut ſæpè dixi, taciti, & expreſſi, eadem eſt virtus, at monaſterium per profeſſionem expreſſam acquirit omnia bona, & jura profeſſæ, ergo.

2. Secundò, quia ſi poſt contractum matrimonium carnale, decedat uxor, *de jure l. unic. unde ver. & uxor*, Dos acquiritur marito, etiam quoad proprietatem, quando moritur cum filiis; ſed dict. profeſſa monialis, hoc modo dicitur decedere, & mori; ergo ejus dos eſt monaſterii ex neceſſaria ſequela, arguendo ab uno in aliud matrimonium, & alia id genus refert idem *P. Scropha in cit. loc. ubi rem fusè dilatat.*

3. Neque his nocet dicere, quod dos non fuit deſignata, & depoſitata propter ingreſſum: hoc enim foret ſimoniacum, ſed pro alimentis, in quorum locum ſuccedit; ſed per mortem puellæ, monaſterium liberatur ab onere alendi, ergo etiam liberatur à poſſeſſione dotis, etenim ceſſante cauſa finali, ceſſat contractus diſpoſitio.

4. Quia non eſt verùm, quod dos detur ſolummodò pro alimentis monialis, nam etiam, & præcipuè datur, titulo eleemoſynæ in adjutorium monaſterii: unde dos monialis, non dicitur dos ſimpliciter, ſed cum addito, nempè eleemoſyna dotalis, ſi enim daretur ſolum pro alimentis, utique ſequeretur, dotem eſſe reſtituendam toties, quoties moniales morerentur; cum poſt mortem, monaſterium defunctas non alat: idcoque dicendum, quòd ſicut alimenta non ſunt cauſa transferendi jus dotis in monaſterium, ſed profeſſio, ita neque poſſunt eſſe cauſa reſtitutionis, quando ceſſat obligatio alendi poſt mortem.

5. Nec replices dicendo, quod dominium acquiritur traditione rei inter vivos, *l. traditionibus 20. C. de pactis, §. per traditionem, inſtit. rerum divis*; & quòd dos, de qua eſt ſermo, non recipitur tradita, ſed depoſitata penes tertium: ergò cum adhuc ſint in dominio hæredum, eorumdem erit.

6. Quia jus perfectum ad dotem acquiritur per profeſſionem, nec ad acquirendum jus alicujus rei, neceſſaria eſt ejus traditio, ſed ſufficit utriuſque partis conſenſus, & adimpletio conditionum requiſitarum; *de conſuet. ver. ſignum*, ubi dicit, corporalem traditionem non ſemper requiri; at ſufficere affectum cum aliquo interveniente, qualis eſt profeſſio dict. Novitiæ, licet mox poſt profeſſionem mortua ſit.

7. Nec objicies dicens, quod qui ſtatim poſt profeſſionem moritur, non dicitur profeſſus, ex eo, quod parum durans, cenſetur non fuiſſe, *cap. 3. de verb. ſignif. Gloſſa ver. divortium 21. diſt. in. 1. de pœnit.* ſed ante dictam profeſſionem, dos non debetur monaſterio, ergo nec in caſu poſito, nam profeſſio, tam brevis, & ferè momentanea, non poteſt dici vera profeſſio.

8. Quandoquidem non poteſt dubitari, quin dicta profeſſio tacita, fuerit vera profeſſio, conferens monaſterio totum illud, quòd eidem per expreſſam profeſſionem confertur, nec requiritur longum tempus ad inferendum effectum, nec in acquirendis rebus Eccleſiaſticis, requiritur apprehenſio corporalis, ſeu rei traditio, ſine qua dominium rei non poſſit ſufficienter in Eccleſiam transferri, ut liquet, *ex l. inter divinum, C. de ſacroſanct. & docent dicta Gloſ. cit. loc. de Conſuet. Covar. tom. 2. lib. 2. var. cap. 19. Megal. 1. 2. lib. 2. cap. 27. num* 61. nec conſtat illud juris dictum, ut puta *parum durans, dicitur non veniſſe*; quia tale dictum intelligitur quoad fictionem juris: re vera tamen dicitur factum ſufficiens ad productionem effectus ab eo dependentis in fieri, *Bordon. cit. loc. num. 14. in fin.* ac proinde dicendum eſt, moniali ſtatim poſt profeſſionem mortua, dotem ejus ſpectare ad monaſterium, licet tempore profeſſionis, aut mortis, adhuc fuiſſet in manibus depoſitarii.

Quæſt. 24. An lis de dote monialis, peragi debeat coram judice laico, vel potiùs Eccleſiaſt.?

1. ET quidem agitandam eſſe coram judice laico, plures affirmant ex eo, quòd actor ſequitur forum rei, ut ex vulgatis juribus *cap. cum ſit, de foro compet. & c. ſi Clericus eod. tit. & l. 2. de jur. omnium judicum*: at Pater monialis eſt laicus, ergo, &c. verumtamen fallit dicta Regula, quando cauſa habet aliquid ſpiritualitatis admixtum, nam tunc tractanda eſt coram judice Eccleſiaſtico, *Bobadilla in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 10. in fin. Guttierez pract. 99. l. 1. q. 44. num. 10. & l. 3. q. 29. num. 30. Cenedo in Canonicis qu. 37. num. 7. Cavallos tr. de cognit. per viam violentiæ p. 2. q. 12. num. 17. quod ſequitur P. Diana, 1. p. moral. tr. 1. de immunit. reſol. 116. in fin. & Bordon. controver. 22. q. 11. num. 17.* ubi dicit, deciſionem prædictam multò fortiùs procedere in caſu poſito, quia dos monialium reſpicit Religioſam profeſſionem, quæ eſt quid ſpirituale; ad quod etiam facit capitulum *ex tenore 11. de foro compet. ubi Gloſ. in ver. Eccleſiaſticum judicem* ait, ſicut cauſæ matrimoniales, item juſpatronatus, item decimarum, item cauſa uſurarum, & alia hujus genus plura.

TRAC-

Digitized by Google

TRACTATUS XI.

DE NOVITIATU MONIALIUM.

Quæſt. 1. Novitiatus quid ſit, quando incipiat, & quanto tempore duret?

Iam dixi, *tom.2.p.2.tr.9.q.1.* quòd Novitiatus, eſt receptorum juvenum activa & paſſiva probatio, in Religione approbata, conſtituto tempore facienda: quæ ſingulæ particulæ, ibidem accuratè exponuntur; & ſignanter advertitur, quod tempus probationis, in quavis Religione, ad minùs debet eſſe annale, ut expreſsè dicitur, *in cap. Gonſaldus 1.17.q.2.* ibi, *Canonica inſtituto interdicit, monachum ante unius anni probationem effici, & cap. ad Apoſtolicam 16. de Regul.* ubi in principio eadem verba repetuntur.

2. Et debet eſſe continuum, ut probat, *tex. Sac. Conc. Trid. cap.15. ſeſſ.25. de Regul.* ibi *nec qui minori tempore, quam per annum, poſt habitum ſuſceptum in probatione ſteterit, &c.*

3. Ille autem probationis annus, in maſculis in illo tempore ante Tridentinum, incipiebat expleto anno decimo quarto, & incipiente decimo quinto: in fœminis verò expleto duodecimo, & incipiente decimo tertio, ut colligitur *ex cap. ad noſtram, & cap. ſignificatum, de Regul. cap. firma, 20.q.1.* & docent *Syl. ver. Religio.5.q.3. Miranda tom.1. Manual. q.22. ar.3. & Sanchez l.5. ad Decal. c.4. num.22.*

4. Verum per Tridentinum *cit. loc.* jura prædicta fuerunt innovata, & mutata, ſic adeò, ut in nulla Religione, tam virorum, quàm mulierum, profeſſio fieri poſſit ante annum decimum ſextum expletum; nec majus tempus requiritur ad profitendum, etiamſi habitus ſuſcipiatur in inſulis, ex quo etiam *cap. quia in Inſulis de Regul.* hodie per Trident. ubi ſupra, reperitur correctum.

5. Quamobrem, parum prodeſt, quod Novitiatus annus poſſit inchoari ſtatim poſt ſuſceptionem habitus illico recepti poſt pubertatem, cum profeſſio nequeat fieri niſi ſervatis ſervandis, poſt ætatis annum decimum ſextum expletum, ut dictum eſt ſupra.

6. Incipit igitur probationis annus à momento ſuſceptionis habitus, recepti tamen, & præſtiti de mutua voluntate, ingredientis Religionem ſcilicet, & hujus Religionis illum acceptantis: *Navar. de Regul. conſil.1. in 1. edit. & egomet cit. loc. q.2.* quod intellige procedere præſcindendo à Decretis Clem. VIII. nam ſtantibus dict. Decretis de novitiando in locis deſignatis; annus probationis incipit à die ingreſſus in Conventum deputatum, ut liquet in dictis Decretis, ibi, *ſtatim atque novitii ad habitum recepti, & in locum novitiatus introducti fuerint, ut benè notat Pelliz. tom.1. Manual. tr.3. c.3. nu.10.*

Quæſt. 2. Status Novitiatus, an ſit de ſubſtantia probationis, vel potiùs actualis probatio auſteritatum ordinis?

1. Venerabilis *P. Suar. tom.3. de Relig. l.5. de ingreſſ. & novit. c.15. num.3.* dicit, quòd ſtatus eſt de ſubſtantia probationis; non autem actualis probatio, illa autem annualis permanentia, qua Novitius, ſub certo habitu Regulari, in tali loco, & ſub tali magiſtro, ſtat ſub obedientia Prælatorum Ordinis, dicitur ſtatus Novitiatus, nam illud dicitur de ſubſtantia Novitiatus, quo ablato, auſertur probatio. Sed ſublata illa annuali permanentia ſub obedientia Prælati, auſertur actualis probatio, ut liquet *ex cap.15. Trid. ſeſſ.25. de Regul.* ibi, *nec qui minori tempore, quam per annum, poſt ſuſceptum habitum, in probatione, id eſt ſub obedientia Prælatorum ſteterit*: ſed ſublata actuali probatione aliquarum immò multarum auſteritatum Ordinis, non proinde Novitius dicetur verè non eſſe in probatione, nam ſi per totum annum fuerit infirmus ſub obedientia ſui Prælati, non ideò dicetur Novitiatum dimittere. Item ſi per eum non ſtat, quin Novitiatum continuet in domo Novitiorum, ſed juſſu Prælati alibi manet, non ideò interrumpit, ergo actualiter experiri auſteritates Religionis, non eſt de ſubſtantia Novitiatus, ſicut eſt ſtare in Religione ad nutum, & beneplacitum Prælati, ita ut verè dicere poſſit, *ecce jumentum tuum Domine, age de me quicquid volueris*: hoc quippè eſt abnegare ſe ipſum, & vivere alieno, vivere ſecundùm quòd dicit *Apoſtolus, vivo ego, ſed non ego, vivit in me Chriſtus.*

2. Neque his officit, *cap. ad Apoſtolicam 16. de Regul.* quia ibi non dicitur, quòd experiri omnes auſteritates Religionis ſit de ſubſtantia: ſed quòd experiri aliquas ſub obedientia Prælati, ſufficit ad validè profitendum; cæteris tamen concurrentibus.

Quæſt. 3. An de ſubſtantia Novitiatus monialium ſit, ut fiat in locis à S. Papa deſignatis?

1. Reſpondeo, quòd licet moniales haud ſubſint Decretis Generalibus Clem. VIII. de Novitiando in certis locis à Sacra Congregatione aſſignatis, ex quo ibi nullum verbum fit de fœminis, ſed ſolùm de maſculis, & verbum maſculinum in odioſis fœmininum non comprehendit, per ea multa jura, quæ allegat *Gloſſa cap. Generali conſtit.13. de elect. ver. univerſos in 6.*

2. Nihilominus tenentur de neceſſitate noviciare in monaſteriis ad id fundatis de licentia Papæ. Unde ipſarum Novitiatus peragi nequit in locis, quæ dicuntur conſervatoria fœminarum, cum hujuſmodi loca, pro Novitiatu monialium, non fuerint inſtituta.

3. An autem Novitiatus maſculorum, fiendus in locis deſignatis ad præſcriptum præfatorum Decretorum Clem. VIII. in aliquo caſu poſſit interrumpi? videndi ſunt *Ant. Diana 3.p. moral. tr.2. de dubiis Regul. reſolut.84. & 89. Lez.1.p. ſum. cap.24. num.22. & Egomet tom.2. p.2. tr.9. de Novit. q.13. num.9. & ſequen.* Quo verò ad Novitiatum fœminarum dico infrà *q.5.*

Quæſt. 4. An deferre habitum Novitiorum, ſit de ſubſtantia Novitiatus?

1. Quòd annus probationis, ad ſui validitatem, debeat fieri in habitu Regulari, ſeu illius Religionis, in qua contingit noviciare, conſtat ex deciſis, *tom.2. par.2. tract.9. de Novit. qu.14.* Sed quia in quibuſdam Religionibus habitus Novitiorum differt ab habitu Profeſſorum, ut expreſsè dicitur *in cap. ſtatuimus 8. de regul.* & praxis Religionum docet, non inutiliter quæritur, an habitus Novitiorum ſit de neceſſitate Novitiatus, ſive anni probationis?

2. Doctiſſimus *Jacobus Graff. deciſ. aur. p.1. lib.1. cap.5. num.15.* reſpondet ad quæſitum affirmativè, ibi, *ſed non conti-*

continuum habitum Novitiorum detulit, & emiſit profeſſionem, illam nullam eſſe, & Novitium eſſe in priſtino ſtatu Novitiatus, quoad omnia conſtituendum, ac ſi nunquam talem profeſſionem emiſiſſet. Hæc ibi.

3. Verùm omninò fallitur; nam etſi de jure communi Canonico, Novitiatus debeat omninò, & ſimpliciter fieri in habitu regulari, ut dicit *Gloſſa in cap. ſi quis* 3.17. *qu.*1.*in ver. habitus*, & habetur in *cap. ſupererog.*9.*de regul.* ibi, *Religionis habitum ſuſceperunt*, & *cap. ſtatuimus* 23.*eod. tit.* ibi, *ante ſuſceptum Religionis habitum*.

4. Nihilominus in citatis locis, nihil in ſpecie dicitur de habitu Novitiorum; ſed tantùm de habitu Religionis, qui æque ſe extendit ad habitum Novitiorum, & Profeſſorum, etiamſi inter ſe reperiantur in aliqua Religione diſtincti; & ſecundùm hæc jura debet intelligi in *dict. cap.*15.*ſeſſ.*25.*de Regul.* ibi, *nec qui minori tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum (ſupple Religionis) in probatione ſteterit*, ut benè advertit *Suarez tom.*3. *de Religion. lib.*15.*de ingreſſu cap.*14.*nu.*10. & patet ex eo, quia per Tridentinum, ubi ſupra, non aufertur profeſſio tacita, quæ incurritur per annalem probationem, factam cum habitu profeſſorum *cap. ad noſtram* 8. *de reg.* & notat *Pelliz. in tract. de monial. c.*2.*ſect.*2.*q.*13. *num.* 49.

Quæſt. 3. *An de ſubſtantia Novitiatus ſit, ut ſit continuus?*

1. ET dico, quòd ſic; tum ob ea jura, quæ refero, *tom.*2.*p.*2. *tract.*9. *de Novit. q.*3. tum etiam, quia illa particula *per annum, cap.*15.*Trid ſeſſ.*25.*de regul.* communiter intelligitur de anno integro, & continuo; tum item, quia ita obſervat communis uſus omnium Religionum; tum denique quia ita docent eruditiſſimi DD. quos allego ubi ſupra, quibus adſtipulantur *Sanch. lib.*1. *de matrim. diſp.*24.*num.*22.*Leſſius lib.*2.*de Juſt. cap.*41.*dub.* 7.*num.*59. & *Suarez tom.*3.*de Relig. lib.*5.*de ingreſſu*, & *Novitiatu cap.*15. *num.*1. qui exinde colligunt, probationis annum currere de momento in momentum, ſine ulla interruptione; ſic adeò, ut ſi Novitius aſſumpſerit habitũ die prima Januarii horâ x. poſt meridiem, non poſſit eadem die, in ſubſequenti anno profiteri antecedenter ad dictam horam x. poſt meridiem, aliàs enim diceretur non peregiſſe ſuum Novitiatum integrè, cum ei deſit illud tempus, quòd prætermittitur, & neceſſariò exigitur ad complementum, & integritatem annalis ſuæ probationis, in quo tempore, licet modico, aliquid potuerit occurrere, quo foret expediens, illum à Religione ejicere.

2. Benè verum eſt, quòd poſt dictam horam immediatè poterit profiteri, nullo alio expectato tempore, cum alteram diem, vel horam expectare, nullo jure præcipiatur.

3. Dixi ſine ulla interruptione: quia ad Novitiatum peragendum, tempore non conjunguntur: Unde nihil prodeſt per ſex menſes eſſe in Novitiatu unius Religionis, & per alios ſex eſſe in Novitiatu alterius, & poſtmodum profiteri, aut pro ſemeſtre dimittere Religionis habitum, & eſſe in ſæculò, & poſtmodum redire ad eamdem Religionem, quam dimiſit, animo continuandi Novitiatum, ut conſtat *ex deciſis cit. loc. qu.*4.& 5.

Quæſt. 6. *Novitia Monialium, ſi de licentia ſui Prælati, ex legitima cauſa, & recepto habitu, per tres, aut quatuor dies exeat de Conventu, & foris maneat, an ſuum diſrumpat Novitiatum?*

1. ET dico, quòd non, loquendo tum de jure communi per ea multa, quæ dixi *tom.*2.*p.*2.*tract.*9.*q.*12. & eſt deciſio *cap. inſinuante* 7.*qui Clerici vel voventes*, ibi, *in Domo propria, cum omni ſubſtantia*, & meritò quia in tali egreſſu, ſic qualificato, retinetur unio, & permanentia in eadem Religione, & affectus permanendi in ea, & conſequenter dicitur eſſe in Monaſterio propriè formaliter, licet phyſicè, ac materialiter, non ſit in eo, etenim Novitia ſic egreſſa, eſt ſub actuali obedientia ſui Prælati, & per ipſam non ſtat, quin Prælatus de ea faciat quicquid voluerit; & hæc voluntas perſeverandi in obedientia prædicta, eſt de ſubſtantia annalis Novitiatus, non autem illa phyſica materialis, quandoquidem laici reperiuntur corporaliter, & phyſicè in Monaſterio, non tamẽ dicuntur eſſe in ſtatu Religioſo, quia ibidem non ſunt, ut ſubſint Prælato, & Relig. auſteritates probent, ſed ad alium finem, & ſic intelligitur illud Axioma, *ubicumque eſt monachus de licentia ſui Prælati, cenſetur eſſe in monaſterio Panor. in c. cum illorum de ſent. excom. Syl. ver. Religio* 3.*q.*19.*diſt.*2. *Navar. conſil.*10. *de Cleric. non reſid.* & *conſil.*42.*de Reg. ver. Jacob. Graff.*1.*p. dec. aur. l.*3.*cap.*5. *poſt num.*18.*Sayr. in Floribus deciſ. ſub tit. de Regul.* §. 9. 4. *D. Ricc. in praxi rerum Eccleſ. deciſ.*101. *in* 1. *edit.* & *in* 2. *reſolut.*392.*num.*3.*Bonac. de Clauſura qu.* 2. *p.*10. *difficult.* 1. §.2.*num.*26.*Stephan. Gratian. diſcept. for. c.*26. *num.*14. *Suar. tom.*3.*de Relig.*5.*cap.*14.*num.*13.& 14.& *lib.*4.*cap.*8. *num.*16.& *Lez. conſult.*8.*num.*17.& *conſult.*9.*nu.*25.

2. Sic pariter intelligenda eſt illa declaratio Sac. Congr. *ad cap.*15.*Trid. ſeſſ* 25.*de Regul.* qua dictum fuit, quod probatio debet eſſe intra clauſtra, per annum continuum, *Suar. cit. loc.* Hinc optimo jure per eamdem Sac. Congr. dictum eſt, quòd ſi Novitia, curandæ valetudinis cauſa, de licentia ſuperiorum è monaſterio exeat, ut in domo parentum curetur; non propterea interrumpit novitiatum; ſed eodem tempore poſſe profeſſionem emittere, ac ſi è Clauſtro non exiſſet; & referunt *Emin. Bellar. inter declaratione* 8. *Sac. Congr. ad dict. cap.*15. *Trid. Tambur. de jur. Abbatiſſ. diſp.*4.*q.*9.*num.*2.& *diſp.*18.*q.*6. *num.*5.*Portell. in dub. ver. novitia*, & *Hier. Rodor. in comp. reſol.*101.*num.*44.& *Egomet ubi ſupra.*

3. Hinc etiam *Navar. conſ.*32.*de Regul.* dicit, quod ſi Novitius de mandato Prælati, per magnam partem anni, extra monaſterium verſetur, etiam in Curia Principis tractans negotium Religionis, ſemper dicitur eſſe in probatione, ſine interruptione novitiatus, & poteſt ſuo tempore profeſſionem facere, quia non eſt de ratione anni probationis manere ſemper intra ſepta monaſterii, ſed ad probationem ſufficit manere ſub obedientia Prælati, ubicumque fuerit; & ſe fundat in *d. cap. inſinuante*, *qui Clerici, vel vovent.*

4. Quòd dictum ampliat *Suar. ubi ſupra*, dicitque hujuſmodi permanentiam extra Clauſtrum, de licentia Prælati, poſſe prorogari uſque ad profeſſionem incluſivè, ibique ſubjungit; profeſſionem poſſe fieri validè extra ſepta monaſterii, etiam ab eo qui numquam vixit in monaſterio; & *in fin. dicti numeri* 14. inquit, prædictam concluſionem procedere, etiamſi Novitius exeat de Clauſtro, de licentia Prælati illicitè, & ſine rationali cauſa data, quia licet ſuperior in tali caſu peccet, ſua abutendo auctoritate; non tamen peccat Novitius exeundo, quod dictum plures ſequuntur.

5. Neque his nocent conſtitutiones de clauſura; quia eædem non loquuntur de novitiis, ſed ſolum de monialibus, quò fit ut Novitiæ non teneantur ad clauſuram, ut dictum eſt *in tr. de clauſura.* Nec item nocent conſtitutiones Clem. VIII. de receptione, & educatione novitiorum, *in* §. *quo verò loci qualitatem*, neque ejuſdem Pontificis decreta generalia de faciendo novitiatum in locis à Sac. Congreg. aſſignatis: quia dictæ Conſtitutiones, & Decreta loquuntur de maſculis, & in materia odioſa virorum, fœminæ non comprehenduntur, per ea jura, quæ allegat *Gloſ. cap. Generali Conſtit. ver. univerſos*, & *notant Lezan.*1.*p. ſum. cap.*25.*num.*52.& *Bordon. in controver.*19.*qu.*8.*nu.*10.

Quæſt.7.

ueſt. 7. An de ſubſtantia novitiatus ſit, ut conti-nuetur uſque ad profeſſionem incluſivè, vel potiùs ſufficiat, quòd ſit integer, continuus, & expletus, licet proximè, & immediatè profeſſio non ſequatur?

P. *Suarez, tom.3. de Relig. lib.5. de ingreſſu, & novit, c.15. num.8. & 9. Peyr. tom.2. de Prælato, q.3. cap.1. ‡. num.99. Bartol. de Vecchis in praxi novit diſp. 11. dub. Caſtrus Palaus p.3. oper. moral. tract.16. diſp.1. pun.12. §. 2. m.10. & alii plures,* affirmativè reſpondent ad pri-m partem quæſiti: & moventur, tum ex verbis *cap.16. id. ſeſſ.25. de Regul.* ibi, *finito tempore novitiatus, ſuperio-novitios; quos habiles invenerint, ad profitendum admit-t, aut è monaſterio eos ejiciant,* ergo non eſt in poſſe ſu-iorum habiles novitios ad profitendum differre; n etiam ex verbis *cap. cum cauſam, 27. de elect.* ibi, *com-us non profeſſos, ut vel Beati Auguſtini Regulam in em Eccleſia conſtitutam profiteantur, & ſervent, aut m Eccleſiam omninò dimittant;* tum item, quia talis eſt s omnium Religionum: deinde inferunt, quòd com-to anno probationis, ſi novitius egrederetur è mona-io, & poſita iterum rediret, profeſſionem emittere n poſtea virtute præfatæ probationi, ſed deberet no-atum iterum incipere.

2. Oppoſitum tamen tenent *Syl. ver. religio 5. q.4. San-z ad decal. l.5. c.4. num.31. & 34. Rodor. tom.2. ſum. cap. um.3. & tom.3. q.15. ar.10. in fin. Laym. l.4. de ſtatu Re-ract. 5. c.5. num.2. Bonac. de clauſ. q.2. pun.10. §.2. diff.2. 2.4. Lezana in ver. profeſſio num.22. & opiperè in ſuo ulto* 8. ubi ex multis conatur oſtendere, quod ad vali-tem profeſſionis non requiritur, ut fiat immediatè equenter ad completum annum probationis, & iſſimè *Pelliz. in tr. de monial. c.2. ſect.2. qu.12. nu.48.* & ventur ex multis.

3. Primò, quia qui legitimè complevit novitiatum, acquiſivit jus ad profitendum, quod jus non extin-ur, ſi novitius, vel novitia, completo anno ſuæ proba-is, egreditur è monaſterio de licentia ſui Prælati, i ſic egrediens, cenſetur commorari in monaſte-

. Secundò, quia profeſſio poteſt prorogari ad mul-tempus. Tertiò, quia non reperitur aliquod jus, quo atur, ut profeſſio fiat immediatè poſt probationem pletam. Quartò, quia dicta verba Sac. Concil. Trid. ſint præceptiva, non tamen habent Decretum irri-. Quintò, quia ita declaravit Sac. Congreg. Cardi-lie 20. Martii 1621. ſub tali tenore verborum.

Profiteri poteſt in Religione ille, qui cum eſſet duode-mnorum, & permanſerit per annum integrum in novi-, poſtmodum, habitu retento, commoratus Domi ſua, e ad tempus ſexdecim annorum requiſitum ad probatio-emittendum, & cum fuerit reverſus ad Religionem, pe-lmitti ad profeſſionem, ſi aliud illa non opponit, & refe-*D. Barb. in Collect. Bullar. ver. profeſſus, & de Jur. Ec-ib.1. cap.42. num.129. & in ſum. Apoſtolic. deciſ. ver. ſſio Regularis, & ante ipſum Sellius in ſelect. Canon. 8. nu.51.*

. Verumtamen adverte, quòd iſthæc declaratio videtur authentica; & additur, quòd quæſiti deciſio let ex illa, an hujuſmodi novitius mox completo ationis anno, inciderit in profeſſionem tacitam? ſi inciderit in profeſſionem tacitam, & poſtmo-de licentia ſui Prælati egreditur, non interrumpitur ationis annus, nec inficitur, cum ſupponatur legi-mè finitus: ſecùs autem ſi fuerit proteſtatum de non incurrendo profeſſionem tacitam, ut latè dico *tom.2. p2. tr.9. novit. qu.7.*

Quæſt. 8. An Novitiatus partim factus in uno mo-naſterio, & partim in alio, de licentia tamen Su-periorum, ſufficiat ad validè profitendum?

1. Affirmant *P. Franciſcus Bordonus tom.2. reſolut.54. num.5. Pelliz. tom.1. manual. tract.3. c.3. q.2. nu.10. ver. quod ſi hac occaſione, Diana p.9. tr.7. Miſcell. reſol.44. & Lez. in conſulto* 8. *num.*30. & meritò, tum quia novi-tiatus per talem tranſitum factum de voluntate ſuperio-rum, non dicitur interruptus, ſed propriè, & formaliter continuatus, ut conſtat *ex deciſ. hic ſupra q.6.* tum etiam, quia novitiatus exigitur ad probandum novitium in au-ſteritatibus Religionis *cap. ad Apoſtolicam de Regul.* hic autem magis probatur in diverſis locis, quam in uno ſo-lo, & maximè in obedientia, recedendo hinc inde ad al-terius voluntatem, ergo.

2. Nec dices, quod *Navar. conſil.37. de Regul.* ex ad-verſo contendit, nullam eſſe profeſſionem ejus, qui pro-feſſus eſt, præmiſſo Novitiatu, per ſex menſes in uno lo-co, & per ſex reliquos in alio, quia loquitur de tranſeunte ex uno in aliud monaſterium, ſine licentia ſuperiorum, unde non loquitur ad caſum noſtrum.

3. Sed major difficultas eſt, an iſte novitius, de quo agitur, ad profitendum indigeat conſenſu Patrum utriuſ-que loci, in quo novitiavit; vel ei ſufficiat conſenſus Pa-trum poſterioris loci?

4. Reſpondet *Bordonus, cit. loc. q.55.* quòd ei ſufficit conſenſus loci poſterioris; ſi tamen in utroque loco æ-qualiter permanſit, tum quia Patres loci poſterioris ſic poſſunt ſufficienter experiri mores novitii, & rectè judi-care de eo, cum non ſit opus, Patres Conventus, toto anno obſervare mores novitii, ut dictum *eſt ſupra q. 6.* tum etiam, quia ſic præſumi poteſt tacitus conſenſus Conventus prioris loci, hoc ipſo, quod illum non expu-lit; tum item, quia ultimus conſenſus confirmat præce-dentem *l. per fundum, ff. de ſervit. ruſt. Præd.* ſecùs autem dicendum, ſi novitius in ſecundo monaſterio manſerit per paucos dies.

5. Verùm ego dico, quod in caſu poſito, debentat-tendi propria ſtatuta; nam ſi ex peculiari ſtatuto, requiri-tur conſenſus Capituli localis ad validè profitendum; non eſt verum, quod ultimus conſenſus Capituli loci po-ſterioris, ſit ſufficiens ad validè recipiendum profeſſio-nem; nam ſuppoſito, quod conſenſus Capituli loci, in quo novitiatur, ſit de forma: non poteſt per actum alte-rius ſuppleri: nam quod eſt de forma actus, non poteſt ſuppleri per æquivalens, forma enim eſt unica, indivi-dua, & immutabilis, ut ſæpe dictum eſt: unde in mea Provincia, Novitius, in caſu poſito, ad profeſſionem in ſecundo loco, non admittitur, quin prius habuerit bo-num teſtimonium de vita, & moribus peractis in primo loco, à quo diſceſſit, ultra conſenſum Capituli loci, in quo actualiter profitetur.

6. Amplia, ut dicta deciſio procedat, etiamſi di-ctus Novitius, completo anno ſuæ probationis, cum debitis atteſtationibus, dimittatur à ſuo Provinciali, ex una in alienam Provinciam, adhuc poſſit per ſupe-riorem loci, ad quem declinat, validè ad profeſſio-nem admitti, etiam attentis decretis Clem. VIII. Nam in præſenti caſu, ſuperior Novitii, ſimpliciter lo-quendo, non eſt ſuperior ſuæ Provinciæ, aut loci, à quo diſceſſit; ſed eſt ſuperior Provinciæ, & loci, in quo ad præſens reperitur; tum quia eſto, quod ſupe-rior loci, à quo diſceſſit, ſit ejus ſuperior: ex quo tamen is ſuum ſubditum alteri committit, non grava-tur, ut patet de Epiſcopo, cui integrum eſt, ſuum ſubditum dimittere ad ſuſcipiendos ordines ab Epiſcopo alterius Diœceſis.

7. Nec his obſtat *cap. ſecundum de conſtit. in 6.* in quo dicitur, quod nemo poteſt exercere juriſdictionem in aliena

Digitized by Google

aliena Diœceſi, vel propria cum præjudicio alterius; tum quia non facit ad caſum noſtrum, tum quia Prior v.g. Sanctæ Mariæ Salutis Neapolis quando recipit ad profeſſionem Novitium Calabrum, ſibi legitimè dimiſſum, nullum jus ſibi uſurpat, nec alteri præjudicium infert, nec dicitur eſſe in aliena Provincia, vel Diœceſi, ergo.

Quæſt. 9. Novitiæ monialium Sancti Dominici, an poſſint in articulo mortis, anno probationis non expleto, profiteri?

1. RESpondeo affirmativè: dummodò ſint in legitima ætate conſtitutæ ad præſcriptum *Trident. ſeſſ. 25 cap. 15. de Regul.* ut conſtat ex ſpeciali Privilegio nobis conceſſo à Pio V. quod per extenſum referunt *Rodor. in ſuo Bull. inter conſtit. Pii V. & in tom. 3. de Regul. q. 15. ar. 6. & Cherub. inter Bullas ejuſdem fol. mihi 315. Peyr. tom. 2. privil. inter conſtitutiones dicti Pontificis, Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput. 4. quæſt. 6.* & eſt tenoris ſequentis.

2. *Pius V. ad perpetuam rei memoriam, ſummi Sacerdotii cura, meritis licet imparibus, nobis ex alto commiſſa requirit, ut votis illis, per quæ animarum Chriſti fidelium præſertim ſanctimonialium virtutum, Domino ſub ſuavi Religionis Jugo, virgineaque perpetuæ Caſtitatis Laureola famulantium ſaluti, ſpiritualique conſolationi conſulitur, libenter annuamus, illaſque favoribus proſequamur opportunis. Sanè exhibita nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum monialium novitiarum nuncupatarum, ad Regulam profitendam Ordinis ſancti Dominici Fratrum Prædicatorum præparatarum, petitio continebat, quod quoniam aliquando accidit, ut illæ durante tempore probationis illarum ad emittendam profeſſionem Regularem, & ante illius emiſſionem, ab hac vita migrant, & in dicto tempore probationis, obſtantibus conſtitutionibus ſive ſtatutis, & ordinationibus dicti ordinis, non valentes dictam profeſſionem emittere, carent cœleſti merito, quo ex dono, & benignitate Sedis Apoſtolicæ, cæteræ dicti Ordinis moniales profeſſæ in dicta profeſſione, & Regula decedentes, gaudent, quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.*

Nos igitur (qui ſalutem animarum dictarum monialium novitiarum, ſic ante profeſſionis emiſſionem, & durante tempore probationis earumdem decedentium, ſincero deſideramus affectu) ipſaſque moniales novitias, & earum ſingulas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quibuſvis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem monialibus novitiis nunc, & pro tempore exiſtentibus, & earum ſingulis, ut quando, & quoties aliqua ex eis non dum profeſſa, de alicujus Medici conſilio, ab hoc ſæculo tranſitura conſpicitur, ipſa pro conſolatione animæ ſuæ profeſſionem prædictam ante tempus requiſitum, (quatenùs tamen in ætate legitima conſtituta ſit) ad illam emittendam in manibus Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, vel alterius ſuperioris novitiarum ipſius monaſterii, ſeu Domus, ita tamen, quòd ipſæ moniales novitiæ ſic decedentes, Indulgentiam, & alias gratias, quas moniales vere profeſſæ decedentes conſequi poſſint, emittere in articulo mortis liberè, & licitè valeant, Apoſtolica auctoritate, & tenore præſentium perpetuò concedimus, & indulgemus, nec non eiſdem monialibus novitiis ita tunc profeſſis decedentibus, plenariam peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem in forma Jubilæi, miſericorditer in Domino, eiſdem auctoritate, & tenore elargimur, ac conceſſionem, indultum, & elargitionem hujuſmodi, ac præſentes literas, ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium Indulgentiarum, & gratiarum, ſuſpenſionibus, revocationibus, & limitationibus etiam in favorem quorumcumque factis, & faciendis nullatenùs comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, reſtitutas, & repoſitas, & de novo conceſſas exiſtere, ipſiſque monialibus, & profeſſionem emittentibus ſuffragari poſſe, & ſic per quoſcumque judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Sacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac quicquid ſecùs ſuper his, à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, non obſtantibus conſtitutionibus, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 23. Auguſti 1570. Pontiſ. noſtri anno 5. Ad cujus Privilegii claritatem multa quæro.

Quæſt. 10. *An dict. Privilegium extendatur ad Novitias aliarum Religionum.*

1. ET dico, quo ſic, ob communicationem Privilegiorum, ut conſtat ex deciſis, *to. 2. p. 2. tr. 9. de Novit. q. 15. num. 2.*

Quæſt. 11. An dict. Privil. fuerit revocatum per Gregorium XIII. in illa Bulla incip. in tanta negotiorum mole?

1. NEgativè dic, quoad forum Conſcientiæ, ut pro quoad finem conſequendi Indulgentias, pro profeſſione conceſſas, per ea, quæ dico *ibidem cit. loc.*

Quæſt. 12. *An ſi dicta Novitia convaleſcat, teneatur complere & proſequi probationis annum, & iterum profiteri?*

1. AFfirmant Emanuel *Rodor. tom. 3. qu. 15. ar. 6. & in ſummam tom. 4. c. 63. num. 5. cum ſuo Compendio reſol. 101. de novit. nu. 40. Miranda, t. 1. Manual. q. 22. ar. 10. in fin. d. Privil. Portell. in dub. ver. novitia, nu. 5. ver. quæro Lud. Beja Reſp. caſuum Conſcientiæ, p. 4. caſu final. ver. D. Barboſ. in cap. ad Apoſtolicam de Regul. ſub nu. 4. & de off. & poteſtate Epiſc. allegat. 110. num. 34. D. Ricc. 2. p. prax. reſolut. 493. Bartol. de Vecchis in praxi novit. diſp. 13. dub. 11. & egomet in cit. loc. q. 16.* & moventur ex multis. Primò, quia dict. Privil. non ad alium finem fuit hujuſmodi novitiabus conceſſum, niſi ad lucrandum Indulgentias plenarias, pro profeſſione conceſſas, ut conſtat ex verbis proœmii, ibi, *ut votis illis, per quæ, animarum Chriſti fidelium, præſertim ſanctimonialium ſaluti, ſpiritualique conſolationi conſulitur, libenter annuamus.* Item ex illis, *pro conſolatione Animæ ſuæ, & propter Indulgentias, &c.* Item ex illis, *carent merito cœleſti, quo Ordinis profeſſi, &c.* Item ex illis, *quòd ipſæ moniales Novitiæ, ſic decedentes, Indulgentiam & alias gratias, quas moniales verè profeſſæ decedentes conſequuntur, conſequi poſſunt, &c.* Item ex illis, *plenariam peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem in forma Jubilæi miſericorditer in Domino eiſdem elargimur, &c.* ergo ad acquirendum alia jura, quæ emanant à profeſſione fienda ad præſcriptum *cap. 15. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* prout ſunt jura electionis activæ, & paſſivæ, eſt iterum profitendum, ſervatis ſervandis, &c.

2. Secundò, quia dict. Privil. fuit indultum ad petitionem partis, quæ ſolum petiit, Novitias in anno probationis morientes, poſſe profiteri ad finem conſequendi Indulgentias pro profeſſione conceſſas, & nihil aliud, ergo hoc tantùm fuit conceſſum in Privil. alias conceſſio

fieret

t ultra petita, quod ibi non legitur. Tertiò, quia ad ..quirendum dict. Indulgentias in vim dict. Privil. non ..tur conſenſus Capituli: ſecùs autem ad conſequen..alia Jura profeſſorum, quandoquidem Jura pro..um, regulariter loquendo, non extenduntur in ..m ordine, ipſis inſciis, vel invitis. Quartò, quia dict. Privil. Pii V. ex diametro adverſetur *Decreto Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regul.* & Privilegia, quæ ..ſantur Tridentino, fuerint per Gregorium XIII. ..t. Bulla abrogata; de neceſſitate dicendum eſt, ..aut loquitur quo ad forum Poli, aut fuit abſolutè ..atum, prout atteſtantur *de Vecch. cit. loc. Joan. de la ..de ſtatu Regul. l. 1. cap. 8. dub. 4. & lib. 2. cap. 2. dub. 6. ..ſ. 5.* ducuntur denique ex quadam declaratione Congreg. quæ ità loquitur, *qui emiſit profeſſionem ..annum probationis, non eſt obligatus, neque ad Reli..n in genere, neque in ſpecie, nec in foro conſcientiæ illi ..è eſt obligatio, & referunt Vecch. cit. loc. Garz. p. 2. cap. ..6. Bej. cit. loc. Gavan. in manual. ver. monial. profeſ..n. 4. & colligitur ex d. c. Trid.*

Nec obſunt *Sanch. ad Decal. lib. 5. cap. 4. n. 16. Hen.. l. 13. cap. 40. num. 2. in com. lit. R. Megal. tom. 2. lib. 2. ..num. 50. Bartol. à S. Fauſto in Theſ. Relig. lib. 5. qu. ..tom. 2. Privil. in conſtit. S. Pii V. §. 2. num. 1. & cap. 6. num. 12. Zanar. in direct. Theol. p. 2. num. 17. ad Diana 3. p. tract. 2. de dub. Regul. reſolut. 17. Lez. 1. p. ..p. 25. num. 39. & ver. profeſſio num. 12. & Tambur. de ..bbatiſſ. diſp. 4. q. 6. num. 3.* dicentes, prædictam pro..em, in caſu poſito, eſſe validam in utroque foro, .. indigere complemento Novitiatus, nec alia rati..ne, quia nullo bono Jure fulciuntur, nam dicere nihil deeſt ad validitatem dict. profeſſionis niſi ..s nondum completum, quod cum ſit de Jure po..ſupplet Papa per dictum Privil. non ſubſiſtit; tum ..ium eſt, D. Papam in dict. Privilegio ſupplere .. deficiens, ad validè profitendum, pro externo .. conſtat ex lectura ejuſdem, tum etiam, quia pro..ontendens, dict. Privilegium ſuffragari pro foro ..,non poteſt negare, quin per Greg. XIII. in dict. *..tanta negot. mole,* fuerit abrogatum, ex quo ſic ..tum, adverſatur Decretis Sac. Conc. Trid. ut di..t ſupra. Item falſum eſt dicere, quod S. Papa in ..ivil. dat huic Novitiæ in extremis laboranti, facul.. contrahendi ſpiritualiter cum Chriſto Domino, ..ntrahunt cæteræ moniales liberè profitentes, .. hoc nihil dicitur in dict. Privilegio, ſed tantum.. Summus Pontifex illud conceſſit propter ſola.. & conſolationem ſpiritualem ipſarum Novitia.. careant merito, ſivè beneficio Indulgentiarum, ..teræ liberè profitentes, in die profeſſionis conſe..

..ed ità eſt, quod Privilegium, non alium effectum ..oteſt; niſi quoad ea ſolum, quæ in Privilegio ex..tur, ut expreſsè habetur *in l. cum Avus, de eman..*

..nde à tenore Privilegii, non eſt recedendum, *cap. ..m ſeq. de Privil.* quamobrem, Privilegium non ..ur ad caſum, ad quem verba Privilegii non por.., *cap. ſanè de Privil. & l. quòd conſtitutum, cum ..de Milit. teſtam.* & docent omnes communiter; ..o in præfata conceſſione nullum verbum repe.. ..od poſſit dirigi ad caſum validitatis profeſſionis .. fori: nullatenus extendenda erit ultra caſum ..endi Indulgentias ibi expreſſas.

..ndè benè inferunt præcitati D.D. quòd prædi..itia, ubi in caſu noſtro convaluerit, poterit liberè ..terio exire, ſi ſibi viſum fuerit, immò, & expelli, ..tamen rationabili: & ſic ejecta, poterit in ſæculo ..rahere, cum ejus profeſſio, in caſu poſito, non ..mpliciter emiſſa; ſed ſecundùm quid, hoc eſt, ſo..lum ad finem lucrandi dictas indulgentias, & non aliter; nam profeſſio, ſtante morbo profitentis, non poteſt fieri ſimpliciter, ſed devotionis causâ, profeſſio enim ſimpliciter tunc erit, cum fiet *juxta cap. 17. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* mandans, quòd cognita priùs voluntate Virginis, an coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat, & ſi libera eſſet ei voluntas profitendi, & habuerit conditiones neceſſarias, juxta illius monaſterii Regulam, inter quas conditiones potiſſima cenſetur annalis probatio ad præſcriptum Tridentini, *loco præcit.*

Quæſt. 13. An Profeſſio facta in vim dict. Privil. Pii V. proſit monaſterio ad acquirendum bona Puellæ morientis inteſtatæ?

1. Negativè dic per ea, quæ dicta ſunt hic immediatè ſupra, *& tom. 2. p. 2. de Novit. q. 17.* & docent poſt allegatos *D. Barboſ. ubi ſupra, & D. Ricc. 2. p. praxis, reſolut. 493. ubi in n. 6. ampliando dicit,* dictam reſolutionem procedere, etiamſi profeſſio facta eſſet poſt annum probationis exiſtente morbo prædicto.

Quæſt. 14. Si Novitius, vel Novitia graviter ægrotet in domo Parentum, an poſſit ad præſcriptum dict. Privilegii Pii V. ibidem profiteri?

1. Reſpondeo affirmativè; ſi tamen ibidem reperiantur de licentia ſuorum ſuperiorum, & mors ſit in janua, & moveor, tum quia hic, & ille locus, non eſt de ſubſtantia probationis, ut probat *tex. cap. porrectum 13. de Regul.* ibi, *infirmitate gravatus, &c. & cap. conſuluit 4. qui Clerici, vel voventes; undè Navar. conſ. 42. de Regul. n. 4. in 1. edit.* ait, quòd Novitiatus de licentia ſuperioris poteſt agi, & compleri extra monaſterium; tum etiam, quia in dict. Privilegio Pio V. nihil dicitur de hac profeſſione facienda, intra vel extra ſepta, & caſus omiſſus remanet in diſpoſitione Juris communis, quod ut conſtat ex immediatè dictis, non prohibet profeſſionem fieri extra monaſterium, nec obſtat, quod in Privilegio dicatur, quod profeſſio fiat in manibus Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ; tum quia ibidem ſubnectitur, vel alterius ſuperioris Novitiarum ipſius monaſterii; tum etiam, quia in caſu poſito, poteſt Abbatiſſa, & debet hanc facultatem alteri viro Religioſo delegare, ne Novitia ſuo remaneat deſtituta privilegio, nec poteſt obſtare Breve Urb. VIII. incip. *Religioſos viros,* ſuper profeſſionibus per Regulares emiſſis, non factis in locis deſignatis Novitiatui, quia ſuper caſibus ſpecialibus nihil determinat, ſed tantum diſponit, quod profeſſiones emiſſæ ex Novitiatu peracto in loco non deſignato, ſint nullius momenti, ut benè advertit *Bordon. deciſ. 48. in fine, & favet Pelliz. tract. de monial. cap. 9. n. 18.* ubi de re noſtra ſcitè diſcurrit.

Quæſt. 15. An tempus probationis Novitiæ, poſſit protrahi & differri?

1. Negat *Doctiſſimus Miranda in tract. de Monial. qu. 8. ar. 3. ver. circa materiam:* niſi fortè eſſet inepta ad profitendum, ducitur que ex eo, quod Decretum, *cap. 16. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* æque viros, & fœminas comprehendit; ut Sacra Congregatio Cardinalium declaravit, & liquet, *ex textu cap. 15. dictæ ſeſſionis,* ibi: *in quacumque Religione, tam virorum, quàm mulierum, &c.* ſed *in d. cap. 16.* dicitur, quod finito tempore Novitiatus, ſuperiores, Novitios, quos habiles invenerint, ad profeſſionem admittant, aut è monaſterio eos ejiciant; ergo ſi habilis fuerit Novitia ad profitendum, non rectè poteſt impediri.

2. Oppoſitum tamen, quod eſt de Jure veriùs, tenent viri graviſſimi, quos ſum ſequutus, *tom.2.p.2.tr.9.de Novit.q.*18. qui unanimiter docent, tempus probationis Novitiorum poſſe prorogari, ex juſta tamen cauſa, qualis foret in monialibus, ætas ſexdecim annorum non finita, vel ipſarum dos non ſoluta, & ita monacharum praxis obſervat.

3. Quapropter diſpoſitio *d.cap.16.Trid.* etiam ob defectum dotis non conſignatæ in Novitiabus monialium, ſuſpenditur; nec eis ſufficit tacitè profiteri, poſſunt enim etiam tacitè profeſſæ, cogi ad ſolemniter, & publicè profitendum, quæ quidem ſolemnis profeſſio poteſt differri, & impediri, uſque dum dotem competentem habeant, & conſignent, ut benè notant *Sanchez ad Decal. l.5.cap.4.num.*11. *Rodor.in comp.reſolut.*101.*num.*53. *Bartol. à S. Fauſto l.5. Theſ.quæſt.*168. *Barboſ. in collect. ad d. cap. Trid. num.* 46. *& Emin. Bellar. in eod. cap. in ordine Doctrinæ.*

4. Verum ad occurrendum humanæ malitiæ, optimo Jure, fuit pluries per Sac.Congregat. deciſum, ne monialis recipiatur ad habitum, niſi dote depoſitata penes fidum tertium, & cæteris concurrentibus.

5. Sed quid faciendum, ſi ipſamet novitia fuerit proteſtata, ſe nolle incurrere in profeſſionem tacitam, etiam ejus dote conſignata, novitiatu completo, nihilque ſibi oppoſito?

6. Reſpondeo, quod ſi dicta novitia fuerit habilis, & finito Novitiatu, renuat profiteri, ei ab Illuſtriſſimo Ordinario loci præfigendus eſt terminus quindecim, vel viginti dierum ad ſe deliberandum profiteri, vel non, etſi elápſo termino recuſat profeſſionem emittere, remittenda eſt ad ſuos Parentes, aut conſanguineos, reſtitutis tamen ei dote, ac aliis omnibus ad illam pertinentibus, *juxta d. cap. 16. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regul. in fine.*

Quæſt.16. Novitiæ monialium ſub qua magiſtra, & quomodo ſint inſtruendæ?

1. DE qualitatibus Magiſtrorum requiſitis ad docendum novitios Religioſorum, latè dixi *tom. 2.p.2. tr.5.* quæ cum quadam proportione extendi debent ad magiſtram novitiarum monialium: è quibus faciliter poteſt colligi, quòd hæ novitiæ debent inſtrui à magiſtra Dei timorata, & exemplari, quæ eas doceat magis exemplo quàm verbo, Regulam obſervare, ſecundùm propria ſtatuta, quæ quippè magiſtræ novitiarum monialium, inter cœtera, præ oculis debent habere illud ſtatutum *Concilii Aquiſgranenſis Can.* 23. quod eſt tenoris ſequentis.

2. *Religio Eccleſiaſtica docet, ut Puellæ quæ in monaſteriis erudiuntur, cum omni pietatis effectu, & vigilantiſſimæ Curæ ſtudio nutriantur: ne ſi lubricæ ætatis annos, indiſciplinate vivendo tranſegerint, aut vix, aut nullatenùs corrigi poſtea poſſint, quapropter præferantur eis in ſanctimonialibus tales magiſtræ, quæ utique, & probabilis ſint vitæ, & erga eas talem exhibeant curam, ut nequaquam huc, atque illuc poſſint habere progreſſum, & aut deſidiæ, aut laſciviæ vitio maculentur: quin potiùs ſacris imbuantur diſciplinis, quatenùs his mancipatæ, vagandi otio careant, &c.* hæc ibi, de quibus *Pelliz. eruditè cap.2. de monial. ſect.2.q.8.nu.*43. *& ſeq.*

Quæſt.17. Novitia ſtans in Novitiatu, an poſſit de ſuis bonis diſponere?

1. ET dico, quod ſic: ſervata tamen forma, *cap. 16. Sac. Conc.Trid.ſeſſ.25. de Regul.* hæc autem forma coaleſcit ex duobus copulativè concurrentibus. Primò, ut contractus obligationis aut renunciationis fiat de licentia Epiſcopi, vel ejus Vicarii Generalis. Secundò, ut fiat infrà bimeſtre ante profeſſionem; ſecùs autem nulla foret renunciatio, ut liquet ex textu.

2. Qua verò de cauſa Tridentinum hoc ſtatuerit, & quomodò ejus diſpoſitio comprehendat omnem contractum de ſua natura irrevocabilem, & difficilem reddat egreſſum è Religione? latè dico, *tom.2. p.2.tract. de bonis novit.*

3. An item comprehendat novitias excedentes ſexdecim annos? *dico ibid. q.6.* & hujus generis ferè omnia dubia, vide ibidem.

Quæſt.18. An ſub dict. Decreto Trid. comprehendantur Puellæ, quæ ſunt in monaſterio educationis cauſa, ac etiam illæ, quæ ſunt ad Religionem admiſſæ; ſed nondum receptæ ad habitum, & probationem?

1. NEgativè; quia ambæ hæ non ſunt novitiæ, neque de eis agit *Trid. cit.loc.* & conſtat ex tenore illius, etenim loquitur per illam dictionem, *quoque*, quæ ſequentem diſpoſitionem conjungit cum præcedentibus; *l. Tutores quoque ff. de pactis* ſed Tridentinum *in cap. immediatè ſupra*, loquitur de novitiis, & novitiabus, quæ actualiter probantur, & in eodem *cap.16.* loquitur de renunciationibus novitiorum, qui ſunt in probationis anno; ergo prædicta diſpoſitio Tridentini, non debet extendi ad contractus, qui fiunt ante ipſum ingreſſum, *Garzias p.11. de benef.cap.9.num.15. Rodriquez tom.3.q.16. ar.1. D.Barboſ.allegat.99.n.17. & Sanchez lib.7 moral.cap. 5. num. 4. & ſequent.*

Quæſt.19. An dicta licentia Ordinarii, à Concilio requiſita, ſit concedenda, cum aliquali cauſæ cognitione, per modum Decreti?

1. AFfirmant *Molfeſ. ad conſuetudinem Neapolit. de renunciat. q.16.nu.17. & ſequen. Cened. in pract. 99. Canon. & Civil.q.6.ſub n.5.ver. quibus modis, & D.Sperel. tom.1. deciſ.27. num.55.* tum quia, cum novitius ſit de foro Eccleſiæ, rationi, & Juſtitiæ congruit, ut ſuus proprius Judex Eccleſiaſticus, in contractibus ab eo celebrandis, interveniat; tum etiam, quia ideò Sac.Concil.Trid. dictam licentiam Epiſcopi, vel Vicarii Generalis expoſcit, ut per præſentiam Judicis, omnis metus præſumptio excludatur *l. fin. C. de eo quòd metus cauſa,* tum item quia ità obſervat communis uſus Italiæ.

2. Verum ego prædictam licentiam, per modum Decreti, cum cauſæ cognitione, hoc eſt, cum voluntatis profitentis ſcrutatione, & qualitatis ipſius informatione, reſpectu novitiorum monachorum, non video practicari; licet dicta licentia ab Ordinario ſubſcripta, ejuſque ſigillo, & Secretario munita in Prothocollis, & actis Notariorum ſtipulantium conſervetur, ad futuram rei memoriam, & contractus veritatem: nec aliud cenſeo ibi deſiderari à Tridentino; aliàs ſe declaraſſet, ut fecit *in cap. 17. ſequenti* circa examen voluntatis puellæ ad profeſſionem admittendæ; cumque Decretum ſit ſtricti Juris, ultra expreſſa non extenditur.

Quæſt.20. *Si Novitia incidat in morbum periculoſum, poſt quadrimeſtrem ſuæ probationis, an poſſit renunciare ſuis bonis, de licentia Illuſtriſſimi Ordinarii?*

1. DOctiſſimus *P.Pelliz in tract. de monial. cap.2. ſect.2. q.5. ſub n.63. ver an autem*, dicit quod ſic: ſi tamen fuerit

profeſſa in vim indulti à Pio V. Monialibus con- d profitendum in mortis articulo, novitiatu non o.

Verùm mihi non arridet, quia profeſſio facta in ...u indulti Pii V. non eſt ſimpliciter vera profeſ- ...am petit Trid. ubi ſuprà, ſed ſecundùm quid, ut ... eſt hîc ſuprà *qu.12. in fin.*

Ideoque non poteſt in caſu poſito dicta diſpo- ... conciliari uti; etenim loquitur de volentibus li- ... profiteri poſt probationis annum, & non aliter. ...gium enim eſt ſtricti juris, proinde nequit ad non ... extendi, & maximè in præjudicium tertii, cui ..a, niſi expreſſerit in ſuis reſcriptis, non intendit ...re, ut ſæpè dictum eſt.

Non tamen nego, quin prædicta Novitia in caſu, ... eſt ſermo, poſſit de ſuis bonis diſponere per ...eſtamenti, quod cùm ſit de ſua natura revoca- ...*ub d. cap.* 16. *Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul.* non com- ...ditur.

...21. *Dominium rei renunciatæ à quonam ...pore transferatur in renunciatarium?*

...T dico, quòd transfertur à die profeſſionis vali- dè factæ, & non ante, ut expreſsè dicitur in *d. cap.* ...*d.* ibi, *at non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, ...tà profeſſione, aliter verò facta, ſit irrita, & nullius* ... hæc ibi; unde vides, quòd fructus rei renunciatæ, ...rantur, & colliguntur uſque ad profeſſionem, ...t ad renunciantem, & non ad alium, niſi forſitan ...aſterium, in quo eſt, in ſatisfactionem ſuorum ...orum, dummodò tale monaſterium ſit capax ...ndi, ſaltem in communi.

...22. *Bona per Novitiam renunciata, an ſtatim renunciatario tradenda, etiam pro- ...one non factâ?*

...gativè *Sanchez lib.* 7. *ad Decal. cap.* 5. *nu.* 53. & ...meritò, quia *Trid. in d. c.* 16. ſic loquitur: *Sed ne- ... profeſſionem, excepto victu, & veſtitu Novitii, ...æ illius temporis, quo in probatione eſt, quocum- ...textu à parentibus, vel à propinquis, aut curatori- ... monaſterio aliquid ex bonis ejuſdem tribuatur: nè ...ſione diſcedere nequeat, quod totam, vel majorem ...ubſtantiæ ſuæ, monaſterium poſſideat, nec facilè ...rit, id recuperare poſſit: quin potiùs præcipit Sancta Synodus, &c.* hæc ibi, quæ etſi referantur ad mona- ſterium poſſidens bona Novitii, volentis è Religione re- cedere, adhuc tamen ratio ibidem explicata æquè mili- tat, ſi facta ea renunciatione, bona ſtatim tradantur cui- vis renunciatario.

2. Nec nocet *Caſtrus Palaus in tract.* 16. *diſp.* 1. *p.* 17. *nu.* 15. dicens, quòd quando Concilium in prædicto De- creto prohibet donationes ex bonis Novitii factas, ante bimeſtre proximum profeſſioni, non loquitur de iis, quæ fiunt de licentia Ordinarii infrà dictum bimeſtre, & conſequenter non prohibet illarum traditionem.

3. Quia fallitur ob rationem à ſacro Concilio ibi adductam, quæ militat utrobique; quandoquidem No- vitius, vel Novitia, occaſione prædicta nequiret, ut libet, è Religione diſcedere, cui libertati Sancta Synodus pro- ſpiciens, ſtatuit hæc prædicta.

Quæſt. 23. *An renunciatio hæc ſemel legitimè fa- cta, poſſit ab eadem renunciante revocari ante ejus profeſſionem?*

1. ET dico quòd non; tum quia, ut dictum eſt *tom.* 2. *p.* 2. *tr.* 7. *de Novit. qu.* 34. ſi hujuſmodi renuncia- tio eſſet liberè revocabilis uſque ad profeſſionem, et- iam adhibitâ ſolemnitate à Tridentino præſcripta ubi ſuprà, in nihilo differret à renunciatione facta, ſine tali ſolemnitate; ergo ne dicatur, quòd talis ſolemnitas fuit fruſtratoria, & leviter adhibita, eſt dicendum, quòd facit prædictam renunciationem irrevocabilem omni- nò. Tum etiam, quia donatio conditionalis, pendente conditione, eſt irrevocabilis, ut docent *Syl. ver. Donatio,* 1. *q.* 15. *nu.* 1. *Tabiena ver. novit. nu.* 11. *Covar. lib.* 1. *var. cap.* 14. *nu.* 16. *poſt medium, & Sanchez ad Decal. lib.* 7. *cap.* 5. *nu.* 58. & meritò, quia ex contractu conditionali non minùs oritur obligatio in ſpe, hoc eſt, in eventum conditionis, quàm ex contractu abſoluto & puro, obli- gatio abſoluta in re, cùm uterque contractus ſit in ſuo ordine, & gradu perfectus.

2. Sed renunciatio, de qua agitur, eſt conditionalis, dum res ceſſa, & donata, nunquam tranſit in donata- rium, niſi profeſſione ſequutâ; ergo ſemper erit irrevo- cabilis, dicta profeſſione pendente; cæteros verò caſus ad dictam renunciationem pertinentes, vide *in cit. loc.* 2. *par. noſtræ praxis.*

...RACTATUS DUODECIMUS.

DE PROFESSIONE MONIALIUM.

...æſt. 1. *Profeſſio quid ſit, & quotuplex?*

QUòd Profeſſio ſit contractus oneroſus, ultrò citròque obligatorius, quò Novitia profitens obligatur ſuæ Religioni ſervire uſque ad mortem; & monaſterium illam detinere ac alere, juxta Regulæ ſtatuta, ex multis ...*o.* 2. *p.* 2. *tr.* 10. *de profeſſ. qu.* 1.

...t poteſt eſſe duplex, tacita, & expreſſa, ut di- ...*l. nu.* 1. tacita dicitur, quæ facto contingit, & non ...hoc eſt, quæ fit ſine votorum emiſſione, ſine ...ſine ſcripto; ſed tantummodò operando aliquid, quod eſt proprium Profeſſorum, ut ge- ſtare habitum profeſſorum intrà ſepta; ad quod facit *cap. quòd interrogaſti* 6. *diſtinct.* 27. ubi quæ- dam fœmina poſt obitum ſui mariti, ſacrum ve- lamen ſuper caput ſuum impoſuit, & finxit ſe ſub eodem velamine, ſe Monialem eſſe in monaſte- rio, poſtea verò ad nuptias rediit, dicens ſe fictè monaſterium intraſſe; ad quod reſpondens Nico- laus Papa, dixit, quòd ipſa debet agere pœnitentiam de illuſione nefanda, & reverti in monaſterium, ut ſervet, quod promiſit, quæ deciſio fundatur ſu- per profeſſione tacita, quam incurrit per geſtationem habitus

Digitized by Google

habitus profeſſorum, ad quod item facit *cap. viduas* 16. 27. *qu.* 1. *cap. vidua* 4. *cap. ad noſtram* 8. *cap. ſuper eo* 9. *cap. ex parte* 22. *de Regul.* & *cap. Is*, 1. *cap. Conſtitutionem*, 8. *eod. tit. in* 6.

3. Profeſſio verò expreſſa eſt, quæ exprimitur verbis & factis, quâ Novitia poſt expletum probationis annum, expreſsè & clarè emittit Religionis vota, in manibus ſuæ Abbatiſſæ & Superioris, apud quem reperitur juriſdictio, profeſſionem ſive obligationem acceptandi, ad quod item facit *cap. ſtatuimus* 3. 20. *qu.* 2. & *cap. porrectum de Regul.*

4. Et colligitur *ex cap.* 2. *de reſcriptis in* 6. & *Clem. appellanti, de appellat.* ubi dicitur, quòd expreſſum dicitur illud, quod fit ſpecialiter per verba clara & aperta, & non per ſignum, & verba generalia, & docet *Præpoſit. in cap. ſua, in* 4. *coll. de ſponſalibus, l. fin. C. de nov. l. non ignorans, C. de donat.*

Quæſt. 2. *Profeſſio tacita an poſſit habere locum anno probationis non finito, vel anno ætatis decimo ſexto non completo?*

1. RESpondeo, quòd non ſolùm profeſſio tacita, ſed nec etiam expreſſa poteſt hodie fieri, & introduci ante annum probationis, & ætatis decimum ſextum elapſum, ut probat *textus cap.* 15. *Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul.* ibi, *in quacumque Religione, tam virorum, quàm mulierum, profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum expletum: nec qui minore tempore, quàm per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur; profeſſio autem antea facta, ſit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obſervationem, aut ad alios quoſcumque effectus,* hæc ibi.

2. Ex quibus fit, ut hodie una tantùm ſit ſpecies profeſſionis tacitæ, nempe per delationem habitus Noviтiorum, & Profeſſorum communis, non manifeſtè diſtincti, per integrum annum, ſublatis omnibus aliis modis tacitè profitendi ante annum probationis, de quibus eleganter diſcurrunt *Panor. in d. cap. vidua, de Regul. Syl. in ver. profeſſio* 3. *q.* 19. *Tabiena ver. Novitius, nu.* 5. *Armilla eod. ver. nu.* 5. *Angelica nu.* 12. *Roſella ſub nu.* 13. & *Clarius nu.* 14. *Portell. in dub. ver. profeſſio Novitii, nu.* 13. & *Peyr. tom.* 1. *de ſubd. qu.* 1. *cap.* 26. § 3. *ver. circa:* qui unanimiter dicunt, quòd quando habitus Novitiorum & Profeſſorum eſt diſtinctus, ut in Religione Minorum, & Minimorum, non inducitur profeſſio tacita, etiamſi portaretur per viginti annos, ut dixit *Gloſſa in Clem. eos, qui de Regul.* & *Egomet tom.* 2. *p.* 2. *de profeſſ. qu.* 23. exinde vides, quòd Capitula, in quibus ſe fundant præcit. Doctores, ob diſpoſitionem *d. cap. Trid.* hodie dormiunt.

3. Nec dices, DD. communiter fateri, profeſſiones tacitas per Sac. Conc. Trid. ubi ſuprà non auferri, prout Egomet dico *cit. loc. qu.* 22. quia hoc dictum intelligitur de profeſſione tacita habita poſt dictam ætatem, & probationis annum, & non aliter. *Navar. conſ.* 9. *nu.* 2. *de voto*, & *conſ.* 36. *nu.* 1. *de Regul.* & *conſ.* 28. *in* 2. *edit. Azor.* 1. *p. lib.* 12. *inſtit. moral. cap.* 4. *qu.* 3. *Reginal. lib.* 18. *prax. num.* 386. *Sanchez in Decal. lib.* 5. *c.* 3. *nu.* 13. & *ſequen.* & *Naldus in ver. profeſſio, nu.* 2.

Quæſt. 3. *Quot, & quales ſint conditiones à Tridentino non ſublatæ, ob quas profeſſio tacita intelligitur introducta?*

1. RESpondeo, quòd ſuppoſita legitima ætate, & noviтiatu puellæ, de quibus immediatè ſuprà, ad hoc, ut Novitia fiat validè profeſſa, multæ requiruntur conditiones, quarum

2. Prima eſt, ut actus, per quem profeſſio tacita introduci debet, fiat auctoritate, & conſenſu ejus, qui poteſt eam in Religionem admittere, *Cajet.* 2. 2. *qu.* 1[illegible] *ar.* 1. *Navar. conſ.* 41. *de Regul. Rodor. tom.* 3. *qu.* 17. *ar.* 4. *Sanchez in Decal. l.* 5. *cap.* 3. *nu.* 14. nam ſi profeſſio expreſſa nequit validè fieri abſque conſenſu ejus, qui poteſt Religioni incorporare, quantò magis & tacita? eadem enim eſt ratio taciti & expreſſi: nec tacitum regulariter loquendo, poteſt plus operari, quàm expreſſum, ut dictum eſt ſuprà, & docent ſcribentes *in l. cùm quid, ff. ſi certum petatur:* immò expreſſum ordinariè eſt majoris authoritatis, quàm tacitum, *Rot. Rom. deciſ.* 153. *nu.* 1. *coram Coccino in noviſſ.* ubi ibidem, & coram eodem *in deciſ.* 194. *nu.* 85. dicitur, quòd expreſſum habet majorem vim, quàm tacitum.

3. Secunda eſt, ut ſpontè, & non coactè ea fiant, per quæ profeſſio tacita introducenda eſt, ut expreſsè dicitur *in cap. vidua*; & ratio eſſe poteſt, quia libertas eſt de intrinſeca ratione validitatis cujuslibet contractus.

4. Tertia eſt, ut ſcienter fiat id, per quod introducitur; quia cùm hæc profeſſio tacita præſumatur introducta ex tacito utentis conſenſu, quo vult his ſignis profiteri, data ignorantia, evaneſcit conſenſus præſumptio.

5. Hinc ſi Novitia v. g. ignorat, per geſtationem habitus Profeſſorum, profeſſionem tacitam induci, numquam erit tacitè profeſſa, talem habitum deferendo, ob rationem prædictam.

6. Quarta conditio eſt, ut Novitia his actibus utens, verum profitendi animum habeat, nec ſufficit habere animum utcumque negativè, nempè nec habere animum profitendi, nec non profitendi, ſed conniventer ſe habere, quia ad tacitè & expreſsè validè profitendum exigitur conſenſus verè poſitivus: conſenſus autem negativus, ſive indifferenter habitus, non poteſt dici verus conſenſus, ut ex multis oſtendunt præcitati DD. quibus adſtipulantur *Sanchez cit. loc. nu.* 18. *Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſput.* 6. *qu.* 1. *nu.* 4. & *ſequen.* & *Lez. in ſum. ver. profeſſio Regul. nu.* 5.

7. Quinta conditio eſt, ut prædicta omnia copulativè concurrant; ſecus autem nihil operantur, *argum. l. quid tamen*, § *ult. ff. quibus modis uſusfructus amittatur, l. peculium*, § *quadrigæ, ff. de leg.* 2. & *notat Bordon. controver.* 20. *qu.* 10. *nu.* 11.

Quæſt. 4. *Quinam, & quot ſint hi actus proprii Profeſſorum, per quos hodie inducitur profeſſio tacita?*

1. RESpondeo, quòd Novitius, finito probationis anno in loco deſignato, & expleto propriæ ætatis anno decimo ſexto, ſtatim incurrit tacitam profeſſionem, etiam per unum actum, qualificatum tamen ut ſuprà, qui ſit proprius profeſſis, & omninò communis noviтiis & profeſſis, ut conſtat ex deciſis, ultrà prædictam geſtationem habitus omninò indiſtincti: actus profeſſorum proprii hodie ſunt actus ſuffragandi in Capitulis, tam activè, quàm paſſivè, intereſſendi, ac conſentiendi contractibus, inſtrumentis, & livellis monaſterii, prout alii profeſſi interſunt, & conſentiunt, vel ſuſcipere ſacros Ordines ad titulum Religionis, ut dictum eſt *to.* 2. *p.* 2. *de profeſſ. qu.* 25.

* * *

Quæſt. 5.

5. *An profeſſio tacita locum habeat, ubi* *ma profitendi expreſsè reperitur praſcripta in* *gula, determinatis verbis?*

T quidem locum habere cenſeo, dummodò tamen in tali Regula approbata à Sancta Sede, non tur abrogata; & ducor, tum quia ab antiquo n eſt recedendum, niſi per novum fuerit expreſsè num, ut dicitur *in l. preces, C. de appell.* tum etiam, egulares, contra Jus commune Canonicum, ſine ia licentia Papæ, nihil poſſint ſancire, ut probat *. inſtitutionis noſtræ 7. 25. & cap. ſuper his 9. de ma-* *bed.* ibi, *dummodò in ipſa Sancta Synodo non ducat* *ſtatuendum, quod canonicis obviet inſtitutis, &c.* re, de qua agitur, ſtandum eſt præallegato com- Juri Canonico, quod admittit, & defendit pro- em tacitam; quod nec quidem per Tridenti- nſetur abrogatum ubi ſuprà, ut liquet ex deciſis *p. 2. tract. 10. de Profeſſ. qu. 21.* tum item, quia ali- vitia tacitè profeſſa, non foret cogenda ad ſo- er profitendum, ſed potiùs ejicienda, cùm de in- a ratione matrimonii, maximè ſpiritualis, ſit s, quod adverſatur deciſis tractatu præceden- *15. num. 3.* ubi dictum extat, quòd eſt cogen- non aliunde, niſi propter profeſſionem taci-

Quapropter Novitia, ſi ante terminationem ſui atus non fuerit proteſtata, ſe nullatenùs velle in- profeſſionem tacitam, ante expreſſam, finito no- , non poteſt licitè è monaſterio exire, quia cen- acitè profeſſa, nec Conventus propter eamdem m poteſt illam ejicere, niſi priùs ſit proteſtatus, ſe nnuere in ejus profeſſionem tacitam.

Nec his officit *P. Franciſcus Bordon. in controver.* *roſeſſ. tacita, qu. 4. nu. 5.* dicens, quòd ubi expreſſus ſus requiritur, tacitus non ſufficit, ergo ubi præ- profeſſio expreſſa, tacita locum non habet; nam tum aſſumptum, noſtram videtur reſolutionem quandoquidem tunc conſenſus expreſſus requi- actum, facit ceſſare tacitum, & præſumptum, præ requiritur, & exigitur pro forma actus, ſive ctus, *Rota Roman. deciſ. 15. de offic. de leg. in novis,* *uteum, deciſ. 281. in fin. lib. 3. Parſius de reſignat.* *10. nu. 19. & 20. & multis aliis citatis D. Maran-* *reſponſ. 7. nu. 24. & Egomet tom. 1. p. 2. tract. 14.* *monaſt. non alien. qu. 8.* quia forma in omni actu nem debet obſervari, *cap. 1. de bapt. & l. cùm hi,* *r, ff. de tranſact. & l. non dubium, C. de leg.* eſt dividſibilis, & inalterabilis, *l. 1. §. opus novum, ff.* *oper. nunciat.* unde non admittit parvitatem ma- nec per æquivalens poteſt adimpleri, ut docent lurimi DD. quos ſuprà ſæpè allegavi, & ſequitur *par. 3. prax. reſolut. 532.*

Secus autem dicendum, ſi conſenſus expreſsè re- s, non ſit de ſubſtantia contractus, cùm taciti & i eadem ſit virtus, *l. cùm quid 3. ubi Gloſſa & ſcri-* *ff. ſi certum petatur, & Hippol. de Marſil. ſingul.* *cipiente, tacite*; & præcisè, quando tacitum & im ab eadem voluntate defuncti procedit, *D.* *axiomat 218. nu. 2. & D. Maranta tom. 4. reſponſ.* 9.

mmò expreſſo vitiato, non vitiatur tacitum æ- ncipale, *l. ſi fidei juſſor, in princip. ff. de legat. 1. &* *quibus modis pignor. vel hypot. ſolv.* & hoc intel- um, ubi non eſt eadem ratio, *Alex. in l. 1. hoc e-* *nuntiatio, in 9. coll. de oper. nov. denunciat.* ſub- , quòd tacitum in quibuſdam plus operatur, xpreſſum, ut probat *tex. l. quis Sempronium, ff. de* c ad invicem ſe tollunt, cùm contraria non ſint; noſtra unum per aliud magis declaratur.

2. Illa autem cenſetur eſſe forma ſubſtantialis contractus, quando ab homine, vel à jure reperitur præſcripta, & tradita, cum Decreto irritante, ut ſi v. g. legiſlator in ſua lege dicat, quòd ſi forma tradita non fuerit ſervata, corruat actus, vel ſi dicat, non aliter, nec alio modo, vel quid ſimile, quod ſignificet decretum irritans.

7. Verùm ſi forma profitendi non reperiatur tradita, cum dicto decreto irritante, non poteſt dici intrinſeca, & ſubſtantialis ad profitendum, ſed extrinſeca accidentalis, & conſequenter non poteſt actum vitiare, cùm tantùm conſiſtat in quodam variabili modo, narrandi hoc vel illud negotium, ut conſtat ex deciſis *cit. loc. 2. p. qu. 8. nu. 1. & 10. & magis amplè tom. 1. p. 2. tract. 10. de profeſſ. qu. 4.*

Quæſt. 6. An profeſſio tacita locum habeat, ubi adeſt ſtatutum ejiciendi Novitios nondum expreſsè profeſſos?

1. ANteſignanus Canoniſtarum *Navar. in concil. 30. nu. 3. in 1. edit. & conſ. 20. in 2. de Regul.* cui ſubſcribit *Lez. ver. profeſſ. Regul. nu. 6. & Bordon. controv. 20. de profeſſ. tacita, qu. 12. nu. 13.* reſpondet ad quæſitum negativè; tum quia monaſterium per hujuſmodi ſtatutum diſſentit, profeſſionem tacitam induci per exercitium actuum profeſſorum, quod eſt contra primam conditionem requiſitam ad tacitè profitendum, ut conſtat ex deciſis hìc ſuprà immediatè; tum etiam, quia ea libertate, qua gaudet monaſterium ad expellendum, gaudet & Novitius ad exeundum; ergo ſtatutum prædictum neminem gravat: quod reſponſum ego intelligo verum, ſi dictum ſtatutum ſit, ut oportet, ad derogandum Juri Canonico, & Concilio Tridentino, & per contrariam conſuetudinem non reperiatur abrogatum.

Quæſt. 7. Sed quid dicendum, ſi verſemur in ſtatuto locali, edito juſſu Papæ, cum clauſula irritante?

1. FUit hoc dubium nuper hìc Neapoli acriter diſputatum, occaſione cujuſdam Novitii Converſi N. Ordinis noſtri, qui legitimè indutus, novitiaverat, ſicut & cæteri Converſi, ſub cura magiſtri, in deſtinato loco monaſterii S. Dominici dictæ Civitatis, ad finem ſuo tempore profitendi; verùm cùm novitiatu peracto inſtitiſſet ſolemniter profiteri, fuit remotus à novitiatu, & curâ dicti magiſtri, & profeſſione expreſsâ non factâ, fuit addictus ſervitiis, ac exercitiis manualibus dicti Conventus, inſtar aliorum, qui Choriſtæ non ſunt, in quibus ſervitiis & Conventu cùm per ſeptem annos permanſiſſet, dæmonis arte, regularem habitum depoſuit, & ſæculariter veſtitus, in ſæculum ſeceſſit, ibique tandem laicè vivens, dimiſſi habitus pœnituit. Unde in dictum monaſterium reverſus, humiliter petiit ſibi dimiſſum habitum reſtitui, ex quo erat in Religione tacitè profeſſus, & illum haud licitè poterat deponere.

2. Super qua re, coacto Capitulo, Capitulantes cœperunt diſſerere, an habitus depoſitus foret illi reſtituendus, adjuncta pœnitentia fugæ, & apoſtaſiæ, vel nullatenus, novo novitiatu non facto.

3. Cùm autem in dicto Conventu reperiretur quoddam ſtatutum, cum clauſula irritante, pro Novitiis ejuſdem monaſterii, editum juſſu Apoſtolici Viſitatoris, & Sixti V. auctoritate firmatum, quo cavetur, ut Novitiorum nemo poſſit tacitè eſſe profeſſus, quin priùs per duos menſes antecedenter ad profeſſionem expreſſam fuerit à Priore monitus, ad ſe [illegible] berandum pro futura

futura expreſſa profeſſione: ſecùs autem totum factum ſit irritum & inane.

4. Cumque monitio hujuſmodi, ac proteſtatio, prælibato novitio, per Priorem Domus, numquam fuiſſet adhibita, major pars de Capitulo conſtanter aſſerebat, ſupradictum novitium, non eſſe, nec poſſe dici tacitè profeſſum, ſed indigere nova receptione, & probationis anno, cum in dicto ſtatuto contineatur Decretum irritans, quod etiam afficit ignorantes, & inhabilitat novitios dictæ Domus ad aliter profitendum.

5. De qua ſententia, cum prædictus Converſus ad P. Generalem Ordinis, & Sacram Congregationem appellaſſet, fuit mihi ab eodem Reverendiſſimo Generali impoſitum, ut ſuper re diſcuſſa, meam proferrem ſententiam. Juſſis libenter annui, fuique in voto, ſupradictum eſſe tacitè profeſſum; proindè tantummodò punibilem pro exceſſu & fuga, & non aliter, his rationibus motus.

6. Primò, quia is, de quo agitur, fuit ritè ad habitum receptus, illumque novitiis, & profeſſis communem geſtavit, non ſolùm per unum annum integrum, ad præſcriptum *cap.15. Trid. ſeſſ.25. de Regul.* & in novitiatu inſtituto à Sancta Sede, juxta Decreta Sac. Congreg. juſſu Clem. VIII. edita pro Novitiantibus; verùm etiam per ſeptem annos, gerens vitam communem, cum cæteris profeſſis, intra ſepta monaſterii, juxta normam propriæ Regulæ, ergo nullatenùs eſt dubitandum, quòd ſit verè tacitè profeſſus, ut probat *textus Clem. eos qui, de Regul. & tranſeunt,* ibi, *eos qui deinceps in diſcretionis conſtituti ætate, novitiorum habitum in aliqua Religione per annum portaverint, hoc ipſo Religionem illam decernimus eſſe profeſſos, niſi hujuſmodi habitus in colore, ſciſſura vel forma ſe diſtinctum patenter exhibeat ab habitu profeſſorum,* hæc ibi.

7. Ad idem facit *tex. cap. 1. eod. tit in 6.* ibi, *qui verò poſt quartum decimum annum, habitum Religionis aſſumpſerit, ſi per annum illum geſtaverit, ex tunc Religionem aſſumptam præſumitur veraciter eſſe profeſſus, ubi profeſſi à novitiis diſſimilitudine habitus minimè diſtinguuntur*, hæc ibi.

8. Secundò, quia nihil ei fuit oppoſitum, nec reclamatum, ante annum probationis elapſum; ergo prædictum monaſterium, juxta Juris *Regulam* 43. conſentit ad tacitè profitendum.

9. Tertiò, quia dum is, novitiatu peracto, multoties inſtetit, expreſsè profiteri, cur non fuit admiſſus? cum novitius per ſuſceptionem habitus, & annalem probationem Jus acquirat, ad ſolemniter profitendum: ad quid enim datur habitus, niſi in ordine ad Profeſſionem? ad quid novitiis aſſignatur annus novitiatus, niſi ut in auſteritatibus probentur, ad finem profitendi? aut ergo probatione peracta, dictus Converſus erat idoneus, & ſic admittendus, aut improbus, & ſic ejiciendus, ad quòd facit *cap.16. Trid. cit. loc.* ibi, *finito tempore novitiatus, ſuperiores novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant, aut è monaſterio ejiciant.*

10. Sed non fuit ejectus, immò inſtar profeſſorum, fuit in dicto monaſterio, poſt novitiatum, per peculiarem aſſignationem aſſignatus: immò & ſæpe alibi, tamquam unus de profeſſis localibus, ut conſtat ex actis ſuper his formatis; ergò communiter exiſtimabatur, & reputabatur tacitè profeſſus.

11. Nec his, ob multa, poteſt reſtagari præallegatum ſtatutum; nam ſi primò conſideretur, in quantum fuit editum à Viſitatore, & Commiſſario Apoſtolico, non poteſt obſtare, cum in Capitulo Generali Romæ celebrato, de anno 1619. omnes, & ſingulæ Ordinationes, auctoritate Apoſtolica, tam pro toto Ordine, quàm pro particularibus Provinciis, & Conventibus à Viſitatoribus, & Commiſſariis Apoſtolicis editæ, & publicatæ, ad terminos Juris communis, & noſtrarum conſtitutionum, fuerint ex ſpeciali Brevi Apoſtolico ibi extenſo, reductæ, ac limitatæ, ut ibidem eſt videre, *in §. denunciationes*, ergo.

12. Secundò, quia ſi expendatur dictum ſtatutum, quatenus motu proprio, & ex certa ſcientia, fuit à Sixto V. confirmatum, nec pariter nocet, nam cenſetur abrogatum in ſuo ſimili, & majori, ut patet in Conſtitutione Clem. VIII. incip. *in ſuprema Catholicæ Eccleſiæ ſpecula*, quam extendit *Cherub. in tom. 3. Bullar. pag.* mihi 129. *Nald. in ſum. ver. profeſſio Regul. num. 12. & Egomet tom. 2. par. 2. tract. 2. de Decret. & Bull.* ubi Conſtitutiones ejuſdem Sixti V. & Gregor. XIV. per quas recedebatur à Jure communi, & receptorum ad habitum profeſſio declarabatur nulla, ob præteritionem formæ ab eiſdem præſcriptæ, fuerunt moderatæ, & redactæ ad terminos Juris communis, & Sacrorum Canonum, ergo?

13. Dixi *in ſuo ſimili, & majori*, nam ſi de quo magis ineſſe videtur, & non ineſt, ergo & de quo minus, volo dicere, quòd ſi lex generalis, pro omnibus Regularibus lata, quoad invaliditatem profeſſionis, præſcriptæ à Sixto V. fuit moderata; quantò magis particularis, ab eodem Sixto V. lata in eodem caſu, pro uno particulari loco, intelligi debet reformata, & ad terminos Juris communis, & Sacrorum Canonum redacta?

14. Tertiò, quia cum prædictum ſtatutum, de directo adverſetur Decreto *cap. 15. Trid. ſeſſ. 25. de Reg.* quòd tacitas profeſſiones admittit, novitiatu finito, ut omnes DD. unanimiter docent; ergo cenſetur abrogatum per Greg. XIII. in illa ſua Conſtit. incip. *in tanta rerum mole*, qua revocantur omnia Privilegia adverſantia Decretis Conc. Tridentini, & reducuntur ad terminos Juris communis ut ibi eſt videre.

15. Quartò, quia licet Decretum irritans ſit malignæ naturæ; adhuc tamen de conſenſu partium, poteſt ei renunciari, juxta *tex. cap. dilecto 25. de præbendis*, ibi, *hujuſmodi clauſula prohibitionis adjecta*, ubi Gloſſa in *ver. hujuſmodi clauſula*, loquendo de confirmatione Papæ, ait, quòd non obſtat ei talis confirmatio, cum eorum favore facta ſit, quin poſſint contravenire, ſi volunt; ad quod allegat *ca. M. de Conſtit. & c. cum acceſſiſſent.*

16. Sed hoc totum procedit in caſu noſtro, nam prædictum ſtatutum fuit confirmatum ad favorem fratrum dict. Conventus, qui de communi conſenſu, cenſentur abrenunciaſſe dictæ clauſulæ. Dum namque prædictus Converſus poſtulabat expreſsè profiteri, fuit à Patre Provinciali, & Priore Conventus abductus è novitiatu, & aſſignatus in dicto Conventu, inſtar Profeſſorum, ibique in vim aſſignationis, per multos annos manſit inter cœteros profeſſos, ad præſcriptum propriæ Regulæ.

17. Quintò, quia etſi Decretum irritans afficiat ignorantes, hoc tamen intelligitur quoad nullitatem actus, non autem quoad pœnas appoſitas, ut colligitur, *ex cap. dudum, & cap. ultim. de Præbendis in 6.* & notant *Gloſſa in Clem. nolentes, ver. ex tunc. de hæret. Peyr. tom. 3. Privil. cap. 9. ſub num. 23. & Egomet tom. 2. p. 2. tr. 1. de forma elect. quæſt. 18. num. 12.*

18. Actus autem, in caſu noſtro, eſt ipſamet profeſſio tacita, ſivè ipſemet conſenſus tacitus, ergo non poterant Patres prædictum Converſum è Religione expellere, cum expulſio hæc, pœna ſit, nec dictus Converſus habitum deponere, eo prætextu, quòd non foret tacitus profeſſus, nam cum eſſemus in dubiis, & in antiquis, ut puta, ſupra ſeptem annos delationis habitus, expectanda eſſet Sacr. Congregat. deciſio, ad quam ſpectat hoc factum judicare, juxta diſpoſitionem *cap. 19. Trid. ſeſſ. 25. de Reg.* & Decreta ejuſdem Congregat. juſſu Urban. VIII. edita, ideoque proceſſu viſo, hiſque allegatis benè

conſi-

deratis, fuit Romæ decretum, prædictum Con-
m fore, & eſſe reveſtiendum, prout de facto fuit
itus, & ad expreſſam profeſſionem admiſſus, nullo
ovitiatu peracto.

*ſt. 8. Novitia tacitè profeſſa, an poſſit cogi ad
preſsè profitendum?*

Ffirmativè *P. Sanchez lib. 5. ad Decal. cap. 3. num. 6. Graff. deciſ. aur. lib. 3. cap. 5. num. 27. ver. ſed nunc, rdon. contrver. 20. de profeſſione tacita, num.* 18. & m eſt hic ſupra *quæſt. 5. in fin.* tum quia cum tacitè ſſus, ſit Religioni obligatus, poteſt compelli ad ſtanda, quæ regula præſcribit, & mandat, in- eſt expreſsè profiteri; tum etiam, ut ejus pro- magis conſtet, & notior fiat, juxta *cap. Vidua q.* 1.

Quòd è converſo poterit ipſamet profeſſa tacita monaſterium petere; tum quia, ſicut ipſa eſt mo- obligata: ità & ſibi monaſterium, ob profeſ- , quæ reciprocè obligat; ut dictum eſt ſupra: iam, quia per profeſſionem tacitam, acquirit Jus reſsè profitendum, ut conſtat ex deciſis; tum item, intereſt, ut expreſsè profiteatur, cum aliàs non ad Prælaturas promoveri, *cap. nullus de elect. cap. tatibus eod. tit. in 6.* ad quod item facit *cap. cum deprehendi in 6.* & quæ dico, *tom. 2. p. 2. tr. 10. de m.* 24.

Sed adverte, quòd *Bartol. de Vecchis, in praxi No- 14. dub. 7. nu. 4. quem ſequitur Novar. in Luc. mo- um.* 14. ait, quod monialis tacitè profeſſa non eſt da expreſsè profiteri, ex declaratione Sacræ Con- de qua non apparet authenticè; *& credo poſſe ere quo ad forum animæ, quia utrobique profeſ- em modo obligat.

9. Profeſſio expreſſa, ſub qua forma, & mo- acienda ſit?

dico, quòd exprimenda eſt ad præſcriptum ropriæ Regulæ; approbatæ tamen à Sancta Se- nnes autem modi expreſsè profitendi, redu- ad tres, quinam autem ſit nobilior, ac tu- ſecuritate Conſcientiæ? vide quæ dico, *tom. 2. o. de profeſſ. q. 2. ibi, item in q. 6.* habes neceſſaria è profitendum, cum quibus debent concurrere litates, quæ de directo, & per ſe reſpiciunt novi- nialium, ceu ſunt novitiatē intra ſepta proprii erii, & dotem habere, & conſimiles, de quibus *in tract.*

10. Profeſſio monialis, an fieri poſſit quoli- die?

dico, quod ſic: ducorque, tum quia actus le- itimi, non recipiunt diem, neque conditionem, r, *in l. actus, ff. eodem tit.* à qua deſumpta eſt Ju- la 50. *in 6.* & patet de matrimonio, de electio- nilibus licitis actionibus, tum etiam, *ex cap. 16. 25. de Regul.* ubi dicitur, *finito tempore Novitia- iores novitios, quos habiles invenerint, ad profiten- nittant, aut è monaſterio ejiciant,* hæc ibi, quæ ver- rehendunt etiam moniales, nihilque dicunt de die; & ubi lex non loquitur, nec nos loqui de- ergo.

Nec obſtat dicere, quòd his Puellis velum conſe- non datur; niſi diebus Dominicis, *ex cap. 1. re ordinand. immò ex cap. de votis 8. cap. Virgines q.* 1. Virgines antiquitus non conſecrabantur, niſi in Epiphania, in Sabbato Paſchæ, vel in Albis Pa- ſchalibus, & in feſtis Apoſtolorum: ergo cum profeſ- ſio ſucceſſerit in locum conſecrationis, & velum profeſ- ſionis, debet adhiberi diebus prædictis, & non in aliis, quia licet profeſſio ſubrogetur loco conſecrationis; quia tamen hodie conſecratio non eſt in uſu; & quamvis in ejus locum ſucceſſerit profeſſio, adhuc tamen magna eſt differentia inter profeſſionem, & conſecrationem Virginum, nam velum profeſſionis, eſt aliud à velo conſecrationis: nam velum profeſſionis, dictum ve- lamen *ex cap. Puellæ, 20. quæſt. 2.* recipiebatur poſt duodecimum ætatis annum; nunc per Tridentinum, *cap. 15. ſeſſ. 25. de Regul.* poſt decimum ſextum, & eſt commune omnibus monialibus, ſive Virginibus, ſive corruptis, ut notat *Gloſ. ver. velamen, cap. 7. in Paleam,* & poteſt dari à quovis ſuperiore, licet non ſit Epiſco- pus.

3. Attamen velum conſecrationis dari non poteſt, niſi poſt annum 25. ut conſtat ex præcit. Juribus, & non omnibus; ſed tantum virginibus, poſtquam receperunt velum profeſſionis, & non niſi ab Epiſcopo, quia eſt a- ctus Ordinis, & non juriſdictionis, ut docent *Palud. in 4. diſtin. 38. & Syl. ver. conſecratio Virginum, Miranda de monial. q. 7. ar. 8.* §. 2. qui exindè inferunt, ſuperiores Re- gulares non poſſe conſecrare Virgines ſui Ordinis, quia non habent illam poteſtatem, quæ ſolis Epiſcopis eſt propria.

4. Et additur, quòd non eſt verùm, profeſſionem ſubrogari in locum conſecrationis, & veli Virginitatis, quia velum profeſſionis antiquius eſt velo conſecratio- nis: non enim poteſt Virgo conſecrari, niſi priùs pro- feſſa fuerit, ut liquet ex *cap. Puella 6. 20. qu. 1. & docent præcit. DD.*

5. Nec eas inficias, ex quo moniales ſolent in prædi- ctis diebus profeſſionem emittere, quia iſthæc conſuetu- do non eſt legalis, ſed pia, & moralis: volo dicere, quod non fuit introducta ad finem introducendi legem; ſed augmentandi devotionem populi, & circumſtantium pietatem, ut ex multis probat *Bordon deciſ. 168. ubi de pra- xi teſtatur.*

Quæſt. 11. Profeſſio ſolemnis monialis, an differat à profeſſione ſolemni virorum?

1. NEgativè dic per allegata, *tom. 2. p. 2. tract. 10. de profeſſ. quæſt. 27.* & maximè, quia differentia ſpe- cifica in moralibus, deſumitur ex fine, qui cum in utra- que profeſſione, ſit unus & idem, utpute Deo jugiter ſervire; non eſt de alietate quærendum; ſed potiùs di- cendum, quod dicta de viris, ſint omninò extendenda ad fœminas; modò odioſa non ſint, & ſexui non re- pugnent: nec obſtat quartum votum de perpetua clau- ſura, quòd à monialibus emittitur, quia hoc quartum votum non variat Religionis eſſentiam, *per allegata ibidem num.* 4.

Quæſt. 12. Profeſſio monialis à quibusnam reci- pienda ſit?

1. REſpondeo, quod profeſſio Regularis, de Jure communi, recipienda eſt à ſuperioribus monaſte- rii, conſentiente ejus Capitulo, ut conſtat ex deciſis *to. 2. p. 2. tract. 1. de recep. q. 2.* quandoquidem cum profeſſio Religioſa ſit contractus mutuò obligatorius, ut dictum eſt *hic ſupra q. 1.* expoſcit conſenſum liberum profitentis, & Religionis acceptantis, ut docent omnes, & præcipuè *Panor. in cap. porrectum, n. 10. de Regul. Syl. ver. Religio 3. q. 18. & Navar. conſil. 26. de Regul. n. 1. & apertè colligitur ex cap. ad Apoſtolicam de Regul. & c. porrectum eod. tit.*

2. Hinc fit, ut monialis profeſſio validè acceptari poſſit ab Abbatiſſa monaſterii, de conſenſu tamen ſui Capituli; cum ipſa ſit ſuperiorifſa ſui monaſterii, & ad eam de Jure ſpectet, adjuncto Capitulo, tractare de commodo, & utilitate ſui monaſterii.

3. Quòd videtur præſupponi *in cap. conſuluit 4. qui Clerici, vel voventes*, ibi, *nec in manu Abbatis, vel Abbatiſſæ, &c.* & meritò; nam actus admittendi ad habitum Regularem, non eſt propriè actus Ordinis, ſed juriſdictionis, ſeu ſuperioritatis pertinentis ad poteſtatem Oeconomicam, quam revera Abbatiſſa erga ſuas moniales exercet; *Hoſtienſ. in d. cap. conſuluit num. 1.* Undè dubio procul, poteſt, ſervatis ſervandis, ſuæ Novitiæ profeſſionem acceptare, *Azor. 1. p. inſtit. moral. lib. 12. cap. 5. qu. 6. in fin. Sanchez in Decal. lib. 5. cap. 4. nu. 76. Bonac. de clauſ. q. 2. pun. 10. § 6 difficult. 2. n. 2. Lezan. in conſult. 9. nu. 36. Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 6. q. 5. n. 2.*

4. Verùm quia alii ex adverſo contendunt conſenſum Prælati proprii, non ſolùm requiri ad valorem profeſſionis, quam emittit Novitia monialis; ſed etiam, ut fiat in manibus illius, & ab ipſo acceptetur; cum apud ipſum tantùm ſit propria juriſdictio acceptandi profeſſionem; ad quod facit, *cap. ſtatuimus 3. 20. q. 2. in quo habentur hæc præciſa verba.*

5. *Statuimus, ut ſi Abbatiſſa aut qualibet ſanctimonialis, poſt hanc diffinitionem in tantam audaciam proruperit, ut aut viduam, aut puellam Virginem velare præſumat, Judicio Canonico, uſque ad ſatisfactionem ſubdatur*, hæc ibi.

6. Ex his colligunt, Abbatiſſam, de per ſe, non poſſe ad profeſſionem admittere; ſed ex commiſſione Domini Epiſcopi, vel illius Prælati, cui monaſterium immediatè ſubjicitur.

7. His tamen non obſtantibus *Bonac. cit. loc. & Pelliz. tr. de monial. cap. 3. ſect. 1. q. 4. nu. 7. in fin.* inquiunt, quòd cum Abbatiſſa monaſterii, & Prælatus illius, quoad acceptandum profeſſionem monialis Novitiæ, ſe habeant cumulativè, datur inter eos præventioni locus.

8. Dixi de Jure communi; quia circa hoc, ſtandum eſt propriis conſtitutionibus, & conſuetudini loci legitimè introductæ.

9. Ut autem monialis admittatur ab Epiſcopo, ſufficit teſtimonium Præfectæ, quòd in Capitulo monialium de ea admittenda obtentum fuit; prout Sacr. Congreg. declaravit 11. Septembris 1615. *teſte Gavanto, in Manual. Epiſc. ver. Monialium profeſſio, n. 13.* qui ibidem *n. 19.* ait, *contradicente majori parte monialium, d. Epiſcopum non poſſe admittere*, quod item dicit *Bonac. cit. loc. n. 6.* etſi Epiſcopus in tali caſu compelleret moniales, hæ utique poterunt ſuperiorem appellare, *Archid. & Emin. Turrecrem. in cap. final. 16. qu. 7.*

10. Nec totus Conventus poteſt Novitiam admittere, repugnante Præfecta; nec ipſa Præfecta repugnante majori parte Capituli; quia ut dictum eſt ſupra, & docent *Navar. conſil. 1. de Conſtit. in 1. edit. q. 5. nu. 19. Rodor. tom. 3. q. 17. ar. 7. Abbas in c. cum Eccleſiarum, n. 3. Tamburr. cit. loc. n. 4. & 8. & Ceſpedes, de exempt. tr. 23. dub. 327. n. 3. de elect.* actus recipiendi ad habitum, ad ſui validitatem duo copulativè exigit; conſenſum liberum Prælati, & Capituli monaſterii, ſic adeò, ut unus, ſine altero, ad validitatem prædictam non ſufficiat.

Quæſt. 13. Recipientes ad profeſsionem ordinis, ante tempus, à Iure ſtatutum; qua pœna ſint puniendi?

1. **R**Eſpondet *Gloſſa in cap. ad Apoſtolicam, 16. de Regul. ver. corrigendi*, hujuſmodi fieri punibiles arbitrio Judicis, & movetur ex textu, qui pœnam his non determinat; ſed tantum dicit, quòd prohibendum eſt Abbatibus, ne ante tempus probationis, quoslibet ad profeſſionem recipiant, etſi contra formam præſcriptam receperint, animadverſioni debita ſunt corrigendi. Sed eſt, quòd quando pœna, in ipſo Jure, non reperitur taxata, relinquitur arbitrio Judicis, ut apertè dicitur *in cap. de cauſis 4. de offic. & poteſtate judic. Delegat.* ibi, *quod certa exindè pœna in Canonibus exprimatur, eamdem infligas, alioquin ipſos, pro delicti qualitate & cauſæ; ſecundum tuum arbitrium punire procures, & in ff. de Jure deliberandi, l. 1. §. 1. in fin.* ergo.

2. Verùm ſi hujuſmodi malè admittentes, ſint mendicantes, corrigendi ſunt juxta textum *cap. non ſolùm 2. de Regul. in 6.* ubi ſic loquitur, *Vobis in virtute obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis, auctoritate præſentium diſtrictiùs inhibemus, ne ante annum probationis elapſum, quemquam ad profeſſionem veſtri Ordinis recipere præſumatis; quod ſi fortè contra hanc noſtram prohibitionem quemquam recipere præſumpſeritis, decernimus eum, qui taliter receptus fuerit, nullatenus veſtro eſſe ordini alligatum: Voſque à receptione quorumlibet ad profeſſionem ejuſdem ordinis, fore ipſo facto ſuſpenſos, & inſuper pœnæ ſubjiciendos, quæ fratribus ipſius ordinis, pro culpis infligi gravioribus, conſuevit*, hæc ibi.

3. Ex quibus benè vides, quòd hi multiplici pœnæ ſunt corrigendi, ut ibi notat *Gloſ. ver. & inſuper*, & meritò; qui ſic agentes multipliciter peccant, uſurpant enim ſibi Patriam poteſtatem, obedientiæ contradicunt, conſtitutiones Apoſtolicas, & propria ſtatuta violant, profeſſos lædunt in re gravi, & petra ſcandali fiunt; de qua re vide *Azor. 1. p. inſtit. moral. l. 12. cap. 5. q. 6.*

Quæſt. 14. An verò moniales Ordinis Sancti Dominici, ſub prædicta conſtitutione comprehendantur?

1. **A**D quam quæſtionem negativa ſententia prætermiſsâ, tamquam minùs probabili, affirmativè reſpondeo, ducorque, tum quia diſpoſitio loquens de monacho, locum habet etiam in moniali, niſi repugnet qualitas ſexus, ut expreſsè dicitur *in cap. ea, quæ 8. de ſtatu monach. in fin.* ibi, *nec non in monaſteriis monialium, quoad articulos Abbatis, & monialibus congruentes, præcipimus obſervari*; tum etiam, quia dicta conſtitutio, de qua eſt ſermo, ponitur ſub titulo, de Regularibus, & loquitur per illam dictionem, *Vos*, quæ cum ſit communis generis, æquè comprehendit fœminam, & maſculum; tum item, quia lex generalis & pœnalis, omnes ſpecies non exceptas, comprehendit; etiam ſi major ratio ſuadeat comprehenſionem unius, quàm alterius, ut probat textus *cap. ſoluta de major. & obed.* ibi, *nihil excipiens, qui dixit quicumque.*

2. Hinc *Navar. de datis, & promiſſis, n. 11. aliis citatis*, dicit, Canonum ſtatuta ligare omnes, etiam Cœnobitas, moniales, Abbatiſſas & Cardinales; quod dictum lætanter proſequitur *Theſaurus de cenſuris, l. 1. cap. 8. nu. 23. Avila de cenſur. 2. p. cap. 5. diſp. 1. dub. 3. ver. dico 6.* ubi docet de praxi, etiam quoad moniales, & ità in propriis terminis, & in facti contingentia, determinavit *Rot. Rom. penes Mohed. deciſ. 3. de ſent. excommunicat.* ad quæ faciunt, quæ dico, *tom. 2. p. 1. tract. 5. de elect. q. 31.* ubi ex multis oſtendo, quòd lex pœnalis ex identitate rationis, extenditur de caſu ad caſum, quamvis alii contrarium dicant: & additur quòd cum diſpoſitio lata ſit ad favorem Religionis, & animarum, cenſetur favorabilis; & conſequenter extenſibilis, etiam ad moniales; cum in his eadem ratio militet, & qualitas ſexus non ſit repugnans.

...ſt. 15. Impedientes moniales profiteri, an ſint ...o facto excommunicati?

...ffirmativè deciditur *in cap.18. Concil. Trid. ſeſſ.25. de Regul.* de cujus diſpoſitione vide quæ dico hic ... *tract.9. de recept. monial. q.2.3.* & 4.

...ſt. 16. Profeſſio monialis Novitiæ, an poſſit diſ... ri, expleto probationis anno?

...ffirmativè dic; ex juſta tamen, & rationabili cauſa, per allegata *tom.2.p.2.tr.9. de Novitiatu, q.* ...e autem cauſa dilationis poteſt eſſe multiplex, ut... Novitia dotem non habeat paratam, aut ſi non ...tisfecerit in probatione peracta, *Rodor. tom. 3. q. 10. Sanchez l.5. in Decal. cap.10. num.21.* aut ſi non-... ectè ſciat recitare divinum officium, vel ignoret ...tè legere, *D. Barboſ. l.1. de Jur. Eccleſ. cap.44. nu.26.* ...efert à Sac. Congreg. deciſum, quod intellige pro-... in Novitia Choro addicta, non autem in Con-... *Pelliz. de monial. tr.3. ſect.1. q.8. nu.11.* aut ſi graviter ...etur, & duret ſpes recuperandi ſalutem, *Tambur. Abbatiſſ. diſput.6. q.6. poſt allegatos n.6. in fin.* & ſic ...libus cauſis, per quas Novitia fiat inhabilis ad ...endum, *Navar. conſ.30. de Regul.* in novis.

...uæ quippè profeſſionis dilatio, fieri poteſt, etiam ...num, plus & minùs, prout ſuperioribus meliùs vi-...erit: juſta tamen interveniente cauſa, *Rodor. cit. ...ſuo compendio reſolut.110. num.53. Lez. 1. p. ſum. cap. 41.*

...ed meliùs dic, quòd hujuſmodi prorogatio debet ...cundùm propria ſtatuta, quibus deficientibus, re-...dum eſt ad diſpoſitionem Juris communis, per ...a *tom.2. p.4. cit. loc.* quibus adde, quod iſthæc pro-... nequit fieri ſine conſenſu ejuſdem Novitiæ, cui ...io protrahitur, ſicut & totus ejus Novitiatus fieri ſine voluntate ejuſdem, ideoque durante tali pro-... & Novitiatus protractione, liberè poterit è Re-... receedere, *Tambur. multis allegatis, ubi ſupra.*

...17. An Pater Provincialis habeat votum in ...robatione Novitiæ, ſibi ſubditæ, volentis pro-...ri?

...t dico quod ſic; loquendo tamen de Jure com-...uni, moveor, tum quia recipere ad habitum, & ...ionem, ſpectat ad Abbatem, & Conventum ſi-... dictum eſt ſupra, & apertè conſtat *ex c. ad Apo-... de Regul.* at in nobis mendicantibus, nomine ...s, venit Provincialis, maximè quoad poteſtatem, ...es ſciunt, ergo tum etiam, quia quicquid fieri po-... Priorem monaſterii, nobiliori modo fieri poteſt ...rovincialem Provinciæ; quandoquidem quic-... oteſt virtus inferior, poteſt & ſuperior, & nobi-...do, ut patet in numeris & monetis, undè indubi-...ſt, quòd in poteſtatibus ſubordinatis, totum il-... ...d fit per inferiorem, fieri poteſt per majorem; ...rior Conventus habet votum, & cum cæteris de ...o, poteſt, & debet ſuffragari pro Novitio, ſivè ..., ad finem profitendi, multò magis hoc & pote-... ovincialis, & fortiùs P. Generalis, ex quo ſunt ...riores, & ſupremi in Ordine Prælati.

...inc exiſtentibus in aliquo Conventu monialium ...s æqualibus pro utraque parte, ut puta, decem ...s, & decem approbativis; pro una eademque ..., ad profeſſionem admittenda; poteſt Provin-...us Conventus, ſuum ſuffragium dare, & ſuper-... dictis ſuffragiis approbativis; ſicque licitè illius profeſſionem admittere, & Religioni incorporare, prout in facti contingentia, ſe feciſſe teſtatur *Portell. in dub. ver. Novitia, in addit. ver. unicum.*

3. Neque his officit dicere, quòd recipere ad profeſſionem pertinet ad Prælatum immediatum Conventus, quia quando Provincialis extat in Conventu, ipſe cenſetur illius immediatus Prælatus: ipſe enim dicitur Prior Provincialis, hoc eſt, Prior omnium Prioratuum ſuæ Provinciæ: Unde ipſo in Conventu exiſtente, & mandante, ceſſat Prioris poteſtas, & juriſdictio; ut patet de Epiſcopo, quo exiſtente, & volente in aliqua Parochia ſuæ Diœceſis, Parochialia munia exercere, ceſſat Parochus illius.

4. Nec replices dicendo, quòd ferre ſuffragium in probatione Novitii, pro profeſſione, ſpectat ad Religioſos Conventus, qui per annum ſui Novitii vitam, & mores ſunt experti, ad finem teſtificandi, ſi ſit Religioni aptus, vel ineptus.

5. Nam Prior, qui nuper, ut ita dicam, fuit in Priorem datus, per annum continuum, ut ſupponitur, non fuit Novitii mores expertus; & tamen cum cæteris de Capitulo ſuffragatur, & ad profeſſionem admittit; Item, & vocales in electione Magiſtri Ordinis, eligunt, quem numquam agnoverunt, ergo iſthæc activa annalis probatio, ad ritè ſuffragandum, non requiritur, ſed ſufficit, quòd ex relatione cæterorum peragatur.

6. Proindè Provincialis, in caſu poſito, non ſolùm habet Jus admittendi profeſſionem Novitii, per alios approbati, ut dixit *Navar. conſ.62. ſub n.3. in 1. edit.* Verùm etiam & approbandi annum approbationis illius: de auditu tamen, & alterius relatione; quod ſufficit, cum in Jure de contrario non conſtet.

7. Dixi de Jure communi, quia ſi aliàs peterent propria ſtatuta, hæc utique forent ad unguem ſervanda.

Quæſt. 18. Ætas profeſſionis à Tridentino requiſita, an ſit computanda à die Nativitatis extra uterum, vel potiùs Baptiſmi?

1. EX Decreto *cap.15. Sac. Conc. Trid. ſeſſ.25. de Regul.* ſuppono, neminem Regularium, tam virorum, quàm fœminarum, ante annum decimum ſextum completum ſuæ ætatis, poſſe validè in aliqua Religione profiteri; hæc autem ætas, non à die Baptiſmatis, ut quidam putarunt, eſt computanda, ſed à die Nativitatis extra uterum, ut docent *Covar. de Sponſ. p.2. cap.8. §.2. num.3. Mandoſ. de minori ætate, cap.1. nu.25. Sanchez in Decal. lib.4. cap.35. n.4. Bonac. de clauſ. q.2. p.10. difficul.2. §.3. Megal. in ſuo prompt. ver. ætas, D. Barboſ. in Collect. ad cap.12. Trid. ſeſſ.23. de Refor. num.4. Lez. 1. p. cap.2. n.10. & Bordon. controver.21. q.5. num.7.* tum quia ità obſervat communis uſus; tum etiam, quia ità Sac. Congregatio declaravit, die 4. Decembris 1617. *& referunt Sellius in ſelectis Canon. c. 14. n.4. & Novar. in ſua Luc. Regul. ver. ætas n.1.*

Quæſt. 19. An malitia ſuppleat ætatem, ad profitendum ante tempus à Tridentino ſtatutum?

1. NEgativè dic: quia quando tempus ad profitendum reperitur à Jure diffinitum, cum clauſula irritante, ut in caſu noſtro, nullatenus poteſt præteriri, ut dicit *Gloſ. cap. poſtulaſtis 21. de Regul. in ver. minoribus,* ubi in fine, ait, *quòd hodie malitia non ſupplet ætatem quoad profitendum ante tempus à Jure ſtatutum,* & docet *D. Thò. 2.2. q.88. ar.9. in fine corporis ibi, quantumcumque tamen ſit doli capax, ante annos pubertatis, non poteſt obligari voto ſolemni Religionis, propter Eccleſiæ ſtatutum, quod reſpicit id, quod in pluribus accidit,* hæc ille.

2. Nec dices, quod ſicut quis, ſi ejus malitia ſuppleat ætatem,

Digitized by Google

ætatem, poteſt validè matrimonium contrahere, ut dicitur *in extrav. de ſponſalibus impuberum*, ità & validè profiteri, cum argueret à Matrimonio carnali ad ſpirituale teneat argumentum, *cap. inter corporalia de translat.* quia ut in dicto articulo *Emin. Caiet. ſcitè notat, in §. occurrit autem, n.* 80. malitia ſupplet ætatem, reſpectu Matrimonii carnalis ex conceſſione Eccleſiæ; in matrimonio verò ſpirituali, non ſupplet ex ſtatuto Eccleſiæ, quia ſcilicet Eccleſia hoc prohibet; illud autem permittit: quam Doctrinam amplectuntur *DD. quos allegat, & ſequitur P. Sanchez lib. 5. Detal. cap. 4. n. 1. Rodor. tom. 3. q. 15. ar. 3.* ubi dicit, quòd tempus à Tridentino conſtitutum ad profitendum, habet locum, etiam in profeſſione tacita.

Quæſt. 20. *Monialis profeſſa dubitans, an baptizata ſit, ſi ad cautelam denuò baptizetur, an novam profeſſionem teneatur facere, alio Novitiatu non peracto?*

1. ERuditiſſimus *Portell. in dub. Regul. ver. moniales, n.* 5. dicit, quod monialis dubitans, an eſſet baptizata, quæ ad cautelam ſe iterum facit baptizari, ſi antea profeſſionem emiſerat, profeſſio tenet; ita ut exire non poſſit, ſed tamen debet iterum Novitiatum facere, anno integro, & poſtea profiteri, & dicit, quòd ita declaraverunt Eminentiſſimi Cardinales apud *Manzillum, l. 1. cap.* 18. *lit. N. & ſequitur Joan. Bapt. Lez. p. 4. ſum. ver. moniales, num.* 14.

2. Verum illam aliter refert *Bartol. de Vecchis in praxi Novit. diſp. 13. dub. 1. n. 17.* ſub his verbis, *monialis, quæ emiſerat profeſſionem, & deindè probabiliter dubitans non eſſe baptizatam, denuò ad cautelam baptizata fuit profeſſione ligatur, ſed ad majorem cautelam, iterum eam emittere debet, alio anno non expectato:* hæc ibi, quam declarationem Sac. Congreg. ſub eiſdem terminis, etiam referunt, *Novar. in Luc. Regul. ver. moniales, nu.* 11. *& Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp. 6. q. 3. n. 4.* & hæc mihi videtur vera, integra, & non mutata declaratio, nam ſicut denuò ad cautelam baptizatur; ità iterum denuò profeſſionem emittit, & dum monialis illa prima profeſſione ligatur, ſignum eſt, quòd ejus prævius Novitiatus fuit ritè, ac legitimè factus, quandoquidem profeſſio facta ſine prævio legitimo Novitiatu, nullius eſt obligationis, ut probat *tex. cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ergo illi, uno Novitiatu legitimè peracto, altero non eſt opus.

Quæſt. 21. *An propinæ, ac convivia ſint prohibita in profeſſione monialium?*

1. QUòd paſtus, prandia, cœnæ, jocalia, & aliæ res nequeant exigi pro ingreſſu monaſterii, apertè colligitur ex *extrav. incip. ſanè, inter. communes, de ſimonia l.* 5. ubi hæc omnia prohibentur ſub pœna excom. reſervatæ Papæ; at quia hæc, aut non reperitur uſu receptæ, vel in deſuetudinem abiit, ut plures teſtantur, quos *ibidem Gloſſa ſequitur*, cœperunt DD. de conſuetudine introducta dubitare.

2. *Eruditiſſimus Franciſcus Bordon. deciſ.* 298. multis probat, quòd prandia, & jocalia non ſint danda monialibus in profeſſione cauſa mortis, ſecus autem ob cauſam lætitiæ in die profeſſionis veræ.

3. Verumtamen *Doctiſſimus Bartol. Gavant. in ſuo Manuali Epiſc. ver. monialium profeſſio nu.* 23. ex declaratione Sac. Congr. habita 5. Decembris 1616. dicit, quòd propinæ dandæ ſuperioribus in habitu, & profeſſione monialium, ſunt prohibitæ: non tamen eleemoſynæ, quæ hac occaſione, etiam per pactum dantur Sacriſtiæ, vel infirmariæ, *& num. 24. ex deciſ. ſynodal. Milan.* dicit, quòd nequeunt fieri convivia in foraſteriis monialium, à puellæ conſanguineis: nec in habitu, nec in profeſſione *& num.* 25. ſubnectit, quòd expenſæ pro profeſſione ... taxandæ ab Epiſcopo, pro rebus neceſſariis; quod ... deciſum refert *Campanil. rubr. 12. cap. 16. n. 13. Tambur. ... Jur. Abbatiſſ. diſp. 6. q. 1. n. 3. & Pelliz. de monial. cap. 3. ... q. 9. n.* 12. qui unanimiter dicunt, quòd deductis expenſis neceſſariis, non ſunt aliæ admittendæ, quod tene ..., ad cavendum abuſum, ne dicam turpe lucrũ, & ... quæ modeſtiæ, ac Religioſæ Parſimoniæ adverſantur.

Quæſt. 22. *Profeſſio emiſſa ad præſcriptum c. 15. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. ſed contra ſtatutum requirens majorem ætatem, an ſit valida?*

1. AFfirmativè dic: ſi tamen tale ſtatutum ſit ſimplex, ſine Decreto irritante, ſecus autem; nam ... quando Jura volunt profeſſionem factam contra ... prohibitionem eſſe nullam, declarant addendo Decretum irritans, ut conſtat ex *d. cap. 15. Trid. & cap. non ſolum 2. de Regul. in 6.* ubi profeſſio facta à Dominicanis, & Franciſcanis ante annum probationis, expreſsè irritatur: ita eſt dicendum de particularibus ſtatutis, quæ unique intelligenda ſunt, ſecundùm Jus commune, *cap. Dilectus 8. de conſtit. & ab eo interpretationem recipiunt, Bartol. in l. omnes Populi ff. de Juſt. n.* 6. at Jus commune ſimpliciter prohibens profeſſionem, non dicitur annullare, ut dixi *tom. 2. p. 2. tract. 9. de Novit. q. 19. & probat. tex. cap. ad Apoſtolicam 16. de Regul.* ibi, *multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent.*

2. Hinc ſicut ſimplex interdictum, ſine Decreto irritante non annullat matrimonium contra ſe factum, ut ex multis oſtendit *Sanchez l. 7. de matrim. diſp. 2. n.* 10. ità à pari, neque irritatur profeſſio emiſſa contra ſtatutum ſimpliciter prohibens, abſquè Decreto irritante, cum Matrimonium carnale, & ſpirituale, quoad obligationem æqua lance librentur.

Quæſt. 23. *An dict. ſtatuta requirentia majorem ætatem adverſentur Trident. ubi ſupra?*

1. ET dico quòd non, per allegata *2. tom. p. 2. tract. ... de Novit. q. 20. n.* 7. quibus additur tum capitulum *licet 1. de conſtit. in 6.* ubi apertè dicitur, quòd nova conſtitutio Rom. Pontif. non tollit ſpeciales conſuetudines, & ſtatuta rationabilia, niſi expreſsè dicat, *& liquet ibi, niſi expreſſè caveatur in ipſa:* ſed hoc non dicitur *in d. cap. Trid.* ergo, tum etiam idem *præcit. cap. Trid.* ubi non dicitur, quòd tempus probationis non poſſit ampliari, ſed quòd profeſſio tam Maris, quàm fœminæ nequeat fieri ante ſextum decimum annum completum, ergo ejus mens fuit tempus antiqui Juris, diverſum reſpectu fœminei ſexus ampliare, & reducere ad unam formam, non autem impedire majorem ætatem ad finem profitendi; prout conſtat ex textu, & docent DD. non pauci, quos retuli *cit. loc.*

Quæſt. 24. *Profeſſio emiſſa à Novitia Dominicana contra ſtatutum ſui Ordinis, an ſit valida?*

1. PRo puncto Controverſiæ adverte, quòd in Religione Dominicana, *diſtin. 1. cap. 14. de Novit. tex. ... fol. 58. col.* 3. extat ſtatutum tenoris ſequentis.

2. *Ultra hoc autem, ne pueruli recepti ad habitum, inveniant ſe potius natos ſub Jugo Religionis, quam illud elegiſſe, evitenturque inconvenientia multa, ſtatuimus ut ei, cui ante quintum decimum annum Religionis habitus datus eſt, numquàm elabatur annus probationis, (quantocumque decurrente temporis ſpatio,) niſi vocatus poſt annum ſextum decimum expletum à Prælato in Capitulo coram Conventu,* termi-

m ad minus trium menſium acceperit ad deliberan- profiteri velit: ità quod annus probationis cum ta- termino terminetur, ac per hoc ex tunc incurratur tacita; hæc ibi, ex quibus patet, quod hi, de qui- textu, ad Novitiatum recepti, ante decimum ætatis ſuæ annum, non poſſunt profiteri, ini- um ſeptimi anni, niſi poſt tres menſes eiſdem ndos, an profiteri velint? exindè quæritur ut

d quòd multi affirmativè reſpondent, quibus ar- *Bordon. controv. 21. q. 15. nu. 20.* tum quia dict. ſta- ion habet Decretum irritans, & conſequentèr profeſſionem non poteſt annullare per ea, quæ ut ſupra; tum etiam, quia dict. Trimeſtre, ut ex textu, exigitur ad deliberandum, & non ad ndum, & conſequenter non eſt tempus proba- d deliberationis ad profitendum, & aliud eſt re- & aliud Novitiare, ſivè auſteritates Religionis , & à diverſis non fit illatio, *l. Pomp.* tum item, fit, qui ſuper hoc trimeſtri diſpenſationem pe- e facit ad melius, & facilius peragendum; non uòd ſit de neceſſitate ſimpliciter ad ſolemnitet dum.

ppoſitum tamen, quòd eſt de ſpeciali Jure ve- us probat *noſter Remigius Scropha in ſuo tract. de t. profeſſ. q. 9. quem ego tom. 2. p. 2. tr. 9. de Novit. q.* ater ſequor, ducorque ex multis. Primò: quia tus, apud Dominicanos in caſu poſito, eſt quin- enſium; ut conſtat ex textu, ibi, *numquam ela- tus probationis, quantocumque decurrente tempo- niſi vocatus &c.* ergo idem eſt profiteri, præ- meſtri non completo, quòd profiteri, Novi- grè non facto, at profeſſio facta, Novitiatu in- n facto, eſt ipſo Jure nulla, ut conſtat ex deciſis

cundò, quia dictus Novitiatus in Religione Do- , ut *ibidem Gloſ.* videtur annuere in lit. O. ſub- loco Novitiatus *cap. 15. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* er- n implicitè habet Decretum irritans; quando- abrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum tur, & recipit ejus conditiones, *l. ſi eum, §. qui ff. ſi quis.* Tertiò, quia Novitiatus à Triden- ſi ſupra, præſcriptus, poteſt ex juſta, & ratio- uſa prolongari, ut conſtat ex deciſis, ſed tem- ongationis Novitiatus, ſic adeò extat de inte- ovitiatus, ut eo decurrente poſſit Novitius li- Religione exire, & eo non finito, non poſſit ofiteri, nam alias profitendo, cenſetur pro- n facere, Novitiatu non finito; ergo idem quòd Quartò, quia dictum ſtatutum eſt in viridi ob- , ſic adeo, ut ſi quis in caſu poſito velit infra di- meſtre profiteri, priùs petat diſpenſationem à ede, aliàs ad profeſſionem non admittitur: ergo eſt, quòd dictum trimeſtre eſt de forma Novi- æ ſine licentia Papæ, haud poteſt præteriri.

ixi, quòd oppoſitum eſt de ſpeciali Jure verius, poteſt negari, quin prior ſententia ſit valdè is, cum dictum ſtatutum à Sancta Sede appro- Decretum irritans expreſsè non habeat; & de mmuni, ad valorem profeſſionis, præter anna- ationem, nullum aliud tempus exigatur; & ba ſtatuti poſſint referri ad rigoroſam ejus ob- m; ſic adeò, ut abſque nulla diſpenſatione, debeat obſervari: nec tamen prædictum tri- additum anno, Jure communi, requiſito, m eſt ſub eadem lege, & neceſſitate fuiſſe ad- b quâ dictus unus Annus fuit à Jure communi & deſtinatus, quandoquidem hoc ibi non dici- per Gloſſam explicatur ibi: nam hæc tantùm *& cuicumque Novitio, cum recipitur ad habitum, explicetur coram omnibus, profeſſionem non niſi prædicto tempore eſſe faciendam, &c.* Et de neceſſitate actus, nihil dicit.

7. Hinc haud poteſt negari, quin Pater Generalis Or- dinis, ex gravi tamen, & rata cauſa, poſſit in prædicto trimeſtri diſpenſare, ſicut & in cæteris ſtatutis noſtræ Conſtitutionis, ex facultate ſibi facta à Sancto Papa, & quòd Novitius ſic diſpenſatus licitè poſſit ad profeſ- ſionem admitti, finito tamen Anno probationis à Tri- dentino præſcripto ubi ſupra, ex multis oſtendit *P. Sua- rez, tom. 4. de Relig. lib. 1. de Ingreſſu in ſociet. cap. 4. ſub n. 9.* ubi ſcitè expendit illud Societatis ſtatutum, quo cavetur, ne quis ad profeſſionem admittatur, vel ſimplicia vota, biennio Novitiatus non completo.

Quæſt. 25. Profeſſio emiſſa à Converſo, ante annum vigeſimum primum completum ſuæ ætatis, an ſit valida?

1. QUæſtio hæc emanat à Conſtit. Clement. VIII. *in- cip. cum ad Regularem,* quam per extenſum habes *tom. 2. p. 2. tr. 2. de recip.* & eſt quinta in ordine, ubi S. Pa- pa in §. *quiſque recipiendus,* vult; ut ipſi Converſi non recipiantur ante vigeſimum ætatis ſuæ annum; & niſi ſaltem præcipua Doctrinæ Chriſtianæ capita nove- rint; proindè Converſus ante annum vigeſimum pri- mum expletum profitens, videtur profiteri contra de- creta dict. Clem. VIII.

2. Nihilominùs validè profitetur, cum in dicta Con- ſtitutione non reperiatur Decretum irritans, ſed tantùm ſimplex prohibitio, ut benè advertit noſter *P. Remigius Scropha, cit. loc. in ſuo tract. de invalid. profeſſ. q. 8. num. 6. & Bordon. controv. 21. q. 12. n. 14.* ſed quidquid de his, certum eſt Decreta prædicta Clem. VIII. moniales non compre- hendere.

Quæſt. 26. Profeſſio Monialis excommunicatæ, an ſit valida?

1. AFfirmativè dic per allegata, *tom. 2. p. 2. tr. 11. q. 23.* & additur, quòd ſicut eſt valida dicta profeſſio ex parte Novitiæ excommunicatæ; ità etiam ex parte Prælatæ admittentis illam ſi ſit excommunicata, non tamen declarata: tum quia eadem ratio militat in utra- que; tum etiam quia profeſſio nihil aliud eſt, niſi qui- dam mutuus contractus inter profitentem, & Religio- nem admittentem, ut conſtat ex deciſis: at excommu- nicatus non prohibetur facere contractus, ut docent communiter DD. ſcribentes in materia cenſurarum, ergo.

2. Amplia, ut vera ſit concluſio; etiamſi moniales ſuffragantes ſint ritè, & validè excommunicatæ, quic- quid ſit de ipſarum peccato; nam dare ſuffragium pro Novitia, non eſt electio Canonica, ut res ipſa docet; quandoquidem electio eſt de multis unius præceptio, ut liquet ex deciſis, *tom. 2. p. 1. de Nat. elect. q. 1.* at ſuffra- gari pro Novitia, non eſt unum de multis eligere, ſed unius tantum perſonæ vitam, & mores probare; ergo in profeſſionem conſentire, non eſt canonicè eligere, ſed quid diverſum: ideoque vanum eſt dicere, moniales ve- rè excommunicatæ, ipſo Jure prohibentur eligere, ergo & pro Novitia ſuffragari, nam fallit iſta conſequentia, à diverſis enim non fit illatio, *l. Pomp.* ut in propriis termi- nis ex multis eleganter oſtendit *Portell. in reſponſ. 1. p. c. cſ. 9. n. 3. ad finem.*

3. Dixi, & non tamen declarata, quia acta Juriſdi- ctionalia facta ab excommunicato publico, & mani- feſto, ſunt irrita; ſecus facta ab excommunicato to- lerato; per allegata *cit. loc. tom. 2. p. 2. prax. q. 24.* ubi ex multis

multis oſtendo, quod recipere quempiam in Religionem, & Religioni incorporare, ſunt actus Juriſdictionales, ac proindè invalidè exercentur ab excommunicato declarato, de qua re pruno quæſita, vide *Navar.conſil.*38. *de ſponſal.* & *Comitol. in reſponſ. moral. lib.*2. *q.*8. *ad finem.*

*Quæſt.*27. *Monialis, ſi poſt profeſſionem prorumpat in Marem, an ejus profeſſio remaneat valida?*

1. AFfirmat *Portell. in dub. ver. profeſſio Hermaphroditi, in addit. ad addit. num.*1. & *ſequen.* & movetur ex eo, quod ejus profeſſio fuit valida, & per ſubſequens impedimentum non fuit irritata; ſed ſolum quoad clauſuram remanſit impedita; undè debet, inquit ipſe, ejici à Conventu monialium, & ingredi monaſterium virorum, ibique profiteri, vel in ſæculo obſervare vota Relig. & hanc opinionem probabilem exiſtimat *Theſaur. de pœnis Eccleſ.*2. *p. prax. ver. Religioſi, cap.*12. & *Pelliz. in tr. de monial. cap.*3. *ſect.*1. *q.*22. *n.*32.

2. Oppoſitum verò, quod eſt de Jure verius, tenent noſter *Taxeda in controver. moral. lib.*1. *tr.*1. *controv.*8. *dub.*1. *num.*18. *Torreblanca in practicab. lib.*3. *cap.*11. *num.*13. *Diana* 5. *p. tract.*14. *Miſcel. reſol.*49. *Bordon.*1. *p. reſol.*8. *nu.*13. & *Egomet, tom.*2. *p.*2. *tr.*3. *de qualit. q.*23. & moventur, tum quia ad validitatem profeſſionis duo copulativè debent concurrere; voluntas profitentis, & admittentis, ſivè profeſſionem recipientis, in caſu autem poſito, utraque deficit, tum profitentis; quia illa fœmina non fuit profeſſa niſi ut fœmina, nam ſi ſcivisſet futurum eventum, numquam profeſſionem emiſiſſet; tum acceptantis, nam fœminæ non intendunt recipere, & ſibi aſſociare, niſi fœminas, in eodem ſtatu permanentes, juxta diſpoſitionem, *cap.*15. *Trid. ſeſſ.*25. *de Reg.* tum item quia ita fuit in Hiſpania deciſum, *Tax. cit. loc.* tum tandem, quia mutato omninò ſtatu, mutantur omnia, quæ ſunt de illo ſtatu, ergo prædicta monialis mas effecta, ubi fuerit è monaſterio monialium ejecta; poterit ſine ullo ſcrupulo matrimonium contrahere, ſacros Ordines ſuſcipere, & ſimilia, quæ ad maſculos pertinent; quia cum ſit verè mas, ut ſupponitur, nullum ſubeſt impedimentum, quin poſſit prædicta peragere.

*Quæſt.*28. *Profeſſio admiſſa ab Abbatiſſa contra grave mandatum Epiſcopi, an ſit nulla?*

1. NEgativè *Portell.*1. *p. caſu* 9. *num.*8. & movetur tum *ex cap.*17. *Trid. ſeſſ.*25. *de Regul.* ubi licet præcipiatur Abbatiſſæ monaſterii, ne permittat ſuam monialem profiteri, Epiſcopo de ejus profeſſione non certiorato: adhuc tamen ſi permittat illam profeſſionem emittere, Epiſcopo inſcio, non ob id profeſſio erit nulla, cum ibidem hoc non dicatur; at mandatum Epiſcopi, non poterit fortius eſſe præcepto Tridentini, ergo: tum etiam, quia ſi Epiſcopus Parocho mandet, ne certos ſponſos matrimonio jungat in facie Eccleſiæ; ſi tamen Parochus inobediens, illos ad matrimonium admittat, (quicquid ſit de Peccato Parochi) matrimonium erit validum, ſi ſibi aliàs impedimentum dirimens non reperiatur, *Sanchez l.*3. *de matrim. diſp.*32. ità à pari dicendum in caſu poſito, cum arguere à matrimonio carnali ad ſpirituale, licitum ſit, *cap. cum inter corporalia, de translat.* ergò, tum item, quia ſi Regularis Confeſſor, contra mandatum ſui Prælati, approbatus tamen ab Epiſcopo loci, alicujus ſæcularis confeſſionem audiat, (quicquid ſit de ejus peccato,) confeſſio illius erit valida: ita à ſimili, ergo: tum denique, quia multa fieri prohibentur, quæ ſi facta fuerint, tenent, ut apertè dicitur *in cap. ad Apoſtolicam* 16. *de Regul.* ergo idem quod prius.

2. Verùm ego hoc Portelli reſponſum intelligo verum, ſi mandatum Epiſcopi, reperiatur ſine Decreto irritante: ſecùs autem, prout dicit *Gloſ. in d. cap. ad Apoſtolicam*, in propoſitione caſus, ubi expendens dictam Juris Regulam, ait, *hæc Regula locum habet in his, quæ non habent perpetuam prohibitionem, quia non cavetur in prohibitione, quod ſi factum fuerit, non valebit*, ergo ſub diſtinctione eſt ad quæſitum dicendum.

3. Ad quod facit relatum cap. Trid. quòd cum careat Decreto irritante, non annullat ſibi contrarium actum, ad quòd vide *Pelliz. de monial. cap.*3. *ſect.*1. *q.*22. & 24. ubi ex multis oſtendit, Abbatiſſam, etiam de conſenſu ſui Capituli, non poſſe validè ad profeſſionem recipere contra mandatum ſibi factum ab Epiſcopo loci, cum clauſula irritante: ſuppoſito tamen, quòd prædictus Epiſcopus Juriſdictionem habeat in monaſterium, alias ex defectu poteſtatis enervaretùr mandatum.

*Quæſt.*29. *Profeſſio monialis emiſſa ex metu reverentiali, an ſit irrita?*

1. REſpondeo affirmativè; ſi tamen illi metui adjungantur minæ, aut verbera, aut aliæ circumſtantiæ, de quibus infrà, & conſtat ex latè deciſis, *tom.*2. *p.*2. *tr.*11. *de profeſſ. nulla, q.*10. ubi de re ad ſaturitatem: nam metus reverentialis qualificatus ut ſupra, quem petit *Trid. cap.*19. *ſeſſ.*25. *de Regul.* dicitur cadere in hominem conſtantem, & docent, multis citatis, *Sanchez l.*4. *de matrimon. diſp.*3. *nu.*2. & *diſp.*5. *Sayr. in clavi Reg. l.*6. *cap.*4. *n.*15. & *ſeq.* & *Portell.*1. *p. caſ.*9. *n.*4.

2. Ille autem metus dicitur reverentialis, quo aliquis timet propriis parentibus; vel Prælatis, aut Magiſtris, vel ſimilibus, quos paternè veretur diſplicere, *Tambur. de Jur. Abbatiſſ. diſp.*3. *q.*2. *n.*1. & *Lezan. conſult.*47. *n.*20.

3. Si ergo metus reverentialis, non ſolum includat imperium paternum, cui Puella ex reverentia non contradicit; ſed etiam coactionem aliquam, per quam Puella non audet voluntati Patris adverſari, irritat profeſſionem; ſi tamen præcedant minæ, ut dictum eſt, ſivè ſint formales, ſivè ſolum virtuales; quatenus ſcilicet Puella exinde habet cauſam, & indicia, ob quæ grave malum quod timet, quale eſſet, ſi ei auferretur ſpes nuptiarum, ſivè ſimpliciter, ſivè proprio ſtatui non convenientium, vel ſi perpetuò detinenda foret domi, irà ut numquam poſſet egredi, vel ſi ei negarentur debita alimenta, aut dos debita, vel ſi nimis valdè verberaretur, aut ſi ei omnis converſatio tolleretur, vel ſi cogeretur vilia ſervitia obire, contra decentiam ſui ſtatus, & alia hujuſmodi, ut notat *Portell. cit. loc. ubi n.*6. ait, quod etiam preces Noviciarum magiſtræ, cum cæteris adminiculis, dictam profeſſionem annullant, quod item videtur fateri *P. Sanchez cit. loc. diſp.*6. *n.*24. *Paulus Layman lib.*4. *tr.*5. *cap.*5. *n.*6. dicit, quod preces, qualificatæ tamen, dictam profeſſionem annullant, & *Lezan. cit. loc. cui favet Sayr. de cenſ.*1. *cap.*21. *nu.*32. dicens, quòd metus cadens in virum conſtantem, is eſt, quando, aut mors ipſa, aut corporis cruciatus gravis, aut univerſorum bonorum, aut partis eorum amiſſio interminatur: niſi faciat, quod petitur, ad quod probandum Jura multa adducit.

4. Non deſinam tamen dicere, quod minus malum comminatum, ſeu minor cauſa metus ſufficit circa fœminam; quia fragilis, & puſilla eſt, quam circa virum, ut dicatur metus cadens in virum conſtantem, ut multa probat, *Gloſ. cap. cum locum* 15. *de ſponſal. ver. metus.*

5. An verò parvus metus reverentialis, ſine minis, ſufficiat ad invalidandum, ſaltem profeſſionem tacitam? affirmat *P. Bordon. controv.*20. *q.*16. *n.*17. quia facilius, & minori deliberatione emittitur, & ità deciſum refert à *Rota Rom. in una Brix. dec.*579. *coram Ubaldo apud Beltram. ad deciſ.*385. *Ludoviſii.*

*Quæſt.*30

eſt. 30. Monialis an poſſit reclamare contra nullitatem ſuæ profeſſionis, & quomodo?

Affirmativè; quia *cap.19. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* comprehendit moniales, ut dico *tom.2.p.2.tract. 12. de reclamat. qu.4.* loquitur enim per illam dictionem (*quæcumque*) quæ comprehendit omnes per-, ex *l. à Procuratore, C. mandati*, nam genus maſcuna comprehendit etiam fœmininum, & colligitur *ex iis ſuadente Diabolo, 17. qu. 4.* & præcipuè concurr- identitate rationis.

Hæc autem reclamatio debet fieri ad præſcriptum Trid. ſcilicet infra quinquennium, habitu Religioſo, & cauſa allegata coram ſuperiore ſuo, qui m ſuperior, & Judex reclamationis hodie non eſt opus loci, vel ſuperior Regularis, ut dicitur *in d. cap.* Sacra Congreg. Emin. Card. & D. Papa, ut li-x Decreto Sac. Congreg. juſſu Urb. VIII. edit. incip. *Sanctiſſimus*, quod per extenſum habes *in tom.2.p.2. prax. tr.9. q.9. ſub n.8.*

3. Et quamvis moniales, ob clauſuram, & ſexus fragilitatem, nequeant Romam ire, poſſunt tamen per denuncium reſcriptum S. Papæ procurare, quo obtento, & Epiſcopo præſentato, poſſunt ab eodem tamquam Delegato Apoſtolico, audiri in Juribus ſuis juxtà diſpoſitionè præcitati Decreti, & reſcripti denuò obtenti.

4. Quòd etiam poſſint reclamare, etiam poſt quinquennium, per modum reſtitutionis in integrum, *dixi tom.2.p.2.tr.12. de reclaman. q.14. & ſequen.*

Quæſt. 31. An monialis dicens de nullitate ſuæ profeſſionis, poſſit per Epiſcopum loci è Monaſterio extrahi, & in loco tutiori reponi; inſcio D. Papa, & Sac. Congregat. inconſulta?

1. Negativa deciſio conſtat ex deciſis hîc ſupra *tract. 4. de violata clauſura per egreſſum q.23.* ubi ſententia Portelli & Pellizzarii rejicitur.

TRACTATUS XIII.

DE CONFESSARIIS MONIALIUM.

Q. 1. An moniales, ſingulis menſibus, teneantur ſua peccata confiteri, & communicare?

Reſpondeo, quod moniales de rigore præcepti obligantis ſub mortali, non tenentur, niſi ad confeſſionem annuam, & communionem in Paſchate, ſicut cæteri fideles, ut *tex. cap. utriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ.* de quo æ præcepto latè *D. Thom. in 4. ſent. diſtin. 17. q.3. q.95. ar.1. & latiùs Emin. Cajet. tom.1. opuſcul. tr.5. de q.1. & latiſſimè Sotus in 4. diſtin.18. q.1. ar.3.*

De Conſilio autem, & honeſtate Religioſa, tenen- confeſſionem, & communionem menſtruam, ut *tex. cap. 10. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ubi habentur præciſa verba.

Attendant diligenter Epiſcopi, & cæteri ſuperiores -riorum ſanctimonialium, ut in conſtitutionibus ea-moneantur ſanctimoniales, ut ſaltem ſemel ſingulis -s confeſſionem peccatorum faciant, & Sacroſanctam -ſtiam ſuſcipiant, ut eo ſe ſalutari præſidio muniant -s oppugnationes Dæmonis fortiter ſuſtinendas, hæc æ non ſunt obligatoria, & præceptiva, ſed ſolum -va, ut liquet ex illo verbo, *admoneantur*, & do- communiter DD. & præſertim *Lud. Miranda, de -.10. ar.1. concl.1. Vivald. in Candelabro Aureo, de -te n.51. Zerola in ſua praxi Epiſcopali, ver. moniales -ſione ad ſept. dub. Suar. to.4. de pœnit. diſp.36. ſect.5. -lii multi, quos ſequitur Tambur. de Jur. Abbatiſſ. .6. Novar. in ſua Luc. Regul. ver. confeſſiones, n.2. . de monial. cap.6. q.3. n.8.*

Neque his obſtat *Clem. I. de ſtatu monach. incip. ne Dominico, in cujus §. ſanè*, præcipitur Religioſis -icti, ut ſingulis menſibus confiteantur per hæc verba, *ſingulis menſibus tam in monaſteriis, quàm -ſublata occaſione quacumque) ad confeſſionem ſal- -l accedant omnes, & ſinguli monachi, & in prima -i menſis cujuslibet, in monaſteriis ſemper commu-* -æc ibi, tum quia non eſt certum, prædictam -ligari ſub mortali; tum etiam, quia dicta Clem. -edicta, non in univerſum, pro omnibus Reli- -d pro monachis nigris dumtaxat, ut liquet ex -uſdem cap. & ibidem notat *Gloſ. in ver. Nigro- -è in ver. ſinguli, ſubnectit; dubito, an per hoc intendat dilatare hanc conſtitutionem ad alios monachos, quod ſatis eſt honeſtum.*

5. Nec nobis objicias Cajet. ubi ſupra ex dictis verbis Clem. inferre, Religioſas perſonas teneri ad menſtruam confeſſionem, etiamſi habeant ſolùm venialia; idque ad implendum præceptum dict. Clem. Tum quia prædicta opinio Cajet. cenſetur nimis rigida, teſte *Soto cit. loc.* Tum etiam, quia eſto, quòd dict. Clem. extendatur ad omnes; adhuc tamen intelligitur reformata per Tridentinum *cit. loc.* undè ut videatur correcta, *in marg. d. cap. Trid.* citatur.

6. Quòd autem moniales ex propriis ſtatutis poſſint ad prædicta obligari, etiam ſub mortali, non eſt dubitandum per ea, quæ docet *Cajet. cit. loc.* & conſtat ex Regulâ monialium S. Claræ, quæ ex vi ſuarum Regularium, ſingulis menſibus, tenentur ſub mortali confiteri, & ſeptem vicibus in anno communicare: quæ obligatiò fuit per Eugenium IV. moderata; adeo, ut prædictæ moniales hodie in nullius præceptorum iſtorum tranſgreſſione, peccent mortaliter, præterquam in tranſgreſſione eorum, quæ vota principalia, utpute obedientiæ, paupertatis, caſtitatis & clauſuræ, & ſuper electione, & depoſitione Abbatiſſæ concernunt, *Miranda cit. loc.* exindè certum eſt, omnes hodie ſub dicto Decreto Trid. comprehendi: ſi tamen ex propriis ſtatutis ad ſupradicta obligentur indefinitè, an ſub mortali, vel non? judicandum eſt ex ipſarum ſtatutis, & Religionis conſuetudine, quandoquidem certum eſt, hujuſmodi conſtitutionem, non magis obligare, quàm cœtera ejuſdem Religionis ſtatuta: undè ſi Regula non obligat tranſgreſſores, niſi ad ſolam pœnam, ut in ordine noſtro, dices ad ſupradicta ſub mortali non teneri; dum peccatum non cognoſcitur: niſi per legem; teſte Apoſtolo, *ad Rom. cap.7.* ſed de hac re vide, quæ dico *in tract. de obligatione Regul. ad propriam Regulam*, ubi hujus generis non pauca habes digna notatu.

Quæſt. 2. Confeſſarius monialium, quot conditiones debet habere, ad hoc, ut validè abſolvat?

1. Reſpondeo, quòd confeſſarius, ad hoc ut ritè, & rectè confeſſiones Sacramentales excipiat, & Pœnitentes abſolvat, præter approbationem ab Eccleſia, de qua hic infra, *q.5. & 6.* debet habere poteſtatem Ordinis Sacerdotalis, & juriſdictionis, nam ſecundùm *S. Tho. in 4. ſent. diſtin.17.* cui omnes indifferenter ſubſcribunt, ſolis

Digitized by Google

Sacerdotibus data eſt poteſtas ligandi, atque ſolvendi à Chriſto Domino dicente *Joan.20. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorū retinueritis, retenta ſunt*, & habetur expreſsè *in c. Verbum Dei 51. de pœnit. diſtin.1.* ibi, *Jus enim hoc, ſolis permiſſum eſt Sacerdotibus*, & magis clarè in *Conc. Trid. ſeſſ.14. cap. ſi ea 1.* de neceſſitate, & inſtitutione Sacramenti pœnitentiæ, ubi hoc eſſe de fide definitur, quamobrem confeſſio facta laico, vel clerico, etiam Diacono, nulla eſt, ſicut & illa, quam faciunt nautæ inter ſe ipſos, imminente naufragio.

Quæſt. 3. An monialis in caſu mortis, deficiente proprio Confeſſario, poſſit laico confiteri?

1. Affirmativè *D. Thom. cit. loc. immediatè ſupra*, etiam de mortalibus; quia ſicut baptiſmus, ex hoc quòd eſt Sacramentum neceſſitatis, habet Miniſtrum duplicem, ſcilicet ex officio, & neceſſitatis: ita & pœnitentia, &c. qui quidem laicus, licet abſolvere non poſſit; ſupplet tamen ſummus Sacerdos, ſecundùm eumdem, *D. Thom. cit. loc.*

2. Verum ſi abſolvit, ut Sacerdos, fit irregularis, ſicut & ſi celebraret, *ex cap. ſi quis & cap. ex literis, de Clerico non ordinato*, & ultra, quòd hujuſmodi confeſſio, tamquam nulla, neceſſario reiteranda ſit quantociùs poſſibile fuerit; debet talis laicus, ut hæreticus puniri, ex quo ſibi uſurpavit munus Sacerdotale in damnum animarum, contra definitiones tot Conciliorum, & præcipuè Trid. ubi ſuprà.

3. Doctiſſimus *P. Sylver. confeſſor.1. dicto 2.* multis citatis, ait, quòd in extrema neceſſitate, confiteri laico de mortalibus, non eſt præceptum, ſed conſilium, & hoc ſentit *D. Thom. ubi ſupra*, dicens, in caſu poſito; laico fieri poſſe confeſſionem, non autem dicens, quod ſit neceſſarium, vel debitum, & ſecundum hoc item debet intelligi magiſter ſententiarum, *dicens cit. loc. ei debere fieri*, loquitur enim de debito honeſtatis, vel de bene eſſe; non autem de debito neceſſitatis: quòd eſt dicere, confeſſionem in tali caſu, poſſe fieri ad majorem humilitatem, & contritionem, ad placandam iram Dei, ad redimendam aliquam partem pœnæ peccatis debitæ; nam cum erubeſcentia, & confuſio ſit res valdè difficilis, multum juvat, favente Dei gratia, ad minuendam hujuſmodi pœnam; eſtque magna pars pœnitentiæ: quapropter indebitè *ſumma Angelica aſcribit Magiſtro ſententiarum, & Thomæ*, quod ſentiant peccatorem ad hoc teneri.

4. *Philippus verò Gamarchaus, tom.3. ſua ſum. de Sacramento pœnit. cap.16.* dicit, Peccatorem non ſolum poſſe, in caſu poſito, laico confiteri, ſed interdum debere, ſi ei v.g. alius confeſſarius non adſit; ad ſibi conſulendum de reſtituendo malè ablata, inſtituendo hæredes, conficiendo legata, & ſimilia, poteſt Ægrotus laicum conſulere; non tamquam confeſſarium, ſed conſiliarium, non ſub ſigillo Sacramentali, ſed ſecreti naturalis, ad evitandum evitanda.

5. Diſſentit tamen ab his *P. Diana 5. p. tract.3. de caſib. occurrent. tempore mortis, reſolut. 73. in fine*, & præcipuè quo ad illam confeſſionem, quæ fieri ſolet inter Nautas, tempore tempeſtatis, cum hæc ſit invalida, & inepta; etiam ad capiendum conſilium. Ideoque ſubnectit, quod hic abuſus omninò evellendus eſt, & eis conſulendum, ut in eo periculo de ſalute, curent per veram contritionem, &c.

6. Sed nihil dicit, an dicta confeſſio ſit apta ad contritionem habendam, Deique iram placandam, & ad redimendam aliquam partem pœnæ peccatis debitæ, juxta *tex. cap. qui vult confiteri 1. de pœnit. diſtin.6. in principio*, ibi, *tanta itaque vis confeſſionis eſt, ut ſi deeſt ſacerdos, confiteatur proximo, ſæpe enim contingit, quòd pœnitens non poteſt confiteri coram Sacerdote, quem deſiderat, nec locus, nec tempus offert: etſi ille, cui confitebitur poteſtatem ſolvendi non habeat; fit tamen dignus venia, ex deſiderio Sacerdotis, qui ſocio confitetur turpitudinem criminis*, hæc ibi, quæ attentè ſunt legenda, pro bono intellectu Doctrinæ D. Thomæ.

Quæſt. 4. Poteſtas Ordinis & juriſdictionis, an inter ſe realiter diſtinguantur?

1. Affirmativè dic, tum quia una poteſt ſtare ſine altera, quandoquidem non ſacerdos effectus Parochus, ipſo Jure, habet poteſtatem juriſdictionis, at caret poteſtate Ordinis Sacerdotalis, cum non ſit ſacerdos, ut ſupponitur: & è contra, Sacerdos effectus ſchiſmaticus, ipſo Jure amittit poteſtatem juriſdictionis, ſed non poteſtatem ordinis; tum item quia poteſtas ordinis habet originem per conſecrationem, poteſtas verò juriſdictionis, per ſimplicem hominis injunctionem, ergo, &c. & eſt deciſio D. Thom. 2.2. q.39. ar.3 in corp. ibi, *duplex eſt ſpiritualis poteſtas, una quidem Sacramentalis, alia juriſdictionalis; Sacramentalis quidem poteſtas eſt, quæ per aliquam conſecrationem confertur, &c. poteſtas autem juriſdictionalis eſt, quæ ex ſimplici injunctione hominis confertur, & talis poteſtas non immobiliter adhæret, &c.* quam deciſionem D. Thomæ pluribus firmat *Emin. ac ſubtiliſſimus Cajet. tom.1. opuſcul. tract.7. q.1. de Miniſtro Sacram. pœnit.*

2. Undè incunctanter dicendum eſt, poteſtatem juriſdictionis non conferri ordinato in ipſa ordinatione; ſed ſubſequitur approbationem Eccleſiæ, ut docent communiter Theologi cum D. Thom. *cit. loc.*

3. Ideoque non ſunt audiendi, qui dicunt, hanc juriſdictionem conferri in ipſa ordinatione, ac proindè non diſtingui à poteſtate Ordinis, nam ſi conſideretur, prout eſt juriſdictio habitualis, & inchoativa, non poteſt exire in actum, & in uſum: niſi dependenter ab approbatione Eccleſiæ, per quam completur in eſſe exercitii, ratione cujus approbationis & uſus, poſtea diſtinguitur à ſe ipſa, prout eſt poteſtas ordinis, quia cum omnis Judex, quatenus talis eſt, debeat habere juriſdictionem, *Clem. I. de off. deleg.* cumque Sacerdos confeſſarius ſit Judex in hoc foro, juriſdictione carere non debet; nam natura, & ratio judicii expoſcit, ut ſententia feratur in ſubditos, quos Sacerdos dicitur habere, eò ipſo, quòd illi defertur poteſtas à ſuperiore ſubditorum, in quos proindè dicitur habere juriſdictionem ordinariam, vel delegatam, ut teſtatur *Trid. ſeſſ.14. cap.7.* ergo poteſtas juriſdictionis diſtinguitur à poteſtate ordinis, & hæc ab illa, ut res à re, & uſus unius ab uſu alterius, utraque enim gaudet proprio uſu, *Megal. lib.1. de pœnit. cap.6. & Bordon. tom.1. reſolut.34. q.3. n.10. §. colligitur.*

4. Neque his obſtat dicere, quòd confeſſor Summi Pontificis miniſtrat ei ſacramenta pœnitentiæ, ſola poteſtate ordinis, cum poteſtatem juriſdictionis habere nequeat, quia licet Summus Pontifex, nulli in terris ſubditus ſit, poteſt tamen ſe ipſum ſubdere in foro pœnitentiali, cuilibet ſacerdoti, nec confeſſor ille habet, propriè loquendo, poteſtatem juriſdictionis ſuper Papam, à Chriſto, vel Eccleſia, vel ab ipſo Papa tamquam à Superiore: ſed ex hoc ipſo, quòd Papa ſe ſubdit illi, *Cajet. cit. loc. ad primum*, ubi dicit, quòd hic modus juriſdictionis, reductivè ſpectat ad juriſdictionem delegatam: quamvis propriè non ſit delegata.

5. Nec valet illa objectio, quâ dicitur, quòd ſola poteſtas Ordinis ſufficit ad abſolvendum à peccatis venialibus, ergo & à mortalibus, quia fallit paritas; nam, teſte *eod. Cajet. cit. loc.* quoad peccata venialia, quilibet eſt liber, reſpectu Sacramenti pœnitentiæ, eo quòd nullus tenetur confiteri venialia; ut dicunt communiter D.D. undè ſatis rationabile eſt, ut quilibet poſſit ſe ſubdere cui vult Sacerdoti, pro Sacramento pœnitentiæ venialium, & ſic invenitur hic, non

ſola

poteſtas Ordinis, ſed etiam poteſt is juriſdictionis re- vè, quæ cum non ſit propriè delegata, dictum eſt à s, quòd ſola poteſtas ordinis miniſtrat ſacramen- venialium quod non eſt verum, cum utraque pote- d hanc abſolutionem requiratur.

Adverte tamen, quòd quamvis habens veniale tan- poſſit à quocumque Sacerdote abſolvi, ex hoc ipſo, ſe ſubdit illi, non poteſt tamen à quocumque ſa- te abſolvi ab excommunicatione minori, etiam ccatum veniale incurſa, quia excommunicatio mi- vinculum eſt, introductum à poteſtate juriſdictio- æ eſt principium judicii, & actuum judicialium, de m numero eſt abſolutio à cenſuris.

. 5. Confeſſarius monialium, ad hoc, ut validè ſolvat, an debeat approbari ab Epiſcopo loci?

Ffirmativè *deciditur cap. 15. Concil. Trid. ſeſſ. 23. de Reformat. his præciſis verbis. Quamvis Presbyteri rdinatione à peccatis abſolvendi poteſtatem accipiant, t tamen Sancta Synodus, nullum etiam Regularem nfeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec oneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, s idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis de- ineat; Privilegiis, & conſuetudine quacumque, et- memorabili, non obſtantibus*, hæc ibi, inter quæ at- da eſt illa particula, *non poſſe*, quæ cum ſit negatio æ, includit nullitatem actus, ut benè poſt *Bar- Gallus, ff. de liber. & poſthum. num. 4. tradit San- 6. de matrim. diſp. 38. num. 20. § 3. & multis citatis le pœnit. Sacramento, diſput. 5. q. 7. p. 4. n. 9. in fin.* un- ret dict. cap. Trid. ſaltem virtualiter continere am irritans.

Nec non illud verbum (*obtineat*) quod de ſua na- notat acquiſitionem actualem & poſſeſſionem od obtineri debet, *argum. c. ad Apoſtolicam, 16. de i, multa fieri prohibentur, quæ ſi facta fuerint, obti- ris firmitatem, hoc eſt, acquirunt firmitatem.*

nc Religioſus, etiam examinatus, & ab examina- laudatus, ſi antea quam obtentam habeat ap- nem ab Epiſcopo, quem Sacramentaliter ab- alliter abſolvit, fitque punibilis, *Bordon. to. 1. re-* .

Quibus adde, quòd quamvis dict. Decr. Trid. non endat Confeſſores Religioſorum Regularium, approbandi ſunt per ſuperiores Prælatos Re- , non autem per Epiſcopum loci ordinarium, uæ allegat *Bonac. cit. loc. § dixi in propoſitione, & ancto Fauſto de Miniſtro pœnit. lib. 6. q. 37.* nihilo- die per conſtitutionem Greg. XV. incip. *inſcru- exempt. Privil.* comprehendit Confeſſores mo- tiam exemptarum, & Regularibus ſubjecta- is verba habes immediatè infra.

. Confeſſarii ordinarii, vel extraordinarii lium, Regularibus ſubjectarum, an poſſint i & deputari, ſine licentia, & approbatio- ſcopi loci?

ativè dic, & habetur expreſsè in dict. conſtit. eg. XV. *incip. inſcrutabili Dei providentia, de ex- vil. quæ eſt 18. inter Bullas ejuſdem, in 4. tom. . mihi 98. ubi in § 5.* habentur hæc propria ver- *ſores verò, ſivè ſæculares, quomodocumque ex- rdinarii, quàm extraordinarii, ad confeſſiones etiam Regularibus ſubjectarum audiendas, nul- tari valeant, niſi prius ab Epiſcopo Diœceſano entur, & approbationem, quæ gratis concedatur,* hæc ibi, ad quæ faciunt Decreta Sacræ Con- lem extenſa, ad dubium ſextum, quod incipit, an Confeſſores monialium, ante editam conſtitutionem deputati, debeant ab Epiſcopo examinari, & approbari? ad quod Sacra Congregat. reſpondit, *confeſſores quidem extraordinarios monialium nullatenus poſſe poſt conſtitutionem illarum confeſſiones audire, niſi prius ab Epiſcopo Diœceſano idonei judicentur, & approbentur, ordinarios verò Confeſſores ante conſtitutionis publicationem deputatos, poſſe durante triennio ab eorum deputatione inchoando, pergere in confeſſionibus ſanctimonialium audiendis, abſque alio examine, & approbatione Epiſcopi, quòd ſi contingat ut illorum facultas à Sede Apoſtolica ultra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Epiſcopo examinari, & approbari,* ut ibidem melius eſt videre.

Quæſt. 7. *Approbatio hæc: quidnam ſit, & an diſtinguatur à juriſdictione, & à quo concedenda?*

1. SUnt qui dicunt, approbationem eſſe judicium, quo Epiſcopus externè declarat Sacerdotem eſſe idoneum miniſtrum hujus Sacramenti, *Megal. lib. 1. cap. 15. & Bonac. de pœnit. ſacram. q. 7. pun. 4. n. 31.*

2. Verumtamen *Bordon. tom. 1. reſol. 34. q. 5. ſub n. 29.* dicit, quod judicium, & approbatio diſtinguuntur, tamquam duo diverſa, & meritò, tum quia judicium eſt actus intellectus, approbatio verò voluntatis; tum etiam, quia *Trid. ubi ſupra,* loquitur per illam dictionem, & ut liquet ibi, *idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat,* ſed interpoſitio copulativa (&) de ſua natura conjungit diverſa inter ſe; unde dicitur conjunctio copulativa, ut omnes docent, ergo &c. & quod ſit diſtincta realiter à juriſdictione prædicta, conſtat ex eo, quia ſine approbatione obtenta, non poteſt acquiri poteſtas juriſdictionis, quæ immediatè ſequitur ad illam, ut conſtat *ex d. cap. Trid. 15. ſeſſ. 23. de Refor.* ubi nullus poteſt audire confeſſiones, niſi priùs obtineat approbationem, & ita tenent plerique DD. quos citat, & ſequitur *D. Auguſt. Barboſ. in collect. ad d. cap. 15. Trid. num. 4. & 6. & Dominus Ricc. in deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapol. deciſ. 22.* ubi ait, quod ſacerdos, etiam ſi ſit Doctor Canonum, vel Magiſter Sac. Theol. indiget approbatione Epiſcopi, ad hoc, ut validè abſolvat, & ſi ſecùs audiat, ultra nullitatem Confeſſionis, eſt graviter puniendus.

3. Et quòd ſit danda ab Epiſcopo ejus loci, in quo fit confeſſio, docet *Barboſ. cit. loc. nu. 10.* & ità fuiſſe à Sac. Congregat. deciſum refert *Bartol. à S. Fauſto, de Miniſtro Sac. pœnit. l. 6. q. 42. in novis § ſecunda declaratio eſt.*

Quæſt. 8. *Sed quid dicendum, ſi Epiſcopus, non ex juſta cauſa, ſed ex odio, vel livore Regularem per examinatores examinatum, & approbatum, recuſet approbare: Religioſus iſte poteſtne validè monialium Confeſſiones audire?*

1. HÆc quæſtio eſt de gravioribus, circa quam diſcrepant DD. etiam graviſſimi; tu autem pro puncto difficultatis adverte, quod cum confeſſarius in foro Sacramenti pœnitentiæ, ſit Sacerdos, inſimul & judex, debet in dicto foro juriſdictionem habere ſuper eum, qui ſua ſibi peccata ſacramentaliter confitetur: abſolutio enim ſacramentalis, eſt actus juriſdictionis, qui de ſua natura, petit exerceri in ſubditum, ut dictum eſt ſupra, & conſtat ex *Decreto cap. 6. Trid. ſeſſ. 14. de Confeſſione,* & liquet ibi, *ſed ad inſtar actus judicialis, quo ab ipſo, ſupple, Sacerdote, velut à Judice, ſententia pronunciatur,* hæc ibi.

2. Sæculares autem, etiam ſi ſint Sacerdotes, nec quidem quoad forum conſcientiæ, ſubjiciuntur Regularibus: quo ergo Jure hi poterunt, ſine licentia Epiſcopi illis abſolutionis beneficium impendere? reſpondent id poſſe, auctoritate ſibi delegata à Summo

Digitized by Google

Pontifice, ut probat, *textus cap. dudum Clem. l. 3. de ſepulturis*, & liquet ibi, *Prælati præfatis fratribus ad confeſſiones, (ut præmittitur) audiendas electis, hujuſmodi exhibere licentiam recuſaverint. Nos ex nunc, ipſis, ut Confeſſiones ſibi confiteri volentium libere, licitèque audire valeant, & eiſdem pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem beneficium abſolutionis impartiri, gratioſè concedimus, de plenitudine Apoſtolicæ Poteſtatis*, hæc ibi.

3. Hinc *Gloſ. in cap. ſi Epiſcopus 2. de pœnit. & remiſſ. in 6. in princip. ver. item tertio*, dicit, quòd mendicantes ad prædicta, ſunt Delegati à Sede Apoſtolica, *per Clem. ſuper Cathedram de ſepulturis in Clem. & Portell. in dub. ver. licentia*, ait, quòd mendicantes ad audiendum Confeſſiones prædictas, habent licentiam à S. Papa, mediante approbatione Epiſcopi.

4. Quod dictum pluribus firmat, *Joan. Bapt. confect. in ſum. mater. Privil. Ord. Mendicant. de Regul. in Confeſſarios deputandis, tit. 17. cap. 4. & multis cit. Laur. Peyr. tom. 3. in additam. ad conſtit. Sixti IV. cap. 2. n. 20.*

Quæſt. 9. Punctus ergo difficultatis extat, an dict. Clem. dudum de ſepulturis, ſit per Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 15. de Reformat. abrogata, nec ne?

1. Sapientiſſimus *Navar. omnium hujus opinionis antesignanus in ſum. c. 27. Miſcell. 1. de præſentatione Confeſſariorum Religioſorum num. 264. Emanuel Rodor. tom. 1. qu. 59. ar. 2. cum ſuo comp. reſolut. 3. de abſolut. num. 34. latè Miranda tom. 1. Manual. q. 45. ar. 6. Henriq. lib. 6. de pœnit. cap. 6. n. 4. Portell. in dub. ver. Confeſſor. n. 3. Laur. Peyr. tom. 1. de ſubdito, q. 1. cap. 21. §. 2. ver. circa autem approbationem Regularium noſter P. Sot. in 4. ſent. diſtin. 18. q. 4. ar. 3. & P. Joan. de la Crux, de ſtatu Relig. l. 2. cap. 6. dub. 1. plerique alii viri eruditiſſimi, quos allegat, & ſequitur Anton. Diana, 3. p. tr. 2. in dub. reſol. 24. §. Is tamen*, reſpondent ad quæſitum negativè, ducunturque ex multis. Primò, quia licet Trid. *cit. loc.* deroget Privilegiis quibuſcunque, non tamen cenſetur derogare juri communi, & conciliari, quia ad derogandum Juri communi, & conciliari, requiritur expreſſa derogatio; *Archid. in cap. 1. de conſtit. in 6. & latè Felin. in c. nonnulli de reſcriptis*, ſed prædicta Clem. eſt Jus commune quod Leo X. in Concil. Lateran. confirmavit, ſua conſtit. *incip. dum mentis arcana, &c.* ergo. Secundò, quia conditio impedita per tertium, habetur pro impleta, *l. ſi Titius ff. de condit. & demoſtr. lib. Nepos proculo, de verbor. ſignificat.* Tertiò, quia licentia legitimè petita, habetur pro obtenta: quamvis fuerit negata, *cap. licet de Regul.* ubi dicitur, quòd Regularis petens licentiam tranſeundi in ſtrictiorem Relig. negata ea, ſine juſta causâ, habetur pro licentia donata, quod confirmatur, *per cap. 1. de supplen. neglig. Prælat.* ubi Abbas, qui petiit tertiò benedictionem ab Epiſcopo, habetur pro benedicto, ſi eam ille ſibi neget. Quartò, quia ità Pius V. declaravit in ſuo motu proprio §. 2. edito de anno 1567. Kal. Junii; Pontificatus ipſius anno ſecundo, incip. *etſi mendicantium Ordines*, & eſt 41. inter bullas ejuſdem Papæ in bull. Cherub.

2. Oppoſitum tamen, quod eſt de Jure verius, & in praxi omninò ſervandum; tenent *Suar. in 3. p. D. Thom. tom. 4. diſp. 28. de pœnit. ſect. 5. n. 13. Coninch. de Sacram. dub. 4. nu. 28. & multis citatis, Barboſ. 2. p. de offic. & poteſtate Epiſcopi allegat. 25. nu. 47. in fin. Cochier de juriſdict. ordinarii in exemptos p. 2. q. 45. num. 82. à S. Fauſto d. Miniſtro Sacram. pœnit. l. 6. q. 48. in novis, Megal. l. 1. de pœnit. cap. 15. num. 16. Tambur. tom. 2. diſp. 6. q. 12. n. 6. & Bordon. tom. 1. var. reſolut. 36. q. 1.* & moventur pariter ex multis. Primò ex verbis, *d. cap. 15. Trid. ibi, nullum etiam Regularem, &c.* quæ utique eſſent ſuperflua, & nullius virtutis, ſi per illa non fuiſſet revocata dict. Clementina, *dudum de ſepult.* confirmatur, quia Triden. ibidem loquitur per illam dictionem, *etiam*, quæ extendit deciſionem ad caſum magis dubitabilem, nempè, ad Regulares exemptos, & Privilegiatos. Secundò, quia dict. Trid. eſt quædam lex generalis poſterior ad prælibatam Clementinam, *dudum*, at lex nova derogat Priori ſibi contrariæ, etiam nulla mentione facta de illa, ut expreſsè dicitur, *in c. licet, de conſtit. in 6.* & liquet, ibi *licet Rom. Pontifex, qui jura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere, conſtitutionem condendo poſteriorem, priorem, quamvis de ipſa mentionem non faciat, revocare noſcatur*, ergo. Confirmatur; quia d. Clem. *dudum de ſepul.* de directo adverſatur Tridentino, ubi ſupra; quia concedit juriſdictionem, negata approbatione, ergo cenſetur abrogata per Trid. ubi ſupra. Tertiò, ex Conſtit. Pii V. incip. *Romani Pontificis providentia*, qua idem S. Papa, ſuam primam conſtit. incip. *etſi mendicantium, &c.* revocavit quoad examen, & approbationem Confeſſorum, per Ordinarios faciendam, & eſt 135. inter Bull. ejuſdem Papæ in novo Bullario Cherub. ubi, §. 2. habentur hæc formalia verba, *tenore præſentium, hac noſtra conſtitutione perpetua ſancimus, decernimus, & declaramus. Decretum Concilii Trident. de approbatione Regularium, audiendis confeſſionibus ſecularium præpoſitorum, ab Epiſcopis facienda, obſervari debere etiam in omnibus Regularibus, quorumvis Ordinum, etiam mendicantium, etiam ſub regulari diſciplina viventibus, etiam ſi ſint lectores, aut licentiati in Theologia, etiam de ſuperiorum ſuorum licentia, graduati, vel promoti, vel à ſuis Magiſtris Generalibus, vel Provincialibus, Miniſtris, ſæcularium Confeſſionibus audiendis expoſiti, &c.*

3. Quod item ſtatuit Gregor. XIII. ſua Conſtit. 9. incip. *in tanta rerum mole*, & Clemen. VIII. ſua conſtit. 115. incip. *quæcumque.* Ad hæc faciunt Decreta Sac. Congr. ſolemniter edita juſſu dict. Clem. VIII. Pauli V. & Urb. VIII. quæ per extenſum habes *3. p. prax. tr. de diſpenſ.* quibus additur & praxis univerſalis totius Italiæ; ideoque non eſt amplius huic dubitationi locus.

4. Nec his nocent adverſæ partis argumenta, non quidem primum, quia æquè ſolvitur *ex d. cap. licet 1. de conſtit. in 6.* non ſecundum; quia multipliciter ſolvitur. Primò enim dicitur, quòd procedit, quando non conſtat, per eum, ad quem pertinet, quominus conditio impleatur, *juxta Regul. 66.* quæ habet, *cum non ſtat per eum, ad quem pertinet, quominus conditio impleatur, haberi debet proinde, ac ſi impleta fuiſſet*, in caſu autem noſtro, conditio approbationis, non pendet à voluntate Sacerdotis, ſed Epiſcopi, & ideo ab hoc impedita, non habetur pro completa ex parte Sacerdotis, *Bordonus to. 1. reſolut. 36. q. 1. n. [illegible]*

5. Secundò dicitur, quod tunc procedit, quando conditio reſpicit favorem privatum, non autem publicum, *Remig. Scropha Dominicanus in ſuo libello de invalid. profeſſ. dub. 12. n. 7.* in caſu autem noſtro, reſpicit adminiſtrationem Sacramenti, quod eſt publicus favor, & emolumentum ſpirituale animarum. Tertiò dicitur & melius quòd tunc procedit, quando lex non exprimit, ut licentia obtineatur, *Megal. lib. 1. cap. 15. n. 6. in fin.* ſed Tridentinum ubi ſupra, exigit licentiam obtentam, ibi, *& approbationem obtineat*, quod non petit, *d. cap. licet de Regul. & cap. 1. de ſupplenda neglig. Prælat.* ergo. Illud tandem deſumptum ex prima conſtit. Pii V. etſi mendicantium ordines; fuit ab eodem Papa ſuiſque ſucceſſoribus revocatum, ut dictum eſt ſupra.

Quæſt. 10. An P. Generalis poſſit audire Confeſſiones monialium ſuæ Religionis, ſine licentia Epiſcopi?

1. Et dico, quòd non, prout declaravit Sac. Congr. Emin. Cardin. ſub die 13. Novemb. de anno 16[illegible] & referunt *Gavant. in Manual. ver. monialium cura ſpi-*

tuali

n addit.nu.1.Sellius in ſelectis Canon.cap.30.n.18.& ... in ſua lucerna Regul.ver.confeſſiones, n.3. & colli... x dicta conſtit.Greg.XV.quæ indiſtinctè loquitur : ulla exceptione perſonarum.

... 11. ***Confeſſarii Regulares, ab Epiſcopo loci ...raliter approbati ad audiendum Confeſſio... ſæcularium, an cenſeantur approbati ad au... ...dum confeſſiones monialium?***

...Egativè reſpondit eadem Sac. Congreg.ſed quo-ad hoc egere ſpeciali approbatione Epiſcopi,pro... ...eſsè dicitur in reſponſione ad nonum dubium, ...ubſequitur ad prædictam conſtitutionem Greg. ...4.*tom.Bull. Cherub.*

... 12. ***Regularis approbatus ad audiendum ...feſſiones monialium unius monaſterii, an ...it audire Confeſſiones monialium alterius ...naſterii?***

...Egativè Sac. Congregatio in reſponſione ad de-cimum dubium ubi ſupra.

...13. ***An Confeſſarii extraordinarii ab Epiſco... ...pprobati ad audiendum ſemel Confeſſiones ...nialium, poſſint virtute dict. approbationis, ...es illarum Confeſſiones audire; abſque no... licentia Epiſc.?***

...Egativè eadem Sac. Congreg. ubi ſupra, in re-ſponſione ad undecimum, ſed toties quoties in-...ova Epiſcopi licentia.

14. ***An Confeſſarius monialium, debeat ad ...us eſſe trigenarius?***

...ſpondeo, quod quamvis de Jure communi, ſa-...s ſit ætas ad Sacerdotium requiſita, ut patet de ...is, qui ſtatim in ſacerdotio conſtituti, alia ætate ...ectatâ, ſuarum ovium confeſſiones audiunt: ni-...ius ad excipiendum confeſſiones monialium, at-...ia ſunt propria ſtatuta, & conſtitutiones ſynoda-...oporum, qui ſuper hac zelantes, debent recor-...retorum Sac.Congreg.& quòd Confeſſarii hu-... debent eſſe ætate provecti, prudentes, & vitæ ...is conſpicui; nam ſi cœcus cœco ducatum præ-...bo in foveam cadunt.

15. ***Confeſſarii ſocius quot ætatis annos de-... habere?***

...ſpondeo, quod ſocius Confeſſarii, prout Sacr. ...ongreg. declaravit in una Nolana 21. Februar. ...et eſſet vitæ exemplaris,& ætatis ultra quinqua-...norum, *teſte Barboſ.in d.collectanea Bullar. ver. ...ius* [illegible]*nialium.*

16. ***An Epiſcopus loci poſſit & debeat admo-... ſuperiores Regulares, ut amoveant Confeſ-... monialium, quòd ſi non fecerint, poſſit ipſe ...vere?***

...firmativè reſpondit Sac. Congreg. in reſpon-...one ad dub. 12. ubi ſupra, & habetur expreſsè in ...ſtit. Greg.XV.*in* §. 5.ibi, *liceatque Epiſcopo, ex ...li cauſa, ſuperiores Regulares admonere, ut huiuſ-modi Confeſſores, atque adminiſtratores amoveant: iiſque ſuperioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædictos Confeſſores, & adminiſtratores amovendi quoties, & quando opus eſſe iudicaverit*, hæc ibi.

Quæſt. 17. An Confeſſores, & conſimiles delinquentes, circa perſonas degentes intra ſepta monialium, aut circa clauſuram, vel adminiſtrationem bonorum monaſterii, ſint puniendi per loci Ordinarium?

1. AFfirmativè deciditur in dicta conſt. Gregoriana, quæ procedit, & locum habet, non ſolum in notoriis, & ſcandaloſis, verùm etiam in omnibus aliis delictis, prout eadem Sacra Congreg. declaravit, *ubi ſupra in reſponſione ad decimumtertium.*

Quæſt. 18. An Confeſſarii monialium ordinarii, mutari debeant quovis triennio?

1. AFfirmativè cenſuit Sac. Congregat. ſub die 15. Februarii 1593. & 4. Julii 1594. quæ id extendit nedum ad moniales ſubjectas Ordinario loci; verùm etiam Regularibus,& referunt *Campanil.rubr.12.cap.26.n. 5. Gavant. in Manual.ver.monialium cura ſpiritualis n. 7. & 8.* dicit, quòd poſſunt mutari poſt biennium, & ad ſummum poſt triennium.

Quæſt. 19. An Confeſſarii monialium, ab eiſdem nominati, poſſint ſine rationabili cauſa removeri?

1. NEgativè Sac. Congreg. ſub die 11. Julii 1626. *Sellius in ſelectis Canon.cap.30. n.18.& Novar.in Luc. ver. Confeſſor. num.11.*

Quæſt. 20. An moniales Confeſſarium ſibi deputatum, vel oblatum valeant recuſare?

1. AFfirmativè reſpondendum eſt, ſivè loquamur de ordinario, ſivè de extraordinario; ex cauſa tamen rationabili, tum quia Confeſſarius ordinarius æquiparatur Parocho, quem populus ex juſta cauſa poteſt recuſare, *argum. cap. ut circa electiones 4. de elect. in 6.* tum etiam, quia Confeſſio Sacramentalis debet eſſe libera, & voluntaria, ſeu libenter facta, ut docent omnes Theologi cum *S.Thom.in 4.ſent.diſtin.17.q.3.ar.3.q.4.& Navar. in ſum. cap.2. nu.7.* quæ quippe rationes magis urgent in Confeſſores extraordinarios,qui ut dictum eſt,eis datur, ad hoc, ut moniales liberius poſſint confiteri: ergo cogi non poſſunt ad illi confitendum, cum etiam ſine cauſa poſſint illum recuſare, quandoquidem non requiritur cauſa ad renunciandum proprio favori.

Quæſt. 21. An habentes curam animarum, poſſint eſſe Confeſſores monialium?

1. NEgativè Sac.Congreg.in una Parmen. 10.Aprilis 1615. *teſte Gavanto, cit.loc. Aldan.in comp. Jur. Canon.reſolut.l.1.tr.25. n.11.& Novar. cit.loc. n.13.*

Quæſt. 22. An ſuperior monaſterii eligibilis ſit in confeſſarium monialium ſui ordinis?

1. ET dico quod non, quia ſicut Epiſc.non poteſt pro monialibus ſibi ſubjectis, deputare Parochos, ut Sac. Congr. declaravit in una Parmen.ſub die 10. Aprilis 1615. & refert *D. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.1.cap.44. de monia-*

Digitized by Google

monialibus, & Tambur. de iur. Abbatiſ. diſp. 16. q. 2. n. 5. & dictum eſt ſupra: ità nec poteſt deputare dictum ſuperiorem monaſterii, ſivè ſit localis, ſivè Provincialis; cum utrobique eadem ſit ratio, quia ſcilicet iſta duo officia ſunt incompatibilia; & neutrum illorum poteſt benè adimpleri, non enim poteſt domui ſuæ præeſſe, quia aliorum curam ſuſcipit; & præcipuè monialium, quæ ipſarum confeſſarium ſemper tenent occupatum.

2. Nec his obſtat illud dubium ſeptimum, inter cætera Sacr. Congreg. propoſitum, ſub Urb. VIII. in quo ſupponitur, ſuperiores Regulares poſſe id munus obire; etenim ibi ſic quæritur, *an ſuperiores Regulares, ante ipſius conſtitutionis publicationem electi, ſeu deputati, alia indigeant Epiſc. approbatione pro confeſſionibus ſanctimonialium ſubjectarum audiendis, &c.* quia Sacra Congreg. *teſte Bordon. dec.* 304. reſpondet ad dubium ſibi propoſitum, non eſſe examinandos qui ante bullam audiebant moniales, uti earum ſuperiores; ſed tantùm electos poſt illius publicationem: ſivè deinde poſſint, ſivè non, fungi hoc officio, in diſpendium proprii monaſterii? ad hæc non reſpondet; quia non fuit ei propoſitum, ut meliùs eſt videre, *in reſponſione ad d. 7. dubium poſitum in calce prædictæ conſtit. Greg. XV. q. 18. inter Bullas ejuſdem Papæ, in tom. 4. Bull. Cherub.* & à facto ad jus non eſt inferendum: quòd ultrà, dici poteſt; prædictum dubium fuiſſe Sac. Congreg. propoſitum, ob illos Regulares, qui tunc temporis reperiebantur Priores Conventuum, de quibus in præſentiarum dubitatur.

Quæſt. 23. An omnes moniales teneantur confiteri Confeſſori ordinario?

1. ET dico quòd ſic, quia Confeſſor ordinarius cenſetur deputatus loco Parochi, ad quem omnes Parochiani de jure tenentur accedere, *cap. omnis utriuſque de pœnit. & remiſſ.* ſecùs autem dicendum de extraordinario; etiamſi à Conventu reperiatur acceptatus, nam hic datur, & offertur ad favorem monialium, quæ ut dictum eſt, nequeunt cogi ſuo uti beneficio, cum non conferatur in invitum, *l. invito 70. ff. de Regul. jur.* & quilibet poteſt liberè ſuo favori renunciare, ut ſæpe dixi, ergo.

2. Nec his obſtant illa verba *cap. 10. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ibi, *qui omnium confeſſiones audire debet*, quia ly *audire debet*, tenet ex parte Confeſſoris, quando omnes volunt illi confiteri, non autem ex parte monialium, *Pelliz. cap. 10. de monial. n. 271.*

Quæſt. 24. Confeſſarius extraordinarius, quoties in anno debet monialibus offerri?

1. REſpondeo, quòd ſecundum *Trid. ſeſſ. 25. cap. 10. de Regul.* debet ad minus bis in anno offerri, & dari in communi, non autem in particulari, ut Sac. Congreg. declaravit, ſub die 10. Martii 1593. teſte *D. Barboſa in Collect. Bullar. ver. confeſſarius monialium 2.*

Quæſt. 25. An Confeſſarii extraordinarii ſubſint oneribus Religionis, in illis Conventibus, in quibus degunt?

1. ET dico quòd non: pro illo tamen tempore, quo Confeſſionibus audiendis occupantur, ſecus autem, prout eadem Sacr. Congreg. declaravit ſub die 10. Martii 1593. & refert *D. Barboſ. in d. collect. Bullar. ver. Confeſſarius monialium 2.*

* * *

Quæſt. 26. An Regulares unius ordinis, poſſint eligi in Confeſſores monialium alterius Ordinis?

1. REſpondeo affirmativè; dummodo aliàs ſint idonei; & ad id eligantur ab Epiſcopo, & aliis Prælatis, ad quos ſpectat; moveor quia *Trid. in ſeſſ. 25. cap. 10. de Regul.* hoc non prohibet, nec facultatem limitat; ſed tantùm dicit, ut præter ordinarium Confeſſorem, alius extraordinarius ab Epiſcopo, & aliis ſuperioribus offeratur monialibus, & liquet, ibi, *attendant diligenter Epiſcopi, & cæteri ſuperiores monaſteriorum ſanctimonialium, ut in conſtitutionibus earum admoneantur ſanctimoniales, ut ſaltem ſemel ſingulis menſibus confeſſionem peccatorum faciant, & ſacroſanctam, &c.* hæc ibi.

Quæſt. 27. An Epiſcopus loci poſſit, ut libet, monialibus ſibi non ſubjectis, confeſſarium aſſignare?

1. NEgativè Doctiſſimus *P. Franciſcus Bordon. dec. 303. in fin.* quia Epiſcopus, præſentatum ſibi Confeſſarium à Prælatis Regularibus, approbare tenetur, vel rejicere; & præter hoc munus examinandi, jus aliud ſuper illas moniales quoad hoc, non habet, ut conſtat ex *d. Conſtit. Greg. XV. de exemp. Privil. in §. 5.* ibi, *Confeſſores verò, ſive ſæculares quomodocumque exempti, tam ordinarii, quàm extraordinarii ad Confeſſiones monialium, etiam Regularibus ſubjectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, niſi prius ab Epiſcopo Diœceſano idonei Judicentur, & approbationem gratis obtineant,* hæc ibi, dix *quoad hoc*; quia quoad alia habet juxta dict. Bull. Greg.

Quæſt. 28. An Epiſcopus loci poſſit deputare Regulares in Confeſſarios monialium ſibi ſubjectarum?

1. DUbium hoc fuit à Sac. Congreg. negativè deciſum, ſub die 1. Octobris 1602. etiam pro Confeſſariis extraordinariis: excepto tamen caſu neceſſitatis, & referunt *D. Barboſ. de jure Eccleſ. lib. 1. de monial. cap. 44. nu. 127. Polav. de Confeſſar. monial. n. 1. & Tambur. de jur. Abbatiſſ. diſp. 16. q. 2. n. 4.* ubi ad id probandum, per extenſum refert duas Epiſtolas Sac. Congreg. quarum prima prohibuit expreſsè Patriarchæ Veneto, ne Regulares, ſine licentia Sac. Congreg. inſtitueret in Confeſſores Sanctimonialium ſibi ſubjectarum, &c. & altera eidem Patriarchæ conceſſit, ut, ob penuriam Sacerdotum ſæcularium, poſſet prædictos Regulares deputare ad ſubeundum munus prædictum, &c.

2. Dixi excepto caſu neceſſitatis, quia neceſſitas legem non habet, & illicitum licitum facit, *cap. ſi nulla 15. 2. q. 8. c. quærelam 10. de Jure jurando*, ibi, *non neceſſitate, ſed voluntate, cap. Presbyteros, 32. diſtin. 50.* ibi, *præter neceſſitatem, cap. ſicut, 11. diſtin. 1. de conſecrat.* ibi, *niſi ſumma coegerit neceſſitas, cap. quanto 4. de conſuet.* ibi: *ex neceſſitate, quæ legem non habet, & cap. diſcip. 16. diſtin. 5. de conſecr.* ibi, *quia coacti fame hoc fecerunt, cap. ſignificante, de Pigneribus, & cap. conſilium 2. de obſervat. Jejunii,* ibi, *comedere ſunt coacti.*

Quæſt. 29. An Epiſcopus loci poſſit concedere ſpecialem Confeſſarium moniali laboranti in extremis, illumque petenti?

1. AFfirmativè dic; tum quia in mortis articulo, omnibus modis, licitis tamen, ſubveniendum, & occurrendum eſt ſaluti animarum proximi; tum etiam, quia talis ingreſſus, in caſu poſito, eſt rationabilis, juxta *cap. 11. de ſtatu Regul. in 6.* immò neceſſarius, juxta *cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.*

2. Secùs

2. Secùs autem dicendum eſt; ſi illum peteret, non ex neceſſitate, ſed pro animæ ſuæ conſolatione; licet contrarium alii dicant, cum *Bordon. reſolut. 5. n. 11.*

Quæſt. 30. An moniales, tempore Iubilæi, poſſint eligere quoſcumque Confeſſores, ab Ordinario tamen approbatos, etiamſi in ſpecie non ſint ad earumdem Confeſſiones deputati?

1. HÆc quæſtio gravis eſt, propter varietatem opinionum, nam *Navar. de pœnit. & remiſſ. conſ. 19. in antiq. Laur. Portell. in dub. ver. Confeſſor pro Jubilæo, in addit. n. 4. & ſeq. Martin. Bonac. de pœnit. Sacramento diſput. 5. q. 7. pun. 4. §. 1. n. 22. ver. majus dubium eſt, Diana 5. p. tr. 12. de Jubil. reſol. 12.* ubi retractat, quod dixit *in 3. p. tr. 4. de Sacram. reſol. 154. Peyr. tom. 3. de Priv. cap. 4. nu. 4. ver. ſed quæres, & Bordon. deciſ. 21. n. 6. & ſeq.* reſpondent ad quæſitum affirmativè; & moventur ex multis, primò ex illis verbis Jubilæi, ibi, *omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, utriuſque ſexus tam laicis, quàm Eccleſiaſticis ſæcularibus, cujuſvis ordinis, Congregationis & inſtituti, licentiam concedimus, & facultatem, ut ſibi ad hunc effectum eligere poſſint quemcumque Presbyterum Confeſſarium, tam ſæcularem, quam cujuſvis Ordinis Regularem ex approbatis à locorum Ordinariis,* hæc ibi, inter quæ nota ly *omnibus & ſingulis,* quia habent vim ſpecialis, ac individuæ expreſſionis, *Hier. Gabriel. lib. 2. conſil. 144. Socin. vol. 3. conſil. 3. n. 17.* ubi dicit, quòd ſignificant, ac ſi omnia eſſent ſpecificata, *Borſat. volum. 4. conſil. 364. n. 14. & D. Barboſ. de Dictionib. dictio omnis 207.* ubi dicit, quòd eſt univerſalis, & nihil excludit; & quod comprehendit plures caſus, etiam diſſimiles; & quod facit venire ea, quæ aliàs non comprehenderentur. Secundò, nota ly *Chriſti fidelibus,* nam moniales ſunt Chriſti fideles, & indulgentiarum capaces, non minùs aliis Chriſtianis. Tertiò ly *utriuſque ſexus,* & ly *& Regularibus cujuſvis ordinis,* quia ſpecificant ſtatum Religioſum utriuſque ſexus, & cujuſcumque ordinis.

2. Secundò moventur; quia ità expreſsè Summi Pontifices in ſuis Jubilæis declararunt, ut ſunt Sixtus V. Greg. XIV. & Clem. VIII. *teſte Portello cit. loc.* & magis expreſsè Urb. VIII. in ſua conſtit. incip. *Pontificia ſollicitudo,* quæ eſt 16. inter Bullas ejuſdem, in 4. tom. Bull. Cherub. & liquet *in §. 5.* ibi, *eiſdemque ſanctimonialibus, & Chriſti fidelibus impeditis hujuſmodi, ut ad effectum præſentium Confeſſarios Presbyteros ſæculares, vel cujuſvis Ordinis Regulares ab eiſdem Ordinariis locorum ad id deputatos, &c. eligere valeant authoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus,* hæc ibi.

3. Tertiò, quia Jubilæum eſt gratia ampliſſima, totum mundum exhilarans, quam de Theſauro Eccleſiæ facit Papa omnibus Chriſti fidelibus, inter quos præcipuè, ut dictum eſt, debent computari moniales.

4. Quartò, quia beneficium Principis debet ampliari, & non reſtringi, juxta Juris Regulam *odia:* eò fortiùs, quando nemini præjudicat, ceu eſt Jubilæum, ergo.

5. Quintò, quia S. Papa eas in Jubilæo non excludit, ergo nec nos eas excludere debemus, quandoquidem lex generalis, quæ non limitat, generaliter eſt intelligenda, *l. de pretio, ff. de public. in rem actio, & c. ſolutæ, §. final. de major. & obed.* etiam ſi aliqua major ratio inveniatur in una ſpecie, quàm in alia, *l. 1. §. quòd autem de Alea Luſu, & Alea.*

6. Sextò denique, quia ſi moniales tenerentur, etiam tempore Jubilæi, eligere unum de approbatis in ſpecie: Jubilæum, quoad hoc punctum, monialibus non prodeſſet; ſed remanerent ſicut & priùs ligatæ & ſubjectæ. Nec obſtat his conſtit. Greg. XV. nam illa non procedit, tempore Jubilæi, ſed in caſibus ordinariis; nam ſicut per Jubilæum ſuſpenduntur propria ſtatuta, quoad hoc, ità & dict. conſtit. Gregoriana, ut conſtat ex ejus clauſulis, & non obſtantiis.

7. Hinc *Peyr. cit. loc.* ait, quod moniales, tempore Jubilæi, non ſolum poſſunt confiteri ſacerdotibus approbatis ab Ordinario loci, verum etiam & Regularibus approbatis à ſolo Prælato Regulari ſuæ Religionis: immò & approbatis à Prælato cujuſvis alterius Religionis.

8. Verùm iſthæc ampliatio mihi non placet, nec quippè placere poteſt, etenim eſt expreſsè contra textum, ibi, *ex approbatis ab Ordinariis locorum:* nomine autem Ordinarii loci, de communi ſententia, venit ſolus Epiſcopus, & ordinarius laicorum, ut colligitur *ex cap. ordinarii 3. de offic. ordin. in 6. juncta Gloſ.* ubi in verbo *locorum,* ſubnectit, *hoc quod dicit, ordinarii locorum, videtur tantùm de Epiſcopis intelligere:* ad quod faciunt illi DD. quos *D. Barboſ. ad cap. 15. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. nu. 14. refert, & ſequitur.*

9. Negativam tamen ſententiam, quam in praxi ſecuriorem exiſtimo, tenent *Rodor. Emanuel. in Bulla Cruciatæ n. 24. Alfon. de Leone, de Jubilæo p. 2. q. 9. n. 25. Molfeſ. in ſum. tom. 1. tr. 7. c. 16. n. 31. Barthol. a S. Fauſto, de Jubilæo l. 4. q. 78. P. Franciſcus Pelliz. de monial. c. 9. q. 13. n. 1.* & alii plures, ducunturque pariter ex multis.

10. Primò, ex quadam declaratione Sacræ Congr. Emin. Card. interpretum Sac. Concil. Trid. quam refert *Rodor. cit. loc.* ſub tali tenore.

11. *Sacra Congregatio Concilii cenſuit, quatenus gratia ex Bulla Cruciatæ pertinet ad moniales, non poſſe vigore facultatis in d. Bulla conceſſa, alios Confeſſarios præter eos, qui ad audiendas ipſarum monialium Confeſſiones ab Ordinario approbati fuerint, eligere,*

12. Quam declarationem authenticam ſe vidiſſe teſtatur *Rodor. cit. loc.* ubi etiam dicit, emanaſſe juſſu Greg. Papæ XIII. ad inſtantiam D. Joannis de Ribera, tunc Archiepiſcopi Civitatis Valentiæ; cui etiam ſubnectit fuiſſe juridicè intimatam, ergò de validitate dicti Decreti non eſt dubitandum.

13. Secundò, ex verbis §. 5. *conſtitutionis Gregorii XV.* incip. *inſcrutabili Dei providentia, de exemp. Privil.* ubi habentur hæc formalia verba. *Confeſſores verò, ſive ſæculares quomodocumque exempti, tam ordinarii, quam extraordinarii, ad Confeſſiones monialium, etiam Regularibus ſubjectarum audiendas nullatenus deputari valeant: niſi priùs ab Epiſcopo Diœceſano Idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant,* hæc ibi, ex quibus benè apparet, moniales, præter Confeſſarios in ſpecie, pro eiſdem ab Ordinario loci deputatos, non poſſe alios eligere: nec his obſtat dicere, quod dicta Gregoriana non habet locum in Jubilæis, ſed in caſibus ordinariis, ut dicit pars adverſa; quia iſthæc interpretatio, ex diametro adverſatur conſtit. Clem. VIII. incip. *Romani Pontificis,* ad inſtantiam Carmelitarum editæ de anno 1599. & ab Urban. VIII. per aliam ſuam Conſtitutionem, incip. *in ſpecula militaris Eccleſiæ* approbatæ, & extenſæ ad omnes Religiones in univerſum, quibus Conſtitutionibus declaratum extat, Bullam Cruciatæ, omniaque cætera indulta, & Privilegia Regularibus non ſuffragari, quoad articulum illum eligendi confeſſarium independenter à ſuis Superioribus Prælatis; quarum conſtitutionum propria verba habes, *hic infra q. 38.*

14. Nec nocet *Pelliz. in tract. de monial. c. 7. q. 3. n. 5.* dicens prædictas conſtitutiones Clem. VIII. & Urb. VIII. non procedere tempore Jubilæi, ex eo, quod Clem. VIII. in dict. Bulla ſolùm mentionem facit de Bulla Cruciatæ, & de aliis indultis particularibus, cum alioquin Jubilæum ſit quid diverſum à Bulla Cruciatæ, & non ſit indultum particulare, ſed univerſale; tum quia Jubilæum, quoad illum articulum eligendi Confeſſarium, cum facultate abſolvendi à reſervatis, non differt à Bulla

Digitized by Google

Cruciatæ; tum etiam, quia licet Jubilæum, quatenus à S. Papa offertur omnibus Chriſti fidelibus, ſit indultum univerſale, verùm quatenus ab hac vel illa perſona ſuſcipitur, & actualiter obſervatur, eſt indultum particulare, & perſonale, ut conſtat ex deciſis *quæſt.* 31. §. *ſed majus dubium eſt*, tum item, quia utrobique eadem eſt ratio, nam electio Confeſſoris, cum facultate abſolvendi à reſervatis, facta à Religioſis independenter à Prælatis Regularibus, ſive fiat vi Bullæ Cruciatæ, ſive Jubilæi, vergit in ſpeciale Religionis detrimentum, ut dixit Clem. VIII. in proœmio dict. Bullæ, ergo ob identitatem rationis, utrobique debet habere locum dict. legis diſpoſitio, *l. cum pater*, §. *dulciſſimis*, *ff. delegatis* 2. *& C. cum ceſſante de appell.* ut dicitur, quòd cauſa finalis reſtringit, vel ampliat privilegia; tum denique quia prædicta decreta Pontificia loquuntur univerſaliter, abſque ulla limitatione; & ubi lex non limitat, nec nos limitare debemus, ut ſæpè dictum eſt.

15. Tertiò, ducuntur ex eo; quia eligere in caſu poſito, ex non deputatis in ſpecie ab Epiſcopo pro Monialibus, eſt eligere non idoneum, ſeu non approbatum ab Ordinario loci, contra diſpoſitionem Jubilæi.

Confirmatur aſſumptum, & magis declaratur, quia poſſunt Epiſcopi limitare facultatem audiendi confeſſiones, tam quoad locum, quàm quoad perſonas, utputa, approbando hunc Confeſſorem ad audiendas confeſſiones virorum, & non fœminarum, vel in hoc Oppido, & non in illo; nam poteſt Sacerdos eſſe idoneus ad audiendas confeſſiones in uno loco, & non in alio, vel aliquarum perſonarum, & non omnium, virorum, & non fœminarum, ut benè notat *Navar. in ſum. cap.* 4. *n.* 10. *& ſeq.* eò fortiùs, quia idoneitas, & aptitudo Confeſſoris ad excipiendum confeſſiones, non pendet ſolùm ex ſcientia, & doctrina; ſed etiam & maximè ex aliis conditionibus prudentiæ, & bonitatis, ut notat *P. Suar. ad* 3. *p. D. Thomæ, tom.* 4. *diſput.* 28. *dub.* 6. *num.* 19.

Ergo dum Epiſcopus, non omnes Confeſſarios ſuæ Diœceſis deputat pro Monialibus; ſignum eſt, quòd non omnes judicat ſufficientes, & idoneos ad audiendas confeſſiones Monialium, ergo eligere Confeſſorem ex non deputatis ab Epiſcopo, eſt eligere Confeſſarium, non approbatum ab Epiſcopo, quod eſt contra diſpoſitionem Bullæ, ut dictum eſt.

16. Quartò, quia non poteſt Sacerdos approbatus ad confeſſiones, accedere ad Monialium monaſteria, abſque licentia Ordinarii loci, ſimpliciter loquendo; & conſequenter, neque ad audiendam confeſſionem Monialis, quæ fortè illum eligat, vigore Jubilæi; & ſic non poteſt præſumi Papam intendere juriſdictionem conferre Sacerdoti, aliàs habenti aliquod impedimentum, & hoc juxta juris Regulam, qua dicitur, *quòd non veniunt in generali conceſſione, quæ quis non eſſet vero ſimiliter conceſſurus, ſi in ſpecie peterentur.* Quæ quippè Regula in præſenti caſu videtur omninò procedere ad vitanda plura, & gravia inconvenientia, quæ ſequerentur, ſi quælibet Monialis, vi Jubilæi, ad ſui libitum eligere poſſet Confeſſarium.

17. Nec placet *Bordon. cit. loc.* dicens, quòd Confeſſarius Epiſcopalis ſic electus, poteſt ſine alia licentia ad Monialium Monaſteria accedere, & illarum confeſſiones audire; quia petit principium: hoc enim eſt, quod quæritur, ſi ritè poteſt, vel non poteſt; & ante legitimi Judicis declarationem, Jus ſtat pro Epiſcopo; etenim in dubio, jura favent poſſeſſori, nec eſt verum, quòd S. Papa per dictam electionem Confeſſarii, removet omnia impedimenta quoad Sacramenta Pœnitentiæ adminiſtrationem, prout Clem. VIII. & Urban. VIII. in prædictis Bullis declararunt.

18. Unde meo videri, ſi Confeſſarius, ex non deputatis electus, ſine ſpeciali licentia Epiſcopi loci, ad Moniales accedat, earumque confeſſiones audiat, non ſolum peccat mortaliter, ratione gravitatis materiæ, verùm etiam debet per dictum Epiſcopum puniri, tanquam Apoſtolicarum Conſtitutionum violator, & Epiſcopalis Juriſdictionis perturbator: quicquid alii dicant.

19. Quintò, quia talis eſt praxis ferè omnium Monialium, contra quam prudenter procedi non poteſt: præſertim cum agatur de re ad forum externum facilè deducibili, in quo Ordinarius ſuſtineret munus, & Judicis & partis; poſſetque judicare; immò & judicaret, juxta opinionem ſibi magis favorabilem.

20. Nec his ſatisfacit *Bord. ubi ſup. n.* 7. *in fine* dicens, quòd cum praxis, & conſuetudo, ſit quid facti; de ea non dari certam ſcientiam, *c.* 1. *de conſt. in* 6. proindè illam aſſerenti, non eſſe credendum, niſi probet; quia diſpoſitio præallegati capituli non facit ad caſum noſtrum, etenim ibi dicitur, quòd nova Conſtitutio Principis, tollit omninò ſibi contrariam; etiamſi non exprimat ſpeciales conſuetudines (ſupple ſibi contrarias) non tollit; niſi exprimat.

21. Hæc autem praxis, & conſuetudo Monialium eligendi ex deputatis in ſpecie, vel eligendi ex approbatis in genere, non eſt contra Jubilæum, nec contra alia Summorum Pontificum ſtatuta, ſed Magiſtra, & Interpres practicandi Jubilæum; ergo non comprehenditur in *d. cap.*

22. Quibus additur, quòd cum Epiſc. habeat de jure intentionem fundatam, ad ſpirituale regimen omnium animarum ſuæ Diœceſis, nihil tenetur probare, ſed uti jure ſuo in omni quod facit, ſecundum Canones, ad ſalutem animarum ſibi commiſſarum: quis enim ſani capitis dicet, ad repellendum Presbyterum à practica Monialium, Epiſcopum indigere praxi, & conſuetudine juridicè probata? dum lex & jus ſemper loquitur pro Epiſcopo, qui ex officio tenetur extirpare omnem contrariam conſuetudinem; ne dicam jurium corruptelam & abuſum: ad evitandum ergo evitanda, caveant Sacerdotes, etiam tempore Jubilæi, ſine ſpeciali licentia Epiſcopi loci ad Moniales accedere.

Quæſt. 31. *Confeſſarii monialium, tempore Iubilæi, quonam modo ſunt ab eiſdem eligendi?*

1. ET dico, quòd moniales, tempore Jubilæi, ſolent congregari ab Abbatiſſa, & interrogari quos Confeſſarios libentiùs acceptarent? ſicque nominant duos, tres, aut quatuor, qui exindè proponuntur Ordinario, ut approbentur in ſpecie, pro audientia Confeſſionum earumdem.

2. Qui quidem Illuſtriſſimi Ordinarii ſicut debent eſſe apprimè circumſpecti in deputandis ſanctimonialium Confeſſoribus, ità non debent eſſe difficiles in illis concedendis: ſi tamen ſint idonei; ne illis fortè arctetur via ſalutis; ſecùs autem peccarent, ut docet *S. Thom. in* 4. *ſent. diſtin.* 17. *qu.* 3. *ar.* 3. *q.* 4. *in reſponſione ad* 6. ubi ſic loquitur.

3. *Peccaret autem Sacerdos, ſi non eſſet facilis ad præbendum licentiam, alteri confiteri, quia multi ſunt adeo infirmi, quod potiùs ſine Confeſſione morerentur, quàm tali Sacerdoti confiterentur. Unde illi, qui ſunt nimis ſolliciti, ut conſcientias per Confeſſionem ſubditorum ſciant, multis damnationis laqueum injiciunt, & per conſequens ſibi ipſis*, hæc ille, quæ etiam habes in addit. *ad* 3. *p. præfati Doctoris Angelici, q.* 8. *ar.* 4. quo quæritur, utrum ſit neceſſarium, quod homo confiteatur proprio Sacerdoti? & ſunt ſæpius legenda à Parochis hujuſmodi, ne fortè fabricent in gehennam.

4. Sed majus dubium eſt, an moniales, ut ſingulæ, valeant tempore Jubilæi ſibi Confeſſarium nominare, eumque loci Epiſcopo proponere?

5. Reſpondeo affirmativè; tum quia hoc Privilegium electionis Confeſſoris, non ſit immediatè communitati

nitati

Digitized by Google

ivati monialium, ſed ipſarum ſingulis perſonis, ut conſtat ex illa dictione, (*omnibus & ſingulis*,) ergo cenſetur perſonale, & non reale, *Bald. l. 1. conſil. 461. n. 6.* ergo unaquæque monialis, de per ſe poteſt Confeſſarium eligere; tum etiam, quia Privilegium hoc cenſetur conceſſum ad finem, ut unuſquiſque liberiùs valeat ſua peccata confiteri Confeſſario à ſe electo; quod magis urget, in monialibus, quæ cum ſint infirmiores, timent ſuas conſcientias detegere ſuis Prælatis, & Confeſſariis Ordinariis: ergo ne inducantur in laqueum damnationis, fulciuntur jubilæo, ad eligendum, quem maluerint, ſi tamen ſit idoneus; tum item quia ità deciſum fuit die 5. Martii 1603. in una Bononiæ, ut conſtat ex deciſ. 109. Greg. 15. tunc dictæ Civitatis Archiepiſc.

6. Quæ omnia licet vera ſint: adhuc tamen Epiſcopus loci tenetur obſervare Decretum Sacr. Congreg. latum in una Veron. 15. Februar. de anno 1593. quo dictum fuit, quod Confeſſarius, ſive ſit ordinarius, ſive extraordinarius, inſtituendus eſt in communi, non autem in particulari, ut dictum eſt ſupra *q. 29.* licet *Bordon. contrarium teneat, deciſ. 154.* ex quo hoc non eſt de neceſſariis, ſed de arbitrariis Epiſcopi.

Quæſt. 32. An Epiſcopi, aliique ſuperiores monialium, poſſint ſibi caſus erga illas reſervare?

1. Affirmativè dicendum eſt; tum ex uſu, & communi praxi Eccleſiæ; tum etiam, *ex Trid. ſeſſ. 14. cap. 7.* ubi habentur hæc propria verba: *Magnopere verò ad Chriſtiani Populi Diſciplinam pertinere, Sanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt; ut atrociora quædam, & graviora crimina non à quibuſvis, ſed à ſummis dumtaxat Sacerdotibus abſolverentur*, tum denique ex illis verbis Jeſu Chriſti *Joan. 20. quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, &c.* retinere enim quid eſt? niſi nolle remittere? ergo omnis habens juriſdictionem ſpiritualem, ſive poteſtatem clavium in moniales, poteſt ergà illas, ſibi caſus reſervare.

2. Verùm iſta reſervatio debet fieri cum cauſa, & intra terminos decreti Clem. VIII. quod habes *tom. 2. p. 1. tr. 10. de poteſtate Prælat. q. 23.*

Quæſt. 33. An Epiſcopus loci Ordinarius poſſit aliquos ſibi caſus reſervare, reſpectu monialium exemptarum?

1. Affirmativè dic; maximè quoad illarum clauſuram, tum quia *in cap. 5. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* datur Epiſcopis locorum facultas compeſcendi cenſuris, & aliis pœnis inobedientes, & contradictores circa clauſuram monialium; tum etiam, quia id poſſunt Epiſcopi tamquam Delegati Apoſtolici; etiam quoad quoſdam caſus expreſſos in conſtit. Greg. XV. incip. *inſcrutabili Dei providentia. & eſt 18 inter Bullas ejuſdem Papæ, to. 4. Bull. Cherub.* nec favor exemptionis Regularium, poteſt prædictam delegationem Apoſtolicam impedire: undè Regulares, quantumvis privilegiati, non poſſunt ab iis caſibus reſervatis moniales abſolvere, ut conſtat ex Decreto Clem. VIII. edito 9. Januar. 1601. expreſsè prohibente omnibus Regul. ne abſolvant, vi cujuſcumque Privilegii conceſſi, à caſibus Epiſcopo loci ſpecialiter reſervatis; quod Decretum fuit poſtmodum à Paulo V. extenſum, etiam ad excommunicationes, eidem Ordinario reſervatas; & meo videre in prædicto Decreto comprehendit, etiam reſervata ab Ordinario, reſpectu monialium exemptarum, cum eædem in his non intelligantur exemptæ, ſed ſuppoſitæ, ac ſubjectæ loci Epiſcopo: etenim quoad clauſuram, & caſus expreſſos in dict. Bulla Greg. XV. nullus eſt exemptioni locus.

Quæſt. 34. An moniales loci Epiſcopo ſubjectæ, teneantur caſibus, ab eodem Epiſcopo generaliter latis, pro Diœceſi?

1. Sunt qui negant; quia moniales in odioſis, & pœnalibus, non veniunt, niſi in ſpecie exprimantur, ſunt enim ſpeciali nota dignæ.

2. Verùm alii affirmant, quos ſequitur *Bordon. deciſ. 212. & Pelliz. in tr. de monial. cap. 10. ſect. 1. ſubſect. 2. n. 50.* tum quia, cum edicta loquantur generaliter, comprehendunt quaſcumque perſonas ſubditas Ordinariis; tum etiam, quia lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, cum non appareat ex quo capite, moniales ſubjectæ Ordinario, debeant eximi à prædictis edictis; tum denique quia per reſervationem immediatè reſtringitur poteſtas Confeſſariorum, præſcindendo à quocumque pœnitente, etiam non ſubdito reſervanti; ergo ex hoc capite, parum refert, ſivè exprimantur, ſivè non; hinc ſi Epiſcopus loci, reſervet ſibi abſolvere blaſphemantes; iſta reſervatio utique comprehendit moniales, *Bellochius, 2. p. de caſib. reſerv. quæſt. 15. num. 59.* Idem procedit, ſi ſibi reſervet abſolvere omittentes recitare officium divinum.

3. Amplia, ut reſervata per Capitulum Generale, vel Provinciale reſpectu monachorum, intelligantur etiam reſervata reſpectu monacharum, ſi ſint ejuſdem Ordinis, & Prælatis Regul. ſubjectæ, ut liquet ex decreto Clem. VIII. pro Regularibus edito ad reſervandum ſibi caſus, & docet *Homobon. p. 3. cap. 1. ad finem.*

Quæſt. 35. Moniales, per quem debent à reſervatis abſolvi?

1. Reſpondeo, hujuſmodi abſolutionem ſpectare ad earumdem ſuperiores; cum illius ſit ſolvere, cujus eſt ligare: hinc moniales Epiſcopo ſubjectæ poſſunt ab eodem abſolvi ab omnibus reſervatis, & cenſuris, & in irregularitatibus diſpenſari, ſicut alii ſubditi ejuſdem Epiſcopi juxta terminos *cap. 6. Conc. Trid. ſeſſ. 24 de Refor.*

2. Si verò ſint ſubjectæ Prælato Regulari, ſunt ab eodem abſolvendæ, & diſpenſandæ, ut ſupra, tum ob prædictam diſpoſitionem Concil. Trid. quæ ex ſpeciali indulto Pii V. quod habes *tom. 2. p. 1. tr. 10. de poteſtate Prælat. q. 23.* extenditur ad Regulares, tum ob alia Privilegia, quæ per extenſum refert *Rodor. tom. 1. qu. 62. ar. 6. Portell. in dub. ver. Confeſſor. erga Fratres num. 15. & Egomet in tr. de Confeſſariis Regularium q. 33.*

Quæſt. 36. Peccata in Confeſſione oblita, ſi in memoriam redeant, an ſtatim ſint confitenda, & cui?

1. Quod peccata mortalia in Confeſſione oblita, ubi in memoriam venerint, ſint de neceſſitate ſalutis confitenda, docet expreſsè *S. Thomas in Opuſc. 64. de modo confitendi, §. integra, Syl. ver. Confeſſio 1. num. 7. qu. 4.* ibi, *licet confiteri teneatur, Navar. in Manuali, cap. 1. de Confeſſ. Sacramentali, num. 10. & colligitur ex textu cap. omnis utriuſque 12. de pœnit. & remiſſ.* quo quilibet doli capax, tenetur ad minùs ſemel in anno, ſua peccata integrè confiteri proprio Sacerdoti, & ex textu *cap. 5. Conc. Trid. ſeſſ. 14. de Confeſſione, & ibidem de ſanctiſſ. pœnitentiæ Sacramento, can. 8.* & pluribus firmat idem *D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 25. alias 84. ar. 5. in corp.* ibi, *& ideo neceſſarium eſt ad ſalutem peccatoris, quòd peccatum removeatur ab eo, quod quidem non poteſt eſſe ſine pœnitentiæ Sacramento, in quo operatur virtus paſſionis Chriſti per abſolutionem Sacerdotis, ſimul cum opere pœnitentis, qui cooperatur*

Digitized by Google

tur gratia ad deſtructionem peccati, & Emin. Cajet. tom.1. opuſ. tr. 5. de confeſſ. qu.2. ubi ex multis mirificè oſtendit, quòd materia judicii pœnitentialis, ſunt peccata, ſpontanea reorum confeſſione delata, ad quam totam materiam ſe extendit ratio formalis judicii, & extra quam, non ſe extendit pœnitentiale judicium: quapropter hæc omnia, & ſola remittere, & retinere poteſt.

2. Confirmatur, & magis declaratur; judicium enim Peccatorum, præſupponit cognitionem, & modus judicii, modum cognitionis eorumdem; ergo peccata Confeſſori totaliter ignota, & inconfeſſa, non ſunt materia abſolutionis Sacramentalis, de qua eſt omninò inviſendus præfatus *Emin. Cajet. cit. loc.* quia ibi eleganter, & ſapientiſſimè declarat illud dictum *Joan. 20. quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, &c.* & eruditè expungit *d. c. omnis utriuſque ſexus*, in quo refertur Conſtit. Concil. Later. *cap.21.* celebrati ſub Innoc. III. & deindè in Concil. Flor. ſub Eug. IV. ubi dicitur, omnia ſua peccata, quorum memoriam habet, confiteatur.

3. Hinc *Rodor. 1. p. ſuæ ſumma latina, cap.52. n.2. concl. 2.* ita loquitur *Confeſſio generalis, in qua pœnitens in fine Confeſſionis Sacramentalis, accuſat ſe de omnibus peccatis oblitis, ſi comitetur eam contritio, valet ad remiſſionem illorum; dummodo præceſſerit diligens examen conſcientiæ*, ſic enim tenet *S. Thom. Sylveſter*, & eſt deciſio *Conc. Trid. verùm eſt tamen, quòd tenetur confiteri hæc peccata, ſi poſtea occurrant memoriæ, quod debent monere Confeſſarii:* hæc ille; inter quæ, nota ly, *ſi comitetur eam contritio, &c.* quia remiſſio oblitorum tribuitur contritioni, non autem abſolutioni, quæ ad incognita, & inconfeſſa non extenditur, ut dixit *Cajet. cit. loc. & ſubjungit, tenetur tamen confiteri, &c.* quia illud prævium peccatorum examen, & oblivio, quæ ſupponitur, non tollit divinum præceptum, quo de neceſſitate ſalutis tenemur confiteri omnia mortalia, quorum memoriam habemus, ut dictum eſt ſupra.

4. An autem dicta peccata, ut ſupra oblita, ſi memoriæ occurrant, ſint, vi præcepti Eccleſiaſtici, ſtatim confitenda? negat *D. Thomas, quodl. 1. q.6. ar.11. cui poſt Syl. Tab. Vict. Ledeſ. ſubſcribit Navar. cit. loc. & c. 21. de quarto præcepto Eccleſiæ, de ſemel in anno confitendo n. 35. P. Valerius Reginald. in praxi fori pœnit. l.6. n.4. P. Luc. Pinell. de pœnit. tom.2 de confeſſ. c.7. dub.3. & D. Barboſa in remiſſ. ad c.5. Concil. Trid ſeſſ.14. de pœnit. ver. memoriæ*; tum quia ad id nulla lege obligamur, & ſine lege, non eſt aſſerenda obligatio, *cap. conſuluiſti 20. 2. q.5.* ibi, *& quod Sanctorum Patrum documento Sancitum non eſt, ſuperſtitioſa adinventione non eſt præſtandum*, tum etiam, quia contrarium fateri, eſt loqui contra rationem formalem præcepti affirmativi, quod de ſui natura obligat ſemper, ſed non ad ſemper; ſed præceptum de confitendo peccata mortalia, eſt affirmativum; ergo obligat ad tempus determinatum ab Eccleſia, nempè in quadrageſima, juxta *d. cap. omnis de pœnit. & remiſſ.* item in tempore, quo quis alicujus peccati mortalis reus, debet ad Sacram Euchariſtiam accedere, hic enim priùs tenetur Sacramentaliter confiteri, & poſtmodum accedere, juxta Decretum *cap.7. Concil. Trident. ſeſſ. 13. de præparatione*, quod Decretum Trid. licet loquatur de Sacerdotibus celebrantibus, nihilominùs propter identitatem rationis, ſcilicet, ob puritatem requiſitam ad dignè ſumendum tam ſalutiferum Sacramentum, procedit etiam in laicis; *Navar. cit. loc.* item quando imminet mortis periculum. Item in tempore, quo quis debet Sacrum Ordinem ſuſcipere: in cæteris autem caſibus Eccleſia nobis non præcipit neceſſariò confiteri; & contrarium aſſerens, tenetur oſtendere; tum etiam, quia majoris neceſſitatis eſt contritio, quàm confeſſio: Confeſſio enim ſine contritione, non valet ad ſalutem; contritio autem, ſine confeſſione poteſt in aliquo caſu valere. Sed ille, qui eſt in peccato, non tenetur ſtatim conteri contritione, quæ delet peccatum, alioquin per ſingula momenta peccaret, ergo nec contritus tenetur ſtatim confiteri, ita quod peccet, ſi ſecùs agat, prout eruditè docet Sanctiſſimus Præceptor noſter Aquinas, *cit. loc.*

5. Nec dices, has rationes convincere quoad præceptum Eccleſiæ; ſecùs verò quoad præceptum divinum; quia præceptum de Confeſſione facienda, editum à Deo, & ab Eccleſia, eſt unum & idem; & ſe habent, ut indeterminatum, & determinatum. Deus enim præcipit nobis abſolutè confiteri: Eccleſia autem determinat tempus, quo dictum præceptum nos afficit, & obligat ad confitendum. Undè dict. præceptum editum à Deo, & ab Eccleſia, non præcipit duplicem confeſſionem; ſed unam, & eamdem; & dict. præceptum Eccleſiæ ſe habet ad præceptum divinum, ſicut determinatum ad indeterminatum.

6. Hinc una, & eadem pœna adjuncta à Sacerdote in confeſſione Sacramentali, eſt ſatisfactoria pro culpa ſecundùm divinam Juſtitiam; & ſic, qui Eccleſiæ ſatisfacit, Dei præceptum adimplet, *Cajet. in d. q.2. in reſponſione ad primam objectionem*, & magis latè *in tr. 11. de Indulgen. q.4. in principio Corporis.*

7. Nec replices dicendo, quòd ad evitandum periculum, iterum obliviſcendi, ſunt de neceſſitate ſtatim confitenda, quia oblivio non eſt peccatum: nam in naturalibus, nec meremur, nec demeremur: ergo nullum adeſt periculum incidendi in peccatum mortale, *Syl. cit. loc. q. 2. n.3. dict.5. & Navar. cit. loc.*

8. Neque obſtat *Sanctus Thomas in d. opuſculo 64.* de modo confitendi, ubi in §. *integra*, habet hæc præciſa verba, *ſimiliter ſi oblitus es, quando confiteris aliqua peccata, & poſtea die ſequenti, vel alia die recordaris, ſi potes, debes recurrere ad eumdem Confeſſorem, & confitearis, ſi potes habere copiam, aut alium; alioquin ſufficit tibi bona voluntas*, quia loquitur de debito honeſtatis, & majoris utilitatis; non autem de debito neceſſitatis ſimpliciter, nam per argumenta ſuperiùs allata, non negatur, quin laudabile, & utile ſit oblita peccata in memoriam reducta, quantociùs confiteri, teſte *eod. S. Thom. in prælibat quodlib.*

9. Si tandem roges, cuinam dict. oblita confitenda ſint?

10. Et quidem eſſe deferenda priori Confeſſario, aut conſimili, *docet S. Thom. ubi ſupra*; tum quia ad valorem Confeſſionis, neceſſariò requiruntur tria, quæ inter ſe ſunt realiter diſtincta, nempè poteſtas ordinis, & juriſdictionis, & approbatio facienda ab Ordinario, vel à Papa, ad quam immediatè ſequitur poteſtas juriſdictionis, ut conſtat ex deciſis, *qu. 4.* & latè probat *Franciſcus Bordon. tom.1. var. reſolut. 36. q.1. num.1. & q.5. nu.25.* tum etiam, quia omne peccatum mortale, ad hoc, ut dimittatur, debet ſubjici Judicio Pœnitentiali, hoc autem judicium nequit fieri ſine prævia approbatione Epiſcopi, quod hodie eſt de fide ſecundùm diſpoſitionem *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 15. de Refor.* tum item, quia oblivio non tollit Jus divinum, ſeu non deobligat ab obligatione confitendi mortale peccatum, quod in memoria habetur, ergo &c.

11. Neque his obſtat *Adrianus in 4. ſent. q. 49.* dicens, quod peccatum mortale, per excuſabilem oblivionem in confeſſione omiſſum, cenſetur dimiſſum; ac proindè pœnitens poteſt illud confiteri cuivis Sacerdoti, etiam ſimplici, & nequaquam approbato ab Ordinario; ſicut poteſt cætera confiteri venialia, quandoquidem fallitur toto cœlo, tum quia licet peccatum mortale, ut ſupra, in confeſſione oblitum, cenſeatur dimiſſum, non virtute clavium, cum nunquam fuerit per pœnitentem judicio pœnitentiali ſubmiſſum: & Judicium pœni-

Digitized by Google

ænitentiale ad incognita, & inconfeſſa, non ſe extenat, ut dictum eſt ſupra: ſed vi contritionis; ſi fortè ad ravium peccatorum diligens examen, fuerit ſubſeuuta, *teſte Rodor. ubi ſupra*; tum etiam, quia nec dict. blivio, nec quidem dict. Confeſſarius, etiam ſi habeat xpreſſam intentionem abſolvendi ab oblitis, poteſt auerre præceptum divinum de confitendo mortalia, quoum memoriam habemus: ergo ſaltem de neceſſitate ræcepti, tenemur confiteri peccatum oblitum in meoriam redactum, non ut libet, ſed Confeſſori approato; etiam ſi hujuſmodi peccatum fuerit dimiſſum, ut atet de eo, qui nullum peccatum habens, adhuc taen tenetur in Paſchate confiteri proprio Sacerdoti, on ut à peccatis abſolvatur, cum, ut ſupponitur, nullum eccatum habeat; ſed ut præceptum Eccleſiæ adimleat, & novum peccatum evitet.

12. Nec his obſtat *Joannes Valerus in differentiis utriuſque fori, ver. nullitas, difficult. 5. n. 3.* ubi duo dicit. Primo, quòd Prælati Religionum, ut ſunt Priores, Guardiani, Miniſtri & ſimiles, licet non habeant approbationem, & licentiam ab Epiſcopis: poſſunt nihilominùs udire Confeſſiones ſæcularium: quia quamvis ſtrictè on habeant beneficium Parochiale, largo tamen modo, dicuntur ipſum habere, quia habent curam animarum, & ſunt communiter probatiores, & digniores, am literis, quàm moribus, pleriſque ſæcularibus habenibus curam, & conſequenter per eos ſufficienter ſatisfit Concil. Trid. & ſecundò ibidem, paulo poſt, ſubjungit, quod ſimplices Sacerdotes, ſine licentia, & approbatione Epiſcopi, poſſunt abſolvere, non ſolum venialia peccata, & mortalia, aliàs ritè confeſſa; ſed etiam peccata mortalia in Confeſſione oblita, cum ſint indirectè abſoluta in prima Confeſſione, quandoquidem utrumque ejus dictum eſt falſiſſimum, & unum altero deterius, primum quidem, tum quia de directo adverſatur Decret. *cap. 15. Trid. ſeſſ. 23. de Refor.* quod ex conſtit. Pii V. incip. *Rom. Pontific. providentia*, & Greg. XIII. incip. *in tanta*, *& Clemen. VIII. incip. quæcumque*, comprehendit omnes Prælatos Regulares, etiam famoſiſſimos Doctores inſignes Prædicatores, & alios quoſcumque cujuſcumque bonæ famæ, excellentis doctrinæ, & timoratæ conſcientiæ, ut liquet in dictis Conſtitutionibus, & ex multis oſtendit *D. Barboſ. in collect. Doctor. ad d. cap. 15. Trid. num. 2. & ſequ. & Egomet dixi ſupra qu. 5. ubi, poſt D. Ricc. in deciſ. cur. Archiepiſc. Neap. dec. 22.* ex multis oſtendo, quod hujuſmodi Regulares aliter audientes, ultra nullitatem Confeſſionis, ſunt graviter puniendi, tum etiam, quia Clementina *dudum de ſepulturis*, non viget per allegata ſupra *qu. 9.* tum item; quia nullus cenſetur idoneus ad Confeſſionum audientiam: niſi per judicium Epiſcopi, vel Parochiale beneficium habens annexam curam animarum ſæcularium, quod item confertur dignioribus approbatis tamen ab Epiſcopis.

13. Secundum etiam ejus dictum eſt pluſquam falſum; quia, ut dictum eſt, peccatum mortale oblitum, de Jure divino, eſt confitendum Sacerdoti idoneo: at nullus cenſetur ad id idoneus, niſi per judicium, & approbationem Epiſcopi, ut liquet, *in d. c. 15. Trid.* ergo. Nec eſt verum quod peccatum mortale oblitum, fuit abſolutum virtute clavium, ſed dimiſſum aliundè, ut puta virtute contritionis, ut dictum eſt ſupra: & eſto, quòd implicitè fuerit remiſſum: nihilominùs de neceſſitate præcepti requiritur, ut deferatur judicio pœnitentiali, ut oportet.

14. Hinc demiror ſapientiſſimum *Dianam, 2. p. tr. 16. & 2. Miſcell. reſolut. 46.* dubitare de hac opinione Valerii, ſi opinio dici poteſt. Verùm *5. p. tract. 14. Miſcell. 2. reſolut. 86. in fin. §. nota*, ſuam ſententiam declaravit, ibi, *nota etiam, cum Granado cit. loc. quod qui confitetur ſola venialia, ſi habeat aliquod mortale, nondum confeſſum, quod tamen oblitus eſt, & propterea credat ſe non habere, & indirectè ab illo remanere abſolutum, etiam ſi Confeſſarius ſit ſimplex ſacerdos, debet tamen poſtea hoc peccatum, (ſupple oblitum) cum legitimo Confeſſario confiteri*, hæc ille.

15. Nec nobis objicias illa verba *Trid. ſeſſ. 14. cap. 5.* ibi, *reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in univerſum eadem Confeſſione incluſa eſſe intelliguntur*, quia ibi non dicitur, eadem abſolutione remiſſa eſſe intelliguntur, ſed eadem Confeſſione incluſa eſſe intelliguntur, quod eſt dicere, Confeſſionem Sacramentalem, ſuppoſita diligenti diſquiſitione peccatorum, per peccatum oblitum, non deſinere eſſe integram, & generaliter factam, quia dum pœnitens ex parte ſua adhibuit omnem diligentiam ad ſciendum, & confitendum ſingula peccata, ut oportet, ad amplius, pro illo tunc, non tenetur, ſed ſupplet magnus Sacerdos Jeſus Chriſtus Dominus noſter, qui facientibus quod in ſe eſt, non denegat gratiam.

16. Exinde patet *Paſqual. diſp. 116. ſect. 5.* gratis recedere à vera ſententia, etenim præceptum de confitendo, ut ſupra, obligat omnes, qui gravantur conſcientia peccati mortalis, quod in memoria habetur, ut conſtat ex decitis.

Quæſt. 37. *Moniales, ſi per excuſabilem oblivionem, dimiſit reſervata confiteri illi, à quo poterat abſolvi, an poſtea poſſit abſolvi à quocumque Confeſſario, licet circa caſus reſervatos poteſtatem non habeat?*

1. Doctiſſimus noſter *Petrus de Palude in 4. ſent. diſtin. 18. qu. 5. cui favet Syl. ver. confeſſio 1. n. 7. q. 4.* reſpondet ad quæſitum affirmativè, ſi tamen ille primus Confeſſor habeat authoritatem, & intentionem abſolvendi, quia ſuppoſita poteſtate, & voluntate, dubio procul ſequitur effectus; ergo Sacerdos habens facultatem abſolvendi à cenſuris, & caſibus reſervatis, ſi quàndo abſolvit, intendit abſolvere ab omnibus peccatis, & cenſuris, etiam reſervatis, verè ab illis abſolvit; ac proindè peccatum reſervatum oblitum, non poteſt eſſe amplius reſervatum; ſed remanet peccatum ſimplex, confitendum ſuo loco, & tempore, juxta præceptum Eccleſiæ, Confeſſario approbato, quia licet dict. Confeſſarius poſſit, & valeat per ſuam facultatem, & intentionem tollere reſervationem peccatorum, non poteſt tamen tollere obligationem iterum illa confitendi, quando in memoriam redeunt, quia hoc eſt de Jure divino, ut peccata in particulari, cum memoriæ occurrunt, ſemel ſaltem in Confeſſione dicantur, juxta textum *cap. 5. Conc. Trid. ſeſſ. 14. de Confeſſione.* Undè remanent confitenda cuilibet Sacerdoti habenti facultatem abſolvendi à mortalibus, & hæc eſt communis Theologorum ſententia, de qua non licet dubitare.

2. Sed dubium eſt, an iſthæc intentio debeat eſſe expreſſa, an verò ſufficiat tacita? eo magis, ſi expreſsè pœnitens id non petat.

3. Venerabilis *P. Suarez, tom. 4. de pœnit. diſput. 31. ſect. 4. Peſanzius in addit. ad 3. par. D. Thom. diſp. 10. q. 10. de integritate Confeſſionis, concluſ. 1. Vaſquez 3. p. q. 91. ar. 3. dub. 5. n. 10. Sayr. de pœnit. cap. 16. n. 9. Bonac. to. 1. de Sacram. pœnit. diſp. 5. q. 7. p. 5. §. 5. n. 1. & ſeq.* & alii plures dicunt, reſervationem non tolli per quamcumque abſolutionem collatam à legitimo ſuperiore, facultatem reſervatorum habente; ſed per abſolutionem datam à ſuperiore, cognito peccato reſervato, vel habente intentionē expreſſam auferendi reſervationē; quia forma abſolutionis non operatur ultra intentionem proferentis, juxta illud elogium, *actus agentium non operantur ultra intentionē eorum, l. non omnis,*

Digitized by Google

omnis, ff. de reb. cred. & cap. fin. de præbend. ſed Confeſſor non præſumitur velle peccata reſervata auferre per communem intentionem conferendi Sacramentum; ſed intendit conferre gratiam, per quam peccata reſervata non remittuntur, quoad obligationem exponendi illa legitimo Confeſſori, qui de illis judicium ferat, & debitam pœnitentiam imponat, ergo.

4. Oppoſitum tamen, quod eſt de Jure verius; tenent communiter DD. & præcipuè poſt *Palud. & Syl.* ubi ſupra, *Navar. in ſum. cap. 26. n. 13.* quod item docuit, multis citatis, *in cap. 5. § caſus, de pœnit. diſtin. 5. n. 7. Covar. c. Alma mater, p. 1. § 10. num. 12. Sanchez de Matrim. l. 8. diſp. 15. nu. 26. Henriq. l. 6. cap. 16. n. 5. Nugnus Dominicanus in addit. ad 3. p. D. Thom. tom. 2. q. 9. ar. 2. dub. 4. Molfeſius to. 1. tr. 7. cap. 21. n. 25. Majol. l. 5. de irregul. cap. 51. n. 6. D. Bartol. à S. Fauſto de caſib. reſervat. l. 8. q. 43.* in novis, & plerique alii, ducunturque ex multis.

5. Primò, quia licet pœnitens non petat expreſsè, & explicitè abſolutionem à reſervatis, in caſu poſito; nihilominus cenſetur implicitè, & interpretativè petere abſolutionem reſervatorum, quatenus accedit ad Confeſſarium, ut quantum fieri poteſt abſolvatur, & à peccatis omnibus liberetur: ſed ità eſt, quod Confeſſarius cenſetur velle pœnitenti ſuccurrere, ipſumque à peccatis omnibus liberare, in quantum licitè poteſt, & ille indiget, ergo cenſetur etiam velle reſervationem tollere, *Syl. cit. loc.*

6. Secundò, quia Confeſſor id expreſsè fatetur abſolvendo à cenſuris, ut conſtat ex forma præſcripta à Sancta Sede, & liquet ibi, *in quantum ego poſſum, & tu indiges*; ergo idem præſumitur proſequendo velle cum abſolvit à peccatis; quia de connexis idem eſt judicium.

7. Tertiò, quia quando peccatum habet annexam excommunicationem; excommunicatio, ſecundùm omnes, tollitur per generalem abſolutionem, quæ communiter ante abſolutionem peccatorum conſuevit præmitti, *dicendo, abſolvo te ab omni vinculo excommunicationis*: ergo etiam tollitur reſervatio peccatorum per formam conſuetam, & abſolutionem ſolitam, dicendo *Ego te abſolvo à peccatis tuis*, nam non eſt major ratio de illa, quam de iſta.

8. Quartò, quia licet Confeſſor, habens facultatem circa reſervata, non habeat intentionem expreſſam abſolvendi ab oblitis: habet tamen intentionem tacitam, nempè conferendi gratiam, & auferendi omne peccatum, etiam oblivioni traditum; ſed taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, ergo.

9. Hinc ſi quis ſe faciat abſolvi à Papa, Delegato, vel ab alio Superiore habente facultatem, ab excommunicationibus, & peccatis oblitis, & diſpenſari ſecum ſuper irregularitate, benè facit: quia ſi deindè recordatur, non tenetur tales adire, licet confiteri teneatur, ut dictum eſt, ſupra. Quod nota pro his, qui abſolvuntur virtute Jubilæi, vel alicujus privilegii Apoſtolici, necnon pro Religioſis, qui in Viſitationibus, & Capitulis à ſuis Prælatis abſolvuntur à cenſuris, quia cum prædicta memoriæ occurrerint, jam illas confiteri non tenentur, niſi quoad peccata, ſi qua interfuere, quæ tamen poſt dictam abſolutionem, non remanent reſervata; ſed ut cætera ſimplicia, *Syl. cum præcitatis Doctoribus, ub. ſup.*

Quæſt. 38. An Moniales, vi Bullæ Cruciatæ, aut ſimilis indulti particularis, poſſint ſibi eligere Confeſſorem, & ab eodem abſolvi à reſervatis?

1. RESpondendum eſt negativè, ut conſtat ex Conſt. Clem. VIII. incip. *Romani Pontificis*, ad inſtantiam Carmelitarum edita die 23. Novembris de anno 1599. qua declaravit, quòd Romani Pontifices concedentes Religioſis facultatem eligendi ſibi Confeſſorem, nunquam intellexerunt, nec intelligunt illam concedere, invitis illorum Prælatis, niſi exprimant; & liquet ibi, *Conceſſionem S. Cruciatæ, & aliorum Indultorum particularium quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſarium, & abſolvendi à caſibus reſervatis, non habere locum cum Fratribus, & Sororibus Monialibus quorumcumque Ordinum, & Congregationum cujuſvis Inſtituti, Mendicantium, & non Mendicantium, tam in Provincia Hiſpaniæ, quàm extra eam ubilibet conſtitutis, neque eis ſuffragari, &c.* ut melius eſt videre in dict. Bulla Clem. VIII. edita ſub die 23. Novembris 1599. Pontificatus ſui anno octavo, quæ per extenſum habetur in 3. *tom. Bull. Cherub. f. mihi* 89. illamque innovavit pro Ordine noſtro, & pariter extendit ad omnes Regulares Urb. VIII. die 19. Jul. 1630. ſua conſt. incip. *In ſpecula militantis Eccleſiæ*; & eſt 105. inter Bullas ejuſdem in 4. tom. Bull. Cherubini, & liquet in § 3. ibi, *Nos præmiſſis quantum Nobis ex alto conceditur, obviare, ac fælici, tam eorumdem Fratrum Prædicatorum, & B. Mariæ de Monte Carmelo Religioſorum quam omnium, & quorumcumque aliorum cujuslibet Ordinis, Congregationis, Societatis & Inſtituti, etiam ſpeciali mentione, & nota digni utriuſque ſexus, tam Mendicantium, quam non Mendicantium ſtatui, atque directioni, & aliorum Chriſtifidelium ſaluti conſulere volentes, præfatæque Clementis prædeceſſoris declarationi inhærentes, illamque tenore præſentium innovantes, ac quatenus opus ſit ampliantes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione, noſtris deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, conceſſionem S. Cruciatæ, quæ reſpectu facultatis hujuſmodi, etiam laicis, & clericis ſæcularibus cujuſcumque ſtatus, gradus, qualitatis, & conditionis, etiam ſpeciali nota digna, quoad caſus reſervatos, etiam in Bulla Cœnæ Domini (hæreſi excepta) contentos, non niſi in foro conſcientiæ, non autem in foro externo ſuffragatur, aliorumque Indultorum hujuſmodi, quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſarium, & abſolvendi prædictis caſibus reſervatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, cum Fratribus, & Monialibus prædictis Fratrum Prædicatorum, ac aliorum quorumcumque Ordinum, & Congregationum, Societatiſque & Inſtituti prædictorum Mendicantium, & non Mendicantium, tam Provinciæ Hiſpaniæ, quàm extra eam ubilibet conſtitutorum, locum minimè habuiſſe, neque habere, nec illis ullo modo ſuffragari potuiſſe, neque poſſe, excepto dumtaxat illo quinquennio, quo litteræ noſtræ hujuſmodi, ut præfertur duraverunt, ſiquidem die 14. menſis Junii 1629. proximè præteriti jam expiraverunt. Sed noſtræ intentionis fuiſſe & eſſe, quòd iidem Fratres, & Moniales quantum ad ſacramenti Pœnitentiæ, ſeu Confeſſionis adminiſtrationem, ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedi Apoſtolicæ, quoad ſibi reſervata ſubjecti ſint, earumdem tenore præſentium perpetuò declaramus*, hæc ibi.

2. Ex quibus doctiſſimus *P. Diana 3. p. in addit. ſecund. reſolut. 9.* dicit, non eſſe amplius probabilem illam opinionem contrariam, quam probabilem judicavit, *3. p. tract. 4. de ſacrament. reſolut. 153. & 1. p. tract. 11. de Bull. Cruciat. reſolut. 11.*

3. Verum *Pellizz. tract. de Monial. cap. 7. n. 4.* limitat, prædictas conſtitutiones, non habere locum in Monialibus Epiſcopis immediatè ſubjectis; quia in iſtis ceſſat finis prædictarum conſtitutionum, qui eſt, ne electio illa Confeſſarii cum facultate abſolvendi à reſervatis, vergat in ſpeciale detrimentum Religionis, quod apertè inſinuat Clemen. VIII. in proœm. dict. Bullæ, ibi, *quod aliquando in ſpeciale vergit Religionis detrimentum*: at Moniales exemptæ à Prælatis Regul. nullatenus præjudicant Religioni, ſi ipſæ, ut cæteri ſæculares, eligant de approbatis ab Epiſcopo.

Quæſt. 39.

Digitized by Google

Quæſt. 39. An Moniales poſſint per Confeſſarium abſolvi à reſervatis, ſi ipſarum Superior recuſet facultatem concedere?

1. RESpondeo, quòd in tali caſu poſſunt Confeſſarii, authoritate Papæ, licitè illa vice, prædictas abſolvere à reſervatis, abſque ullo onere, prout expreſsè dicitur in calce *d. conſtit. Clem. VIII.* edita ſuper caſuum reſervatione de anno 1593. approbata, & innovata ab Urban. VIII. poſt ejus *conſtit. 26. in tom. 4. Bullarii Cherub. fol. mihi* 274. ubi leguntur hæc præciſa verba in Decreto de caſuum reſervatione, incipiente, *Sanctiſſimus Dominus noſter, &c. poſt §. 6.* ibi.

2. *Sanctitas Sua deinceps declaravit, & declarat, ut ſi hujuſmodi Regularium Confeſſariis caſus alicujus reſervati facultatem petentibus ſuperior dare noluerit, poſſunt nihilominùs Confeſſarii, illa vice, pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, abſolvere*, hæc ibi, inter quæ adverte, *illa vice*, quia clauſula hujuſmodi, cum non habeat ſibi conjunctam dictionem taxativam, non ſignificat, ſemel tantùm, ſed ſignificat Confeſſarium poſſe ſuum pœnitentem abſolvere à reſervatis toties, quoties facultatem petit, & non obtinet: aliud enim eſt dicere, ſemel tantùm; & aliud, hac vice, vel illa vice, ſine dictione taxativa, ut conſtat ex illa Jubilæi, in qua licet dicatur, hac vice: nihilominùs poteſt unuſquiſque illud lucrari bis, & uti ejus privilegiis, toto tempore, quo durat Jubilæum; ex quo Bulla Jubilæi non habet ſibi conjunctam dictionem taxativam, & eſt favorabilis, edita ſcilicet pro ſalute animarum, ut benè notant *Alphon. de Leone de Jubileo, p. 2. q. 27. n. 197. Nald. in ſum. ver. Indulgentia, n. 4. in fin. Diana p. 3. tract. 4. de ſacram. reſolut. 151. & Pelliz. tract. de Monialib. cap. 9. q. 16. n. 48. in fin.* & latiùs *2. p. manual. in tract. de privil. cap. 2. ſect. 1. ſubſect. 2. quæſt. 13.*

Quæſt. 40. An Moniales poſſint per ſuos Superiores abſolvi à caſibus Bullæ Cœnæ, & Papæ reſervatis?

1. RESpondeo affirmativè, per ea multa, quæ dico *to. 1. p. 1. tr. 11. de confirmat. innovat. & uſu Privil. q. 17. n. 16. & ſeq. & to. 2. p. 1. tr. 11. de poteſtate diſpenſ. & abſol. qu. 17.* dummodo tamen ſimus in occultis, & verſemur in foro conſcientiæ; quod probat *tex. cap. 6. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reformat.* & ſpeciale indultum nobis factum à Pio V. quod habes per extenſum, *tom. 2. p. 1. tr. 10. de poteſtate Prælat. q. 33.* & dico hic ſupra *qu. 38.* & Ur. VIII. declaravit in ſua conſtit. incip. *in ſpecula militantis Eccleſiæ, & eſt 105. inter Bullas ejuſdem in 4. tom. Bull. Cherub.* cujus verba habes ſupra *cit. loc.* & liquet ibi, *etiam quoad caſus reſervatos, etiam in Bulla Cœnæ Domini (hæreſi excepta) contentos; non niſi in foro conſcientiæ, non autem in foro externo ſuffragatur, &c.*

2. Amplia reſolutionem prædictam, etiam quoad hæreſim, occultam tamen, & in foro conſcientiæ per allegata *tom. 2. p. 1. tr. 11. de poteſtate diſpenſandi, & abſolvendi qu. 18.* ubi ad id habes reſponſum Sac. Pœnitentiariæ, & quid dicendum ad prædictam exceptionem Urb. VIII.

3. Item amplia, ut prædictæ moniales valeant per ſuos Confeſſarios abſolvi ab illis quinque caſibus, à Clem. VIII. ſpecialiter Papæ reſervatis in Decreto edito die 26. Novembris 1602. incip. *cum autem dubia quædam*; quod per extenſum habes in citato loco; *tom. 2. poſt quæſt. 17.* & liquet ibi, illos tantum caſus comprehendit, qui in Bulla Cœnæ Domini legi conſueta continentur: præterea violationis clauſuræ monialium ad malum finem, immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis conſtitutionis fel. record. Greg. Papæ XIV. incipientis *ad tollendum*: injicientium violentas manus in Clericos, juxta Canonem, *ſi quis ſuadente, & c. 17. q. 4.* ac Juris diſpoſitionem, ſimoniæ realis ſcienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis; Item omnes caſus, quos Ordinarii locorum ſibi reſervarunt, vel in poſterum reſervabunt. Quia prædictum Decretum, & illa alia, ubi ſupra extenſa, non derogant Privilegiis Regularium, quo ad abſolutionem Religioſorum pœnitentium in foro animæ, & quo ad occulta: ſed tantum quoad abſolutionem laicorum pœnitentium per allegata, *tom. 1. p. 2. tr. 11. de confirmat. Privil. q. 17. nu. 21. & tom. 2. p. 1. tr. 11. de poteſtate diſpenſandi, q. 17. ante num. 3. in calce primi Decreti, & num. 7. & docent Nald. in ſum. Bononiæ impreſſa de anno 1630. ver. reſervatio*, ubi affirmat, ita Sac. Congreg. reſpondiſſe, *Vecchius diſput. 9. de Novitiatu, dub. 7. Bord. reſolut. 1. q. 7. n. 17. Pelliz. de monial. cap. 9. q. 12. n. 19.* ubi limitat reſolutionem prædictam, ſi Confeſſarii alias ſint privilegiati, ſecus ſi ſint ſimplices Confeſſores.

4. Hinc *Nald. in ſum. ver. moniales n. 9.* ait, quòd moniales; etiam ob enormem exceſſum, ab Epiſcopo abſolvi debent, quia extra Clauſtrum exire non poſſunt, & Epiſcopus, etiam in exemptas, Papæ auctoritate fungitur; & licet habeant Generalem, tamen ob reverentiam Ordinis Epiſcopalis, hoc Epiſcopis indultum eſt, *ex deciſ. Rot. Rom. 25. de ſent. excom.*

5. Quod dictum non admitto, niſi in caſu neceſſitatis, & deficientibus ſuperioribus proprii Ordinis; tum quia Regulares exempti non poſſunt in præjudicium ſuorum Prælatorum renunciare Privilegio exemptionis, ſine licentia Papæ, per ea Jura multa, quæ refero, *tom. 1. p. 2. tr. 13. de exempt. q. 10. & qu. 20. in tr. de Confeſſariis Regul.* tum etiam; quia Prælati Regulares in ſuos ſubditos poſſunt totum illud, quod poteſt Epiſcopus Jure *Concil. Trid. cap. 6. ſeſſ. 24. de Refor. per allegata tom. 2. p. 1. tr. 3. de poteſtate Prælat. q. 3.* imò & majorem, ut conſtat ex deciſis ibidem *q. 6. & 7.* dum ergo quod quærunt, intus habent; ad quid adire Epiſcopum? eo fortiùs, quia eo ipſo, quod Prælatus exemptus habet poteſtatem diſpenſandi cum ſuis ſubditis, &c. habet etiam Jus, ut nullus poſſit ſe intromittere circa ſubditum ſuum, ergo. *Suar. to. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. cap. 12. n. 13. & c. 23. n. 4.* & Epiſcopus aliter faciens, injuriam facit Religioni, violans Privilegium exemptionis Regularium, *Tambur. de Jur. Abbatiſſarum, diſp. 16. q. 8. n. 6. in fin.* ubi ad hoc alia congerit.

Quæſt. 41. An Confeſſionalia monialium poſſint eſſe in locis remotis, vel occultis?

1. SAcra Congreg. Emin. Cardin. ſub 29. Novembris 1650. decrevit, ut confeſſionalia monialium removeantur omnino à locis occultis, ac remotis, & collocentur in Eccleſiis exterioribus, *Gavant. in manual. ver. monialium cura ſpiritualis num. 21.* Quod ſi moniales in hoc fuerint renitentes, poſſunt, & debent interdici, eadem Sacr. Congregat. in una Faventina die 7. Martii 1617. & referunt *D. Barboſ. in Collect. Bullar. ver. Confeſſionalia, & alius citatis Novar. in ſua luc. Regul. eod. ver. num. 1.*

Quæſt. 42. An Confeſſarii bonitas, ſeu ſanctitas, neceſſariò requiratur ad validè abſolvendum moniales?

1. NEgativè dic, quia miniſterium hoc, ſeu legitima functio, & validitas Sacramenti pœnitentiæ, non fundatur in ſanctitate Sacerdotis adminiſtrantis; ſed in poteſtate illi à Chriſto in ordinatione conceſſa, quæ per peccatum non amittitur, & eſt deciſio *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 6. de miniſtr. & abſolut.* ibi, *docet quoque etiam Sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem*

Digitized by Google

Spiritus ſancti in ordinatione collatam, tamquam Chriſti Miniſtros, functionem remittendi peccata exercere: eoſque prave ſentire, qui in malis Sacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe contendunt, hæc ibi, & in *Canon.* 10. ibi, *ſi quis dixerit Sacerdotes, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi, & ſolvendi non habere, &c. anathema ſit.*

2. Ratio autem deciſionis potuit eſſe, quia quando Chriſtus inſtituit hoc Sacramentum dicendo, *accipite Spiritum ſanctum, &c.* non intellexit de gratia ſanctificante formaliter, ut malè & pravè putant Hæretici: ſed de virtute & poteſtate, ſive aſſiſtentia Spiritus ſancti, ut intellexerunt *Chryſoſtomus, Cyrillus, & omnes alii ſancti ſcribentes in d. c. 20. Ioan.* ut ſenſus ſit, *accipite virtutem, & poteſtatem Spiritus ſancti, quorum remiſeritis, &c.* & patet de Juda, qui erat malus, & tamen baptizabat, ut colligit *D. Auguſt. tr. 5. in Joannem, ex illo Joannis 4. ipſe non baptizabat, ſed Diſcipuli ejus.*

3. Benè tamen verum eſt: quod dicta bonitas, eſt de neceſſitate præcepti, reſpectu miniſtri, quia ad hoc, ut ritè & rectè, & ſine peccato poſſit hoc Sacramentum adminiſtrare, debet carere omni malitia, qui enim adminiſtrat in peccato mortali infert notabilem injuriam, & irreverentiam Sacramentis; & conſequenter peccat mortaliter, prout docet *D. Thom. communiter receptus in p. 1. q. 64. ar. 6. ibique Emin. Cajet. Navar. in ſum. c. 4. n. 15. & cap. 22. n. 3. Suar. tom. 1. diſp. 16. ſect. 3. & Sayr. lib. 2. cap. 7.* & eſt pariter de utilitate non pauca, reſpectu pœnitentium & maximè monialium, etenim requiritur, ut Confeſſarius ſit bonus, non ſolùm ſit ſibi, ad munus ſuum dignè exequendum: verùm etiam & illis, quorum Confeſſiones audit, ita ut habeat & zelum juſtitiæ, & compaſſionem proximi, & diſcretionem, & modeſtiam in increpando, & efficaciam in perſuadendo, & ſimilia, ſine quibus hujuſmodi Confeſſarii munus nequit utiliter exerceri; & præcipuè requiritur, ut ſit vitæ exemplaris, & in ſpirituali vita benè verſatus; nam qui ſibi non bonus, cui bonus? quo enim modo tradet regulas orandi mentaliter, qui de oratione mentali, nec quid nominis novit? quo pacto docebit modum abnegandi ſeipſum, qui numquam ſui ipſius abnegationi operam dedit? quonam modo inducet alios ad opera ſupererogationis, qui in ſe ipſo, nec quidem præcepta adimplevit? quo pacto docebit pœnitentes moniales religioſam perfectionem, qui nec vacavit Chriſtianæ perfectioni? magis movent exempla, quàm verba, Jeſus enim præceptor noſter, cœpit priùs facere, deinde docere; & qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cœlorum.

Quæſt. 43. *Scientia Confeſſoris monialium, quanta eſſe debeat?*

1. QUod Confeſſarius debeat eſſe ſciens & doctus, certiſſimum eſt, nam habetur expreſsè in *cap. qui vult confiteri 1. de pœnit. diſtin. 6. §. caveat*, ubi habentur hæc formalia verba, *caveat ſpiritualis Judex, ut ſicut non commiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere ſcientiæ, oportet enim, ut ſciat cognoſcere quidquid debet judicare. Judiciaria enim poteſtas hoc expoſtulat, ut quod debet judicare diſcernat, diligens igitur Inquiſitor, & ſubtilis inveſtigator ſapienter, & quaſi aſtute interroget a peccatore, quod forſitan ignorat, vel verecundia velit occultare, cognito itaque crimine, varietates ejus non dubitet inveſtigare, & locum & tempus, & cætera, quæ ſupra diximus in exponendo eorum qualitates*, hæc ibi, ubi *Gloſ. in ver. ſciat*, dicit, *quod Judex non debet eſſe juris ignarus; ſed peritiam, & experimenta cauſarum, per conſuetudinem debet habere, ut dicitur in authen. de judic. in principio, coll. 6. & l. de qua re ff. de judic.* ad quod facit illud *Ariſtot. Ethic. 1. cæcus malè judicat de coloribus, quoniam illos non percipit.* Undè *Gloſ. in cap. ſuſcitatus de reſcriptis*, inquit, cauſam illiterato non eſſe committendam, facit item *illud Oſeæ 4. tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi, & cap. cum in cunctis, de electione, ubi Papa, cum ætatis maturitate, & morum honeſtate, requirit ſcientiam in cunctis Eccleſiæ Miniſtris, & illa Juris regula in 6. non eſt ſine culpa, qui ſe, ad ſe non pertinenti, immiſcet.*

2. Hinc clarè apparet, graviter errare, ſi neſciens inter lepram, & lepram differentiam inferre, ſacramentaliter Confeſſiones excipiat, & abſolvat.

3. Quanta autem debeat eſſe hæc Confeſſoris ſcientia? quæſtium eſt inter DD. non leve.

4. Nam *S. Thom. 4. ſent. diſtin. 17. in littera ait, quod ſcientia Confeſſoris ad minùs tanta eſſe debet, ut ſciat diſtinguere inter peccatum, & non peccatum, inter mortale & veniale, etſi in aliquo eſſet dubitatio, ſciat cogitare, & ad peritos recurſum habere*, quod dictum D. Thom. *S. Bonaventura ead. diſtin.* extendit dicens, *quod tantam ſcientiam debet habere Confeſſor, ut ſciat diſcernere in peccatis communibus, quod veniale, & quod mortale; & quod ſciat ſemper, ad quæ peccata, ſua poteſtas ſe poſſit extendere, quia alia pœnitentia pro mortali, & alia pro veniali eſt imponenda. Item, quia ſi foret aliquod genus peccati, ad quod manum extendere non poſſet, niſi illud cognoſceret, audiret confeſſiones in periculum ſui, & confitentium ſibi.*

5. Hoc idem priùs in eodem loco, dixit noſter *B. Albertus Magnus*, ubi dicit, *quòd Sacerdos non tenetur ſcire diſcernere, niſi in communi, quæ ſint capitalia, & quæ mortalia in communi, & quæ venialia ex genere, quod qui neſcit, peccat, inquit, mortaliter audiendo confeſſiones, & plus peccat, qui eum inſtituit, aut permittit inſtitutum miniſtrare.*

6. Doctiſſimus autem *Durandus, Ordinis Minorum meritiſſimè alumnus, in eodem loco, rigoroſius loquendo*, dicit, *quod Confeſſor ſcire debet, utrum expreſſa per pœnitentem ſint peccata, vel non? Utrùm contractus, quos fecit, liciti vel illiciti, & quando reſtituere tenetur, & quando non? & utrum debeat illum a Communione prohibere, vel non? quia ſi judicat licitum, quod extat illicitum, uterque in foveam cadit: niſi eum excuſet probabilis ignorantia: & ſimilia duriora promit.*

7. Veruntamen hi Doctores poſſunt ad concordiam revocari, ſi dicatur, prout dicendum eſt, quod dictum S. Thom. B. Alberti, & S. Bonaventuræ, eſt unum & idem, & habet locum in ſcientia Confeſſoris, audientis confeſſiones ex obedientia, & coactè, in quo ſufficit ſcientia minor, teſte *Paludano in eod. loco*; & dictum Durandi procedit in eo, qui voluntariè audit, & maximè ſi ſe ingerat ad hoc, *Syl. ver. Confeſſor 3. num. 2. ſub §. quantùm verò ad ſcientiam, Tabiena, & Armilla in eod. loc.* & colligitur ex dictis ejuſdem Durandi, qui ante prædicta dicit, quòd Confeſſor quoties ſe ingerit ad confeſſiones, toties ſe offert ad reſpondendum de quolibet, & interdum de caſibus inopinatis, & aliàs inauditis, & valdè perplexis.

8. Eminent. ac ſubtiliſſimus *Cajetanus in ſum. ver. Confeſſ.* dicit, quod Confeſſarius debet neceſſariò quinque cognoſcere. Primò, an peccator ſit excommunicatus. Secundò, an teneatur ad reſtitutionem. Tertiò, an ſit in damnationis ſtatu, ut puta in voluntate perſeverandi in peccato mortali. Quartò, an peccatum habeat reſervatum. Quintò, an ſit, quo ad hoc, ei ſubditus? quod eſt dicere, Confeſſarium debere ſcire conditiones peccatoris, ad hoc, ut ſuo muneri ritè ſatisfaciat.

9. Sapientiſſimus verò *Martin. Navar. tom. 2. in comment. cap. 18. de orat. & horis Canon. n. 55.* ait, quod Confeſſario neceſſaria eſt ſcientia Ethica ſeu moralis, & ſacramentalis, cum omnibus ſuis acceſſoriis, quæ partim con-

Digitized by Google

onſtat ex Sacris Canonibus, & partim ex legibus, & liis per multis, quod priùs docuit *cap. qui vult confiteri*, *caveat 1. de pœnit. diſtin. 6. nu. 9.* ubi ex multis oſtendit, Confeſſorem debere ſcire, immo callere totam Theologiam moralem, & Jura Canonica, & civilia: verum *Navar. ibidem* loquitur de abſoluto, & perfecto Confeſſario.

10. Sed quidquid ſit de his opinionibus, certum eſt, quòd de hac re, non poteſt dari certa Regula, ſed relinquitur prudenti arbitrio, nam aliud eſt audire Confeſſiones in Civitatibus, & aliud in oppidolis Ruſticorum, nam ibi occurrunt caſus graviſſimi, perplexi, & apprimè intricati, qui petunt inſtructiorem Confeſſarium: immo benè callentem naturam contractus, ad evitandum uſuras, & reſtitutiones faciendum, hic verò caſus faciles, ac ſimplices, qui non exigunt tam inſtructum Confeſſarium. Item aliud eſt audire Confeſſiones Clericorum, & aliud laicorum: illa enim audientia petit in Confeſſario ſcientiam cenſurarum: Iſthæc autem nequaquam. Item aliud eſt audire Confeſſiones, ut delegatus & aliud, ut Prælatus ordinarius; aliud ſponté, aliud verò coactè, ut dictum eſt ſupra, & pluribus firmat *Bonac. tom. 1. de pœnit. Sacram. diſp. 5. q. 7. §. 2. n. 1. & ſeq.*

11. Ex quibus omnibus unum certiſſimum collige, & eſt, quod Confeſſarius, ſivè ſit in Civitate, ſivè in Rure, debet habere, ad inſtar Chriſti noſtri Redemptoris, triplicem ſcientiam, nempè judicis, ut ſciat diſcernere, & rectum Judicium inferre, Medici, ut ſciat animatum morbo aptè mederi, & Doctoris, ut ignorantes dirigat, & inſtruat in via Domini, bona petentibus dando conſilia.

Quæſt. 44. Sed quid dicendum, ſi Monialis bona fide confiteatur Sacerdoti, ignoranti ea, quæ communiter ſcire tenetur; abſolvitur ne validè?

1. NOſter *Petrus Sotus, lectione 9. de confeſſione, Didacus Nugnus in 3. p. S. Thomæ q. 7. de Miniſtro Sacramenti pœnitentiæ, Suar. ibid. tom. 4. diſput. 22. ſect. 6 Bonac. tom. 1. de pœnit. Sacram. diſp. 5. q. 7. §. 2. nu. 13. ver. quæres tertiò, quibus poſt Doctorum collectaneum. favet Diana, p. 3. tr. 4. de Sacramentis, reſolut. 121. & 4. par. 4. Miſcell. reſol. 201. & 5. par. tr. 14. Miſcell. reſolut. 22.* reſpondent ad quæſitum affirmativè; tum quia in caſu poſito, concurrunt omnia neceſſaria ad validam abſolutionem, nam ex parte Confeſſoris, ſupponitur poteſtas juriſdictionis, & forma abſolutionis prolata cum intentione Sacramentaliter abſolvendi, & ex parte pœnitentis ſupponuntur ejus actus, qui ſunt materia capax abſolutionis, ergo valida eſt abſolutio; tum etiam, quia aliàs ſequeretur, pœnitentem, qui bona fide confeſſus eſt peccata ſua Confeſſori neſcienti diſcernere circumſtantias mutantes ſpeciem, obligari ad reiterandum ſuam confeſſionem, quod non debet admitti; cum hoc ſit valdè oneroſum, & minimè obligatorium; nam cùm confeſſus ſit actum & peccatum, quod confeſſioni ſubjicere tenebatur, ad aliud non tenetur.

2. Hinc ſequitur, eum, qui faſſus eſt peccatum, ut veniale, quod verè eſt mortale, quod ipſe pœnitens, aut ejus Confeſſarius, tempore confeſſionis neſciebat, vel dubitabat eſſe mortale, & doctior factus cognovit eſſe mortale, non teneri illud iterum confeſſioni ſubjicere, tum quia pœnitens ſufficienter manifeſtavit ſuum peccatum; tum quia adſunt omnia neceſſaria ad ſubſtantiam Sacramenti, ad cujus valorem non requiritur, ut Confeſſarius, & pœnitens cognoſcant totam gravitatem culpæ, tum item; quia pœnitens non tenetur Confeſſori ignoranti procurare ſcientiam, *Sanchez in ſum tom. 1. lib. 1. cap. 10. n. 69. Suarez, & Bonac. cit. loc. ubi ſupra.*

3. Dixi *ex bona fide*, nam ſi pœnitens confiteatur Sacerdoti ſic ignoranti, ex mala fide; nempè ſciens, & advertens ejus ignorantiam, peccat mortaliter, ac proinde quantum eſt ex parte ſua, confeſſio fit nulla, ob defectum doloris, & integritatis confeſſionis, & ſecundùm hoc intelligendus eſt noſter *P. Victoria in ſum. de Sacram. q. 186.* qui cum aliis multis, à reſolutione prædicta videtur diſſentire.

Quæſt. 45. An in Confeſſore monialium requiratur prudentia?

1. AFfirmativè dic; tum quia nulla virtus moralis poteſt haberi, ſine prudentia, tum etiam, quia ipſa eſt conſiliativa, & judicativa, & præceptiva eorum, quæ ſunt ad finem, per ea multa, quæ docet *D. Thom. 1. 2. q. 65. ar. 1. in fin. corp.* finis autem Confeſſoris eſt, per ſacramentum pœnitentiæ conferre gratiam pœnitenti, eumque abſolvere, & præcavere ab omni peccato, quod nequit agere, & præſtare, ſine debitis remediis, & opportunis præceptis, & conſultationibus, ergo, quæ ratio concludit abſolutè, ſive partes Confeſſoris ſint Judicis, ſivè Medici ſpiritualis, ſivè Paſtoris, vel Doctoris, cum ipſa prudentia, in omni genere, ſit ratio agibilium, quæ ſicut ex principiis, procedit ex finibus agibilium, *D. Thom. cit. loc. & probat tex. cap. qui vult confiteri, 1. de pœnit. diſt. in 6.* ubi definitur, qualem eſſe oporteat illum, qui aliorum crimina judicat, ibi, *quibus cognitis, adſit benevolus, paratus erigere, & ſecum onus portare: habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, diſcretionem in varietate: adjuvet confitentem orando, eleemoſynas dando, & cætera bona pro eo faciendo: ſemper cum juvet leniendo, conſolando, ſpem promittendo, & cum opus fuerit, etiam increpando, doleat loquendo, inſtruat operando, ſit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudii: doceat perſeverantiam: caveat, ne corruat, ne juſtè perdat poteſtatem judiciariam*, hæc ibi, ex quibus plura colligo.

2. Primò, quod Confeſſarius in pœnitentiis adjungendis debet eſſe potius miſericors in remittendo, quàm ſeverus in ulciſcendo, juxta *textum cap. allegant. 12. 26. q. 7.* ibi, *tales ſunt, & qui grave pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt, & cap. ponderet 14. diſtin. 50.* ibi, *inſtruite hujuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris*, verùm dans brevem pœnitentiam, inſtruat pœnitentem, quòd quam non fecerit in hoc mundo, ſolvet in Purgatorio.

3. Secundò, quòd debet eſſe diſcretus, & circumſpectus in materia peccatorum venereorum, ſobriè inveſtigando, ne ſe ipſum in tentationem præcipitet, & pœnitentem doceat peccata, quæ ignorat.

4. Tertiò, debet eſſe cautus, ne corruat præcipuè ob familiaritatem, aut aliqualem acceptionem fœminarum, ſub prætextu ſpiritualis amicitiæ, vel honoris corporalis, vel utilitatis bonorum fortunarum; nam iſthæc familiaritas, & frequens colloquutio, non poteſt diù eſſe, quin præcipitet in Barathrum infernale, per ea multa, quæ, Angelico ſpiritu, *S. Thomas docet in opuſculo 64. de modo confitendi, & puritate conſcientiæ, cap. de periculo familiaritatis mulierum*, ubi vehementer invehit contra hujuſmodi hypocritas, ibique ex multis oſtendit, hujuſmodi amicitiam ſpiritualem mox deſcendere in carnalem, ſivè conjugalem, idipſum dicit *S. Bonaventura de puritate conſcientiæ, cap. 14. ex S. Auguſtino*, ibi, *ſermo brevis & rigidus cum mulieribus eſt habendus, nec tamen quia ſanctiores fuerint ideò minus cavendæ: quæ enim ſanctiores fuerint, eò magis alliciunt, & ſub prætextu blandi ſermonis immiſcent ſe vitiis impuriſſimæ libidinis, crede mihi, Epiſcopus ſum, in Chriſto loquor, non mentior. Cedros libani, id eſt, contemplationis altiſſimæ homines, & Gregum* Arie-

Arietes, ideſt, magnos Prælatos Eccleſiæ ſub hac ſpe corruiſſe reperi, de quorum caſu non magis præſumebam, quàm Hieronymi, & Ambroſii, hæc ille, quæ ô utinam interdum, experientiâ ipsâ non confirmarentur, cum vituperio hujus Religioſi ſtatus, juxta illud *Apoſtoli ad Galatas 3. ſic ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu cæperitis, nunc carne conſummemini.*

5. Hinc idem *S. Bonaventura de interiori homine, p.1. cap.39.* ait hæc propria verba, *ſi meum conſilium non ſpernis, conſulo, quòd numquam cum aliqua muliere contrahas ſingularem amicitiam, etſi Religioſa ſit, & ſancta, quia ex certo periculo carnalis tentationis, quæ ex tali familiaritate ſemper incurritur, dum non timetur malum, quod ſub ſpecie boni latet, excepta etiam macula infamiæ, & ſuſpicionis, quam alii ex hoc ſæpe concipiunt, magnam generat inquietem cordi talis privata affectio, &c.* & alia hujus generis pejora, ex multis Sanctis Patribus oſtendit *Laur. Peyr. tom.1. de ſubdito q.3. cap.2. per totum,* quapropter, optimo Jure, in noſtris conſtitutionibus, *diſtin.1. de gravioris culpa, cap.18. tex. 7. fol. 84. col. 3.* reperitur ſancitum, quod ſi quis de mala familiaritate reperitur ſuſpectus, & poſt admonitionem non deſtiterit, condemnandus eſt ad pœnam gravioris culpæ.

Quæſt. 46. An Confeſſarius ſollicitans in confeſſione monialem ad actus turpes, & inhoneſtos, ſit denunciandus?

1. Affirmativè dic, ut probat *textus conſtitutionis Greg. XV. incip. univerſi Dominici Gregis,* edit. die 30. Auguſti 1622. Pontif. ſui anno ſecundo, quæ eſt 34. inter Bullas ejuſdem in Bullario Cherub. ad cujus explicationem multa colligit Doctiſſimus *P. de Souſa Ulyſſiponenſ. Dominicanus in ſuo opuſculo de confeſſ. ſollicitan. & in aphoriſmis Inquiſit. lib.1. cap.34. Laur. Portell. in dub. Regul. ver. ſollicitare fœminas in confeſſione, Peyr. tom.2. Privil. in conſtit. 4. Greg. XV. num.1. & tom. 3. in additam. ad d. conſtit. Greg. cap.11. nu.3. D. Riccius 3. p. prax. var. reſolut. 65. & ſeq. luculenter P. Diana p.1. tr.4. de Denunciatoribus, & p.4. tr.5. de Confeſſariis ſollicitantibus, & tr.6. de tortura in S. Officio reſolut. 21. Lez. 1. p. ſum. cap.19. num.34. & ſeq. Hier. Rodor. in ſuo comp. reſolut. 131. & noviſſimè D. Cæſar Carena Cremon. tr. de Officio Sanctiſſimæ Inquiſit. p.2. tit.6. §.1. & ſequ.*

2. Quod Jure optimo cautum eſt, nam ſic ſollicitans cenſetur malè ſentire de fide; prout benè advertit idem *S. Papa in §. 3. ibi, Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de fide Catholica rectè ſentiunt, Sacramentis in Eccleſia Dei inſtitutis, abutantur, aut illis injuriam faciant,* hæc ibi, & meritò ita ſuſpicatur; nam cum hoc Sacramentum pœnitentiæ, ex ſua primæva inſtitutione, ſit inſtitutum ad delenda peccata; contra hujus Sacramenti ſubſtantiam facit, qui eo utitur ad peccandum, nam ſic agens, quantum eſt ex parte ſua, conatur Sacramentum prophanare, dum pro medicina venenum, pro pane Aſpidem porrigit, & ex cæleſti Medico, infernalis veneficus, & ex Patre Spirituali, proditor execrabilis animarum reddatur, quod eſt verum, etiamſi ardore ſolùm libidinis motus fuerit ad ſollicitandum; quia non ob id deſinit eſſe ſacrilegus, & habet locum in omnibus Confeſſoribus, etiam exemptis quomodolibet; & colligitur ex illis verbis, *qui perſonas, quæcumque illæ ſint, ad inhoneſta, ſive inter ſe, ſive cum aliis quomodolibet perpetranda, in actu Sacramentalis confeſſionis, ſive ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis hujuſmodi, etiam ipſa confeſſione non ſequuta, ſive extra occaſionem confeſſionis in confeſſionario, aut in loco quocumque, ubi confeſſiones Sacramentaliter audiuntur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, vel tractatus habuerint,* prout melius eſt videre, *in §. 5. d. conſtit. Greg.*

3. Ex quibus multa deciſa inferuntur, quæ ante dictam conſtitutionem Greg. vertebantur in utrum.

4. Primò, quod Confeſſarii ſollicitantes pueros ſubjacent pœnis dict. Gregorianæ, & conſtat ex illo verbo, *qui perſonas, quæcumque illæ ſint,* nam nomine perſonæ, venit maſculus, & fœmina; quod prius item declaravit Paul. V. die 29. Novembris 1612. ut conſtat ex literis Cardinal. Millini ſcriptis ad Generalem Inquiſit. Luſitaniæ, 1613. & referunt *Souſa cit. loc. Aphor. nu.19. Peyr. cit. loc. §.5. n.14. Rodor. in comp. reſolut. 131. n.3. & Diana 1. p. de denunciat. reſolut. 12. & Lez. 1. p. ſum. cap.19. n.34. Bonac. de onere denunciandi diſput. 6. p.3. n.14.*

5. Et quidem meritò, quia parum refert, quòd confeſſio Sacramentalis ſit maris, aut fœminæ; dum utrobique eadem reverentia, & injuria reperitur, unde non eſt amplius locus opinioni contrariæ. *Diana 4. p. tr.5. de confeſſ. ſollicit. reſol. 33.* ubi conqueritur de Novario ſibi imponente, &c. quamobrem, ſi Confeſſarius ſollicitet puerum à ſe confeſſum, & abſolutum; dum eum ſtatim poſt confeſſionem in ſuam cameram ducit, ut ei confeſſionis Chyrographum tradat, dat in pœnas dict. Bullæ, *Souſa cit. loc. num.39. cui favet P. Diana cit. loc. reſolut. 11. & Carena, ubi ſupra §. 3. ſub num.15.* & meritò, quia iſte actus cenſetur immediatus ad confeſſionem, vel quia ratione dependentiæ, includit confeſſionem; ſicut ſi Confeſſarius fœminæ ſibi confeſſæ pœnitentiam imponat, ut ab ipſomet confeſſario nuda verberetur; & alia hujus generis ponit idem *P. Souſa num.31. & ſeq.*

6. Secundò, quòd Confeſſor ſollicitans per interpoſitam perſonam, eſt denunciandus. Undè ſi audiens mulierem in confeſſione, eamque levem ibi cognoſcens, eam paulò poſt per Lenonem ſollicitet, comprehenditur ſub dict. Bulla, & conſtat ex illo verbo, ibi, *ſivè per ſe, ſivè cum aliis perpetranda quomodolibet, Nald. in addit. ad ſummam ver. confeſſio, n.41. ver. 2. eſt, Carena cit. loc. §.3. nu.16. in fin. Sanctarellus de hæreſi, cap.44. n.19. concluſ.14. D. Riccius, 3. p. reſolut. 65. num.3.* ubi ex multis oſtendit, quod mandans ſollicitare, ſollicitator dicitur, nam ille dicitur facere, qui facere jubet, *l. manumiſſiones, ff. de inſt. & jur.* & is damnum dat, qui jubet damnum dare, *l. is damnum ff. de Regul. jur. in 6.* & quod eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, *d. l. manumiſſ.* & qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, *in 6. Regul. 72.* quod dictum Riccii intellige verum reſpectu Confeſſorum mandantium ſollicitare; ſecus autem reſpectu eorum, qui Confeſſores non ſunt.

7. Neque his obſtat *P. Diana in d. 4. p. tr. 5. de confeſſ. ſollicit. reſolut. 7.* dicens, quod de hac prædicta illatione, eſt dubitandum, & prætextu, quod ſi Confeſſarius divertit ad aliquos actus, in dict. caſu; ſollicitatio, neque moraliter, neque phyſicè incæpit in locis prohibitis à Pontificibus, ergo & ſubdit, quòd licet Confeſſarius utatur ſcientia Confeſſionis, non tamen ſollicitat pœnitentem in locis prohibitis ſollicitare; ergo non incidit in pœnas Bullæ, nec denunciandus erit: & addit, immò aliqui putant, neque Pontificias Bullas contravenire, ſi ante diſceſſum ab Eccleſia, talis Confeſſor fœminam ſollicitaret: dummodo id efficeret extra tempora, & loca in Bulla Greg. XV. contenta, quod confirmat ex eo, quia prætextus Confeſſionis, de quo agitur in Bulla, debet eſſe proximus, & non remotus à loco, & ſtatu Confeſſoris, ut docet *Souſa in addit. ad dictum opuſcul. de Confeſſ. tr. ſollicit.* quia non videtur loqui ad caſum noſtrum; tum quia intentio D. Papæ Greg. XV. fuit in dicta ſua conſtit. dirimere priſcas quæſtiones, ut *in §. 5.* quarum una erat, an illa jura antiqua edita contra

ſollici-

Digitized by Google

llicitantes, haberent locum contra ſollicitantes per terpoſitam perſonam; quippe quæ magnas patiebar difficultates, teſte *D. Riccio loco citato Lezana* 1.p. *m.cap.*19.*num.*34.*Graff.tom.*1.*conſil.lib.*4.*de Cognat ſpi-ualis conſil.*1.*n.*37. *& de Caſib.reſer.lib.*2.*cap.*12.*nu.*30.*& yr.cit.loc.*tum etiam, quia Confeſſarius, non eſt denunciandus ex eo, quòd ubi ad diverſa diverterit, mulierem œnitentem extra confeſſionale exiſtentem ſollicitave-; ſed quia ob audita in confeſſione, ut præſumitur, immediatè moraliter, hoc eſt, paulò poſt, non ad alia divertendo, ſollicitavit fœminam mediatricem ad illam ovocandum.

8. Quod iſta fœmina mediatrix, in eundo moretur, l ad alia ſe divertat, parum refert: eſt enim hoc per accidens; ſed ſatis eſt, quod actus ſollicitationis, ex parte Confeſſarii, fuerit immediatè conſumatus occaſione onfeſſionis auditæ, & paululum poſt illam: undè non oteſt negari, quin ille actus fuerit injurius Sacramento œnitentiæ: & conſequenter ſacrilegus, & punibilis, ut licit ipſemet *Diana* 4.*p.tr.*5.*de confeſſor.ſollicitan. reſol.*12. *ſed Ego.*

9. Et colligitur ex illo verbo *tex. ſivè inter ſe* ſupple, immediatè ſollicitando; *ſivè cum aliis quomodolibet*, ſcilicet ſivè per Nuncium, ſive per Epiſtolam, ſive voce, ſive ſcripto, ſive nutu, ſive ſigno, utputa tactu manus, vel pedis, aut petulantia oculorum, ſive ad peccandum ſecum, ive cum aliis, ſollicitatio eſt, quæ ex vi vocabuli eſt vehemens ſtudium, & velocitatem ſignificat ad agendum ea, quæ ſunt præconſiliata, & judicata, *teſte D.Thom.* 2.2. *quaſt.*47.*art.*9.*in corp.*

10. Tertiò, non ſolùm Confeſſarii ſollicitantes in actu confeſſionis ſunt denunciandi, & puniendi; verùm, etiam ſollicitantes immediatè ante confeſſionem, vel immediatè poſt; nam in moralibus, quod parum diſtat, nihil diſtare videtur, *Carena multis citatis*, §.5 *n.*27. & ità etiam ſervabatur in S.Officio ante dict.conſtit. Greg. ut ex multis oſtendit *D.Ricc.*2.*p.prax. var.reſolut.* 440. & ita etiam, vivæ vocis oraculo, declaraſſe Clem.VIII. teſtatur *Genuenſ.in praxi Neapolit.cap.*66.*n.*2.

11. Ille autem actus dicendus eſt proximus ad confeſſionem, qui ipſi confeſſioni immediatus fuerit, ità ut inter confeſſionem, & ipſum, nullus alius actus mediet, *Souſa in d.aphor.n.*30.*& in d.ſuo opuſculo, de confeſſ.ſollicit. cap.*18.*num.*6. undè ſi poſt multum temporis elapſum, & poſtquam, tam Confeſſarius, quàm pœnitens ad ſua habitacula ſe receperunt, ſollicitatio fiat, non comprehenditur ſub dict. Gregoriana, per ea, quæ allegat *Navar.to.* 1.*conſil.*2.*de hæretic.num.*6. *Rodor.in propriis terminis*; *ſed incidenter ad dictam Gregorianam, tom.*2.*q.*27.*ar.*2.*latè Hier.Rodor.in ſuo comp.reſol.*131.*nu.*5.*Graff. de caſib. reſer. lib.* 2.*cap.*12.*n.*36.

12. Hinc Confeſſarius, ſi poſt auditam confeſſionem ad domum ſuæ pœnitentis accedat, eamque ibi ſollicitet, non incidit in dict. conſtitutionem, prout atteſtantur *Molfeſ.in ſum.*1.*p.tr.*7.*cap.*24.*n.*32.*P.Diana* 1.*p.tr.*4.*de denunciat.reſolut.* 14. ubi invehit contra Paramum tenentem contrarium, *Rodericus Acugna,tr.de confeſſ.ſollic.q.*5. *n.*15 *Scortia in Bull.Pontiſ.Epitom.*77.*Theor.*197.*&c. noviſſimè eruditiſſimus Carena, cit.loc.* §.5.*num.*28.

13. Diſſentit tamen *D.Riccius* 3.*p.prax.reſolut.*69. ubi dicit, quemdam Confeſſarium, qui poſt biennium, ſuam pœnitentem ad turpia ſollicitavit, comprehendi ſub dict. Bulla, verùm deſpicitur *à D.Carena, ubi ſupra.*

14. Quartò, quod Confeſſor ſollicitans fœminam extra confeſſionem, in confeſſionario tamen, vel in quocumque alio loco, ad id deputato, fingens confeſſionem audire, licet revera eam non audiret: eſt nihilominus denunciandus, ut conſtat *ex d.*§.5. Greg. ibi, *ſivè extra occaſionem confeſſionis, in confeſſionario, aut in loco quocumque ubi confeſſiones Sacramentales audiuntur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire,* hæc ibi.

15. Et ita ante dictam conſtitutionem ſervabatur in S. Officio ex *Decreto Sacræ Congregat. juſſu Pii IV. & Pauli V. edito*, die 10. Julii 1614. quòd per extenſum refert *Cortol.*1.*p.de caſib.reſer.ar.*22.*&* 2.*p. caſu* 19.*Hier.Rodor.in ſuo comp.reſolut.*131.*in princ.num.*1.*Carena cit.loc.n.*32. ubi Dianam carpit, ex quo, 1.*p.tr.*4.*de denunciat. reſolut.*25. dict. Decreti Pauli V. non meminit. Sed immeritò; tum quia nullus tenetur omnia ſcire, vel ut dicitur, acu tangere, tum etiam, quia hoc idem alii dixerunt, *Souſa in d. aphor.n.*42. tum item, quia quidquid ſit de oblivione, & prætermiſſione dict. Decreti, ad huc tamen P. Diana *in* 4.*p.tr.*4.*de confeſſ. ſolic.reſolut.*10. ſcitè juxta textum dictæ Gregorianæ, ſuam ſententiam declaravit.

Quæſt. 47. Sed quid dicendum de Confeſſore; qui ſollicitat monialem in commune Parlatorio, in quo ſolent confeſſiones audiri? eſt ne denunciandus?

1. Tambur. *de Jur. Abbatiſſ.diſp.*16.*q.*5.*n.*8. reſpondet affirmativè: Verùm diſſentit *Sancius in ſuis ſelectis, diſp.*11.*n.*68.*cui favet Carena cit.loc.n.*32.*in fin.* quia locus ille, propriè non poteſt dici confeſſionale; & conſequenter non comprehenditur ſub dicta Gregoriana, niſi ſollicitaret in die, quam moniales haberent deſtinatam pro Confeſſionibus & ita foret denunciandus.

2. Quod dictum intellige verum, & procedere, etiam in parvitate materiæ, *Rodor. Acugna tr.de confeſſ.ſollic.q.*7.*Trettas in addit, ad d.quæſt.*7.*n.*55.*Sancius in ſelectis, diſput.*2.*n.*22.*Laur.Peyr.*103.*ſeu in addit. ad d.conſtu.Greg. cap.*11.*nu.*6.*Joan.Angel.Boſſius, de Jubilæo in appendic.de Confeſſ.ſollic.n.*50. *& ſeq. Diana* 1.*p.tr.*4.*de denunciat.reſolut.*21.*Carena cit.loc.* §.5.*n.*37.*ver.verum Ego*, & hodie eſt communis: tum quia in materia luxuriæ, non datur parvitas materiæ, prout ex multis oſtendit idem *Diana*, 3.*p. tr.*5.*Miſcell.reſolut.*1. tum etiam, quia aliàs prædicta Gregoriana fieret inutilis. Confeſſarius enim ad fugiendum pœnas dict.conſtit. ſemper diceret, licet falsò, ſe præter hos leves tactus, non habere animum ulteriùs progrediendi, & ſic eluderetur dicta conſtitutio, tum item, quia in materia carnis, non ſunt laxandæ habenæ; tum denique, quia non poteſt negari, quin tactus ille præjudicet puritati Sacramenti pœnitentiæ.

3. Hinc Confeſſarius ſollicitans pœnitentem ad actus, ſolùm venialiter inhoneſtos; ut puta, tangendo leviter manum, vel mammillas, aut genua fœminæ, digitos intorquendo, vellicando, ob ſolam delectationem, abſque ulteriori fine, vel periculo pollutionis, quæ in genere Caſtitatis, ſecundùm *Sanchez, lib.*8. *de Matrim.diſput.*46.*nu.*16. cenſentur peccata venialia; adhuc tamen eſt denunciandus, cum omnis delectatio venerea ſit inchoatio quædam pollutionis, Ideoque mortifera, ſicut inchoatus actus pollutionis: undè idem *Sanchez in ſum. tom.*2.*lib.*5.*cap.*6.*n.*12. meritò ſe retractavit.

4. Idem dicendum eſt de Confeſſariis, qui non verbis expreſſis, ſed tacitis, mulieres alliciunt ad inhoneſta, ut ſi illas de pulchritudine, & venuſtate laudent; tum quia ità colligitur ex prooemio dict.conſtit. ibi, *ut ab omnibus pravis contagiis conſervetur immunis*; tum etiam, quia ſic loquens, Sacramento pœnitentiæ cenſetur abuti; *Peyr.tom.*2.*Privil.in conſtit.*4.*Gregor.*§.7. *num.*21. *& Sanctarell.tr.de hæreſ.cap.*44.*n.*9.

5. Amplia prædicta ad Confeſſarium, qui poſt ſollicitationem immediatè ſe pœniteret ſollicitationis factæ; tum quia ſollicitatio jam fuit facta; tum etiam, quia in delictis non conſideratur perſeverantia; ſed ſi adfuerit deliberata voluntas; *Emin. Turrecremata Dominicanus in cap.Divortium,de pœnit.diſtin.*1. *Graff. de caſib. reſer.l.*2. *cap.*12.

Digitized by Google

cap.12. de confeſſ.ſollic.39. & Sanctarell. de hæreſi, cap. 44. num. 19.

6. Benè verum eſt, quod illa pœnitentia poteſt operari aliquam diminutionem pœnæ in ipſo Confeſſario; ſed non abſolutionem, *Carena cit.loc.§.5.n.36.*

Quæſt. 48. An dicta denunciatio facienda ſit prætermiſſa ſecreta correctione fraterna?

1. HÆc quæſtio eſt gravis,circa quam variant Doctores, *nam Sotus de Juſt. & jur. lib.5.q.5.art.1.Canus de locis Theol.lib.12.cap.9.Syl.ver.correctio q.5.Lopez in inſtruct.p.4.cap.54.Ledeſma in ſum.tom.2.tract.4.cap.4.concluſ.24.difficult.2.Joan.de la Crux in Directorio conſcientiæ 1.p.præcept.5.q.2.dub.5.concluſ.2.Zenard.in directorio Confeſſ.p.2.præcept.1.cap.23.qu.13. Souſa in Aphor.lib.1.cap.34.n.55.& omnes alii Thomiſtæ*, reſpondent ad quæſitum negative: dummodò tamen crimen ſollicitationis ſit occultum, & habeatur moralis certitudo, quòd ſervato fraternæ correctionis ordine, Confeſſarius emendabitur: quibus favent pleríque exteri viri graviſſimi, & præcipuè, *Emin.Cardin.Toletus lib.5.ſum.cap.57.nu.2.Homobonus tract.de caſib.reſervat.p.2.cap.1.& in exam.eccleſ.p.2.tr.9.cap.13.q.39.Portelan dub.ver.correctio fraterna,n.1.& ver.ſollicitat.in addit.Fagundez de præcept.Eccleſ.tom.2.lib.4.cap.2.nu.31.Peyr.tom.1.de ſubd.q.1.cap.16.§.2.in fin.& tom.2.Privil.in conſtit.9. Pauli V.§.5.n.26.& 27.in conſtit. Greg.XV.§.9.n.26.& tom.3.in addit. ad eamdem conſtit.cap.11.n.5.* ducunturque ex multis.

2. Primò, quia hoc docet *S.Tho.2.2.q.33.ar.7.in corp.* ibi, *niſi fortè aliquis firmiter exiſtimaret,quòd ſtatim per ſecretam admonitionem poſſet hujuſmodi mala impedire,* quod item dicit, *quodlib.1.ar 16.in corp.*ibi, *in via denunciationis debet præcedere fraterna correctio.*

3. Secundò,quia præceptū correctionis fraternæ obligat ſub mortali, quando adeſt probabilis ſpes lucrandi fratrem,teſte *eod.D.Thom.cit.loc.*communiter recepto.

4. Tertiò, quia etiam præceptum hæreſis admittit correctionem fraternam, ut colligitur ex illo *Pauli, ad Titum III.* ibi, *hæreticum hominem poſt unam, aut ſecundam correctionem evita:* quod multo magis debet procedere in caſu poſito,cum Confeſſarius,de quo agitur,non ſit hæreticus, nec præſumatur hæreticali ſpiritu ſollicitaſſe, ſed ardore luxuriæ,& ſpiritu concupiſcentiæ carnalis, *Graff.1.p.deciſ.lib.2.cap.69.n.18.*

5. Quartò,quia præceptum correctionis fraternæ,eſt juris naturalis, ex *Soto de ratione teg. ſect.membr.2.q.1.concluſ.1.à Domino renovatum, Matth.18.* at denunciatio, quæ jubetur in dictis Bullis, eſt de Jure poſitivo, quod nequit Juri naturali divino præferri; ergo.

6. Ad hæc facit *cap.2.de hæret.* ubi dicitur, qui alios, cùm poteſt,ab errore non revocat, ipſum errare demonſtrat, ergo.

7. Oppoſitum tamen, quod eſt de Jure verius, & tutius,& in praxi omninò obſervandum; docent *Bannes in cit.loc.2.2.ar.8.ad 3.argum.Suarez tract. de fide diſput.20.ſect.4.nu.11.& 12.Joan.Angel.Boſſius de Jud.cit.loc.nu.19.Ferdin. de Caſtro Palao in ſuo opere moral.§.10.n.2. Sancius in ſelect.diſput.11.n.57.Sanctarell.in tract.de hæreſi diſp.11.n.56.Bonac.in tr.var.diſpu.6.pun.3.n.9.& alii multi,quos allegat, & ſequitur Diana 1.p.tract.4. de denunciat.reſol.2.& Carena in 2.p.tract.6.§.22.n.122.& ſeq.* tum quia ſollicitatio in confeſſione facta, eſt delictum, quod vergit contra bonum publicum, & commune, ſcilicet contra Sacramentum pœnitentiæ,& ad illud Sacramentum accedentes; ergo non ſubjicitur præcepto correctionis; prout docet *S.Tho.in cit. loc.2.2.in reſponſione ad tertium,* ibi, *quando imminet periculum multitudinis, non habent ibi locum prædicta verba Domini,quia tunc frater peccans,non peccat in te ſolum;* tum etiam, quia hoc docet Sanctus Hieronymus,cujus verba refert,& ſequitur idem *S.Tho. in cit. quodlib.* tum item, quia in his Confeſſariis ſollicitantibus,aut numquam,aut rarò,poteſt ſperari emendatio per fraternam correctionem habenda: lex autem reſpicit quod ſæpe fit, non autem quod rarò evenit: tum item, quia verba D. Thomæ ſuperiùs relata pro fundamento primæ opinionis, non poſſunt in praxi, ad caſum noſtrum applicari; tum quia timet mulier ſollicitata, maximè ſi ſit bonæ famæ, ad ſollicitantem iterum accedere, nè magis ſollicitetur, aut ad turpiora impellatur; tum etiam, quia nullam certitudinem habet, per ſuam correctionem, ſollicitatorem lucrari: immo certior extat, ad turpiora provocare, & excitare; tum denique, quia in caſu dubio, lex ſtat pro Principe legem ferente; ergo etiam demptis Inquiſitorum edictis,ſollicitatæ mulieres tenentur ſollicitantes Confeſſores denunciare, nulla fraternâ correctione præmiſsâ.

Quæſt.49. Quonam modo monialis ſollicitata teneatur denunciare, cum è clauſura nequeat exire?

1. L*Azarus de blaſphemia,q.12.num.65. Homobonus de caſib.reſer.p.2.ver.caſ.reſer. cap.4.tr.1. Tambur.poſt allegatos,de jur. Abbatiſſ.diſp.16.q.5.n.8.* dicunt, quòd tenetur per Chirographum id præſtare, undè *P. Anton. Naldus Theatinus in ſum.ver.Confeſſarius n.41. in fine* ait, *& noviſſimè ſervari audio à fide dignis,quòd quando ſollicitata in confeſſione non poteſt induci per ſe ipſam ad denunciandum; tunc ex mente Sanctiſſimi, poteſt Inquiſitor concedere Confeſſario, ut recipiat denunciationem per ſcripturam juratam à denunciante,quæ ſuperiori ſtatim exhibenda eſt, ſi adhuc pœnitens renuat denunciare, res tota deferenda eſt ſummo Pontifici, ejuſque oraculum omnino expectandum,* hæc ille.

Quæſt. 50. Si monialis ſollicitata, credat Confeſſorem ſollicitantem eſſe fraternè corrigibilem,aut emendatum, vel confeſſum ſuum delictum coram Inquiſitoribus,aut timeat ex denunciatione periculum mortis, vulneris, truncationis membri, infamiæ, vel amiſſionis honoris: an excuſetur à denunciatione?

1. ET quidem excuſari, fatentur *Lezana 1.p.ſum.cap.19.num.34. ad finem, & Tambur.de jur. Abbatiſſ.diſput.16.q.5. num.10.* nihilominus Confeſſarii in hoc debent cautiſſimè procedere, nam eſto, quòd perſonæ emendatæ, non ſint denunciandæ, ut dixerunt *Sotus, de Juſt.& jur.lib.5.qu.5.art.1. & de ratione tegendi, membr.2.q.6.Zanardus in director confeſſ.p.3 cap.31.Portell.in addit. ad dub.Regul.ver.ſollicitare fœminas, num.18.& Genueſis in praxi Neapol.cap.23. de denunciatione in novis n.6.& alii plures eruditiſſimi,* adhuc tamen, quia Judicium humanum ſæpe fallitur, & difficilè eſt cognoſcere correctionem talium perſonarum, cum de rarò corrigantur, ut dictum eſt ſupra *qu.48.*ſunt in praxi denunciandi omnino, particulari judicio poſtpoſito, ut docent *Sanctarellus in tr. de hæreſi cap.9.num.11.Sancius in ſelectis, diſp.11.num.52.Diana 1.p.tract.4 de denunciat.reſolut.3.& 5.p.tr.3.de correctione fraterna,* ubi in fine invehit contra *Lezanam, & idem Lezana, conſult.12. num.59.* ubi ſe magis declarat, & defendit à querela Dianæ.

* * *
* *

Quæſt.51.

Digitized by Google

***Quæſt. 51.** Si monialis ſollicitata in confeſſione, conſentiat, an teneatur dictum Confeſſarium denunciare?*

1. ET dico quòd ſic: ſervata tamen reſolutione Sacræ Congregationis tranſmiſſa Archiepiſcopo Neapolit. Card. Carrafæ, aliiſque Metropolitanis, quæ eſt tenoris ſequentis.

2. *Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Sig. Dopò l'eſſerſi hauuta longa, e matura conſideratione ſopra al dubbio ſignificato dà diverſe bande, ſe i penitenti ſono obligati à denunciare i Confeſſori, da quali ſono ſtati ſollicitati vel luogo, ò atto della confeſſione, quando hanno conſentito alla ſollicitatione: Noſtro Signore, e queſti miei Signori Illuſtriſſimi in Congregatione avanti à S. Santità à 25. di Luglio paſſato, dopò hauer anco inteſo da una particulare Congregatione deputata per queſto effetto, hanno riſoluto, che qualſivoglia penitente è tenuto à denunciare il Confeſſore, ancorche gli habbia conſentito; & non è tenuto à propalare il proprio conſenſo; nè ſopra ciò ſi interroghi dal Veſcovo, ò Inquiſitore, ò dal loro Vicario, avanti à quali deporrà, nè meno il Confeſſore denunciato, procedendoſi poi contro di lui nei Coſtituti, che ſe gli faranno, s'interroghi ſopra detto conſenſo, & in caſo, che egli voleſſe dirlo da sè, non ſi ſcriva il ſuo detto, come in ordine alla perſona ſollicitata, & non ſpettante all officio della Santa Inquiſitione, le parti dunque di V. S. Illuſtriſſ. ſono di ſignificare la detta reſolutione à i Confeſſori, & incaricargliene ſtrettamente l'oſſervanza, acciòche ne i caſi, che occorrono alla giornata, conforme al tenore della Coſtitutione publicata da Gregorio XV. San. Mem. contro i Confeſſori ſollicitanti, ſignifichino à i penitenti l'obligo, ch'hanno di denunciare i Confeſſori, dà quali ſaranno ſtati ſollecitati, & havendogli conſentito, e facendo difficoltà di ſcoprire il proprio conſenſo, conforme alla reſolutione, che s'è fatta, gli dichino apertamente, che non ſono tenuti à propalare il detto conſenſo, e che tanto eſſi penitenti, quanto i Confeſſori ſollecitanti, procedendoſi contro di loro, non ſaranno di ciò interrogati, & dicendo da sè, non ſi ſcriverà, nè riceverà il lor detto, e quando il penitente tuttavia perſiſteſſe nella medeſima renitenza, Noſtro Signore ſi contenta, che dal Veſcovo, ò dall' Inquiſitore ſi dia autorità al Confeſſore di ricevere per ſcrittura, e giuramento la denuncia per portarla ſubbito à chi haurà data la autorità di pigliarla, & sè oltre alle coſe ſudette occorrerà altro caſo grave, per il quale non ſi poſſa il penitente indurre à denunziare, vuole Sua Santità, che ſe ne ſcriva quì, & ſi aſpetti la riſpoſta, & in tanto ſi ſopraſeda nell' aſſoluzione, & tanto ſi contenterà V. S. Illuſtriſſima di fare oſſervare nella ſua Dieceſi, fando regiſtrare la preſente negl' atti di coteſta Corte, per informatione ſua, & de' ſuoi ſucceſſori, li quali douranno hauer mira, che la preſente reſoluzione riguarda ſolo quei penitenti, che per hauer conſentito fanno difficoltà di denunziare; mà quei, che non hanno conſentito, ò vero hauendo conſentito; non ſono in ciò renitenti, non deve il Confeſſore porre difficoltà alcuna: mà laſciare, che indifferentemente, & liberamente ſodisfacciano all obligo, che hanno di denunciare conforme alla detta conſtitutione: compiacendoſi anco V. S. Illuſtriſſima di mandar copie delle preſente à i Veſcovi ſuoi ſuffraganei, acciò da eſſi ancora ſia fatta oſſervare la ſudetta reſolutione, per fine à V. S. Illuſtriſſima humiliſſimamente bacio le mani. Di Roma 27. di Settembre 1624. di V. S. Illuſtriſſima, & Reverendiſſima, humiliſſ. & affettionatiſſ. ſervitore. Il Cardinal Mellino*, & referunt ut jacet, *Laurentius Franchus, 1. p. controver. inter Epiſcopos & Regulares, fol. mihi 185. & Aſcanius Tambur. de Jur. Abbatiſſarum, diſp. 16. qu. 5. ſub n. 15. fol. mihi 183.*

* * *

***Quæſt. 52.** Si monialis Confeſſarium in confeſſione ſollicitet, & ipſe conſentiat, an ſit denunciandus?*

1. NEgativè *Peyr. tom. 2. Privil. in conſtit. 4. Greg. XV. nu. 8. Lezana cit. loc. n. 34. in princ. & Tambur. ubi ſupra, num. 13.* quia prædicta Gregoriana ſolùm loquitur de Confeſſariis ſollicitantibus, & non de ſollicitatis.

***Quæſt. 53.** Si Confeſſarius, in confeſſionali ſedens, monialem ſollicitet ad turpia: Vera tamen, & ſimulata confeſſione excluſa, an ſit denunciandus?*

1. NEgat *Souſa, de Confeſſariis ſollicit. tr. 1. cap. 1. nu. 3. & in annotat. n. 13. & lib. 1. Aphor. cap. 34. n. 42. ad fin. Sancius in ſelectis diſp. 11. nu. 66. Trevas de confeſſ. ſollic. q. 15. n. 52. & q. 13. n. 30. Caſtrus Palaus, tom. 1. tr. 4. diſp. 9. punct. 8. n. 4. Lez. 1. p. cap. 19. n. 34. in fin. & nuper ſapientiſſimus Bordon. deciſ. 366. & 422.* & meritò, tum quia in caſu poſito nulla fit injuria Sacramento, cum ibi nulla ſit intentio vera; nec ficta peragendi Sacramentum, ut ſupponitur, ergo: tum etiam quia ad hoc, ut Confeſſarius det in pœnas dict. Bullæ Greg. requiritur, ut ſollicitatio fiat confeſſione vera, vel ſimulata, ut liquet ibi, *ſivè extra occaſionem Confeſſionis in confeſſionario, aut in loco quocumque, ubi confeſſiones Sacramentales audiantur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibi confeſſiones audire*, hæc ibi, quorum illa particula, *confeſſiones audire ſimulantes*, refertur ad omnia præcedentia, ut probat *text. cap. ſecundò requiris 41. de appellat. & cap. Inquiſitioni 61. eod. tit.* ergo utraque confeſſione ſublatâ, verâ ſcilicet, & ſimulatâ, non eſt dictæ Gregorianæ locus, tum item, quia non attenditur locus materialis, ſed formalis exercitii confeſſionis, realis ſcilicet, vel ſimulatæ, cum confeſſionarium, ſivè confeſſionale dicatur ab exercitio confeſſionum, quæ ibi fiunt, ergo ſimulatione ſublata, prædicta Gregoriana non procedit.

2. Tunc autem ſimulatur confeſſio, cùm Confeſſarius fœminæ dicit, finge te Cruce ſignare, genuflectere, Confiteor dicere, & pectus tundere, vel ſi ſuper caput ejus manum extendat, fingens abſolvere, & ſimilia: quandoquidem tunc ſimulatur confeſſio, quando fingitur aliquis actus, ſpectans ad confeſſionem; licet confeſſio non intendatur, ſed aliud, prætextu illorum ſignorum, quæ in confeſſionem referuntur: undè in ſimulatione neceſſarius eſt aliquis actus, ejus rei, quæ ſimulatur; aliter ſimulatio non eſt, ſi deſit relatio ad actum, nam unum fit ſeriò, quod eſt principaliter intentum; & aliud verè non fit, ſed fingitur & ſimulatur; ut aliud obtineatur; ut benè advertit *Bord. cit. loc.*

3. Neque his obſtat Doctiſſimus *P. Diana 4. p. moral. tract. 5. de confeſſ. ſollicit. reſolut. 38.* ubi contrarium tuetur, ſe fundans in quadam declaratione Sanctæ, & univerſalis Inquiſitionis Romanæ, facta feria 5. die 10. Julii 1614. ſub Paulo V. qua dictum fuit, ut in Sancto Officio procedatur contra Confeſſarios in confeſſionali loquentes cum mulieribus, de rebus inhoneſtis, extra occaſionem confeſſionis, quod decretum ibidem ipſe per extenſum refert, ſicut & *Souſa cit. loc. & Peyr. to. 2. in conſtit. 4. Greg. XV. §. 5. num. 15.* quia, ut benè advertunt *Freitas, Souſa, Sancius, & Caſtropalaus, ubi ſupra*, D. Gregorius Papa XV. in dict. conſtitutione declaravit dictum Decretum Pauli V. illudque reduxit ad caſum ſimulationis, cum ibidem de ſimulatione nihil diceretur, undè ſubjungunt, ambos Pontifices, Paulum V. ſcilicet, & Gregorium XV. circa caſum noſtrum, idem ſancire.

Digitized by Google

Quæſt. 54. *An Confeſſarius, per ſolam depoſitionem pœnitentis, aſſerentis ſe fuiſſe ſollicitatam, valeat conſtitui, carcerari, & torqueri?*

1. SUb anno Domini 1627. die verò 14. Februarii, fuit præſens dubium, in Sacra Congreg. univerſalis Inquiſitionis Romanæ negativè reſolutum, ſub hac forma verborum.

Mandat ſuprema Congregatio, quòd in delicto ſollicitationis ſacramentalis, pro dicto unius mulieris, non procedatur ad conſtituendum vel carcerandum prætenſum reum: ſed quòd tunc admoneatur eadem Sac. Congregatio, cum informatione qualitatis denunciantis & denunciati, à qua, &c.

2. Hinc fuerunt exaratæ plures litteræ ad Ordinarios locorum, & præcipuè ad Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Epiſcopum Fuligni, ſub tali tenore.

3. *Al Molto Illuſtre & Reverendiſſimo Monſignore il Veſcouo di Fuligno; intus verò, Molto Illuſtre, e Reverendiſſ. Signore. Accio più fundatamente ſi proceda contra li ſollecitanti in confeſſione, queſta ſuprema Congregatione ordina, che per il detto di vna ſola Donna, V. S. non venghi à coſtituire ò carcerare il pretēſo Reo, ſenza prima darne quà auiſo con la relatione della qualità della Donna, del denunciante, & denunciato; & all' hora ſe li ſcriuerà, ſe debba, ò nò procedere à coſtituirlo, & carcerarlo; tanto V. S. ſar à contenta di eſeguire, & il Sig. Iddio la conſerui. Roma li 17. di Luglio 1627. Affettionatiſſimo per ſeruirla. Il Cardinal Mellino*, & refert per extenſum *Ioan. Maria Novarius in ſua Lucerna Regul. ver. ſollicitantes, ſub n. 9. in fin. & Tambur. de Iur. Abbatiſſarum, diſp. 16. q. 5. n. 6. in fin.* Ubi dicit, quòd ad dictum unius mulieris non debet Confeſſarius carcerari, ut conſtat ex litteris Sacri Tribunalis Inquiſitionis Vicario Generali Archiepiſcopatus Genuenſis, quod item refert *Peyr. tom. 3. in addit. ad dictam Bullam Greg. XV. n. 4. c. 11. & Bordonus controver. 2. q. 19. n. 25.*

4. Undè hodie cadit illa Doctorum diſtinctio, qua dicunt, aut mulier denuncians Confeſſarium, eſt malæ famæ, & Confeſſarius bonæ; & tunc non creditur mulieri, quia præſumitur ex odio denunciaſſe; vel mulier eſt bonæ famæ, & Confeſſarius malæ: & tunc proceditur ad capturam Confeſſoris; etſi examinatus neget, torqueatur, quia hoc hodie judicare ſpectat ad ſupremum Tribunal. Sanctiſſimæ Inquiſitionis Romanæ, & non ad alios: quod æſtimo verum; etiamſi ultra prædictam denunciationem, concurrerent alia adminicula; cum de connexis & annexis, idem ſit judicium; licèt *D. Cæſar. Carena de Sancto Officio, p. 3. de indiciis & tortura, §. 8. de dicto ſocii criminis, à numero 33. ad 58. & Bordon. cit. loc. n. 26. aliàs videantur ſentire.*

Quæſt. 55. *Confeſſarius an poſſit ſuæ Concubinæ confeſſionem excipere, illamve validè abſolvere?*

1. REſpondeo affirmativè: loquendo tamen de jure communi, ſemoto ſcandalo, & excitatione deveniendi ad novum peccatum, vel loquendi de rebus inhoneſtis, ſecus autem: ducórque ex multis, tum quia Confeſſarius, per peccatum habitum cum muliere, non ſtatim privatur uſu poteſtatis audiendi, & dimittendi peccata, cum hoc in nullo Jure reperiatur expreſſum; nec ex eo, quòd ſit peccati vinculo adſtrictus; teſte *Conc. Trid. ſeſſ. 14. Can. 10.* ubi ſic ait, *ſi quis dixerit eos, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi & ſolvendi non habere, anathema ſit:* ad quod facit argumentum *l. qui juriſdictioni præeſt, ff. de juriſdict. omn. Iudic.* ut benè notat *Navar. conſil. 61. de Simonia in antiq. ad 8. quæſtionem n. 13.* tùm etiam, quia poteſt eſſe emendatus; ac proinde poteſt ritè, ac ſanctè Sacramentum adminiſtrare, *Suar. tom. 4. de Sacram. diſput. 27. ſect. 4. n. 19. in fin.* tum item, quia cum in dicta confeſſione concurrant omnia, quæ ſunt de eſſentia confeſſionis, ut puta, materia, forma, intentio, & juriſdictio, non eſt de ejus validitate dubitandum. *Sot. in 4. ſent. diſtin. 18. ar. 2. in fine, § at verò,* tum denique, quia ita docent omnes Canoniſtæ *in cap. omnis de pœnit. & remiſſ.* quos ſequitur *Noſter Sylv. ver. Confeſſor tertio. q. 5. n. 9. in fin. Ioan. Baptiſta Corrad. 1. p. reſponſ. caſuum conſcientiæ q. 4. Michael Zanardus in ſuo Directorio confeſſ. & Theol. p. 2. de Sacram. pœnit. cap. 28. Vgolinus de officio, & poteſtate Epiſc. cap. 15. x. 8. Sancius in ſuis ſelectis, diſp. 11. n. 16. §. è contra,* ubi dicit, quod Sacerdos hujuſmodi, non ſolùm non peccat, nec mortaliter, nec venialiter; immò aliquando poterit eſſe expediens concubinarium Confeſſorem excipere confeſſionem ſuæ concubinæ, ut ſi expediret fœminæ, apud alium Confeſſorem non infamari, vel quia vult fœmina citiùs à peccato liberari, aut quia ille, qui rem habuit cum ipſa, ſcit meliùs conſcientiam fœminæ ſcrutari: ſi tamen periculum non interveniret novi conſenſus carnalis, aut defectus doloris, & ſequitur *P. Diana, p. 5. moral. tract. 14. Miſcell. 2. reſolut. 100. cum ſua ſumma, ver. Confeſſar. quoad examen, n. 35. §. ſed an. Alphonſus de Leone de poteſtate Confeſſ. p. 2. recoll. 1. num. 306. & D. Bartol. à ſancto Fauſto, de confeſſ. lib. 4. q. 73. §. hinc, fol. mihi 225. in noviſſimis.*

2. Nec his nocet dicere, quòd ſicut Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum eo, cum quo commiſit ſimoniam, ita Confeſſarius non poteſt abſolvere eam, cum qua peccavit, tum quia antecedens hoc, non omnes admittunt, *Navar. cit. loc.* tum etiam, quia paritas non currit, nam Jus ſe declarat circa Simoniacos, *cap. ex inſinuatione, de Simonia, & cap. ex multis 1. q. 3.* ſecus autem quoad caſum, de quo agitur, *Vgolinus, & Syl. cit. loc.*

3. Neque his nocet *Fagundez, præcep. 2. lib. 4. cap. 3. n. 35.* dicens, eſſe mortale, Confeſſarium audire confeſſionem ſuæ concubinæ, quia ſe fundat *in cap. fin. 30. q. 1.* ubi non dicitur, quòd Confeſſarius non poteſt audire fœminam, cum qua peccavit, ſed quòd non debet: aliud enim eſt, non poſſe: & aliud non debere: & liquet ibi, *non debet Epiſcopus aut Præsbyter commiſceri cum mulieribus, quæ ei ſua fuerint confeſſa peccata, &c.* & additur, quòd prædictum Decretum relatum in dicto capitulo, fuit Cæleſtini, revocatum tamen per Bonif. VIII. in *cap. omnis de pœnit. & remiſſ. ut notant Sancius & Diana cit. loc.*

4. Dixi de Jure communi, nam de ſpeciali aliter dicendum eſt, quandoquidem in aliquibus Diœceſibus, Confeſſarii ſub pœna excommunicationis, vetantur audire confeſſionem talis complicis, *Adrianus apud Sotum cit. loc.* & in Civitate Mediolani, eſt de reſervatis, culpæ ſocium in confeſſione audire, eumque abſolvere *Bonac. tom. 1. de pœnit. Sacram. diſp. 5. q. 7. pun. 5. §. 5. n. 10. § ratio dubitandi eſt, & infrà, n. 12. & 13.* ubi dicit, pro reſervatione dicti caſus, Confeſſarium prohiberi, & impediri, quoad illam culpam, cujus aliquo modo particeps fuit; ſecus autem quoad alias.

5. In quibuſdam verò hi Confeſſarii ſuſpenduntur à confeſſionibus, eo ipſo, quòd quis peccat cum pœnitente, *Graff. de caſib. reſerv. lib. 2. cap. 12. n. 8.*

6. Verùm iſte modus puniendi hujuſmodi Confeſſarios, non poteſt placere, quia de facili poſſet eſſe periculum manifeſtationis criminis. Undè talis ſuſpenſio difficiliter obſervatur, quamobrem adduntur peccata peccatis.

7. Dixi *remoto ſcandalo & excitatione, &c.* nam ex quo concubina confitetur ſuo publico Concubinario, oritur ſcandalum in circumſtantibus, & maximè inter eos, qui ſciunt illam cum illo peccaſſe, & cum hujus ſcandali cauſa activa ſit pœnitens; utique committit peccatum mor-

Digitized by Google

mortale, *Sot. cit. loc.* quod non excitando, & in illo perſiſtendo, ponit obicem Sacramento, uſque ad abſolutionem incluſivè, etiamſi confiteatur, ſe in actu Confeſſionis multos ſcandalizaſſe, *Corrad. ubi ſupra*, ac proinde redditur indiſpoſitus: undè Confeſſio fit invalida, eamque tenetur reiterare; *Alphonſ. de Leone cit. loc. num.* 312.

8. Idem procedit, dum adeſt periculum incitationis ad malum; & hoc non obſtante, pœnitens vult illi confiteri; exponēdo ſe huic periculo, peccat mortaliter, in quo etiam, cum perſiſtat uſque ad abſolutionem, fit indiſpoſitus ad recipiendum dictum Sacramentum, & tenetur reiterare ut ſupra, quod multò magis habet locum, ſi in dicta confeſſione, ſe ſollicitaverint ad inhoneſta, vel de rebus obſcœnis locuti fuerint, ſimulantes confeſſionem; etenim talis Confeſſarius eſt denunciandus, & puniendus juxta terminos d. conſtit. Greg. XV. de ſollicitantibus, & pœnitens tenetur reiterare.

9. Quapropter ad evitandum tot pericula, & ne tollatur erubeſcentia, quæ eſt maxima pars pœnitentiæ, debet eam remittere ad alium Sacerdotem, cui tutè poſſit ſuam conſcientiam committere.

10. Et hæc eſt vera ſententia *D. Thom. quam tenuit in 4. ſent. diſt. 19. q. 1. de habentibus claves, quæſtiuncula 3. § ulterius videtur, quòd Sacerdos non poſſit ſuam ſubditam abſolvere*, ad cujus primum argumentum, ſic præcisè loquitur.

11. *Ad primum ergò dicendum, quod in tali caſu, nec ſacerdos deberet audire confeſſionem, cum qua peccavit, de illo peccato: ſed deberet ad alium dimittere: nec illa deberet ei confiteri, ſed deberet licentiam petere ad alium eundi, vel ad ſuperiorem recurrere, ſi ille licentiam denegaret, tum propter periculum, tum quia eſt minor verecundia: ſi tamen abſolveret abſolutum eſſet: quod enim Auguſtinus ait, quòd non debet eſſe in eodem crimine (ſupple ſacerdos, qui abſolvit) intelligendum eſt ſecundùm congruitatem, non autem ſecundùm neceſſitatem Sacramenti*: hæc ille, quæ repetuntur *in addit. ad 3. p. D. Thom. qu. 20. de pœnit. ar. 2. in reſponſ. ad primum.*

Quæſt. 56. Confeſſarius habens copulam cum ſua pœnitente, an teneatur in Confeſſione dictam circumſtantiam fateri?

1. GRavis eſt iſta quæſtio, & pendet ex illa, an ex Sacramento pœnitentiæ oriatur aliqua cognatio, ſive parentela, & affinitas ſpiritualis inter ipſum Confeſſarium, & confeſſum? nam ſi ſic, utique iſta copula, ex ſpecie fornicationis, tranſibit in ſpeciem inceſtus, aut adulterii, vel ſacrilegii, ac proindè confitenda juxta Decretum *Conc. Trid. cap. 5. de Confeſſione*, ibi, *colligitur præterea, etiam eas circumſtantias in confeſſione explicandas eſſe, quæ ſpeciem peccati mutant, &c.* ſi verò non, eſt confitenda ex conſilio, hoc eſt, ad melius eſſe, & ad tollendum ſcrupulum opinionum, nam viri timoratæ conſcientiæ, ne dum illas confitentur, quæ mutant ſpeciem peccati, confitentur; verùm etiam & illas, quæ nimis aggravant, de quarum numero extat iſta, de qua agitur.

2. Quòd autem ex Sacramento pœnitentiæ nulla pullulet ſpiritualis cognatio, eſt manifeſta deciſio, *cap. quamvis 3. de cognatione ſpirituali in 6.* ibi, *ex datione verò aliorum Sacramentorum, cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat, vel diſſolvat*, ubi *Gloſ. in ver. Sacramentum*, declarans, quænam ſint iſta alia Sacramenta, quæ non inferunt cognationem ſpiritualem, ſubjungit, *ſcilicet pœnitentia, Corporis Chriſti, extrema Unctionis, Ordinis, & Conjugii*, & aſſignans cauſam, ob quam, ex Sacramento baptiſmi, & confirmationis naſcitur dicta cognatio, & non ex aliis, ait; *quia renaſcimur in baptiſmo, & Chriſmatio illam confirmat; quod non eſt in aliis Sacramentis, & ideò per iſta ſpiritualis contrahitur compaternitas, & non per illa*; hæc illa.

3. Nec his nocet noſter *Petrus de Ledeſma de matrim. q. 55. ar. 3. dub. 5. & in ſum. de Sacr. pœnit. cap. 19.* dicens, quod Bonif. VIII. *in d. cap. quamvis*, non abſolutè dixit, cognationem ſpiritualem, non oriri ex Sacramento pœnitentiæ, ſed ſolùm ad effectum impediendi matrimonium, quapropter etſi cognatio ſpiritualis non contrahatur ad impediendum matrimonium; contrahetur tamen ad prohibendum concubitum, ſpeciali malitia inceſtus, & modo, quo plures authores ſentiunt, inceſtuoſum eſſe acceſſum ad affinem ultra ſecundum gradum, quando contracta eſt affinitas, licèt non impediat matrimonium ultra ſecundum gradum, ut decrevit *Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 4. de matrim.*

4. Tum quia iſte modus loquendi, eſt apertè contra textum, & Gloſſ. tum etiam, quia fallitur docens, quod ſit aliqua affinitas, & cognatio ſpiritualis, non potens conſtituere impedimentum ad matrimonium in affine; tum item, quia nec eſt verum, quod ex copula illa illicita ultra ſecundum gradum, reperitur malitia inceſtus, ſine impedimento ad matrimonium, ut tenent eruditiſſimi Doctores, & præcipuè *Gutier. lib. 1. quaſt. Canon. cap. 23. n. 3. Rodriquez in ſum. in 2. edit. cap.* 209. *n. 2. & ipſemet Ledeſma de matrim. q. 55. ar. 3. dub.* 5. ubi dicit, hanc ſententiam eſſe probabiliorem, *Sanchez de matrim. multis citatis lib. 7. diſput. 67. n. 8.* & opiparè Doctiſſimus *Sancius in ſelectis, q. 11. n. 3.* ubi eruditè advertit, quòd inimaginabile ſit, reperiri aliquam cognationem à jure poſitivo ortam, quæ in ordine ad impediendum matrimonium vires non habeat, & habeat in ordine ad inducendum inceſtum: quibus arridet *D. Thom. in 4. ſent. diſtin. 42. q. 1. ar. 2.* quo quærit, ex qua cauſa contrahatur ſpiritualis cognatio? ubi in reſponſione ad 8. ita loquitur.

5. *Ad octavum dicendum, quòd per Sacramentum pœnitentiæ non contrahitur propriè loquendo ſpiritualis cognatio, &c.* & in reſponſione ad nonum ſic ait, *ad nonum dicendum: quòd Pater ſpiritualis dicitur ad ſimilitudinem Patris carnalis: Pater autem carnalis, ut dicit Philoſophus in 8. Ethic. 5. tria dat; eſſe, nutrimentum, & inſtructionem: & ideo ſpiritualis Pater aliquis alicujus dicitur ratione alicujus horum trium: tamen ex hoc, quod eſt ſpiritualis Pater, non habet cognationem ſpiritualem, niſi conveniat cum Patre quantum ad generationem, per quam eſt eſſe: & ſic etiam poteſt ſolvi octavum, quod præceſſit*, hæc ibi, quæ etiam habentur in additis quæſtionibus *ad 1. p. q. 56. ar. 2. de impedimento matrim.*

6. Nec officiunt *Armilla, & Tabiena in ver. circumſtantia, n. 12.* dicentes, prædictam circumſtantiam eſſe de neceſſitate confitendam, ex quo S. Thom. 2. 2. *qu. 154. ar. 10. in reſponſione ad ſecundum*, eam ponit intra ſpeciem ſacrilegii, quia, ut patet legenti, ibi D. Thom. non loquitur ad caſum noſtrum, ſed ſupponendo cognationem ſpiritualem dicit, *quòd ſi aliquis abutatur perſona conjuncta ſibi ſecundùm ſpiritualem cognationem, committit ſacrilegium ad modum inceſtus, ſi autem abutatur Virgine Deo conſecrata, in quantum ſponſa Chriſti, eſt ſacrilegium per modum adulterii, &c.*

7. Nec nobis objicias verba *cap. omnes* 7. 30. *q.* 1. quod eſt ex Symmacho Papa, qui ait, *omnes, quos in pœnitentia accipimus, ita filii noſtri ſunt, ut in baptiſmate ſuſcepti: quapropter hoc ſcelus, ſi quis perpetraverit, non ſolùm dignitatis honorem amittat, verùm etiam uſque ad exitum vitæ ſuæ jugi pœnitentiæ ſe ſubdat*, hæc ille, & Cæleſtinus Papa ibidem ſubjungit; *ſi quis Sacerdos cum filia ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat ſe grave adulterium commiſiſſe, &c.* & in ſubſequenti *cap.* 10. *ſubnectit, non debet Epiſcopus, aut Presbyter commiſceri cum mulieribus, quæ ei fuerint confeſſæ peccata, ſi fortè (quod abſit) hoc contigerit, ſic pœniteat, quomodo de filia ſpirituali Epiſcopus quindecim annos, & Pres-*

Digitized by Google

Presbyter duodecim, & deponatur: ſi tamen in conſcientiam populi devenerit, hæc ibi.

8. Tum quia prædicti Pontifices, in citatis locis, per quamdam metaphoram, & largo vocabulo, vocant pœnitentem, filiam ſpiritualem; tum quia jura immediatè allegata, non notant omnimodam ſimilitudinem inter Sacramentum Baptiſmi, & Pœnitentiæ, ut advertit *Gloſ. in d. cap. omnes, in ver. ut & ipſi*, & patet, quia filius Sacerdotis poteſt licitè eam ducere, quam Pater recepit in pœnitentia; ſecus autem eam, quam immerſit in baptiſmo, tum etiam, quia ſi ego te ſuſcipio ad pœnitentiam, non ideo parentes tui mihi; Compatres erunt, ſecus autem occurrit in baptiſmo; tum denique, quia etiam contendentes ex Sacramento pœnitentiæ, pullulare cognationem ſpiritualem inter confeſſum, & Confeſſorem, non poſſunt negare, quin dicta jura, quoad hoc, fuerint correcta per Bonif. VIII. *in d. cap. quamvis de cognat. ſpirituali in 6.* ibi, *ex datione verò aliorum Sacramentorum, cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, &c.* cum certiſſimum ſit, librum ſextum Decretalium, eſſe poſteriorum, & ſubſequentem ad librum decretalium: lex enim poſterior corrigit priorem in eo, quod ſibi contradicit, & quamvis præallegata jura Decretalium Symmachi, & Cœleſtini Papæ, quoad ſpiritualem parentelam clarè non convincant, non poteſt tamen negari, quin convincant, quoad malitiam culpæ apprimè agravantem, quæ ut d. Confeſſariis evitetur, ob commune bonum, prædicta ſanxerunt, ut hujuſmodi Confeſſarii, ſaltem timore pœnæ, caveant à tam grandi peccato, de qua re, non te pigeat legere *Sancium, cit. loc. & P. Dianam*, 1. *p. moral. tr. 7. de circumſtantiis reſolut.* 12. & 5. *p. tract.* 14. *Miſcell. 2. reſolut.* 100. ubi multa habes notatu digniſſima.

Quæſt. 57. An Confeſſarius poſſit ſacramentaliter abſolvere monialem ſibi confitentem per litteras, vel denuncium?

1. RE ſpondeo negativè, & contrarium fateri, eſt error in fide, nam quod olim vertebatur in utrum; fuit à Clemen. VIII. ſub hac forma deciſum.

2. *Die 20. Junii, anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti 1602. in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico, in Monte Quirinali, coram S. D. N. D. Clemente, Divina providentia Papa VIII. propoſita quæſtione, utrum liceat per litteras, ſeu internuncium, Confeſſario abſenti, peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere, Sanctiſſimus Dominus Noſter, auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis Dominis Cardinalibus, contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus, maturè, ac diligenter conſiderata, hanc propoſitionem, ſcilicet, licere per litteras, ſeu internuncium Confeſſario abſente peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente, abſolutionem obtinere, ad minus, uti falſam, temerariam, & ſcandaloſam, damnavit, ac prohibuit, præcipitque, nè deinceps iſta propoſitio publicis, privatiſque lectionibus, concionibus, & congreſſibus doceatur: nevè unquam, tamquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quovis modo deducatur; quòd ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut etiam de ea diſputativè tractaverit; niſi forſitan impugnando, vel ad praxim directè, ſeu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrat, & à qua non poſſit, præterquam in articulo mortis ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Majori Pœnitentiario, niſi pro tempore exiſtente, Romano Pontifice abſolvi, aliis etiam pœnis arbitrio infligendis ſubjaceat. Quintilianus, Adrianus, Not. publicata fuit Romæ 21. Junii* 1602. & referunt; ut jacet *Laertius Cherubinus in ſuo novo Bullario, conſtit.* 86. *ejuſdem Papæ, Stephanus Quaranta in ſum. Bull. ver. Confeſſio Sacramentalis, fol. mihi* 201. *à tergo, P. Franciſcus Suar. in* 3. *p. D. Thom. tom.* 4. *de pœnit. diſput.* 19. *ſect.* 3. *ſub num.* 15. *Alphonſus de Leone* 1. *p. de officio, & poteſtate Confeſſarii, recollect.* 6. *nu.* 114. & *D. Barthol. à Sancto Fauſto, de pœnitentia lib.* 4. *qu.* 206 *in novis.*

3. Et ratio deciſionis potuit eſſe multiplex, & quidem prima deſumitur ex parte materiæ; nam cum hoc Sacramentum reperiatur inſtitutum à Chriſto Domino, per modum judicii, ſeu ſententiæ diffinitivæ; ante abſolutionem requirit perfectam cauſæ cognitionem peccatorum, & cum ſit judicium internum, & voluntarium, in quo ſola perſona pœnitentis habet vicem accuſatoris, teſtis & rei, ſe aliquo modo defendentis, & oſtendentis diſpoſitionem ſuam, per ſe, & ex natura rei, poſtulat præſentiam judicis, nam in abſentia non poteſt, ullo modo hujuſmodi notitiam cauſæ comparare, ut per bellè declaravit *Conc. Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de confeſſione*, ibi, *conſtat enim, ſacerdotes judicium hoc, incognita cauſa, exercere non potuiſſe, &c.* ergo de neceſſitate confeſſionis eſt, ut pœnitens ſacerdoti præſenti immediatè, & per ſe ipſum revelet peccata ſua, aliàs nulla erit ſacramentalis confeſſio.

4. Secundò deſumitur ex parte formæ, quæ conſiſtit in illis verbis, *ego te abſolvo, &c.* nam ly, *te*, demonſtrat præſentem perſonam, ſicut in conſecratione Euchariſtiæ ly *hoc*, demonſtrat contentum ſub præſenti hoſtia, quo fit, ut ſacerdos abſens nequeat panem in foro exiſtentem conſecrare, etiamſi per Angelum certificaretur ibi adeſſe, quia non eſt præſens, ut eruditè advertit *Emin. Caiet. in ſummula, ver. confeſſio* § *undecima ſecreta*, ubi exindè dicit, quòd non poteſt quis Sacramentum pœnitentiæ per Procuratorem ſuſcipere, nec per ſcripturam: ſicut non poteſt quis baptizari per Procuratorem, nec per ſcripturam.

5. Confirmatur, quia confeſſio, & abſolutio ſunt actus perſonales, ergo non ſunt delegabiles, ergo per internuncium, aut per Epiſtolam, exerceri non poſſunt, ut conſtat ex continuato uſu Eccleſiæ, & allatis exemplis, & ex uſu quotidiano, ut doctè advertit *Sotus in* 4. *ſent. diſtin.* 18. *qu.* 2. *ar.* 6. *ver. ſecundum membrum.*

6. Confirmatur denique, & magis declaratur, quia non quælibet narratio peccatorum commiſſorum facta ſacerdoti habenti poteſtatem, eſt ſufficiens ad reportandam abſolutionem ſacramentalem; ſed debet eſſe integra, & ſecreta, cum ſufficienti dolore, & diſpoſitione ad dictum Sacramentum ritè conficiendum, quod abſenti ſacerdoti non poteſt innoteſcere; nam pœnitens abſens, qui litteras dat, vel nuncium mittit, potuit factum retractare, mutare propoſitum confitendi: immò potuit de novo peccare, & præteritis peccatis novum addere, perinde non confitebitur integrè: immò nec ſecretè, dum mittens nuncium, non ſacerdoti confitetur, ſed internuncio; qui, ut teſtis miſſus, & non ut pœnitens ipſe confitetur, ergo.

7. Nec D. Thomas contrariam ſententiam tenuit, *in quolib.* 1. *ar.* 10. ut quidam putarunt, quia, ut ibidem eſt videre, non loquitur ad caſum noſtrum, ſed de non potentibus oretenus confiteri, quibus ait integrum eſſe confiteri ſcripto, vel nutibus, cum ex inſtitutione Eccleſiæ teneatur homo, qui poteſt, verbo confiteri: immò *in* 4. *ſent. diſtin.* 17. *q.* 3. *ar.* 4. *ad qu.* 3. *in corp.* ait, (*quòd confeſſio, quatenùs eſt pars ſacramenti, habet determinatum actum, ſicut, & alia ſacramenta habent determinatam materiam, & ſicut in baptiſmo ad ſignificandam interiorem ablutionem, aſſumitur illud elementum, cujus eſt maximus uſus in abluendo: ita in habitu ſacramentali ad manifeſtandum ordinatè aſſumitur ille actus, quo maximè conſuevimus manifeſtare, ſcilicet per proprium verbum: alii enim modi ſunt inducti in ſupplementum iſtius*, & in reſponſione ad primum

Digitized by Google

mum dicit,) *quòd ſicut in baptiſmo non ſufficit qualitercumque abluere, ſed per elementum determinatum, ita nec in pœnitentia ſufficit qualitercumque peccata manifeſtare, ſed oportet, ut quòd per actum determinatum, (ſupple ab Eccleſia) manifeſtentur*, ubi item ad tertium dicit, *quòd in abſentia proprii ſacerdotis, poteſt etiam laico fieri confeſſio, & ideò non oportet, quòd per ſcriptum fiat; quia plus pertinet ad neceſſitatem confeſſionis actus, quam ille, cui fit confeſſio*, hæc ille.

Ex quibus clarè patet, deciſionem prædictam adhibitam per Clem. VIII. fuiſſe expreſſam ſententiam S. Thomæ; quidquid alii dicant.

8. Neque his obſtat dicere, quòd matrimonium, quod eſt ſacramentum, poteſt per Epiſtolam, aut per Procuratorem fieri: quia matrimonium priùs fuit contractus humanus, & poſtmodum fuit per Chriſtum Dominum in ſacramentum elevatum, cùm ergo fit per Epiſtolam, vel per Procuratorem, non eò, quia ſacramentum; ſed quia contractus humanus, nec quidem perfectè, niſi de facie ad faciem, per contrahentes ratificetur.

9. Nec nobis objicias *cap. qualis* 4. 30. *qu.* 5. ubi dicitur, *quòd pœnitentia mulieris adulteræ, recipienda eſt per ſcripturam*, quia textus ille non facit ad rem noſtram; tum quia ibi non eſt ſermo de confeſſione ſacramentali; tum etiam, quia ut ibidem *Gloſ. in ver. per ſcripturam*, ait, *debet potiùs attendi cap. quem pænitet* .*diſtin.* 1. *de pœnitentia*, ubi ſtatuitur, quòd confeſſio ſacramentalis debet fieri immediatè, ibi, *docens corporali præſentia confitenda peccata , non per nuncium, non per ſcriptum manifeſtanda*: tum etiam; quia hodie ſumus in claris.

10. Verumtamen *P. Suar. cit. loc.* immediatè ſub dicto decreto ait, quòd in dicto decreto directè ſolùm videtur Pontifex prohibere, dicere aut docere, licitum eſſe, abſentem in aliquo caſu, vel id facere, & ibidem *diſput.* 21. *ſect.* 4. *n.* 10. *in fine*, ait, licere per litteras, aut internuntium abſenti confiteri; non autem abſolutionem obtinere ab abſente : quia putabat illud prius per ſe non eſſe damnatum à Pontifice; ſed quatenùs conjungitur cum poſteriore, fuit hæc expoſitio in ſpecie reprobata Sancta Sede, poſt obitum Clem. VIII. ſub tali ſerie verborum.

11. *Die* 14. *Junii* 1605. *propoſitâ causâ P. Franciſc. Suarez Jeſuitæ, & conſideratis his, quæ ſcripſit, tom* 4. *in* 3. *p. D. Thomæ, ſect.* 4. *diſput.* 21. *interpretando decretum fel. record. Clem. Papæ octavi, factum die* 20. *Junii, quo damnavit hanc propoſitionem, videlicet licere per litteras Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem petere; ac etiam maturè diſcuſſis, quæ idem P. Suarez adduxit in ſuam defenſionem ſuæ interpretationis, auditis votis Illuſtriſſimorum Dominorum, ſanctiſſimus decrevit, interpretationem non ſubſiſtere , & ideo amovendam eſſe ab ejus libris, juxta decreta aliàs facta à fel. record. Clem. VIII. de quibus in actis ſancti Officii.*

Item paulò poſt, eadem Sac. Congr. cenſuit, ut ſequitur, *die* 20. *Julii* 1605. *ex libris Franciſci Suarez Jeſuitæ, tom. ad par.* 3. *D. Thom. diſp.* 23. *ſect.* 1. *n.* 12. *amoveantur infraſcripta verba*; videlicet, *atque ex hac reſolutione, &c. uſque in abſentia Confeſſoris, idem P. Suarez corrigat ſuum librum, & antequam evulget, oſtendat huic Sac. Congr.*

12. Item poſtera die 18. Auguſti 1606. ſanctiſſimus decrevit, *ex tom.* 4. *P. Suar. Jeſuitæ in* 3. *p. D. Thom. diſp.* 21. *de confeſſione, ſect.* 4. ubi titulus eſt, *utrum de neceſſitate confeſſionis ſit, ut pœnitens ſacerdoti abſenti immediatè, & per ſe ipſum revelet peccata ſua, totam eſſe amovendam, nec aliam ejus loco ſubrogandam, &c.* quæ decreta per extenſum refert prædictus *à ſancto Fauſto, cit. loc.* & ante eum, *Petrus Fay Dominicanus de ſacramen. Pœnit. in dict. ad* 3. *p. D. Thom. q.* 9. *ar.* 3. *diſp.* 3. *ad quartum, & Franciſcus Coquetius Dominicanus diſp. de confeſſ. per litteras, cap.* 7. *n.* 11. *& Nugnus, tom.* 2 *in* 3. *p. D. Thom. q.* 9. *ar.* 3. *difficult.* 2. *ver. unde inſert fol. mihi* 333. *col.* 2. ubi ex multis oſtendit, prædictam interpretationem *P. Suar.* de ſenſu diviſo & complexivo, non poſſe ſubſiſtere, *Sylvius in* 3. *p. q* 9. *ar.* 3. *poſt concluſ.* 4. teſtatur ita declaraſſe Clem. VIII. Cardinali Bellarmino, & declaravit poſtea Sac. Congreg. ut ſupra, *Alvarez* 1. 2. *D. Thomæ q.* 19. *ar.* 6. *diſput.* 80. *per totam, & ſapientiſſimus Magiſter Sac. Palatii, Fr. Vincentius Candidus, tom.* 1. *ver. abſolutio, diſquiſit.* 3. *ar.* 15.

Quæſt. 58. *An Confeſſarius, prædictis decretis non obſtantibus, poſſit & valeat moribundum ſacramentaliter abſolvere, qui in ejus abſentia, Confeſſorem petiit, vel ſigna pœnitentiæ dedit, aliquo hoc teſtante?*

1. NEgativè *Reverendiſſimus P. Candidus to.* 1. *ver. abſolut. diſquiſit.* 3. *ar.* 15. *Alphon. de Leone tom.* 1. *de offic. & poteſtate, confeſſ. de recollect.* 6. *n.* 123. & moventur ex multis; tum quia ad hoc, ut quis ſit capax abſolutionis Sacramentalis, eſt ei ſimpliciter neceſſarium, ut aliquo modo, nutu ſcilicet, vel voce, in præſentia ſacerdotis ſua peccata confiteatur, ut patet ex rationibus ſupra allatis; tum etiam, quia confeſſio facta in abſentia judicis, non poteſt dici facta in judicio, ut Juriſtæ docent, ergo non ſufficit, quòd infirmus ante adventum ſacerdotis, ſua fuerit peccata confeſſus, vel ſigna contritionis dederit, cùm confeſſio ſit actus perſonalis, quo homo præſenti ſacerdoti confitetur, ut benè dixit *Sotus cit. loc. immediatè ſupra*; tum etiam, quia licèt infirmus ante adventum ſacerdotis, fuerit diſpoſitus, poteſt tamen poſtmodum mutari, & indiſpoſitus fieri; tum item, quia circumſtantes nequeunt judicare, an illa ſigna fuerint in ordine ad claves, vel ad alios humanos actus; tum item, quia ſacerdos ex d. decreto Clem. VIII. non poteſt abſolvere ſacramentaliter, niſi pœnitentem bene diſpoſitum; ſed eſt impoſſibile, quòd ſacerdos dum ad infirmum venit, cognoſcat illum eſſe diſpoſitum; ſi neque nutu, neque voce, ſua peccata exprimat; eò fortiùs, quia teſtes deponentes de voluntate infirmi, æſtimantur internuncii, per quos vetitum eſt ſacramentaliter confiteri.

2. Quibus denique accedit dictum decretum Sac. Congregat. latum ſub die 20. Julii 1605. quo cautum eſt, ut ex libris *P. Suarez tom.* 4. *ad* 3. *p. D. Thom. diſp.* 23. *ſect.* 1. *n.* 12. amoveantur infraſcripta, videlicet, *atque ex hac reſolutione, &c. uſque in abſentia Confeſſoris, &c.* quæ quippè verba amovenda, ut eſt videre apud *Suar. cit. loc.* ſub impreſſ. Lugduni 1608. expreſsè continent opinionem affirmativam, etenim ibi *P. Suarez ita loquitur.*

3. *Atque ex hac reſolutione (adjuncta alia ſuprapoſita, quòd Confeſſio in abſentia facta, poteſt ſufficere ad recipiendam abſolutionem in præſentia, interveniente ſufficiente teſtimonio) colligo, in caſu, in quo infirmus petit confeſſionem, & exhibet ſigna contritionis in abſentia Confeſſoris*, hæc ibi, ad quorum amotionem & abrogationem, auferenda ſunt ſubſequentia, *quòd ſcilicet ſi poſtea Confeſſor adveniat, & nihil aliud à pœnitente intelligere poſſit, debet abſolvere, quia juxta Juris Regulam, ſublato principali, cadit acceſſorium, ergo.*

4. Neque his obſtat *cap. is qui pœnitentiam* 8. 26. *q.* 6. ubi habentur hæc propria verba.

Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, ſi caſu, dum ad eum ſacerdos invitatus venit, oppreſſus in infirmitate obmutuerit, vel in phreneſim verſus fuerit , dent teſtimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam: & ſi continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchariſtia, &c. quia non loquitur de abſolutione ſacramentali à peccatis, ſed

de

Digitized by Google

de abſolutione à cenſuris; ſicut etiam, & intelligitur *cap. ægrotantes, diſtin. 4. de Conſecratione*, ut notat *Gloſſa d. cap. is qui, ver. pœnitentiam*, ubi ſubnectit, ſcilicet, abſolutionem; formam autem abſolutionis habes *extrav. de excomm. cap. à nobis 28. & ſequitur Navar. in ſum. cap. 26. n.* 27. in fine, ubi aſſignans differentiam inter abſolutionem à peccatis, & à cenſuris ait; *caveant, ne intendant abſolvere ſacramentaliter eos; qui ſibi nec nutu, vel ſigno peccata ſua ſunt confeſſi*, quod priùs docuit, *Magiſter Sot.* 4. *ſent. diſtin.* 18. *q.* 2. *ar.* 5. *§. difficultates*, ubi ad veritatem reſponſionis prædictæ, multos canones affert, & verba prædicti *cap. is qui*, extendit & expungit, & ſequitur *P. Candidus, ubi ſupra, dub. 3. in fine.*

5. Nec retunditur prædictorum reſponſio per ea, quæ dicit *P. Suarez in d. diſp. 21. ſect. 4. ſub n. 6.* quia hodie, ob prædicta decreta Sac. Congreg. non ſubſiſtunt.

6. Neque his obſtat *P. Diana, 3. p. tract. 3. reſolut. 4. in §. ſed ego*, ubi opinionem tenet affirmativam ſub prætextu, quòd ita ſentiat *D. Thom. in opuſculo 65. ſub tit. de ſacramento Unctionis in fine*, ubi ſic ait, *ſi autem infirmus, qui petit Unctionem, amiſit notitiam, vel loquelam, antequam ſacerdos veniat ad eum; nihilominùs unget eum ſacerdos: quia in tali caſu, debet etiam baptizari, & à peccatis abſolvi, ut extrav. de baptiſmo, & ejus efficacia, cap. majores*, hæc ille in meo Codice, Venetiis impreſſo de anno 1508. die verò 15. Januarii.

7. Quia D. Thomas in præcitato loco, loquitur relativè *ad extrav. cap. majores, de baptiſmo, & efficacia*, ut ipſemet teſtatur, in quo Capitulo nullum verbum reperitur de confeſſione ſacramentali, ſed tantùm de collatione ſacramenti Baptiſmi, ut liquet *in §. final.* ubi dicitur, *quòd amentes, vel dormientes baptizati, ſi ante dementiam, vel dormitionem, baptizari volebant, characterem ſuſcipiunt; aliàs ſecus*, ergo D. Thom. ubi ſupra, non eſt intelligendus de abſolutione ſacramentali, ſed de abſolutione à pœnis, & cenſuris; quia juxta prædictum decretum Clem. VIII. ad confeſſionem ſacramentalem, neceſſariò requiritur præſentia pœnitentis, tam in confeſſione, ſaltem annuendo circa peccata ſcripta, vel certiorata, quàm in abſolutione, ex quibus requiſitis, cum in caſu poſito deficiat primum, dicendum eſt, quòd opinio affirmativa, non remanet probabilis.

8. Nec nocet illa particula, *& à peccatis abſolvi*, quia ut doctè notat *Alphonſ. de Leone, cit. loc. num.* 132. non intelligitur culpa, ſed pœna, vel intelligenda venit de peccatis aliàs confeſſis: nam horum abſolutio non exigit, ut ſit ſacramentalis, etenim ad confeſſionem ſacramentalem requiritur materia certa, & ſpecialis, ut docent communiter Doctores.

9. Quibus adde, quod D. Thom. ſcripſit tranſeunter, & ante prædictum decretum Clem. VIII. ad inſtructionem ſimplicium ſacerdotum, ut ibidem in principio ipſemet S. Thom. atteſtatur; & non ad deciſionem rerum à ſe diſputatarum; ergo locus ille, uti tranſlativus, non debet attendi.

10. Nec prædictis adverſatur Rituale Romanum, editum juſſu Pauli Papæ V. *ſub tit. de ſacramento Pœnitentia, §. ordo adminiſtrandi Sacramentum pœnitentiæ*, ubi propè finem, hæc propria verba leguntur.

11. *Quod ſi inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquela ægro deficiat, nutibus & ſignis conetur, quoad ejus fieri poterit peccata pœnitentis cognoſcere, quibus utcumque vel in genere, vel in ſpecie cognitis, vel etiam ſi confitendi deſiderium ſive per ſe, ſive per alios oſtenderit, abſolvendus eſt*, quia ut ſcitè notat *Alphon. de Leone, cit. loc. num.* 124. verba dicti Ritualis intelligi debent de deſiderio confitendi, oſtenſo ab infirmo ſui compote, in præſentia Confeſſarii, licet per alios declarato, utpute, quia petiit abſolutionem, vel oſtendit ſigna contritionis in ordine ad ſacramentum Pœnitentiæ, per talia facta, & interciſa verba, aut per tales nutus, quæ ſacerdos ex ſe capere non valet; ad quod allegat, *l. ſciendum ff. qui ſatiſdare cogantur; authent. afferatur, C. de litis conteſtat.* ubi dicitur, quod lex nova loquens, recipit determinationem à lege veteri, ſed ità eſt, quod Rituale prædictum fuit editum ſubſequenter ad prædictum decretum Clemen. VIII. ergo.

12. Nec replices dicendo, quòd Confeſſarius ità abſolvendo nulli præjudicium infert; immo procurat magnum commodum tali pœnitenti, qui ſi eſt attritus de ſuis peccatis, per dictam abſolutionem fieri poteſt contritus, & primam gratiam accipere, quia juxta vulgatam Juris Regulam, *non ſunt facienda mala, ut veniant bona.*

13. Non reticeam tamen dicere, quòd *Martinus Bonac. de Pœnit. ſacram. diſp. 5. qu. 5. ſect. 2. §. 4. num. 10. in fin. Barthol. à ſancto Fauſto, de pœnit. lib. 4. q. 202. in novis, Jacobus Mancinus, practica quarta, in appendice poſthuma, dub. 2. Theſaurus de pœnis Eccleſiaſticis, 2. p. praxis, cap. ver. ſacramentum pœnitentiæ*, & alii plures, affirmativam tenent ſententiam, ducunturque ex eo, quod in tali caſu datur materia peccatorum, ſaltem in communi, fundata in voluntate, quam pœnitens manifeſtavit confeſſionem poſtulando, licet modò illam manifeſtare non poſſit: quam opinionem probabilem cenſeo; ſi tamen detur abſolutio ſub conditione illa, de præſenti; *ſi es capax, ego te abſolvo*; & aſtantes affirment infirmum confeſſionem petiiſſe: ſecus autem, excluſis teſtibus, & petitionis ſignis, cum omne ſacramentum conſtare debeat ex materia & forma, ut dictum eſt ſupra.

* * *

Digitized by Google

TRACTATVS XIV.

DE EREMITIS.

Quæſt. 1. *Eremita, undè dicatur, quid ſit, & quotuplex?*

1. UT à nomine exordiar, Eremita denominatur ab Eremo, quem colit, ut Deo commodiùs ſerviat: Eremus Græcè, Latinè deſertus, ſivè locus ſolitarius, & ab omni habitatore deſtitutus; undè juxta nomenclaturam, poteſt dici Eremi cultor, ſivè eremicola; aliquando dicitur Monachus græcè, latinè ſolus, ſicque denominatur à Monade, *Hier. Epiſtol.* 1. *ad Heliodorum, de laude vitæ ſolitariæ, & Epiſtol.* 13. *ad Paulinum,* & habetur expreſsè *in Can. ſi cupis* 5. *cauſ.* 16. *q.* 1. ibi *ſi cupis eſſe, quod diceris monachus, id eſt, ſolus, quid facis in urbibus, quæ utique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum,* hæc ibi, ubi *Gloſſa in verbo ſolorum,* ſubnectit; *id eſt, ſolitariorum*; & hoc ideò dicebat *S. Hieron.* quia nomina debent eſſe conſona rebus, *Inſtit. de Don. §. eſt, aliud, & ff. de Tut. l. p.* 21. *& egomet dico* 2. *p. praxis, t.* 1. *q.* 1.

2. Interdum dicitur Aſceta, ſive Aſcita, ab Aſciterio, ſeu Monochio; Aſciteria vocantur monaſteria in Codice Juſtiniani, *leg. Gener. de Sacroſ. Eccleſ. in Auth. verò de monachis,* vocatur heſycaſta, id eſt, qui eliens, ut liquet in *fin. §. cogitandum verò eſt.*

3. Quandoque vocatur exercitator, ſæpè verò Athleta, quem Monaſticæ Philoſophiæ Certatorem vocat *Iuſtin. in princ. d. §. cogitandum, quod nomen à re gymnaſtica ſumptum eſt,* hoc eſt, ab exercitio monaſticæ vitæ. Nam ſicut pueri, curſu, geſtu, pugnis, aliiſque modis ſeſe ad pugnandum exercent, ita Eremitæ, oratione, meditatione, corporis afflictione, labore manuum, jejunio, fletu, cilicio, aliiſque pietatis officiis, ſeſe exercent ad ſuperandum inſidias Diaboli, ejuſque inſultus infringendum: & de his loquitur *textus cap. qui verè* 16. *q.* 1. non autem de illis, qui latent in ſylvis, ad ſe eximendum à gabellis, & factionibus univerſitatis, vel ad ſpoliandum viatores, aut aggrediendum inimicos. Hi, namque nullo honore digni ſunt.

4. Horum autem genus generaliſſimum, *S. Hier. epiſt.* 22. *ad Euſtoch.* dividit in tria genera ſub alterna, ibi, *primum cœnobitæ, quod illi Sauſes, Gentili lingua vocant, nos in communi viventes poſſumus appellare; Secundum Anachoritæ qui ſoli habitant per deſerta, & ab eo, quod procul ab hominibus receſſerint, nuncupantur. Tertium genus eſt, quod Romoth. dicunt teterrimum, atque neglectum.* hæc ille.

5. Quod dictum examinans *Piammon. apud Caſſianum collat.* 18. *cap.* 4. illud tertium, quod Divus Hieron. nominat Romoth. ipſe Sarabaitarum appellat, & tepidum, & reprehenſibile, atque omnibus modis evitandum advertit; *& cap.* 7. *deterrimum, & infidele Monachorum dicit c.* 8. quarum genus monachorum addit nuper inventum, qui falsò Anachoretas emulati, excuſſo obedientiæ jugo, ut liberiùs vivant, ſolitariam vitam eligunt.

6. *S. Benedictus cap.* 1. *Regulæ, & cap.* 15. quatuor etiam facit genera monachorum, Cænobitas, ſcilicet, Anachoretas, Sarabaitas, & Gyrovagos; his autem quatuor generibus, duo alia genera adjecit *Iſidor. lib.* 2. *de divin. offic. cap.* 15. eorum ſcilicet genus, qui ſunt in monaſterio cum proprietate, & ſine obedientia, hoc eſt, qui vivunt in cœnobiis, retentis ſibi facultatibus, & qui non in omnibus obediunt ſuperioribus ſuis, & aliud eorum, qui recedunt à cœnobiis, & ſe transferunt in deſertum, ut liberiùs vivant, quos quidam circelliones vocant, quas diviſiones verbales, aut falſas, vel futiles exiſtimant *Emin. Bellar. t.* 2. *de monach. lib.* 2. *c.* 3. *ſapientiſ. Suar. t.* 4. *lib.* 1. *de variet. Relig. in gen. cap.* 2. *& eruditiſ. Ioſephus Gibalinus Ieſuita, de clauſ. regul. diſquiſ.* 3. *de Aſcitis.* & meritò, cum aliqua membra prædictorum, ſeſe mutuò includant, & inter ſe minimè differant. Nam Eremitæ, & Anachoretæ, ſola voce differunt, Romothitæ, & Sarabaitæ, & Gyrovagi, Cænobitæ ſunt: ſed deterrimè vivere in Monaſterio cum proprio, & ſine obedientia, non facit diverſum genus, condiſtinctum ab aliis, ſed eſt corruptio vitæ eremiticæ, quod quidam recedentes à Monaſterio, ſe conferant in Eremum, non ut ſanctiùs, ſed liberiùs vivant, non eſt genus diverſum, ſed relaxatio vitæ monaſticæ.

7. Quapropter, jure optimo, Doctorum auriga *D. Thom.* 2. 2. *q.* 188. *ar.* 1. *&* 2. *poſt S. Aug. lib.* 1. *de morib. Eccl.* formas, & genera Religioſorum, juxta diverſa charitatis opera, quibus homo poteſt vacare, explicat, & diſtinguit, ibi.

8. *Religionis ſtatus ordinatur ad perfectionem charitatis, quæ ſe extendit ad dilectionem Dei, & proximi, ad dilectionem Dei directè pertinet contemplativa vita, quæ ſoli Deo vacare deſiderat; ad dilectionem autem proximi, directè pertinet vita activa, quæ deſervit neceſſitatibus proximorum: & ſicut ex charitate diligitur proximus propter Deum, ita etiam, obſequium delatum in proximos, redundat in Deum, ſecundum illud Matth.* 25. *quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis,* &c. *& ar.* 3. ibi, *Convenienter Religio inſtitui poteſt ad opera vitæ activæ, ſecundum quod ordinatur ad utilitatem proximorum, & ad obſequium Dei, & conſervationem divini cultus,* &c.

9. Ex quibus benè infertur, ergo tria tantum ſunt genera Religionum, nec plura, nec pauciora. Unum earum, quæ profitentur vitam contemplativam ſolum; quod genus in multas ſpecies dividi poteſt, ſecundum varias Conſtitutiones, & Regulas, quas ſequuntur Carthuſiani, Ciſtercienſes, Camaldulenſes, Benedictini, Baſiliani, & ſimiles.

10. Alterum genus eſt earum Religionum, quæ profitentur vitam activam, quod item inter tot ſpecies dividitur, quot ſunt opera charitatis, ut patet de Ordinibus militaribus, templariis, hoſpitalariis, Fratribus Ioan. Dei, & aliis multis.

11. Tertium genus eſt earum, quæ profitentur utramque vitam, ſeu mixtam, quæ ſcilicet Deo vacant per contemplationem, & contemplata evomunt in ſalutem animarum, ut eſt Religio Prædicatorum, ac cæterorum mendicantium.

12. Quamobrem, ad quæſitum benè reſpondet *Auguſt. ubi ſup.* dicendo, quòd Eremitarum genus, dividitur in Anachoretas, & Cænobitas, & non in alias ſpecies: Anachoretæ hæbraicè, græcè, heſicaſtæ, latinè diſcedentes, & quieſcentes: & dicuntur ab eo, quòd procul ab hominibus ſoli recedentes, ſolitariam in deſertis vitam agunt, ut dixit *Hier. loc. cit.* & illi propriè dicuntur Anachoretæ, qui ſine certa habitatione, per deſerta vagantes, illic quieſcunt, ubi eis nocte ſcit, & orto jam Sole, ultra progredi-

Digitized by Google

grediuntur, nè viſeantur ab hominibus.

13. Hi originem trahunt à Sanctis Patribus, ut infra dico, & imitantur Chriſtum in eo, quòd ductus eſt in deſertum, *Matth. 4. & aſcendit in Montem orare ſolus*, *Matth. 14. & erat pernoctans in oratione Dei*, *Luca 6.* de quorum admirabili vita, & rara ſanctitate *S. Aug. & D. Th. l. cit. Nicol. Boer. in ſuo tract. de ſtatu, & vita Eremitarum n. 12. Rodor. t. 3. q. 49. art. 4. cum ſuo comp. reſolut. 61. & Ill. Ricciull. lucubrat. Eccleſ. lib. 3. c. 1. de Eremitis.*

17. Cænobitæ verò, & ſi communiter vivant, ex quo tamen vivunt in cænobiis ab Urbibus remotis, habentes cor unum, & animam unam, ſub eodem genere vitæ contemplativæ, cœperunt appellari, ut dictum eſt, Eremitæ, & Solitarii, licet largè, ut in *c. cum Monaſterium 13. de elect. & c. privilegium 4. de verb. ſignificat. in 6.* ibi, *loca ſecreta, & ſolitaria, quæ ab hominum ſeparata convictu, ſunt ad contemplandum, & Deo vacandum ſpecialiter deputata*, hæc ibi, & pluribus probat *S. Aug. Pſalm. 132.* examinans illa verba, *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in unum.*

15. Hi originem quoque trahunt à Chriſto Domino, qui Diſcipulos habuit in ſimul habitantes, & in communitate viventes; cum quibus in montem aſcendit, & docebat eos, *Matth. 5.*

16. Chriſtus enim habuit quoſdam diſcipulos vitæ activæ deditos, ut Martham, & alias mulieres, quæ ſibi alimenta præſtabant, de facultatibus ſuis.

17. Quoſdam verò contemplativæ, ut Beatiſſimam Virginem Matrem, & Mariam Magdalenam: quoſdam denique vitæ mixtæ, ut Apoſtolos, & hæc eſt vera, & adæquata diviſio vitæ eremiticæ, quæ præter hæc membra, aliud non admittit. Cum omnis vita, neceſſariò ſit ſolitaria, aut ſocialis; ſeu Anachoretica, aut Cænobitica, de quibus latè *D. Thom. 2. 2. q. 188. per tot.* & præcipuè *ar. 6. & 8. & D. Boer. cit. loc. n. 14. Venerabilis P. Suar. to. 4. de Relig. lib. 1. cap. 2. num. 2, & 3. & Ioſephus Gibalinus in d. tra. de clauſ. reg. diſquiſit. 3. §. 1. numer. 5.*

Q. 2. Romothitæ, & Sarabaitæ, qui nam ſint?

1. Reſpondeo, quod Romothitæ, Egyptio nomine, ſunt Cænobitæ, laxè, tamen, & improbè viventes, ut dictum eſt ſupra, quos *S. Hier. 17. d. Epiſt. 22. ad Euſtochium*, per hæc præciſa verba deſcribit, *qui bini, aut trini, nec multò plures ſimul habitant, ſuo arbitratu, ac ditione viventes, & de eo quod laboraverint, in medium partes conferunt, ut habeant alimenta communia, habitant autem quam plurimum in Vrbibus, & Caſtellis, & quaſi ars ſit ſancta, non vita; quidquid non vendiderint, maioris eſt pretii; non patiuntur ſe alicui eſſe ſubiectos, inter hos ſæpe ſunt iurgia: re vera ſolent certare ieiuniis, & rem ſecreta victoria faciunt, apud hos affectata ſunt omnia, laxæ manicæ, caligæ ſollicantes, veſtis craſſior, crebrà ſuſpiria, viſitatio Virginum, detractio Clericorum & ſi quando dies feſtus venerit ſaturantur ad vomitum, &c.* hæc ille, & hos non differre à Sarabaitis, fatetur *S. Bened. c. 1. Regulæ, & Iſidor. in d. lib. 2. de divin. officiis*: & in illis noxiam illam redivivam, quæ in principio naſcentis Eccleſiæ ortum habuit ab Anania, & Saphira, & per Petrum Apoſtolum ſucciſa eſt, affirmat *Piammon. apud Caſſianum. collat. 18. cap. 17.* quos item Renuitas appellat *Iſidor. cit. l.* ex eo quod jugum diſciplinæ regularis renuunt portare; & homines fictos, & perditos. ex multis oſtendit *Suar. in d. t. 4. lib. 1. c. 2. num. 6. de Relig.* & ſequuntur multi, quos allegat *P. Ioſephus Gibalinus, cit. loc. n. 8.*

2. Sarabaitæ verò coincidunt cum Gyrovagis *Bened. in d. c. 1. ſuæ regul.* hi namque ut dictum eſt, bini, aut trini hinc inde per Mundum diſcurrunt, & Provincias luſtrant in ſpiritu libertatis, & flagitiosè viventes, propriis voluptatibus ſerviunt, & gulæ illecebris indulgent.

3. Hos Circelliones vocant alii, quos Circumcelliones *S. Aug. Pſalm. 132.* contendit eſſe nominandos, ex eo, quod Circumcellas vagantur.

4. Hi ſe jactant Chriſtum imitari in eo, quod circuibat per Civitates, & Caſtella: eorum fraudes, & mendacia eo creverunt, ut etiam membra Martyrum fictitia vendicent, & circumferant, *Iſid. cit. loc. & S. Aug. de opere Monachorum.*

5. Quos item fugiendos eſſe, monet *Hier. in d. Epiſt. 22. ad Euſtochium* per hæc propria verba. *Sed ne tantùm videar diſputare de fœminis, viros quoque fuge, quos videris catenatos, quibus fœminei, contra Apoſtolum, crines, Hircorum barba nigrum pallium, & nudi in patientia frigoris pedes, hæc omnia argumenta ſunt Diaboli; talem olim Anthymum, talem nuper Sophronium Roma congemuit, qui poſtquam nobilium introierunt domos, & deceperunt, mulierculas oneratas peccatis, triſtitiam ſimulant, & quaſi longa ieiunia, furtivis noctium cibis protrahunt. Pudet dicere reliqua, nè videar potiùs invehi, quàm monere.* hæc ille.

6. Quos pariter reprehendit *D. Th. 2. 2. q. 186. ar. 5. ad 5.* ibi, *unde in collationibus Patrum (per Caſſianum ſcilicet collectis) deterrimum genus Monachorum, eſſe Sarabaitas: quia ſuas neceſſitates curantes, abſoluti à Seniorum iugo, habent libertatem agendi quidquid libitum fuerit, & tamen magis quàm hi qui in cœnobiis degunt, in operibus, diebus, ac noctibus conſumuntur*: hæc ille.

7. Contra hos errones, qui ſine cauſa vagantur, loquitur, *cap. qui verè, & cap. quidam monachi, 16. q. 1. & Conc. Nicæn. 2. cap. 12.* vetuit Epiſcopis, hos Gyrovagos recipere, aut in eorum diæceſibus retinere, *& Conc. Agatheſ. cap. 27. & 28.* ſtatuit, hos circumcelliones verberibus eliminari: quapropter immeritò *D. Nicol. Boer. in d. tr. de ſtatu, & vita Eremitarum, numer. 11. & Rodor. t. 3. qu. 49. art. 4.* hos vagabundos à probris vindicant, & inter Religioſos collocant.

Q. 3. Eſſeni ſunt nè Chriſtiani, an Iudæi?

1. Quòd Eſſeni fuerint viri Religioſi, teſtantur *Philo. l. de vita contemplativa Ioſeph. l. 18. de Antiquit. cap. 2. & lib. 2. de bello Iudaico, cap. 7. & Plinius l. 5. Hiſtor. cap. 17.* ibi, *ſine ulla fœmina, ſine pecunia, &c.*

2. An tales fuerint in novo, vel antiquo teſtamento, quæſtio eſt, *S. Hier. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, in Marc.* docet fuiſſe Chriſtianos, & ſequitur *Beda in præfatione in Marcum, & Caſſian. lib. 2. de inſtit. renunc. cap. 5.* & ante eos *Euſebius lib. 2. Hiſtor. cap. 5.* & moventur ex eo; quia ſi Eſſeni fuiſſent ante Chriſti adventum viri Religioſi, fieret de eis aliqua mentio in Evangelio, ſicut fit de Phariſæis, & Sadducæis: at nulla fit, ergo; & contendunt, non Eſſenos, ſed eſſeos, vel potiùs Jeſſeos, à Jeſu nomine, vocandos eſſe.

3. *Epiphan. autem hæreſ. 19.* ponit eos inter Judæos, qui ante Chriſtum fuerunt, *& hæreſ. 9.* affirmat,

Digitized by Google

mat, fuiſſe Sammaritanos, eoſque diſtinguit à Phariſæis, & Sadducæis, cui ſubſcribit *Cyrillus lib. 5. contra Iulian.* dicitque; fuiſſe diligentes in perſcrutandis Prophetis, ſed non fuiſſe Chriſtum ſequutos, proindè non fit eorum mentio in Evangelio.

4. Verùm hi poſſunt ad concordiam reduci, dicendo, quòd Eſſeni fuerunt in antiquo, & novo Teſtamento, & licèt tenuerint modum religioſæ vitæ, non tamen poſſunt dici Religioſi: tùm quia fortè fidem Chriſtianam non habuerunt; tùm etiam, quia ante Chriſtum natum, in lege veteri, vota Religionis non emittebantur, ut exigitur ad conſtituendum ſtatum religioſum, quod pluribus firmant *Baron. t. 1. Ann. 64. num. 6. & ſeq. Bellar. t. 2. de monachis, lib. 2. cap. 5. & venerabilis Suar. t. 3. de Relig. l. 3. cap. 1. nu. 11. 12. & 13.*

Quæſt. 4. Eremitæ an fuerint in antiquo Teſtamento, & in novo quando eſſe incœperunt?

1. HUjus deciſio pendet ex illa, an ante adventum Chriſti, fuerit in Eccleſia aliqua vera Religio, ſicut eſt hodie, & quidem ſtatum Religioſorum, ſub quo compræhenditur Eremiticus, per modum adumbrationis, & figuræ, fuiſſe in veteri lege, atteſtatur *D. Thom. 22. q. 186. ar. 6. §. ſed contra cum ſuo commen. Rodor. t. 1. q. 1. ar. 1. Miranda t. 1. ſui manual. qu. 3. ar. 2. & latè Suar. t. 3. de Relig. lib. 3. cap. 1. & 2.* quod pariter ex multis, & primò ex eo, quia in d. lege, ultrà Summos Pontifices, ſacerdotes, & levitas, reperiebantur Nazarei, & Recabiti, qui à communi populo diſtinguebantur, ut Religioſi à non Religioſis illius legis.

2. Illi autem viri, ſive fœminæ, vocabantur Nazarei, qui longas Cæſaries, ac intonſas comas deferentes ſe Deo dedicabant, eique ſub juramento promittebant perpetuò, vel ad tempus inſervire, prout expræſſè habetur *in 6. cap. numeri*, & patet de Samſone, *cap. 14. Iudicum*, & de Samuele, *l. 1. Reg. c. 6.* qui ambo fuerunt Nazarei perpetuò.

3. Nazarei hujuſmodi ad multa tenebantur. Primò ſe abſtinere à vino, & omni, quod inebriare poterat: item ab aceto, ab uvis, & ab omni alia potione, quæ ab uva exprimitur.

Secundò à capillorum tonſura, uſque ad completum diem conſecrationis.

Tertiò profitebantur intereſſe funeralibus mortuorum, etiam ſi forent eorum parentum, ne contaminarentur, hoc eſt, ne peccarent, etiam venialiter. Quartò peracto Nazareatus tempore, tenebantur radere capillos capitis ſui, illoſque ante oſtium templi comburere. Quintò, Deo ſacrificium offerre, ad præſcript[illegible] legis, ut eſt videre *in d. cap. 6. Numeri*, ubi amplè hæc omnia declarantur.

4. His ſimiles ſunt, & conreſpondent, quodammodo Religioſi novæ legis, cujuſcunque ſint ſtatus, cæteris autem paribus, ut notant *S. Gregor. Nazianz. in orat. pro laudibus S. Baſilii, & S. Gregor. Magnus, lib. 2. moral. cap. 39.* quos cæteri ſequuntur; quia ſicut illi ex inſpiratione divina movebantur ad amplectendum tale ſtatutum, ut dicitur *cap. 2. Amos, n. 19.* ibi, *ſuſcitavi de filiis veſtris in prophetas, & de iuvenibus veſtris Nazareos*; ita Religioſi hujus temporis, Dei inſtinctu moventur ad Religioſam vitam. Secundò, quia ſicut illi erant ſeparati à cœtu laicorum, habitatione, & victu, ità & iſti, ut cunctis patet. Tertiò iſti illis conreſpondent, quoad abſtinentiam, paupertatem, & frugalitatem. Quartò, illi ſe cavebant ab omni culpa, etiam levi, pariter iſti ſtudent abeſſe ab omni malo. Quintò, ſicut illi nutriebant capillos, ſic iſti cogitationes ſanctas, ſanctoſque affectus fovent, & nutriunt, & tandem ſicut illi, cum eorum ſacrificiis, Nazareatum deponebant, iſti cum morte ipſorum, Religioſam vitam finiunt, & concludunt.

5. Secundò prædicta concluſio mihi probatur ex *cap. 35. Ieremiæ*, ubi inſtitutum Rechabitarum à Domino laudatur, qui ex inſtitutione paterna, non bibebant vinum, non domum ædificabant, non ſerebant, non vineas plantabant, nec habebant; ſed in tabernaculis habitabant, omnibus diebus vitæ ſuæ, ut ibidem expreſsè habetur, quos ob rigidum modum vivendi, monachos appellabat *D. Hier. in Epiſtola ad Paulinum.*

6. Tertiò ex *cap. 17. Regum. 3.* ubi extenduntur prodigia Eliæ, & ex *cap. 1. & ſeq. Regum 4.* ubi Eliæ, & Eliſæi mira narrantur, hi utique fuerunt Gigantes Eremitarum, adeò, ut meritò à Chriſto Domino canonizentur *Lucæ 4.* & Eccleſia celebrat Miſſam de S. Elia, licet hucuſque vivat, & ſit in ſtatu merendi.

7. Quartò ex vita Prophetarum, quæ, proculdubio, Eremitica fuit, aſpera, & ſolitaria.

8. Quintò ex eo, quòd S. Joannes Baptiſta fugiens Civium turmas, petiit antra deſerti, ubi ob miram ſuam vitam, præ omnibus à Chriſto Domino, meruit honorari, *Matth. 11.* ibi, *amen dico vobis, non ſurrexit, inter natos mulierum, maior Ioanne Baptiſta*: Ergo id quod priùs, de quibus viſendus eſt omninò D. Thom. 22. *q. 188. ar. 7. & D. Reg. Tapia in auth. ver. ingreſſi monaſteria, cap. 1.* ubi luculenter omnia tangit.

9. Veruntamen Eremitæ, reſpectu novæ legis, incæperunt eſſe in Eccleſia paulùlum poſt primam perſecutionem ejuſdem; etenim ubi Chriſtus aſcendit in Cœlum, & Spiritus Sanctus venit ad nos, omnes baptizati erant, unanimiter perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus, erantque pares in omnibus, & per omnia, habebantque omnia communia; Poſſeſſiones, & ſubſtantias vendebant, & dividebant prætia omnibus, prout cuique opus erat, ponentes illa priùs ante pedes Apoſtolorum, erant quoque quotidie perdurantes unanimiter in Templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, habebant cor unum, & animam unam ad omnem plebem, ut liquet in actibus Apoſtolorum, *cap. 2. & cap. 4. in fin.* Ubi autem charitas cœpit frigeſcere, & iniquitas abundare; cœperunt multi perversè agere, & fraudulenter loqui, ut patet de Anania, & Saphira ſua uxore, qui, ob fraudem commiſſam, de repente expirarunt, juſſu Petri. Unde inſurrexerunt hæreſis Sabducæorum, perſecutio Apoſtolorum, mors Stephani, & carceres aliorum, adeò, ut omnes Chriſti Fideles, ob timorem diſperſi ſint per Regiones Judeæ, & Samariæ, præter Apoſtolos, ut dicitur in Actibus Apoſtolorum, *cap. 1. & 8.* ibi, *facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis.*

10. Hinc, cauſa declinandæ perſecutionis, & vitandi periculi animarum, cœperunt Cœnobitæ, Anachoretæ, ſeu Aſcetæ incluſi, & ſimiles, de quibus loquitur *Apoſtolus ad Hebreos cap. 11. n. 26.* ibi, *alii autem diſtenti ſunt, alii verò ludibria: & verbera experti, inſuper, & vincula, & carceres; Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt, circuierunt* in

Digitized by Google

in Melotis, in pellibus caprinis, agentes, anguſtiati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis, & in cavernis Terræ, &c.

11. Ex quibus bene infertur, ergo toto Cœlo falluntur Julianus Apoſtata, Arriani, Lutherani, & conſimiles hæretici, dicentes Religiones nuper incæpiſſe in Eccleſia, caſu, errore, ac prava imitatione quorundam; contra quos, poſt priſcos, eruditè diſcurrunt, *Rodor. Miranda, & Suar.* ubi ſupra, *Eminent. Rober. Bellar. Cardinalis, tr. 2. lib. 2. de Monachis c. 5. & Illuſtriſſ. D. Aug. Barboſa, de iure univer. Eccleſ. lib. 1. c. 41. n. 1.*

Q. 5. Vita Anachoretica, an ſit honoriſica, & laudabilis?

1. ET dico quòd ſic, ſive aſſumatur à Laicis immediatè à ſæculo recedentibus, ſive à Regularibus mediaté, poſt exercitium, ſcilicet vitæ Cœnobitica: dummodo debitè aſſumatur, hoc eſt poſt perfectionem vitæ jam aſſecutam; & eſt deciſio *cap. qui verè 16. q. 1. cap. cum ex eo, §. hoc tamen, de exceſſibus Prælat. in 6. & Auth. de Monachis §. cogitandum, & pluribus firmat D. Th. 22. q. 188. ar. 8. ib. Caiet. Turrecremata Cardinalis in d. cap. qui verè, nu. 2. Bellar. t. 2. de monachis lib. 2. c. 39. Suar. t. 4. de Relig. lib. 1. cap. 2. n. 4. Gibalinus de clauſura Regul. diſquiſ. 3. cap. 3. §. 4. de Anachoretis, n. 10. & 11. & D. Ricciull. lucubrat. Eccleſ. l. 3. c. 2. de Eremitis.*

2. Quæ quidem vitæ perfectio, poteſt à nobis dupliciter obtineri, unò modo, ex ſolo divino munere, ut patet de S. Joan. Baptiſta, qui fuit in utèro Matris ſuæ ſanctificatus, & de Beatis Paulo, Antonio, Benedicto, & aliis, qui ex abundanti gratia Spiritus Sancti recedentes à ſæculo, immediatè vitam Anachoreticam amplexi ſunt, nulla peracta vita Cœnobitica.

3. Alio modo haberi poteſt, per exercitium virtuoſi actus, ſecundùm illud *Pauli, ad hæbreos 5. n. 14.* ibi, *perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, & mali*, hæc ibi.

4. Unde D. *Hier. dicit ad Ruſticum Monachum, ſolitariam vitam comprehendimus minimè: quippè quàm ſæpe laudavimus, ſed de nido monaſteriorum huiuſmodi volumus egredi milites, quos Eremi rudimenta dura non terreant, qui ſpecimen converſationis ſuæ, multo tempore didicerunt*, hæc ille, & refert *S. Th. cit. loc. S. Aug. l. 1. de Moribus Eccleſ. cap. 3. Caſſian. collat. 10. cap. 3. & S. Benedictus, cap. 1. ſuæ Regulæ.*

5. Quapropter *Iſidor. l. 2. de offic. c. 15. ſub tit. de 3. genere monachorum*, dicit, uſum, & praxim priſcorum Patrum fuiſſe, ut cupientes vitam Eremiticam ſuſcipere, per viginti, vel triginta annos, priùs probarentur in Cœnobiis, & poſtea non niſi per electionem obedientiæ ad ſolitariam vitam tranſirent.

6. In Canone autem 41. *Trullano, & in 6. ſynod. Conſtantinop. in Can. nullam*, ſaltem quatuor anni, & Epiſcopi licentia, ad talem finem requiruntur.

7. Verùm ad præfatam vitæ perfectionem adipiſcendam, non poteſt dari certa Regula; cum habitus ſanctæ vitæ, ſit qualitas ſuperioris Ordinis, & ſublunari tempori minimè ſubjecta:

8. De laudibus vitæ ſolitariæ, vide S. *Aug. in lib. de operibus Monachorum, & noſtrum Vincentium Beluacenſem, t. 4. ſpeculi hiſtorialis, l. 14. cap. 82. q. 5.* ubi multa mira Eremitarum narrat.

* * *

Quæſt. 6. Vita Anachoretica, an fuerit Deo grata?

1. QUòd vita Anachoretarum ſemper fuerit Deo gratiſſima, pluribus probant *S. Thom. 22. q. 188. art. 8. Vinc. Beluacenſ. t. 4. ſpeculi hiſtorialis, l. 14. cap. 62. D. Boer. in tr. de ſtat. & vita Eremit. num. 12. Lud. Miranda, t. 1. Manual. Prælat. qu. 2. ar. 2. Cardinalis Bellar. t. 2. controv. de Monachis, lib. 2. cap. 39. de Eremitis, Suar, de Relig. t. 4. tit. de var. Relig. l. 1. c. 2. n. 4. & D. Ricciull. lucubrat. l. 3. c. 1. n. 5. de Eremit.*

2. Et primò teſtimonio Sacræ Scripturæ, quæ multis in locis apprimè laudat Eliam & Joannem Baptiſtam; qui, ob ſanctitatem, ſolitudinem, & vitæ aſperitatem, fuerunt Eremitarum Gigantes, & præcipue *in cap. 21. Regum, 3. & c. 1. Regum.* 4 ubi Elias, Zona pellicea accinctus, & pilis indutus, ſolitarie vivit, & in Monte Carmelo paſcitur à Corvis, in torrente Charith, facit ignem, & aquam de Cœlo deſcendere, operatur mirabilia, ſitque vitæ, & mortis Dominus, & tandem vivus transfertur in alta vireta, ibique Deum pro nobis jugiter præcatur.

3. *Et Luc.* 1. ubi Joannes Baptiſta, dicitur eſſe ſimilis Eliæ, ejuſque ſpiritum, & zelum habere, ibi, *præcedet ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ, & Matth.* 11. ubi item dicitur eſſe Angelus Dei, præcurſor Domini, & ſanctior Sanctis in ſolitudine, & vitę aſperitate, ibi, *ſed quid exiſtis videre? Prophetam? etiã dico vobis, & pluſquam Prophetam, hic eſt enim de quo ſcriptum eſt, ecce ego mitto Angelum meum, ante faciem tuam, ante te; amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum, major Ioanne Baptiſta*, hęc ibi.

4. Secundò ratione; nam vita ſolitaria debitè aſſumpta, eſt perfecta, ſit docet D. *Thom. ubi ſupra*: immò perfectiſſima; eſt enim finis, & faſtigium vitę Religioſę, quandoquidem pręſupponit perfectionem vitę religioſę aſſecutam, *Caiet. ibid.* unde *Hier. in Epiſt. ad Ruſticum, & Aug. l. 1. de moribus Eccleſiæ, cap. 3.* dicunt, quòd Eremus non affert perfectionem, ſed præſupponit, & aſſumitur, ut inſtrumentum, & medium aptiſſimum ad vacandum Dei contemplationi, ergo non poteſt, non eſſe grata Deo, & patet de Magdalena, *Luc.* 10.

5. Tertiò probant ab effectu; nam veteres Eremitæ, fuerunt viri perfectiſſimi, Deoque gratiſſimi, ut teſtantur tot eorum mirabilia, quę per extenſum narrant Athanaſius in vita Antonii, Hieronymus, in vita Pauli, & Hilarionis, & Vincen. Beluac. ubi ſupra, & quo nam modo, rogo, Paulus primus Eremita, potuiſſet in deſerto per ſexaginta annos paſci à Corvo, ſi Deo non fuiſſet gratus? & Antonius quomodo potuiſſet videre animam Pauli inter Angelos collocari, & in cœlum aſſumi, niſi fuiſſet Deo amicus? & quomodò ſol ſtetiſſet immobilis, juſſu Mutii Eremitę, ut dicitur in *lib. 1. Sanctorum Patrum, cap. 16.* ſi non eſſet homo Dei? aliaque ipſorum prodigia vide apud prędictos authores, & certò dices, *mirabilis Deus in ſanctis ſuis.*

6. Quartò, uſu, & praxi Eccleſię, quę in publicis Litaniis Sanctos Eremitas invocat, & appellat ad Deum depręcandum pro nobis, ibi, *omnes Sancti Monachi, & Eremitæ, orate pro nobis.*

7. Quintò, ex communi conſenſu Sanctorum, non enim reperitur aliquis ſanctus qui contrarium edocuerit, & ex aliis multis, ut *in præcit. author.*

8. Neque

Digitized by Google

8. Neque his obſtant Novatores hæretici dicentes, vitam prædictorum fuiſſe peccaminoſam, ex eo, quia receſſerunt à cœtu fidelium, contra charitatem, & contra illud *Pauli Hebreor.* 10. *n.* 29. ibi, *conſideremus invicem in provocationem charitatis, & bonorum operum, non deferentes collectionem noſtram*, hæc ibi.

9. Nam licet odire ſocietatem, ob humanum motivum, vel animi ſævitiam, ſit peccatum mortale: nihilominus prædicti Eremitæ, in abdita loca ſeceſſerunt, non ex odio humani generis, ſed cauſa vacandi puriori vitæ; & additur, quòd oratio, cui vacarunt D. Eremitæ, eſt magnum charitatis opus, à Deo præceptum, Deoque maximè gratum, ergo, ob Eremiticam vitam, non omninò defecerunt ab operibus charitatis.

10. Et additur, quod cætera opera charitatis, ſicut ſunt eleemoſyna, viſitatio infirmorum, conſilium, inſtructio, & ſimilia; non afficiunt homines privatos: niſi quando ſe offert occaſio, nam pœnes hoc Prælati diſtinguuntur à non Prælatis; qui illi, ex officio tenentur inquirere, an populi ſibi commiſſi, re aliqua egeant? hi autem non tenentur quærere, ſed ſolùm oblata occaſione præſtare, quod ſibi fieri deſiderant.

11. Perinde prædicti Eremitæ potuerunt in ſylvis latere, abſque ullo peccato, & ſecundum hoc, intelligenda veniunt allata verba Pauli; invehit enim contra eos, qui ex odio, vel livore invidiæ, recuſabant convenire in Eccleſiam: quia fortè non habebant honoratiorem locum, quem deſiderabant habere; ideoque ſeorſum, cum paucis, conventicula faciebant, prout notant *DD. in cit. loc. Pauli.*

12. Nec dices, vitam ſolitariam eſſe inutilem, infructiferam, & periculis plenam, proindè exoſam humanæ vitæ, quia licet hoc procedat in hominibus ordinariis, & non perfectis, fallit tamen in perfectis, qui ex ſpeciali Dei dono reguntur, hi enim valdè nimis nobis proſunt, ut patet de Moyſe, qui ſuis orationibus vinciebat manus Domini, *Exod.* 12. ibi, *dimitte me, ut iraſcar contra populum iſtum.*

13. Nec replices, dicendo, quod prædicti Eremitæ, ob nimiam vitæ aſperitatem, fuerunt ipſorum homicidæ, contra illud *Exodi* 20. *non occides, & Coloſſ.* 2. *habetur, honorem corpori, &c.* quia Eremitæ non fuerunt ſui homicidæ, Paulus enim vixit annos 113. Antonius 105. & cæteri omnes fuerunt apprimè ſenes, & ſenio mortui ſunt; *S. Hieron. l.* 2. *contra Iovinianum*, & colligitur ex collationibus Caſſiani, & libris de vita Sanctorum Patrum. Nec dicti Eremitæ ſubtrahebant vitæ neceſſaria ad mortem, nec affligebant ſua corpora, ſine utilitate, & neceſſitate, etenim ad ſuperandum inſidias diaboli, & ſubmittendum ſenſus rationi, utebantur Jejuniis, Ciliciis, & orationibus: & ità intelligenda ſunt allata verba Pauli, non autem de honore rationi diſſono, & Religioſæ vitæ contrario: cætera hæreticorum ſibila, & cuniculorum latratus, vide apud *D. Bellarm.* quia de re latè, ac eruditè loquitur.

14. Hinc mirum non eſt, ſi tot, tantique Romani Pontifices, Papatui ceſſerunt, ad Deo ſerviendum in deſerto, inter quos, mirificus fuit Cœleſtinus Papa V. qui ex cauſa humilitatis, melioris vitæ, & conſcientiæ illeſæ, Papatum, ad quem aſſumptus fuerat die 5. Julii 1294. ut in ſua *conſtit.* 1. *pag.* 136. *in Bull. Romano*, ſpontè depoſuit, die 12. Decembris ejuſdem anni, in publico Conciſtorio, ut ſcribit *Sur. in Hiſtor. S. Th. t.* 3. *die* 19. *Maij, cap.* 1. *& Platin. in vita Cœliſtini V. & Genebrand. in Chronolog. & refert Gonzal. ſuper* 8. *Regul. Cancell. in Proœm.* §. 5. *n.* 17. *& ſequitur Flav. Cherub. t.* 1. *comp. Bull. in conſtit.* 4. *Clem. V. Schol.* 1. ubi extendit præciſa verba d. Cœleſtini per quæ Papatui renunciavit.

Q. 7. *Vita ſolitaria, ſeu Anachoretica, an poſſit aſſumi à Religioſo profeſſo?*

1. Affirmativè dic: dummodò aſſumatur de licentia ſuperioris, ut probat *text. cap. cum ex eo unic. de exceſſibus Prælat. in* 6. ibi, *per hoc tamen eis, qui vitam duxerint Eremiticam ſeu ſolitariam, eligendam de maiorum ſuorum licentia, quin cellas, Manſiones, ſeu habitacula in Eremo, ſivè locis, ubi non ſit hominum habitatio de propinquo, poſſint acquirere, ac mutare, non intelligimus interdictum*, hæc ibi.

2. Verùm Prælati Regulares, ad quos ſpectat hanc licentiam concedere, plura debent advertere; primò, quod vita ſolitaria competit perfectis tantùm, & non aliis, ut pluribus firmat *S. Thom.* 22. *q.* 188. *ar.* 8. Secundò, quod iſta vitæ perfectio, nec quidem poſt exercitium vitæ Cœnobiticæ, de facili comparatur; *ibidem Emin. Caiet.* Tertiò quod vita ſolitaria eſt periculis plena, inſidiis diaboli obnoxia, & ſæpe ſcandaloſa, etiam ſi aſſumatur in eadem domo, ut expreſsè, dicitur in *cap. in omnibus* 24. *diſtin.* 81. *cap. illud* 15. 7. *q.* 1. *& cap. Monachi* 2. *de ſtatu Monachorum.* Quartò, quod non eſt credendum unicuique ſpiritui moventi ad vitam ſolitariam; Angelus enim Sathanæ ſæpe ſe transfigurat in Angelum lucis.

3. Nec his obſtat dicere, quòd Religioſus poteſt in arctiorem Religionem tranſire, ſine obtenta licentia ſui Superioris, ergo pariter poteſt Eremiticam vitam aſſumere: quia, ut dicit *Suar. t.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 15. fallit conſequentia, tùm quia tranſitus prædictus in arctiorem Religionem reperitur approbatus ab Eccleſia, non autem iſte, de quo agitur; tum etiam, quia ibi mutatur ſtatus in perfectiorem, quæ exceptio fuit tacitè incluſa in priori profeſſione, & ſic non itur contra illam; tum item (ipſe dico,) quia antecedens eſt falſum; nullus enim tranſitus hodie poteſt fieri, ſine licentia Prælati. Undè Religioſus, ſi ſolitariam vitam aſſumeret ſine licentia Prælati, eſſet violator voti obedientiæ, valdè punibilis, etiam ſi diceret ſic peregiſſe ex inſtinctu Spiritus Sancti, prout probat *textus cap. Niſi cum pridem* 10. *de renunciatione*, ibi, *ſed dices, ſpiritus ubi vult ſpirat, & neſcis undè veniat, & quò vadat: & ideò non eſt, qui poſſit vias illius ſpiritus perſcrutari, qui verò ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, quoniam ubi Spiritus Dei, ibi libertas, quare ſi cedendi tibi licentia data ab homine non fuerit, nihilominus tamen cedes; quia data eſt tibi libertas cedendi à Deo, certè deſipis, ſi ſic ſapis; nam quomodo ſpiritu Dei agitur, qui contra Spiritum Dei agit? ſi enim vera ſunt, quæ præmiſimus, (immò quia indubitanter ſunt vera,) proculdubio contra Spiritum Dei agit, qui aliquid contra veritatem attentat, quoniam ipſe eſt ſpiritus veritatis: Porro ſi dicas, quod forſan alia eſt cauſa latens, propter quam cedendi voluntas tibi cœlitus inſpiratur, & nos ſi quidem reſpondemus, tu quomodo ſcis, quòd talis inſpiratio ſit cœleſtis nonnè recolis quid ille glorioſus Pontifex dixerit, cum cœpiſſet viribus corporis repentè deſtitui: Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem: fiat voluntas tua, illius exemplum ſecutus, qui dixit, cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, manere autem in carne neceſſarium eſt, propter vos, &c.* hæc

ibi, quæ omnia ſunt valde notanda à Prælatis, & ſubditis.

Q. 8. Vita ſolitaria Anachoretica, an poſſit aſſumi à fœminis?

1. ET dico quòd ſic, dummodo debitè aſſumatur, ut patet de S. Maria Magdalena, & S. Maria Ægyptiaca, & aliis, quæ cum laude nominantur in hiſtoriis, ſeu vitis Patrum, quandoquidem via conſiliorum, & perfectionis Chriſtianæ, fuit à Chriſto Domino æquè omnibus propoſita, nec apud eum eſt acceptio perſonarum; eſt. n. dives in omnes, qui invocant illum.

2. Dixi *dummodo, &c.* quia fœminæ, & præcipuè Virgines, non debent extra proprias domus vitam Eremiticam traducere, nec illam aſſumere, niſi poſt vitæ perfectionem aſſecutam, ut dictum eſt ſupra, & de licentia illorum, ad quos ſpectat. Delicto enim unius fœminæ, tota familia infamatur, eò fortiùs, quia hodie Eremitæ, ſeu Tertiariæ, ex Decretis Summ. Pontificum, prohibentur extra ſepta monialium in congregatione vivere, ut deciſum habes *in 4. p. tr. de ſororibus.*

3. Nec, ut Eremitæ, tolerantur propè Civitates habitare, ex decreto S. Congregat. *teſte Barboſ. in Collect. Bull. ver. Eremita*; nec quidem in propriis domibus poſſunt, ut libet habitum ſuſcipere: niſi ſervatis Decretis S. Congregationis extenſis *cit. loc. q. ultima.*

4. Et eſto, quòd illum aſſumant, de licentia ſuorum conſanguineorum, Prælati Religionis, aut Illuſtriſſimi Epiſcopi loci, non proinde efficiuntur perſonæ Religioſæ; unde non gaudent privilegio fori, nec Canonis, ſi quis ſuadente Diabolo, 17. *q.* 4. ut conſtat ex deciſis; ubi ſupra, *& infrà q.* 16. *&* 20. & pluribus firmat *Gloſa, cap. de viduis, ver. propriis, in fin.* nec quidem poſſunt dici propriè Eremitæ; etenim vita Eremitica, propriè dicta, excludit communem vitam, & omnem ſocietatem aliorum hominum, ut dictum eſt ſupra, de Anachoretis: ſed potiùs dicendæ ſunt fœminæ devotæ, piæ, & pœnitentes:

5. Neque his obſtat *d. c. de viduis* 8. *cauſ.* 27. *q.* 1. *cap. ex parte, il.* 2. *de converſione coniugatorum, & cap. inſinuante, qui Clerici, vel vovent* in quibus dicitur, quòd viduæ, & Virgines poſſunt velari in proprijs domibus, & effici perſonæ Religioſæ, &c. quia d. decreta receſſerunt ab Aulis, ex quo fuerunt per ſucceſſores Pontifices abrogata.

Q. 9. Eremita qua veſte uti debet?

1. ET quidem Eremitæ, qui in aliqua Religione approbata à S. Sede ſunt profeſſi, debent veſtiri ad præſcriptum ſuæ Regulæ, iſthæc enim qualitas Eremitica ſuperveniens perſonæ profeſſæ, non eximit eam ab obſervantia Regulæ, quam, etiam quoad ejus accidentalia, juravit obſervare: illi verò, qui nulla Religioſa profeſſione emiſſa, immediatè à ſæculo in ſpeluncas, ſe transferunt: debent ex humilitate uti vili amictu, qui ſit ſignum contemptus hujus ſæculi, & pœnitentię, quam intendunt proſequi, & aliis prædicare, ut patet de S. Helia, & de alijs, de quibus Apoſtolus, *Paulus ad Hebræos* 11. ait, *circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis*, & de Joanne Baptiſta, qui habebat veſtimentum de pilis Camelorum; & Zonam pelliceam circa lumbos ſuos, ut dicitur *Matth.* 3.

2. Dixi *ex humilitate*; nam habitus vilis, & incultus, eſt quoddam indifferens ſignum humani ſtatus: poteſt enim multipliciter aſſumi, nempe ex humilitate, levitate, neceſſitate, triſtitia animi, vel hypochriſia, ſecundum illud, *cavete ab his, qui veniunt ad vos in veſtimentis Ovium, intrinſecùs autem, ſunt lupi rapaces, & docet D. Thom.* 22. *q.* 187. *ar.* 6.

3. Quapropter Eremita, de quo eſt ſermo, ad evitandum prædicta, debet conſulere D. Epiſcopum loci, & ab eo habitum, & modum vivendi accipere, & de ejus licentia Eremum petere, nam ſecùs faciens, evidenter, oſtendit, quòd ipſe non ducitur ſpiritu Dei, ſed ut vivat in ſtatu libertatis, & æquivoco, qui reperitur à Jure reprobatus *in cap. ut Clerici* 3. *de Reg.* ibi, *qui ſe fingunt habitu, & nomine Monachos, & non ſunt, corrigantur*; ubi Gloſa, *in ver. fingunt*, de ſimulatione multa dicit.

Quæſt. 10. *Eremita quam vitam ducere debet in Eremo?*

1. GLoſa *in Can. qui verè*, 16. *q.* 1. *in ver. verè*, dicit, quòd non legit, qualem vitam habere debeant Eremitę in Eremo, verùm *Bar. in tr. de ſtat. & vita Eremit. nu.* 5. ait, quòd Eremitę in Eremo exiſtentes, debent ducere vitam ſub Regula B. Auguſtini, quem cenſeo loqui, de debito honeſtatis, non autem neceſſitatis; nam dum, non ſumus in certa Regula approbata à S. Papa, res eſt arbitraria, & ità de facto video practicari, nam quidam Eremitę, dicunt vivere vitam Pauli primi Eremitę, quidam S. Antonij, alij S. Pachomij, alij S. Benedicti, alij S. Romualdi, alij S. Brunonis, alij S. Baſilij, & alij S. Hieronymi, *Bellar. t.* 2. *controv. de Monachis, l.* 2. *c.* 3. *&* 4. & ego credo, prędictos omnes, ita vitam peragere ex gratia Dei, qui dividit ſingulis dona, prout vult; ſunt enim diviſiones gratiarum, ut dicebat Apoſtolus; idem dicendum eſt de ſororibus, ſi quæ hodie ſint ſolitariè viventes, nam mulieres, ut dictum eſt ſupra *q.* 8. ex Conſtit. Pij V. & Greg. XIII. prohibentur vivere extra clauſuram monaſterij, proindè nullatenus ſunt tolerandæ ab Epiſcopis locorum ordinarijs, prout Sac. Congregat. declaravit, & refert per extenſum *D. Barboſa in Collect. Bull. ver. eremit. num.* 1.

Q. 11. Eremita an poſſit mendicare, & de Eleemoſynis vivere?

1. POteſt utique Eremita mendicare, & vivere ex Eleemoſynis, ſi ex humilitate, aut neceſſitate, vel communi utilitate, mendicet, ſecùs ad otium fovendum, & lucrum captandum, prout copioſè, & apprimè eleganter docet *D. Th. in Opuſculo* 19. *cap.* 7. *contra impugnantes religionem, & peregregiè firmat.* 22. *q.* 187. *ar.* 5 tum quia mendicare eſt actus humilitatis, habet. n. ſibi conjunctam quandam abjectionem, per quam arrogantiæ, & humanæ gloriæ vitium curatur, ut expreſsè dicitur *in cap. cum ſi quis ſemel* 1. *de pœnit. diſtin.* 2. *ſeu. cauſ.* 33. *q.* 3. ibi, *exercitia verò humilitatis ſunt, ſi ſe vilioribus officijs ſubdat, & miniſterijs indignioribus tradat: ita namque arrogantia, & humanæ gloriæ vitium curari poterit*, hæc ibi.

2. Exercere autem actus, per quos vitia extirpantur, laudabile eſt, ergo, & patet de Chriſto Domino, qui non eſt dedignatus etiam in propria perſona mendicare, nam *Lucæ* 22. mendicavit locum, ubi Paſcha cum Diſcipulis celebraret, & *Lucæ* 19. mendicavit Aſellum ſuper quem venit in Jeruſalem, & *Lucæ* 1. legitur mendicaſſe victum à mulieri-

lieribus, quæ ſecum ibant, miniſtrantes eidem facultatibus ſuis & *Luca* 10. mendicavit à Zacchæo hoſpitium; & ſimilia loca non deſunt in novo Teſtamento, per quæ manifeſtè apparet, Chriſtum noſtrum Redemptorem verè mendicaſſe, at omnis Chriſti actio, noſtra fuit inſtructio, maximè circa humilitatem, patientiam, & paupertatem, ergo; tum etiam, quia omnis pauper, ſivè ſit voluntarius, ſivè neceſſarius, poteſt licitè mendicare, & oſtiatim quærere, ad habendum victui neceſſaria; & eſt deciſio *cap. Sacerdos* 9. *cauſ.* 1. *q.* 2. ibi, *Clerici quoque, quos pauperes, aut voluntas, aut nativitas fecit, cum perfectione virtutis, vitæ neceſſaria, ſivè in domib. ſuis, ſivè in Congregatione viventes, accipiant. quia ad ea accipienda non eos habendi ducit Cupiditas, ſed cogit vivendi neceſſitas*, hæc ibi.

3. Et patet de B. Arſenio, qui ut legitur in vitis Patrum, gratias egit de hoc, quòd neceſſitate cogente, oportuit eum, eleemoſynam petere; & de ſancto Alexio, qui, omnibus ſuis bonis, per Charitatem dimiſſis, gaudebat, etiam à ſervis ſuis eleemoſynas accepiſſe, *Divus Thom. loc. citat.* 22. ergo; tum denique quia mendicare ad communem utilitatem, nempè pro conſtruendo hoſpitali, vel ædificanda Eccleſia, aut pro maritandis pauperibus, Orphanis, & pupillis, opus pietatis eſt, & laude dignum, ut expreſsè dicitur in *d. cap. Sacerdos*, ibi, *non ſolum ſine cupiditate, ſed etiam cum laude pietatis accipit à populo diſpenſanda, & fideliter diſpenſat accepta; quia omnia ſua, aut parentibus reliquit, aut pauperibus diſtribuit, aut Eccleſiæ rebus adiunxit, & ſe in numero pauperum, paupertatis amore conſtituit; ità ut undè pauperibus ſubminiſtrat, indè, & ipſe tanquam pauper voluntarius vivat*, hæc ibi.

4. Proindè qui pauperes non recipit, vel deſpicit eos, qui fideliter Agapas, id eſt, convivia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei, illos convocant, anathema eſt, ut expreſsè deciditur *in c. ſi quis* 1. *diſtin.* 41. ubi hoſpitalitas extollitur, & pietas erga pauperes, valde laudatur.

5. Neque his obſtant ora ſibila Hæreticorum, etenim dejecta ſunt, & proculcata ab Angelo Eccleſiæ *D. Thom. ubi ſupra*.

6. Dixi *ſecus ad otium fovendum, & lucrum captandum*, quia mendicans ex cupiditate divitiarum, vel otioſi victus, quod impræſentiarum, idem eſt, ſi de facto pauper non ſit, & aliena ope non indigeat; peccat mortaliter, & tenetur mendicatum dare pauperibus; nàm ſic mendicans, fraudulenter petit, ſibique uſurpat Eleemoſynas, quæ de Jurè debentur verè indigentibus, & non fictè quærentibus, pro ut ex multis oſtendit *Eminent. Caiet. in d. loc. vigeſimo ſecundo*, ubi multa promit, ſuo ingenio digna.

Quæſt. 12. *Vita Eremitica, an ſit prior Cœnobitica?*

1. QUòd utraque vita fuerit ſemper in Eccleſia culta ab his, qui viam conſiliorum, & perfectionis complexi ſunt, non eſt qui dubitet; an verò una ab altera exorta ſit, quæſtio eſt non levis, nam Caſſianus, *Coll.* 18. *c.* 6. exiſtimat, Cœnobiticam, eſſe antiquiorem.

2. Alij verò è contra; ducunturque ex eo, quia ſanctus Antonius, qui fuit monaſteriorum fundator, & auctor, ſeceſſit in deſertum, poſt Paulum, qui fuit Eremitarum auctor, ut liquet ex Romano Breviario, in ejus feſto; ergo, ajunt ipſi, vita Cœnobitica fuit ſubſequens ad Anachoreticam, ſicut Ant. ad Paulum.

3. Verumtamen ſanctus Athanaſius in vita Antonij, *cap.* 3. non admittit, d. Sanctum Antonium fuiſſe fundatorem Monaſteriorum, ſed ampliatorem; undè dicit, quod ante Antonium, non erant in Ægypto, tam crebra Monaſteria; expende quæſo, ly *non erant crebra*, & dices, ergo aliqua præerant.

4. Præterea non eſt, qui ambigat, utram vitam fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutam, & Apoſtolos communiter vixiſſe, & à tempore Divi Marci erecta fuiſſe Monaſteria; ergo vita Cœnobitica mox inſtituta, cœpit exerceri in principio naſcẽtis Eccleſiæ, quod non poteſt dici de ſolitaria.

5. Præterea eſtò, quod Sancti Elias, Eliſæus, & Joan. Baptiſta fuerint ante Chriſtum, Eremitarum Principes, & fundatores, adhuc tamen, *Sanctus Hieron. in Epiſtol.* 4. *ad Ruſticum*, ait, quod Princeps Prophetarum Samuel, primò inſtituit Cœnobia Monachorum, quod pluribus firmat *Genebr. in Chronol. & in Hiſtor. lib.* 1. *c.* 10. ergo Cœnobitica præceſſit Anachoreticam; Samuel enim præceſſit omnes Prophetas.

6. *Emin. autem Cardinal. Baron. in anno* 328. *Suar. t.* 4. *de Relig. l.* 1. *cap.* 2. *n.* 19. *& Gibalinus, de clauſura Regulari, diſqu. ſit.* 3. §. 5. media via incedentes, ajunt, præfatas vitas eſſe in antiquitate pares, & pro varijs temporibus, Anachoretas fuiſſe Cœnobitarum auctores, & viceverſa.

7. Et quidem meritò, tum quia vita Anachoretica regulariter eſt aſſumenda poſt longum exercitium vitæ Cœnobiticæ, ut probat *textus cap. cum ex eo* 1. §. *pro hoc tamen, de exceſſibus Prælat. & D. Thom.* 22. *q.* 188. *a.* 8. *& Auth. de Monachis*, §. *cogitandum*, ergo præſupponit illam; tum etiam, quia oppoſitum docet praxis, reſpectu eorum, qui Religiones fundarunt, ut patet de ſancto Ant. Benedicto, Romualdo, Brunone, Franciſco de Aſſiſio, & de Paula, & alijs, qui poſt Chriſtum, ex Anachoreſi vita, tranſierunt in Cœnobiticam, ut patet de Elia, Eliſæo, & Joan. Baptiſta, qui priùs rigidè, & omninò ſolitariè, poſtmodum verò ſocialiter vixerunt, ut liquet in eorum Hiſtorijs, & vitis, undè benè dixit Gloſa in *cap. qui verè*, 16. *q.* 1. *& cap. ſi Clericatus, ver. conturbernium, ead. quæſt. & cauſa, quod vita Eremitica tranſit in Monachatum*; tum item, quia vita Eremitica latè dicta, quæ ſcilicet peragitur in proprijs domibus, aut Aſcellis, & Prædijs, procul ab urbibus diſtantibus, præcedit Anachoreticam preſsè dictam, & cœnobiticam; tum denique, quia vita Eremitica interdum diſponit ad Cœnobiticam; aliquando verò perficit illam, ergo utra fuit, nunc Mater, nunc Filia, in diverſo tamen tempore & genere cauſæ.

Quæſt. 13. *Vita Eremitica, an ſit perfectior Cœnobitica?*

1. SUb diſtinctione reſolvo quæſitum, aut loquimur de vita contemplativa, privatim aſſumpta ante viam ſocialem, ſine ſpeciali dono Spiritus Sancti; & ſic dico, quòd non; ducorque ex multis. Primò, quia vita hujuſmodi, eſt periculoſiſſima, ut dicitur *Eccleſ.* 4. & firmat *Sanctus Hieronymus in Epiſt. ad Ruſticum Monachum, & Sanctus Thom.* 22. *q.* 188. *ar.* 8. *in fine Corporis*. Secundò, quia non cadit ſub præcepto. Tertiò, quia caret voto obedientiæ, quod eſt omnino optimum. Quartò, quia eſt facilis mutationis poteſt. n. Eremita, ut libet, in Monachatum tranſire, ut dixit *Gloſa in c. ſcripſit*, 27. *q.* 2. undè non poteſt dici Religioſa, nec quidem largè, ut infrà, dico, *q.* 20.

2. Dixi

Digitized by Google

2. Dixi *ſiene ſpeciali dono Spiritus Sancti*; quia ſi eſſet aſſumpta ex ſpeciali munere Dei, teſte D. Thoma.*cit.loc.* foret utique perfectiſſima.

3. Aut loquimur de vita ſolitaria, poſt Monachatum ſuſcepta, & ſic ſubdividitur; aut ſumitur antè vitæ perfectionem adeptam, & ſic, nedum eſt inferior Cœnobitica, verùm etiam, multis modis imperfecta, & periculis expoſita, *S. Thom. cit.loc.*

4. Aut ſumitur poſt vitæ perfectionem aſſecutam, & ſic vita Anachoretica, eſt perfectior Cœnobitica, ut probat *textus Authoris de Monachis*, §. *cogitandum verò eſt*, ibi, *quidam eorum in contemplatione, & perfectione degentes, vitam remotam habeant in hoſpitio, (quos vocare Anachoretas, id eſt, diſcedentes, & Haſicaſtas, id eſt, quieſcentes, conſueverunt, tanquam à Communione ad meliores exceptos,) alioquin alios,&c.*& *D. Thom. cit. loc.* ex eo, quia vita ſolitaria ſic ſuſcepta, comparatur ad Cœnobiticam, ſicut finis ad medium, & terminus viæ, ad ipſam viam. Terminus n. ex ſuo genere, & perfectior via, per quam habetur terminus; & finis, eſt potior medijs ad finem, ut ibidem declarat *S.Thom.*

5. Quapropter vita contemplativa privata, non eſt abſolutè, & omnibus modis vita ſociali perfectior; ſed limitatè, & preciſè ſumpta, quatenus, ſcilicet, in eodem genere vitæ contemplativæ, eſt terminus vitæ ſocialis, ut dictum eſt, & aptior ad actualem Dei contemplationem, quæ Dei contemplatio, præciſè ſumpta, eſt Hiærarchica, prima, & principalis, & conſequenter melior, & perfectior omni alia, cum ſit prima pars charitatis.

6. Verùm eadem vita contemplativa ſic accepta, ſi contemplata evomat in proximi utilitatem, erit utique perfectior ſe ipſa, in pura, & ſola contemplatione exiſtente, ut ex multis oſtendit *idem D.Thom. in dicta q.* 188. *ar.* 6. & eſt deciſio, *cap. niſi cum pridem, de renunciatione*, ubi reprehenditur quidam Epiſcopus, qui propter otium contemplationis, recuſabat munus Epiſcopi exercere, ibi, *ſcire debes, non eſſe te ſanctificato in utero ſanctiorem, (ſupple Ieremia,)* & ideo, (ibi ſubjungitur) *non oportet te prædicationis iam ſuſceptæ reſpuere Miniſterium*, hæc ibi, & colligitur ex illa geminata interrogatione Chriſti facta Petro; *Petre amas me? paſce oves meas, Deus enim Charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, ut dicitur Ioan.* 4. *& charitas eſt plenitudo legis, Corinth.*13.

7. Hinc Elias ab Anachoreſi montis Carmeli, ſeceſſit in medias turbas, ut ab errore errantes avocaſſet; Joannes, à Ripa Jordanis, ad prædicandum Baptiſmum pœnitentiæ ad proximi utilitatem, ſocietatem adire non recuſavit, & ſic de alijs, qui ſolitudine prætermiſſa, ad exercitium operum charitatis abierunt.

8. Ex quibus benè infertur, quamvis ergo vita ſolitaria ſit Cœnobitica, ut ſupra ſpeculativè perfectior, adhuc tamen, diù practicabilis non eſt, ſine ſpeciali munere Dei; etiam ſi fuerit aſſumpta à Regularibus, poſt longum exercitium vitæ ſocialis, nam id, quod ſolum, ſive ſolitarium eſt, debet eſſe ſibi per ſe ſufficiens, alioquin ſi neceſſarijs ſibi careat, ut ſubſiſtat, & vivat, cogitur ab Anachoreſi exire, & conſortium amplecti, ut cœterorum induſtria, & labore, poſſit adjuvari, & ſic deſinit eſſe ſolitarium, ut ſcitè notat *Divus Thom in d. ar.* 8. *in cor. & Caiet. ſubnectit, quis eſt iſte (ſupple ſemper per ſe ſibi ſufficiens?) & laudabimus eum.*

9. Undè *Suar, t.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 16. *in fin.* ait, quin etiam addo, regulariter item loquendo, etiam Religioſis viris, & in vitæ ſanctitate exercitatis, ſalubrius eſſe, in fratrum Congregatione, quam in ſolitudine verſari; quod prius docuit *Sanctus Baſil. ſerm.* 1. *de inſtitutis Monachorum*, & magis expreſsè in Regula, *interrogat.* 7. opiperè *Divus Thom. in d. art.* 8. ubi ex ſanctis Patribus, enumerat vitæ ſocialis utilitates & *Ill. Beluacenſis, tr.* 4. *ſpeculi hiſtorialis l.*14.*c.*82.*&* 93.

Quæſt. 14 *Vita Eremitica reperitur nè approbata à Sancta Sede?*

1. Affirmativè dic, ut conſtat ex multis, quandoquidem Congregatio Eremitarum Camaldulenſium, fuit inſtituta à ſancto Romualdo, anno Domini, 1030. ſub Regula ſancti Benedicti, ſic dicta ab inſigni Conventu Camalduli, in Provincia Tuſciæ, erecto ab eodem ſancto Romualdo, ut teſtantur, *Sanctus Antonius Archiepiſcopus Florentin. Ordinis Prædicatorum*, 2. *p. ſum. tit.* 15. §. 15. *Caſſan.* 4. *p. Catalogi gloriæ mundi, conſiderat.* 54. *Rodor. t.* 1. *q.* 3. *ar.* 7. *cum ſuo comp. reſol.* 123. *num.* 13. & fuit ab Alex. II. approbata, *conſtit.* 1. *incip. nulli*, 29. *Octobris* 1062. *Suar. t.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. & habet multas Congregationes, in unam unitas, Leo X. *Conſtit.* 2. *incip. etſi* 4. *non. Iul.* 1513. cum facultate condendi ſtatuta ad regimen ejuſdem, & poteſtate recipiendi fratres profeſſos, cujuſvis Ordinis, & Religionis, etiam Carthuſienſis, petita, licèt non obtenta licentia ſuperiorum, Eugenius IV. conſtit. 8. incip. *illa quæ, edita* 8. Kal. Decembris, 1475. & Gregor. *X*III. conſtit. 86. incip. *cum interna*. 7. Januarij, 1584. & fuit anno Domin 1520. reformata, ſeu excitata, & ſtrictior facta à Paulo Juſtiniano Patritio Veneto, qui à ſancta Sede impetravit, ubique gentium Camaldulenſem Ordinem dilatare, *Tambur. tr.* 1. *de Iur. Abbat. q.* 15. & vivit ſub uno Generali, & præſtat obedientiam ſuis legitimis ſuperioribus, & habet infinita privilegia ſibi conceſſa, & communicata à Gregor. XIII. conſtit. 18. incip. *Superna*, 12. Julij 1574. & à Greg. *XIV.* conſtit. incip. *officy noſtri*, die 3. Aug. 1594.

2. Et ejus unio fuit noviſſimè iterum confirmata per Urbanum VIII. ſua conſtit. incip. *ad futuram rei memoriam*, edita anno Domini 1626. *Novar. t.* 1. *de elect. & variat. fori, q.* 68. *num.* 2. *in fin. & in ſua Luc. Regul. ver. Camaldulentium Congregatio, & D. Auguſt. Barboſa in Collect. Bull. ver. Camaldulenſes, & ver. Eremitæ* 2. *& latè de Iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 21. *num* 46. *& D. Carolus Tapia in Author. ingreſſi, ver. Monaſteria, cap.* 40. ubi ſub *numero quarto* dicit, *quod horum Patrum vita, à Patribus Eremi Ægypti nihil defert*; & in fine ſubnectit, illud tamen dicere libet, quòd in hoc ordine reformatorum, antiquorum Patrum Eremi rigor, & Sanctitas inſpicitur, quibus adde, quod d. Patres hodiè quoad receptionem aliorum Religioſorum, tenentur obſervare decreta Sac. Congregationis & ſimilia, de quibus dico *in cap. de tranſeuntibus ex uno in alium ordinem.* 2. *p. tr.* 5.

3. Item Congreg. Eremitarum S. Auguſt. Ortum habuit ab eodem, qui Matris lacrymis commotus, & D. Ambroſij prædicatione, ad fidem converſus eſt, in Eremo propè Mediolanum, nigro indutus amictu, & pellis cingulo aſtrictus, ad differentiam Monachorum illius temporis, quoſdam clericos, in unum congregavit, quibus certum vivendi modum relinquens, in Patriam meavit, *Vinc. Beluacenſ. in hiſtorial. ſpeculo, lib.* 17. *c.* 46. *& S. Anton.* 3. *par. tit.* 24. §. 21.

4. Qui

Digitized by Google

4. Qui modus vivendi fuit approbatus à ſancta Sede, ante Conc. Lateranenſe celebratum ſub Innocentio III. anno Domini 1215. ut conſtat *ex cap. Religionum, de Relig. domib. in 6. §. ſanè*, ibi, *caterùm Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum Ordines, quorum inſtitutio dictum Concil. Generale praceßit, in ſolido ſtatu volumus permanere*, hæc ibi.

5. Et fuit auctus ab aliis multis, qui nomine, habitu, & Regula S. Auguſtini circumferebantur, ſub Innoc. IV. anno 1244. & Alex. IV. anno 1256. ut ex ejus conſtit. incip. *licet* 4. non. Maij ejuſdem anni 1256.

6. Et fuit deindè confirmatus à ſubſequentibus Pontificibus, ut in Bullis, quæ citantur in Comp. privil. Minorum, ver. *Ordo Eremitarum*, & extenduntur in Bull. Auguſtinian. edito, per P. Fratrem Laurentium de Empoli.

7. Et gaudet privilegijs conceſſis alijs Regularibus cujuſcumque ſtatus, & ordinis, Jul. II. conſtit. 18. incip. *etſi* 17. Junij 1508. *Rodor. t. 1. q 2. ar. 4. cum ſuo comp. Reſol. 123. num. 34. Tambur. t. 1. de Iur. Abbat. diſp. 17. q. 16. num. 17. Novar. t. 1. de elect. & variat. fori, q. 68. num. 2. & in Luc. Regul. ver. Eremita, n. 4. Barboſ. in Collect. Bull. ver. eod. n. 3.* & latè *de Iur. Eccl. lib. 1. c. 41. n. 88.*

8. Item Congregatio Eremitarum ſancti Hieronymi, dicitur ab eodem, qui poſt aſperrimam, in deſertis Ægypti vitæ pænitentiam, in Bethleem ſe contulit, ibique aſperiorem vitam agens, magnum inſtituit numerum Monachorum, ut ex noſtro, & Romano Breviario.

9. Et eſt duplex; una in Hiſpania, altera in Italia; illa Hiſpaniæ fuit inſtituta, ſeu reformata ſub Regula ſancti Auguſtini in patrocinio S. Hieronymi, à P. Petro Fernandez Nobili Caſtellano, & confirmata ab Urban. V. Pontifice Maximo, *Rodor. t. 1. q. 3. ar. 10. cum ſuo comp. reſolut.* 123. *num.* 16. & 17. *Ludov. Miranda, Manual. Prælat. q.* 4. *ar. 1. & opiperè D. Tapia in Auth. ingreßi ver. Monaſteria, cap. 25.* Iſthæc Italiæ, dicitur excitata, ſeu reſuſcitata à Beato Lupo Olmeto S. Hieronymi, & fuit ab Urban. VI. confirmata ſub anno 1380. & emittit vota Religionis, & gaudet privilegijs Regularium, *Suar. t. 4. de Relig. tr. 9. lib. 2. Barboſ. in coll. Bull. ver. Eremita, & luculenter de Iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 21. numer.* 144. & 147. *& Novar. t. 1. de elect. & variat fori q. 68. n. 2. & in ſua luc. Regul. ver. Eremit.*

10. His præfatis Congregationibus ſancti Auguſtini, additur Congreg. S. Mariæ de Coloreto, Provinciæ Calabriæ citra, quæ ortum habuit à venerabili P. Fratre Bernardo de Roblano, qui obijt cum opinione Sanctitatis, & fuit ſic dicta ab inſigni Conventu Coloreti, territorio terræ Morani, ab eodem ædificato, & fuit poſtmodum à Clemente VIII. confirmata, & à Paulo V. dicto Ordini ſancti Auguſtin. unita, ſalvis tamen manentibus, quibusdam ſtatutis per eundem Fundatorem editis, ut liquet in Brevi Apoſtolico dictæ unionis incip. *ad ea*. editio anno Domini 1606. die vero 27. Aprilis, anno primo ſui Pontificatus, qui aſſeruatur in d. Conventu Coloreti.

11. Nec non adduntur, & aliæ plures Eremitarum Congregationes, quæ utique reperiuntur confirmatæ à Romanis Pontificibus, & à nobis prætermittuntur, cauſa brevitatis, quam affectamus.

12. Dixi in principio hujus reſolutionis, *vel conſtat ex multis*, non dixi ex omnibus; quia non omnes Eremitæ ſunt in ſtatu approbato à ſancta Sede. Quidam n. ſunt in Eremo ex propria voluntate, nemine Authorizante, nullo ordine ſuſcepto, nulla Religionis profeſſione peracta, & nemini ſubmiſſi, qui more Sarabaitarum hinc inde diſcedunt, varia loca perambulant, ſceleratè vivunt, ſuntque Reipublicæ perniicioſiſſimi, quapropter, ut dictum eſt ſupra, non ſunt tolerandi ab Ordinarijs locorum, exceptis tamen Camaldulenſibus, & Eremitis prædictis S. Auguſtini, & à S. Sede confirmatis, prout Sac. Congreg. Epiſcop. & Regul. declaravit in una Catanien. 22. Junij 1582. & referunt *Barboſ. in Coll. Bull. ver. Eremit. 1. Novar. in Luc. Regul. ver. eod. n. 2. in fin. & Lez. 2. p. ſum. c. 7. n. 8.*

13. Nec dices, quod Principes Eremitarum, ut fuere Paulus, Anton. Machar. Hylarion. Arſenius, & alij commilitones, nemine authorizante; & ſine certo inſtituto, Sylvas, & ſpeluncas petierunt. *D. Regens Tapia in d. Auth. ingreßi, ver. Monaſteria, cap. 6. n. 1. & D. Ricciull. Arch. Conſentinus, lucubrat. Eccleſ. lib. 3. cap. 3. num. 1. §. ſecundus eſt, in fin.* Quia quicumque Spiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei, ut dixit Apoſtolus ad Romanos, *cap.* 8. *num.* 8. lex juſtis non eſt poſita, ſed injuſtis, ut idem *Apoſtolus ad Timotheum primo, num. 9.* volo dicere, quòd illi, ut cognitum eſt, ex fructibus eorum, in ſolitudines ſeceſſerunt ex impulſu ſpiritus Sancti, impulſus autem Spiritus Sancti, non ſubeſt communi legi, *D. Thom. 1. 2. q. 68. ar. 3.* quod his, de quibus agitur non poteſt adaptari; proindè quod à communi Jure exorbitat, non eſt in conſequentiam trahendum.

Quæſt. 15. Vita Eremitica, an poßit per Epiſcopum loci pro novo Ordine, & Eccleſiæ Regula approbari?

1. UT punctum difficultatis innoteſcat adverte, non poſſe de Religione dupliciter loqui; uno modo, quoad ejus eſſentiam, quæ in tribus votis conſiſtit, & hæc, licet per quamdam adumbrationem incœperit in lege veteri, fuit tamen inſtaurata, & perfectè inſtituta à Chriſto Domino in nova lege, undè dicitur eſſe de Jure Divino, ut egregiè docet *D. Thom. 2. 2. qu. 186. ar. 6. & 7. in reſpon. ad argumenta*, & pluribus firmat Emin. Card. Bellarmin *t. 2. controv. de Monachis. lib. 2. cap. 2. Rodor. t. 1. q. 1. ar. 1. cum ſuo com. reſolut.* 123. *Dud. Miranda t. 1. Manual. Prælat. q. 1. ar. 4. Sanch. l. 5. ad decal. cap. 1. num. 15. & egomet in 3. p. t. 9. & mediatè ſuprà. q. 4.*

2. Secundò loqui poſſumus de Religione, quoad ejus eſſentiæ ſolemnem determinationem, hoc eſt, quatenus ejus vota eſſentialia proponuntur communi populo obſervanda ſub hoc, vel illo determinato modo vivendi, ſub jurisdictione, & poteſtate alicujus determinati capitis, & hæc determinatio, & propoſitura, non eſt de Jure Divino, ſed humano, & Eccleſiaſtico, ut poſt tot lites nobis diffinivit Bonifacius VIII. & habetur expreſsè *in cap. unic. de voto, & voti Redemp. in 7.* ibi, *illud Religionis votum eſt ſolemne, quantùm ad dirimendum Matrimonium poſt contractum, quod ſolemnizatum fuerit per profeßionem expreſſam, vel tacitam factam alicui de Religionibus, per Sanctam Sedem approbatam*, hæc ibi; hinc rectè quæritur, utrum talis Ritus, & modus vivendi, valeat per Epiſcopum loci ordinarium, proponi, & intimari hominum univerſitati, pro norma, & Regula benè vivendi in S. Eccleſia.

3. Ad quod quæſitum negativè reſpondent *Emin. Cardin. Bellarmin. t. 2. controv. de Monachis, lib. 2. cap. 4. Suar. t. 3. de Relig. lib. 2. cap. 16. & 17. n. 8. & ſeq. Sanch. cit. loc. Rod. t. 3. q. 48. ar. 3. cũ ſuo cõp. reſol. 123. n. 4.*

Miranda

Miranda, t.1. Manual. prælat. q.3. ar. 6. Barboſ. p. 3. de off. & poteſtate Epiſc. allegat. 50. num. 47. & latè de Iure Eccleſ. lib.1. cap. 41. num. 203. Novar. in Luc. Regul. ver. Religio, & Laur. Peyr. t. 1. privil. Minim. in conſtit. Pyrrhi num. 2. quia novam Religionem inſtituere, eſt de reſervatis Papæ, & eſt deciſio Concilij Lateranenſ. celebrati ſub Innocent. quæ habetur in cap. *nè nimia q. de Religioſis domibus,* ibi, *nè nimia Religionum diverſitas gravem in Eccleſiam Dei confuſionem inducat, firmiter prohibemus, nè quis de cætero novam Religionem inveniat; ſed quicumque ad Religionem converti voluerit, unam de approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit Religioſam domum de novo fundare, Regulam, & inſtitutionem accipiat de approbatis*: hæc ibi, & fuit à Gregorio X. in Concilio Lugdunenſi repetita, & habetur *in cap. Religionum, de Relig. domib. in* 6. ibi, *repetita conſtitutione diſtrictiùs inhibentes, nè aliquis de cætero novum ordinem, aut Religionem adinveniat vel habitum novæ Religionis aſſumat*, hæc ibi, *ubi in* §. *confirmatos*, excommunicantur contrarium facientes; & à Joanne Papa 22. fuit ſub eadem pœna excommunicationis latæ ſententiæ confirmata in *extrau. Sancta Romana in* 6. *eod. tit.* ibi, *Sacris Canonibus eſt interdictum, nè aliquis novum ordinem, aut Religionem inveniat, vel habitum novæ Religionis aſſumat*, hæc ibi.

4. Exindè, ut alios prætermittam, Sixtus V. ſua conſtit. incip. *cum ſicut ad Aures noſtras*, edita Anno 1589. Fratrum Scalceatorum ſancti Franciſci inſtitutum abolevit, ex eo, quia, Sede Apoſtolica inconſulta reperiebatur introductum, ut conſtat ex d. conſtit. quæ *in t. 2. bull. Cherub.* eſt 99. inter Bullas ejusdem; & Urbanus VIII. ſua conſtit. incip. *Paſtoralis Romani Pontificis*, edita annò 1630. & eſt 110. inter Bullas ejusdem *in* 4. *t. Bull. Cherub.* ſuppreſſit Religionem Jeſuitiſſarum, ex quo, ſine Sedis Apoſtolicæ approbatione, reperiebatur erecta, & introducta in partibus Germaniæ; & meritò fuit ità ſancitum; quia ſicut Papa errare non poteſt in rebus fidei, & morum Eccleſiæ univerſalis, ut perdoctè ex multis oſtendit *Bannes, 2.2. q. 1. ar 8. dub.* 8. *M. Cano, de locis, lib.* 5. *cap.* 5. *ad finem Bellarm. t.1. contrab. lib.* 4. *de poteſtate ſpirituali Roman. Pontif. cap. 2. de certo Papæ Iudicio, & Eruditiſſimus noſter P. M. Frater Dominicus Grauina in* 4. *t. de Chriſto Paſtore.*

5. Ità non poteſt errare in confirmatione Religionum; cum hoc ad bonos mores totius Eccleſiæ pertineat, ut multis cit. docet *Doctiſſimus P. D. Angelus Maria Verricellus Theatinus in ſuis moral. tr.* 8. *Miſcell. q.* 24. *num.* 10. quandoquidem confirmare Regulam, nihil aliud eſt, quàm illam Chriſti Fidelibus proponere, ad ſe illi conformandum, pro certa remiſſione peccatorum: Regula enim dicta eſt ab eo, quòd rectè ducit, nec aliquando alіorſum trahit, vel ab eo, quòd regat, vel Normam rectè vivendi præbeat, vel quòd diſtortum, pravumque corrigat, ut dixit *Iſidor.* & expreſsè habetur in *cap. Regula, 3. diſtin.* & tunc dicitur inſtitui, & approbari, cùm publicatur, & communi populo proponitur, *D. Thom.* 1. 2. *q.* 90. *ar.* 4. & habetur *in cap. in iſtis, 4. diſtin. & egomet*, dico 1. *p. tr.* 2. *q.* 5.

6. Et talem Religionis inſtitutionem eſſe Eccleſiæ valde utilem, immò apprimè neceſſariam, pluribus firmat idem *S. Thom. in Opuſculo* 19. *contra impugnantes Religionem, cap.* 4. paulò ante ſolutionem argumentorum, ubi dicit, *quòd contrarium ſentientes, ſunt gratiæ Dei invidi, & peccant in Spiritum Sanctum, & poſſunt puniri juxta textum cap. Nulli fas ſit,* 25. *q.* 1.

7. Quapropter inſtituentes hodie novas Religiones, inconſulta ſancta Sede, videntur malè ſentire de poteſtate Rom. Pontif. & cenſuris; proindè puniendi ſunt in S. Officio, nèdum juxta terminos *d. cap. nulli fas ſit* 25. *q.* 1. ut Apoſtolicarum conſtitutionum violatores; verùm etiam, ut Hæretici, aut Hæreticorum fautores, juxta decretum Sac. Congregat. latum anno Domini 1556. die verò 16. Julij, quod refert *Novar. in ſua Luc. Regul. ver. Religio, in fin.* ſub hac forma verborum, *Prælibatus S. D. N. ratificavit capturam Ioann. Franciſci Raimundi Martin. Congregationis S. Pauli, & Barnabæ Civit. Mediolani, & commiſit Reverendiſſ. DD. Cardinalibus Inquiſitoribus Generalibus, ſivè R. D. Commiſſario, facultatem procedendi, ſeu procedi faciendi in futurum contra quacunque perſonas volentes inſtituere, ſeu inſtituentes novam Religionem, cuiusque ſtatus, gradus, & conditionis exſtant, & de contentis in titulo, ſivè titulis, de Religioſis domibus, & de conſtituentibus novam Religionem, Monaſteria, vel alia quæcunque loca pia, quòd poſſint dicti Reverendiſſimi Cardinales, ſeu dictus Reverendiſſimus Commiſſarius ea revidere, & corrigere, ac omnia, & ſingula in præmiſſis, quæ eis reſpectivè videbuntur Iuri conſona, &c.*

8. Neque his obſtat dicere, quod Illuſtriſſimus Pyrrhus Archiepiſcopus Conſentinus, ſua conſtitut. incip. *decet nos, &c.* edita ſub anno Domini, 1471. die verò ultim. Novembris, ſub Pontificatu Pauli II. ſancta Sede inconſulta, vitam Eremiticam ſancti Franciſci de Paula approbavit, inſtituit, & erexit in novum Ordinem Sanctæ Eccleſiæ. Quia prædictus D. Archiepiſcopus vel hoc fecit ex ratihabitione Papæ, aut ex expreſſa ejus licentia, vel dicendum; quod d. vitam Eremiticam ſancti Franciſci, non approbavit pro nova Religione Eccleſiæ, ſed pro privata Congregatione ſuæ Diœceſis, ut liquet ibidem, ubi nullum verbum reperitur, quod poſſet ad inſtitutionem novæ Religionis referri; & aliud eſt, privatam Congregationem erigere, & aliud novam Religionem in S. Eccleſia inſtituere, ut infra immediatè dico.

9. Nec mihi objicias verba §. 10. *conſtit.* ubi prædicto S. Franciſco fit facultas recipiendi vota Caſtitatis, Paupertatis, & obedientiæ, quia per illa verba, Sanctiſſimus Patriarcha Franciſcus, delegatur ad prædicta ab Archiepiſcopo præfato, uſque dum, non fuiſſet ad eadem delegatus à S. Papa, & conſequenter vota prædicta, recepta ab eodem Sancto, ante delegationem ſibi factam à Papa, non fuerunt ſolemnia, ſed ſimplicia, ceu illa, quæ tunc temporis, emittebantur in manibus Epiſcoporum; ſecùs foret loqui contra d. decreta Pontificia; quod totum magis patet ex his, quæ immediatè dico.

10. Et quamvis peritiſſimus *Laur. Peyr. t. 1. privil. Minim. in d. conſtit. Pyrrhi. n. 3. & 4.* dicat, conciliares conſtitutiones allatas, non extendi ad Epiſcopos, nec ab Epiſcopis tollere auctoritatem, Religiones confirmandi, & tempore d. Pyrrhi non fuiſſe in uſu.

11. Hoc tamen ejus dictum, mihi non placet, nec quidem, ob multa, poteſt placere. Primò, quia Epiſcopi ſunt plus diſtricti, quam cœteri ſubditi, ad obſervantiam Sac. Canonum, *c. nulli fas ſit,* 25. *q.* 1. ubi hæc præciſa verba leguntur.

12. *Nulli fas ſit, ſine ſtatus periculo, vel divinas conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis decreta temerare, &c.* & ibi, *ſiquidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur. & graviora facit vitia peccatorum, ſublimitas peccantium.* hæc ubi Gloſa in verbo *ſublimitas* ait, *quod crimen augetur per dignitatem.*

13. Se-

13. Secundò, quia ità expreſsè dicitur, *in cap. cum Eccleſiæ, de ætate, & qualitat. ordin in 6. Clemen.* ibi, *ipſi (ſupplè Epiſcopi Diœceſani) ex officio tenentur, ſtatuta canonica obſervare, & à ſuis ſubditis obſervari facere.*

14. Tertiò, quia ita fuit à Joanne 22. deciſum, in extrau. antiq. *cum Sancta Romana, de Religioſis domib. in 6.* ibi, *quidam autem eorum (ſupple fratricellorum) dictum habitum, & vivendi ritum à quibuſdam Epiſcopis, ſeu eorum ſuperioribus, vel aliis Eccleſiarum Prælatis, habuiſſe profitentur, quos, nec eis concedere licuit, contra formam Concilij Generalis,* hæc ibi, ubi *Gloſ. in ver. Concil. Generalis,* ſubnectit, non igitur licet Epiſcopis contra inhibitionem generalis Canonis facere, cum ſint aſtricti ad obſervantiam Canonum. Quartò, quia in d. conſtit. habentur validiſſimæ non obſtantiæ, per quas derogatur omnibus dignitatibus, Papa inferioribus.

15. Neque ſecundum ejus dictum arridet, quòd ſcilicet non fuerunt in uſu, tùm quia tot ſucceſſivè repetitæ conſtitutiones conciliares tollunt non uſum, abuſum, & contrarium uſum, ut dixi 1. *p. tr. 9.* tum etiam, quia non uſus præſupponit contrarium uſum, in aliquo particulari facto, quod poſt prædicta decreta non legitur eveniſſe, tùm denique, quia contrarium eſt dicendum à partibus benè enumeratis, nam certum eſt, ut ex multis oſtendit. *Bellarminus lib. ſecundo de Monachis cap. 4.* quòd pauperes de Lagduno, ſub anno Domini, circiter 1170. quemdam ordinem Religioſum inſtituerunt, plenum tamen multis Hæreſibus, & ſuperſtitionibus, ob quas, à Lucio III. Alexandri III. ſucceſſore, ſuppreſſus, & abrogatus fuit, ſub anno 1206. circiter. S. Franciſcus de Aſſiſio, & ſanctus Dominicus, inſtituerunt eorum ordines, & metuentes, nè ſibi accideret, quod videbant aliis accidiſſe, noluerunt ſuo Judicio confidere, quamvis forent gigantes Sanctorum; ſed à Sancto Pontifice confirmationem petierunt, & obtinuerunt.

16. Paulò poſt, Innocent. III. conſiderans periculum, quod imminebat Eccleſiæ, ſi unicuique liceret novam Religionem inſtituere, in Concil. Lateranenſi prohibendo, ſanxit, nè deinceps ullus novus ordo, inſtitueretur, Sancta Sede inconſulta, ut in *d. cap. nè nimia, de Relig. domib.* quod decretum, fuit ſucceſſivè confirmatum, ut oſtenſum eſt ſupra, per quæ emanata, nullus novus ordo in Eccleſia reperitur erectus, Papa inconſulto, quin ſtatim fuerit à Sancta Sede aboletus, ut patet de mulieribus Beguinabus, vulgariter dictis, quæ cum nullam profiterentur Regulam approbatam à S. Sede, fuerunt ſuppreſſæ, & pænitus rejectæ, ut apud Clementinas, *in cap. cum de quibuſdam 1. de Relig. domib. in 6.* & de aliis uſque ad nuperrimam diem, ut dictum eſt ſupra.

17. Nec denique obſtat dicere, quod aliquæ Religiones à Sancta Sede approbatæ, ab eadem ſancta Sede reperiuntur extinctæ, quia Religiones, quæ curſu temporis deficiunt á primævo inſtituto, extinguntur, tamquam inutiles, & infructuoſæ, ut illæ Templariorum, Humiliatorum, Fratricellorum, & ſimilium.

18. Nec exindè benè infertur, ergo in primæva earum inſtitutione, non fuerunt bonæ Regulæ perfectionis Chriſtianæ addiſcendæ, nam tunc temporis, erant optimæ Regulæ, lex n. vetus, veniente meliori Chriſti Religione, abrogata eſt, teſte *Paulo ad Hebræos, cap. 7.* cum priùs ſancta, & valde utilis fuiſſet, *Rodor. & Miranda ubi ſupra.*

Quæſt. 16. Vita Eremitica, an ſaltem poſſit per Epiſcopum loci approbari, pro Religioſa Societate ſua diœceſis?

1. EMin. Cardinalis *Caietanus, Ordinis Prædicatorum, in 2. 2. q. 188. ar. 1.* quem multis citatis, ſequitur, *Rodor. t. 3. q. 48. ar. 4. cum ſuo comp. reſolut. 123. numer. 15.* dicit, quod ſic; quia d. decretum Innocent. III. *nè nimia, de Relig. Domib.* non comprehendit inſtituentes ſtatum cum votis ſimplicibus, ut eſt ſtatus Beatarum, Tertiariorum, de Ordine S. Franciſci, vel S. Dominici, & ſimilium; quia talis ſtatus non eſt verè, & propriè Religioſus; ac proindè non comprehenditur ſub d. decreto, quod dumtaxat loquitur de ſtatu verè Religioſo, & de Religione propriè dicta, de novo inventa; cumque odioſum ſit, utpotè contra auctoritatem Epiſcoporum, quam antiquitùs habebant, ut infrà, non extenditur ad non expreſſa, per Juris Regulam, *Odia in 6.*

2. Et ità Epiſcopus poteſt eos recipere ad obedientiam, non ſub certa Regula, ſed ſub certo modo vivendi, *Navar. de orat. notab. 7. num. 24. & in cap. non dicatis, num. 15. Sot. lib. 7. de Iuſtit. q. 5. ar. 7. in partem Suar. t. 3. de Relig. l. 2. cap. 16. & cap. 17. num. 8. & ſequent. & t. 4. de Relig. l. 1. de variet. Relig. cap. 10. num. 10. Barboſa verò de Iur. Eccleſ. l. 1. cap. 41 num. 203. & Novar. in Luc. Regul. ver. Religio,* expendentes decretum Gregorij X. dicunt, Epiſcopum poſſe confirmare novam Congregationem; erectam tamen ſine diverſo habitu, & ordine Regulari, per *cap. de Monachis, & ſeq. cauſ. 18. q. 2.* quia ſi Regula Congregatorum, non ſit ex approbatis ab Eccleſia, ſed de novo introducta, congregati non tenentur dare obedientiam Epiſcopo, nec Epiſcopus poteſt tales congregatos in tali Regula defendere, & gubernare, *Portell. in dub. Reg. ver. Tertiarij, in addit. num. 5.* & poteſt colligi, *ex d. cap. Religionum 1. de Relig. Domib. in 6.* ubi multa leguntur, quæ non pro eodem ſupponunt, ſed ad diverſa referuntur, nempè ad novam Religionem, novum habitum, & novum modum vivendi, ut notat *Gloſa infrà citanda, & Caiet. ubi ſupra.*

3. Et additur, quòd Pius V. ſua conſtit. incip. *lubricum vitæ genus,* quæ eſt 76. inter bullas ejuſdem, in bullario Cherub. & 23. in bull. Rodor. fol. mihi 412. & liquet ibi, *Nec deinceps patiantur in ullis Congregationis domibus, ſeu conventibus, ampliùs converſari, quò circa mandamus univerſis, & ſingulis Prioribus, Præpoſitis, Generalibus, Provincialibus, & conventualibus, ac alijs cuiuſcunque dignitatis, & nominis Miniſtris; nec non Conventibus, Canonicis, Fratribus, & perſonis Congregationis huiuſmodi, ut ſtatutum noſtrum prædictum, non expectata alia iuſſione, aut mentis noſtræ declaratione, humiliter recipiant, & ſtudioſè obſervare procurent, quòd ſi fortè aliqui in eo, quo nunc ſunt ſtatu (quem omninò tollimus, & abolemus) contra hoc noſtrum ſtatutum perſiſtere contenderint, ſingulos omni dignitate, officio, adminiſtratione, & beneficio privamus, & ad futura perpetuò indignos decernimus; excommunicationis quoque ſententia innodamus, eò ipſo,* hæc ibi, de quibus inviſendi ſunt, *Suar. cit. loc. n. 22. Portell. in addit. ad dubia Regul. ver. Tertiarij n. 2. & 3. & comp. Rodor. cit. loc. n. 6.*

4. Non reticeam tandem dicere, quòd Gloſa *in d. cap. Religionum in 6. ver. habitum,* ait, quòd ſingularis perſona, quæ ſocios non habet, ſed ſingularem vitam ducit, & ſeorſum habitat, poteſt novum habitum induere, per *cap. parſimoniam, 41. diſtin.* quod dictum amplectitur *Barboſa cit. loc. & in Can. Cellulas 8. cauſ. 18. q. 2.* dicit, quòd Epiſcopus poteſt Cellulas

Digitized by Google

las novas, aut Congregatiuncula monachorum, (ſupple ſolitariorum] inſtituere, nova autem collegia non poteſt, nec etiam novam regulam, vel novam vitam, ut probat textus *cap. nè nimia, de Relig. domib.* ex quibus benè vides, quòd hodie ad finem gaudendi privilegiis Religioſorum; ſicut Sorores Tertiariæ, non poſſunt extra ſepta monialium, ſociatim vivere, ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, ut conſtat ex Bulla Pij V. incip. *circa paſtoralis officij noſtri*, & ex bulla Gregor. XIII. incip. *ex benigna Sedis Apoſtol. proviſione*, quarum verba præciſa, & magis neceſſaria habes *in 4. p. tr. 17. q. 3. n. 5.*

5. Ità Fratres Tertiarij, ſeu Eremitæ, nequeunt extra ſepta Monachorum, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, in ſocietate vitam traducere, ſine gravi culpa, & pœna excõmunicationis latæ ſentẽtiæ, ut liquet ex deciſis, *4. p. tr. 16. q. 10. n. 5.* & ex ſupra relatis.

6. Dixi *ad finem gaudendi privilegiis Religioſorum*, quoniam Laici, & purè ſæculares, ad finem addiſcendi vitæ humanæ neceſſaria, poſſunt ſociatim vivere, abſque ulla pœna cenſuræ, ut patet de pueris, & puellis congregatim viventibus ſub cura Magiſtri.

Quæſt. 17. Vita Eremitica an fuerit antiquitùs ad libitum in Religionem evecta?

1. EMinent. *Cardinalis Bellar. t. 2. controv. de monachis, lib. 2. cap. 4.* loquendo de Religione, quoad modum practicandi ejus eſſentialia, dicit, quòd fuit libera, antea quàm emanaſſent d. decreta, & movetur ex eo, quòd ante tempora Innoc. III. & Bonif. VIII. modus practicandi eſſentia Religionis, erat multiplex, & nulli reperiebatur reſervatus, ut patet de Antonio, Baſilio, Aug. & Benedicto, qui auctores Religionum fuerunt, nulla petita, nec habita approbatione ab Epiſcopis, cui arridet *D. Ricciullus, lucubrat. l. 3. cap. 3. n. 1. in 2. caſu, in fin.*

2. Verumtamen *Rodor. t. 3. q. 48. ar. 3. Mirand. t. 1. prælat: q. 3. ar. 6. Suar. t. 3. de Rel. lib. 2. cap. 17. num. 2. Leßius lib. 2. de Iuſt. cap. 41. num. 12. Sanch. lib. 5. ad decal. cap. 1. num. 15. & 20. Peyr. t. 1. privil. in conſtit. Pyrrhi, n. 2.* & alij plures contrarium tenentes, dicunt, quòd ad veram Religionis rationem, ſemper fuit neceſſaria Eccleſiæ approbatio, quæ, ante prædicta tempora fiebat per ſolos Epiſcopos, aut ex ſola delegatione ipſorum, pro ſuis Diœceſibus tantum, quamvis hodie ad ſolum S. Papam pertineat: quod dictum ego veriùs exiſtimo, nam, vel loquitur de Jure, vel de facto; primo modo certum eſt, quòd Epiſcopi in ſuis Diœceſibus ſucceſſerunt loco Apoſtolorum, ut dicitur in *cap. in novo. 2. diſt. 21.* ibi, *in locum eorum ſucceſſerunt Epiſcopi*, & in *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de Sacram. Ord. cap. 4.* ibi, *qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt*, & *act. cap. 20.* ibi, *attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo*, hæc ibi, & quòd conſequenter juriſdictionem ſpiritualem à Chriſto Domino obtinuerunt, ordine tamen Hierarchico, hoc eſt, exercendam, ſecundum voluntatem Domini Papæ, qui eſt Caput univerſalis Eccleſiæ; Apoſtoli autem in ſuis Provinciis, poterant facere totum illud, quod Petrus poterat in toto Mundo; ità, & Epiſcopi, qui in eorum locum ſucceſſerunt, ut dictum eſt; ergo in ſuis Diœceſibus poſſunt totum illud, quod poteſt Papa in toto Orbe, ſi aliàs ſibi per eundem Papam non reperiatur vetitum: quod enim non reperitur eis vetitum, cenſetur conceſſum, ut dicitur in *c. cum apud 23. de ſponſalib.* ibi, *ut quicunque non prohibetur, per conſequentiam admittatur*: ubi gloſa *in ver. non prohibetur*, ſubnectit, *id quod non prohibetur, conceſſum videtur*; *Argum. ff. de Colleg. l. 3.*

3. Confirmatur, & magis declaratur: nam ſicut olim licitum fuit Epiſcopis in ſuis Diœceſibus Sanctos canonizare, ut ex eodem principio probat *Bellarm. t. 2. de Beat. & canon. Sanctor. controv. 4. de Eccleſ. Triumph. lib. 1.* & diffusè noſter *Caſtell. lib. 1. de canon. Sanct.* & nunc etiam liceret; niſi illis prohibitum fuiſſet in *d. cap. 1. de relig. & venerat. Sanct.* Ità pariter eis licitum fuit, Religiones approbare, ac hodiè licitum foret; niſi emanaſſent dicta decreta Pontiſicia.

4. Si verò loquamur de facto, hoc etiam patet ex multis. Primò, quia hi Religioſi de facto, & cum effectu, ſubijciebantur Epiſcopis locorum ordinariis, & ſine eorum licentia, non valebant ſua erigere Monaſteria, nec quidem ad Civitates accedere, ut expreſsè habetur in *c. quidem Monachorum 10. cauſ. 18. q. 2.* ibi, *placuit igitur, neminem ædificare, aut conſtruere Monaſteria, aut Oratorij domum, ſine conſcientia ipſius Civitatis Epiſcopi, &c.* & ſunt verba Concil. Chalcedonenſis, ut ibidem teſtatur Gloſa in caſu propoſito, ubi in *ver. vel Monachi*, dicit, *quòd textus loquitur ſecundum ea tempora, cùm Monachi fuerunt laici, 16. q. 1. cap. generaliter.*

5. Secundò ex eo, quia emittebant ſolennem profeſſionem in manibus Epiſcoporum, quæ obligabat profitentem ad vota promiſſa, ut liquet in *tota cauſa 27. qu. 1. & ſeq.* & patet de Beato Machario, & B. Alexio, & docet Gloſa in *c. verum 2. de conver. coniugat. in ver. ſicut Sancti quidem.* Quam profeſſionem hodiè nec ſolemnem, neque ſimplicem emittunt, ſed ambulant in ſpiritu libertatis, ut advertit *D. Barboſ. de Iur. Eccl. l. 1. c. 43. n. 6.*

6. Et quomodo, quæſo, potuiſſet Epiſcopus Eremitarum ſolemnes profeſſiones recipere, illiſque dare licentiam ædificandi, & practicandi inter Cives ſuæ Civitatis, ſi de facto nón fuiſſet illorum legitimus ſuperior, & approbaſſet eorum ſtatum? Profeſſio enim emittitur in manu legitimi Superioris, & domus religioſa conſtruitur de licentia Epiſcopi loci ordinarij, ut conſtat ex deciſis.

7. Tertiò, patet ex Chroniſtis, qui antiquas Religionum Chronicas texerunt: qui unanimi conſenſu dicunt, quòd à tempore Apoſtolorum, aut ſaltem ab eo tempore, quo in Eccleſia, pro Monachis, ſeu Religioſis, Regulæ eſſe cæperunt, ſemper fuerunt ab Epiſcopis locorum confirmatæ, *Genebrardus in ſua Chron. lib. 4. Polydor. lib. 7. de inventoribus rerum, cap. 3.* & alij plures, quos allegat, & ſequitur *Miranda loc. cit.*

8. Neque his obſtat dicere, quod S. Paulus, Anton. Baſil. Aug. Benedict. & alij, fuerunt Eremitarum fundatores, abſque ulla antecedenter approbatione Epiſcopi loci; quia objectio hæc non militat, ob ea, quæ infrà dicuntur. *q. 19.*

Quæſt. 18. An Eremitæ teneantur ad vota Religionis, ſi illa emiſerint in manu Epiſcopi, vel alterius?

1. REſolvo cum diſtinctione quæſitum; aut loquimur de Eremitis, qui poſt profeſſionem elicitam in aliqua Religione approbata à S. Sede, vitam eremiticam ducunt, juxta *cap. cum ex eo, §. per hoc tamen, de exceſſ. prælat. in 6.* & dico quòd ſic, quia iſthæc qualitas eremitica, cum ſit accidentalis, non mutat antecedentem eſſentialem ſtatum Religionis, ut conſtat ex *d. cano ex eo*, & docet multis citatis, *Covar. pract. quæſt. c. 34. num. 4. & D. Ricciull. lucubrat. lib. 3. cap. 3. numer. 1.*

eſſen-

Digitized by Google

eſſentia autem Religionis conſiſtit in tribus votis, nempè caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ: ad quæ vota, omnes virtutes reducuntur, *D.Tho.2.2.q.184.ar.5.& q.186.ar.9.& egomet p.4.tr.16.q.7.nu.3. ergo.*

2. Aut loquimur de Eremitis, qui tantum vitam eremiticam promittunt in manu Epiſcopi, vel ſui Socij, aut ſui Confeſſoris, vel alterius, & dico quòd non: ducorque ex multis: Primò, quia vota Religionis, ad hoc, ut obligent voventem ad ſui obſervantiam, ſunt ſimpliciter emittenda in aliqua Religione approbata à S.Sede *D.Tho.cit.loc.Gloſ.in clem. ex eo, de ſent.excom.& Gloſ.clem.2.de regular.ver.Relig. & in cap.1.de reg.Navar.lib.3.de regul.conſ.38.nu.3.* & conſtat ex deciſis.4.*p.de profeſſione nulla, tr.11.q.20.21.& 40.& tr.16.de Tertiariis q.7.& 10.*

3. Secundò, quia Epiſcopus, non ſolùm non poteſt novam Religionem approbare, cum hoc ſit de reſervatis Papæ, ut conſtat ex deciſis, hic ſupra q.17. Verùm etiam, nec ad aliquam de approbatis ſibi nō ſubditam recipere, neque Religioni incorporare, *Navar.de regul.conſil 40.n.2.in 2.edit.* cum hoc pertineat ad Prælatum, & Capitulum illius Religionis, cui receptus eſt incorporandus, privativè quoad alios, ut conſtat ex deciſis 4.*p.c.2.de recip.q.2.* ubi ad id referũtur multa jura, & docet, poſt *Nav.cit.l.Flav.Cher.in comp.in Bulla Pij V.75.incip.lubricũ vitæ genus.*

4. Tertiò, quia profeſſio non poteſt validè emitti; niſi in locis deſignatis à Sacra Congregatione, juxta decreta Clem. VIII. & Urban. VIII. de quibus latè dico, *ubi ſupra*, & non niſi legitimè completo Novitiatus anno, *c.ad Apoſtolicã.16 de Regul.& Cōc. Trid.ſeſſ.25. cap.15.& 16 de regul.* quæ in caſu noſtro non concurrunt, ſive de Epiſcopis, ſive de alijs loquamur, ergo.

5. Non reticeam tamē dicere, quod ſi iſte Epiſc.recepiſſet ad profeſſionem, ex delegatione, & nomine Prælatorum Ordinis, etiam exempti; & Prælati deinde, ſervatis ſervandis, ratificaſſent; profeſſio, utique foret valida, & obligaret profitentem à die ratificationis, ut liquet *ex deciſis, 4.p.tr.10.de profeſſ.ſolem.q.12.& 13.& ex l.penult.ff.rem ratam haberi, & cap.porrectum 13.de regul.* ubi. *Gloſ.in ver non faciat*, ſubneſtit, *dicas ergo, quod quicumque facit profeſſionem in manu Abbatis, ſeu etiam alicuius Monachi, & ubicumq; dummodo recipiatur eius profeſſio ab Abbate, & Fratribus, Monachus eſt & ſolemnizatum eſt votum illius*, hæc ibi, & ſequitur *Navar.& Flav.Cherub. ubi ſupra.*

Quæſt.19 An vota prædicta, emiſſa in manu Epiſcopi, habeant ſaltem vim voti ſimplicis?

PEritiſſimus *Sanchez ad præcepta decal. lib.4. c.16.n.10.& de Matrim.lib.2. diſput.11. n.5.& D.Ricciullus Lucubrat. Eccleſiaſtic.lib.3.c.3.n.1.&* reſpondent ad quæſitum affirmativè, & ſe fundant in *cap.cum dico 10.22.q.5.* ubi dicitur, *quòd etiam, qui per lapidem iurat, periurus eſt, ſi iuramentum non ſervet.*

2. Tu autem diſtingue, aut dicta vota fuerunt emiſſa antecedenter ad dictam profeſſionem, & independenter ab illa; & ſic procedit, & locum habet opinio prædictorum; aut fuerunt emiſſa ſubſequenter ad illam, & dependenter ab illa; & ſic nullatenus obligant, nec quidē in foro conſcientiæ, quandoquidem de connexis idem eſt judicium, & ſublato principali, aufertur acceſſorium, juxta *Iuris Regulam 42.in 6.& conſtat ex deciſis 4.p.de profeſſ.nulla, tr.11.39.*

3. Exinde inferuntur plura corollaria, & primò quod Eremita hujus generis, poteſt ad ſui beneplacitum, recedere ab uno loco, & transire in alium locum, & hanc, vel illam cellulā eligere, ſine ullo peccato, immò poteſt recedere ab Eremo, & in ſæculū redire, vel ad monachatum evolare ſine vitio Apoſtaſiæ, *Gloſ.in c.qui verè 12.16.q.1.in ver.verò in fin.& in c.ſi clericatus, in ver.contuberniũ, ead. cauſa, & quæſt. & Felin.in cap.2.n.6. de foro comp. ibique DD.*

4. Secundò poteſt vocari ad Prælaturam, ſi habeat qualitates neceſſarias, *cap.Monaſterium 13.de elect.* ibi, *qui in Eremo eſt laudabiliter converſatus*, ubi, *Gloſ.in ver. Eremo*, multa dicit, & *in d.c.qui verè, obiectò ſolvit* quod dictum, non ſolùm habet locum reſpectu ſui ordinis, ut probat textus *cap.cum cauſam 27.& cap.cum in Monaſterium 49.de elect.* verùm etiam, quoad prælaturam ſæcularē, ut *in d. cap. cũ monaſterium*, unde de Jure veteri poteſt eligi in ſummum Pontificem, teſte noſtro *Emin.Turrecremata in d.cap.qui verè ſub.nu.7.16.q.1.* & patet de Cœleſtino Papa V. qui ab Eremo fuit ad Papatum evectus, *Ricciull.poſt allegatos, cit.loc.c.6.n.2.* ſecùs autem hodie, ad hoc .n. obſervanda eſt conſtitutio Gregorij XV. incip. *decet. Rom. Pontif.* & eſt 29. in Bull.Cherub.

5. Tertiò non tenetur Prælatis Religionum obedire, ex vi voti præſtiti; quia ipſe Religioſus non eſt, nec quidem Epiſcopo loci, niſi ſicut cæteri Clerici, & concives diœceſis, *D.Thom.2.2.q.186.ar.5.ad3.* eſt .n. Eremita civis loci, in quo moratur, *D.Boer.in d.tr.de Eremit.n.14.* & colligitur *ex cap.nulla, ratione 8. diſtin.3.* ibique Gloſ.in ver. *Acephalos in fin.& cap. qui verè 16. quæſt. 1.*

6. Quartò poteſt habere proprium, & de eo, ut libet, teſtari, *Cardinalis Turrecremata in d.cap. qui verè, 16.q.1.n.8. Syl.ver. teſtamentum 1.q.3. S.Ant.in 3.p.tit.10.cap.3.§.13.Tabiena eod. ver.q.1. Navar.in com.2.n.44.de regul.D.Nicol.Boer.cit.loc.de Eremit. n.16.& D.Regens Tap.in Auth.ingreſſi, C.de ſacroſ.Eccleſ.in ver.ideòque nec de his c.1.n.22.* & eſt deciſio *c.prælatum 8.19.q.3.§.ècontra*, ibi, *Paul.primus Eremit.in teſtamento, Colobiũ ſuũ Athanaſio Alexandrino Epiſcopo reliquit, Tunicā vero B.Antonio*, hæc ibi, ubi Gloſa, *in ver. ècontra dicit, Colobiũ eſſe Dalmaticam, hoc eſt, veſtē ſine manichis.*

7. Quod dictum limita in eo, qui ſe, & ſua bona omnia, acquiſita, & quærenda obtulit alicui Eccleſiæ, quia licet hic, reſpectu perſonæ, ſit teſtabilis, verumtamen ejus diſpoſitio non poteſt præjudicare Eccleſiæ, cui per anteriorem donationem fuit Jus quæſitum, ſive oblatio facta fuerit Eccleſiæ regulari, ſive ſæculari. *Navar.in d comm.2.de regul.n.45. D.Tapia cit.loc.& Dom.Ricciull.ubi ſupra, cap.4.n.10.*

8. Quintò, Eremita, de quo agitur, non ſolum poteſt teſtari, ut dictum eſt, verùm etiam, eſt capax ſucceſſionis, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſicut cæteri ſæculares, ut conſtat ex deciſis, & ratio ſuadet; proindè habet factionem teſtamenti activè, & paſſive, ut notat *Ricciull. citato loco.*

9. Sextò infertur, quòd dictus Eremita, ſi poſt vota emiſſa, ut ſupra, fornicetur, non dicitur violaſſe votum caſtitatis, nec plus peccaſſe, quàm cæteri ſæculares laici; quia dictum votum eſt acceſſorium ad præfatam profeſſionem, ut ſupponitur; proinde non magis obligat, quàm illa.

10. Septimò poteſt ritè, ac liberè Matrimonium contrahere, abſque ulla diſpenſatione Apoſtolica, & contractum tenetur obſervare, etiam non conſumatum, & maxime hodie, quòd hi Eremitæ nullam profeſſionē faciunt, in manu Epiſcopi, nec alibi, ſed immediatè à ſæculo recedentes, in abdita loca ſe transferunt ad faciendũ pœnitentiã, dũ libuerit; tũ quia Eremita hujuſmodi poteſt de ſe, ſuiſque bonis ad

Digitized by Google

grediuntur, nè viſcantur ab hominibus.

13. Hi originem trahunt à Sanctis Patribus, ut infra dico, & imitantur Chriſtum in eo, quòd ductus eſt in deſertum, *Matth. 4. & aſcendit in Montem orare ſolus, Matth. 14. & erat pernoctans in oratione Dei, Luca 6.* de quorum admirabili vitâ, & rara ſanctitate *S. Aug. & D. Th. l. cit. Nicol. Boer. in ſuo tract. de ſtatu, & vita Eremitarum n. 12. Rodor. t. 3. q. 49. art. 4. cum ſuo comp. reſolut. 61. & Ill. Ricciull. lucubrat. Eccleſ. lib. 3. c. 1. de Eremitis.*

17. Cænobitæ verò, & ſi communiter vivant, ex quo tamen vivunt in cænobiis ab Urbibus remotis, habentes cor unum, & animam unam, ſub eodem genere vitæ contemplativæ, cœperunt appellari, ut dictum eſt, Eremitæ, & Solitarii, licet largè, ut in *c. cum Monaſterium 13. de elect. & c. privilegium 4. de verb. ſignificat. in 6.* ibi, *loca ſecreta, & ſolitaria, quæ ab hominum ſeparata convictu, ſunt ad contemplandum, & Deo vacandum ſpecialiter deputata,* hæc ibi, & pluribus probat *S. Aug. Pſalm. 132.* examinans illa verba, *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in unum.*

15. Hi originem quoque trahunt à Chriſto Domino, qui Diſcipulos habuit in ſimul habitantes, & in communitate viventes; cum quibus in montem aſcendit, & docebat eos, *Matth. 5.*

16. Chriſtus enim habuit quoſdam diſcipulos vitæ activæ deditos, ut Martham, & alias mulieres, quæ ſibi alimenta præſtabant, de facultatibus ſuis.

17. Quoſdam verò contemplativæ, ut Beatiſſimam Virginem Matrem, & Mariam Magdalenam: quoſdam denique vitæ mixtæ, ut Apoſtolos, & hæc eſt vera, & adæquata diviſio vitæ eremiticæ, quæ præter hæc membra, aliud non admittit. Cum omnis vita, neceſſariò ſit ſolitaria, aut ſocialis; ſeu Anachoretica, aut Cænobitica, de quibus latè *D. Thom. 2. 2. q. 188. per tot.* & præcipuè *ar. 6. & 8. & D. Boer. cit. loc. n. 14. Venerabilis P. Suar. to. 4. de Relig. lib. 1. cap. 2. num. 2, & 3. & Ioſephus Gibalinus in d. tra. de clauſ. reg. diſquiſit. 3. §. 1. numer. 5.*

Q. 2. Romothitæ. & Sarabaitæ, qui nam ſint?

1. Reſpondeo, quod Romothitæ, Egyptio nomine, ſunt Cænobitæ, laxè, tamen, & improbè viventes, ut dictum eſt ſupra, quos *S. Hier. 17. d. Epiſt. 22. ad Euſtochium,* per hæc præciſa verba deſcribit, *qui bini, aut trini, nec multò plures ſimul habitant, ſuo arbitratu, ac ditione viventes, & de eo quod laboraverint, in medium partes conferunt, ut habeant alimenta communia, habitant autem quam plurimum in Vrbibus, & Caſtellis, & quaſi ars ſit ſancta, non vita; quidquid non vendiderint, maioris eſt pretii; non patiuntur ſe alicui eſſe ſubiectos, inter hos ſæpè ſunt iurgia: re vera ſolent certare ieiuniis, & rem ſecretæ victoriæ faciunt, apud hos affectata ſunt omnia, laxæ manicæ, caligæ ſollicantes, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria, viſitatio Virginum, detractio Clericorum & ſi quando dies feſtus venerit ſaturantur ad vomitum, &c.* hæc ille, & hos non differre à Sarabaitis, fatetur *S. Bened. c. 1. Regulæ, & Iſidor. in d. lib. 2. de divin. officiis:* & in illis noxiam illam redivivam, quæ in principio naſcentis Eccleſiæ ortum habuit ab Anania, & Saphira, & per Petrum Apoſtolum ſucciſa eſt, affirmat *Piammon. apud Caſſianum. collat. 18. cap. 17.* quos item Renuitas appellat *Iſidor. cit. l.* ex eo quod jugum diſciplinæ regularis renuunt portare; & homines fictos, & perditos, ex multis oſtendit *Suar. in d. t. 4. lib. 1. c. 2. num. 6. de Relig.* & ſequuntur multi, quos allegat *P. Ioſephus Gibalinus, cit. loc. n. 8.*

2. Sarabaitæ verò coincidunt cum Gyrovagis *Bened. in d. c. 1. ſuæ regul.* hi namque ut dictum eſt, bini, aut trini hinc inde per Mundum diſcurrunt, & Provincias luſtrant in ſpiritu libertatis, & flagitiosè viventes, propriis voluptatibus ſerviunt, & gulæ illecebris indulgent.

3. Hos Circelliones vocant alii, quos Circumcelliones *S. Aug. Pſalm. 132.* contendit eſſe nominandos, ex eo, quod Circumcellas vagantur.

4. Hi ſe jactant Chriſtum imitari in eo, quod circuibat per Civitates, & Caſtella: eorum fraudes, & mendacia eo creverunt, ut etiam membra Martyrum fictitia vendicent, & circumferant, *Iſid. cit. loc. & S. Aug. de opere Monachorum.*

5. Quos item fugiendos eſſe, monet *Hier. in d. Epiſt. 22. ad Euſtochium* per hæc propria verba. *Sed ne tantùm videar diſputare de fœminis, viros quoque fuge, quos videris catenatos, quibus fœminei, contra Apoſtolum, crines, Hircorum barba nigrum pallium, & nudi in patientia frigoris pedes, hæc omnia argumenta ſunt Diaboli; talem olim Anthymum, talem nuper Sophronium Roma congemuit, qui poſtquam nobilium introierunt domos, & deceperunt, mulierculas oneratas peccatis, triſtitiam ſimulant, & quaſi longa ieiunia, furtivis noctium cibis protrahunt. Pudet dicere reliqua, nè videar potiùs invehi, quàm monere.* hæc ille.

6. Quos pariter reprehendit *D. Th. 2. 2. q. 186. ar. 5. ad 5.* ibi, *unde in collationibus Patrum (per Caſſianum ſcilicet collectis) deterrimum genus Monachorum, eſſe Sarabaitas: quia ſuas neceſſitates curantes, abſoluti à Seniorum iugo, habent libertatem agendi quidquid libitum fuerit, & tamen magis quàm hi qui in cœnobiis degunt, in operibus, diebus, ac noctibus conſumuntur:* hæc ille.

7. Contra hos errones, qui ſine cauſa vagantur, loquitur, *cap. qui verè, & cap. quidam monachi, 16. q. 1. & Conc. Nican. 2. cap. 12.* vetuit Epiſcopis, hos Gyrovagos recipere, aut in eorum diæceſibus retinere, *& Conc. Agathenſ. cap. 27. & 28.* ſtatuit, hos circumcelliones verberibus eliminari: quapropter immeritò *D. Nicol. Boer. in d. tr. de ſtatu, & vita Eremitarum, numer. 11. & Rodor. t. 3. qu. 49. art. 4.* hos vagabundos à probris vindicant, & inter Religioſos collocant.

Q. 3. Eſſeni ſunt nè Chriſtiani, an Iudæi?

1. Quòd Eſſeni fuerint viri Religioſi, teſtantur *Philo. l. de vita contemplativa Ioſeph. l. 18. de Antiquit. cap. 2. & lib. 2. de Bello Iudaico, cap. 7. & Plinius l. 5. Hiſtor. cap. 17.* ibi, *ſine ulla fœmina, ſine pecunia, &c.*

2. An tales fuerint in novo, vel antiquo teſtamento, quæſtio eſt, *S. Hier. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, in Marc.* docet fuiſſe Chriſtianos, & ſequitur *Beda in præfatione in Marcum, & Caſſian. lib. 2. de inſtit. renunc. cap. 5.* & ante eos *Euſebius lib. 2. Hiſtor. cap. 5.* & moventur ex eo; quia ſi Eſſeni fuiſſent ante Chriſti adventum viri Religioſi, fieret de eis aliqua mentio in Evangelio, ſicut fit de Phariſæis, & Sadducæis; at nulla fit, ergo; & contendunt, non Eſſenos, ſed eſſeos, vel potiùs Jeſſeos, à Jeſu nomine, vocandos eſſe.

3. *Epiphan. autem hæreſ. 19.* ponit eos inter Judæos, qui ante Chriſtum fuerunt, *& hæreſ. 9.* affirmat,

mat,

mat, fuiſſe Sammaritanos, eoſque diſtinguit à Phariſæis, & Sadducæis, cui ſubſcribit *Cyrillus lib. 5. contra Iulian.* dicitque; fuiſſe diligentes in perſcrutandis Prophetis, ſed non fuiſſe Chriſtum ſequutos, proindè non fit eorum mentio in Evangelio.

4. Verùm hi poſſunt ad concordiam reduci, dicendo, quòd Eſſeni fuerunt in antiquo, & novo Teſtamento, & licèt tenuerint modum religioſæ vitæ, non tamen poſſunt dici Religioſi: tùm quia fortè fidem Chriſtianam non habuerunt; tùm etiam, quia ante Chriſtum natum, in lege veteri, vota Religionis non emittebantur, ut exigitur ad conſtituendum ſtatum religioſum, quod pluribus firmant *Baron. t. 1. Ann. 64. num. 6. & ſeq. Bellar. t. 2. de monachis, lib. 2. cap. 5. & venerabilis Suar. t. 3. de Relig. l. 3. cap. 1. nu. 11. 12. & 13.*

Quæſt. 4. Eremitæ an fuerint in antiquo Teſtamento, & in novo quando eſſe incœperunt?

1. HUjus deciſio pendet ex illa, an ante adventum Chriſti, fuerit in Eccleſia aliqua vera Religio, ſicut eſt hodie, & quidem ſtatum Religioſorum, ſub quo compræhenditur Eremiticus, per modum adumbrationis, & figuræ, fuiſſe in veteri lege, atteſtatur *D. Thom. 22. q. 186. ar. 6. §. ſed contra cum ſuo commen. Rodor. t. 1. q. 1. ar. 1. Miranda t. 1. ſui manual. qu. 3. ar. 2. & latè Suar. t. 3. de Relig. lib. 3. cap. 1. & 2.* quod pariter ex multis, & primò ex eo, quia in d. lege, ultrà Summos Pontifices, ſacerdotes, & levitas, reperiebantur Nazarei, & Recabiti, qui à communi populo diſtinguebantur, ut Religioſi à non Religioſis illius legis.

2. Illi autem viri, ſive fœminæ, vocabantur Nazarei, qui longas Cæſaries, ac intonſas comas deferentes ſe Deo dedicabant, eique ſub juramento promittebant perpetuò, vel ad tempus inſervire, prout expræſſè habetur *in 6. cap. numeri*, & patet de Samſone, *cap. 14. Iudicum*, & de Samuele, *l. 1. Reg. c. 6.* qui ambo fuerunt Nazarei perpetuò.

3. Nazarei hujuſmodi ad multa tenebantur. Primò ſe abſtinere à vino, & omni, quod inebriare poterat: item ab aceto, ab uvis, & ab omni alia potione, quæ ab uva exprimitur.

Secundò à capillorum tonſura, uſque ad completum diem conſecrationis.

Tertiò profitebantur intereſſe funeralibus mortuorum, etiam ſi forent eorum parentum, ne contaminarentur, hoc eſt, ne peccarent, etiam venialiter. Quartò peracto Nazareatus tempore, tenebantur radere capillos capitis ſui, illoſque ante oſtium templi comburere. Quintò, Deo ſacrificium offerre, ad præſcriptum legis, ut eſt videre *in d. cap. 6. Numeri*, ubi amplè hæc omnia declarantur.

4. His ſimiles ſunt, & conreſpondent, quodammodo Religioſi novæ legis, cujuſcunque ſint ſtatus, cæteris autem paribus, ut notant *S. Gregor. Nazianz. in orat. pro laudibus S. Baſilii, & S. Gregor. Magnus, lib. 2. moral. cap. 39.* quos cæteri ſequuntur; quia ſicut illi ex inſpiratione divina movebantur ad amplectendum tale ſtatutum, ut dicitur *cap. 2. Amos, n. 19.* ibi, *ſuſcitavi de filiis veſtris in prophetas, & de iuvenibus veſtris Nazareos*; ita Religioſi hujus temporis, Dei inſtinctu moventur ad Religioſam vitam. Secundò, quia ſicut illi erant ſeparati à cœtu laicorum, habitatione, & victu, ità & iſti, ut cunctis patet. Tertiò iſti illis conreſpondent, quoad abſtinentiam, paupertatem, & frugalitatem. Quartò, illi ſe cavebant ab omni culpa, etiam levi, pariter iſti ſtudent abeſſe ab omni malo. Quintò, ſicut illi nutriebant capillos, ſic iſti cogitationes ſanctas, ſanctoſque affectus fovent, & nutriunt, & tandem ſicut illi, cum eorum ſacrificiis, Nazareatum deponebant, iſti cum morte ipſorum, Religioſam vitam finiunt, & concludunt.

5. Secundò prædicta concluſio mihi probatur ex *cap. 35. Ieremiæ*, ubi inſtitutum Rechabitarum à Domino laudatur, qui ex inſtitutione paterna, non bibebant vinum; non domum ædificabant, non ſerebant, non vineas plantabant, nec habebant; ſed in tabernaculis habitabant, omnibus diebus vitæ ſuæ, ut ibidem expreſsè habetur, quos ob rigidum modum vivendi, monachos appellabat *D. Hier. in Epiſtola ad Paulinum.*

6. Tertiò ex *cap. 17. Regum. 3.* ubi extenduntur prodigia Eliæ, & ex *cap. 1. & ſeq. Regum 4.* ubi Eliæ, & Eliſæi mira narrantur, hi utique fuerunt Gigantes Eremitarum, adeò, ut meritò à Chriſto Domino canonizentur *Lucæ 4.* & Eccleſia celebrat Miſſam de S. Elia, licet hucuſque vivat, & ſit in ſtatu merendi.

7. Quartò ex vita Prophetarum, quæ, proculdubio, Eremitica fuit, aſpera, & ſolitaria.

8. Quintò ex eo, quòd S. Joannes Baptiſta fugiens Civium turmas, petiit antra deſerti, ubi ob miram ſuam vitam, præ omnibus à Chriſto Domino, meruit honorari, *Matth. 11.* ibi, *amen dico vobis, non ſurrexit, inter natos mulierum, maior Ioanne Baptiſta:* Ergo id quod priùs, de quibus viſendus eſt omninò D. Thom. *22. q. 188. ar. 7. & D. Reg. Tapia in auth. ver. ingreſſi monaſteria, cap. 1.* ubi luculenter omnia tangit.

9. Veruntamen Eremitæ, reſpectu novæ legis, incæperunt eſſe in Eccleſia paululum poſt primam perſecutionem ejuſdem; etenim ubi Chriſtus aſcendit in Cœlum, & Spiritus Sanctus venit ad nos, omnes baptizati erant, unanimiter perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus, erantque pares in omnibus, & per omnia, habebantque omnia communia; Poſſeſſiones, & ſubſtantias vendebant, & dividebant prætia omnibus, prout cuique opus erat, ponentes illa priùs ante pedes Apoſtolorum, erant quoque quotidie perdurantes unanimiter in Templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, habebant cor unum, & animam unam ad omnem plebem, ut liquet in actibus Apoſtolorum, *cap. 2. & cap. 4. in fin.* Ubi autem charitas cœpit frigeſcere, & iniquitas abundare; cœperunt multi perversè agere, & fraudulenter loqui, ut patet de Anania, & Saphira ſua uxore, qui, ob fraudem commiſſam, de repente expirarunt, juſſu Petri. Unde inſurrexerunt hæreſis Sabducæorum, perſecutio Apoſtolorum, mors Stephani, & carceres aliorum, adeò, ut omnes Chriſti Fideles, ob timorem diſperſi ſint per Regiones Judeæ, & Samariæ, præter Apoſtolos, ut dicitur in Actibus Apoſtolorum, *cap. 1. & 8.* ibi, *facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis.*

10. Hinc, cauſa declinandæ perſecutionis, & vitandi periculi animarum, cœperunt Cœnobitæ, Anachoretæ, ſeu Aſcetæ incluſi, & ſimiles, de quibus loquitur *Apoſtolus ad Hebreos cap. 11. n. 26.* ibi, *alii autem diſtenti ſunt, alii verò ludibria: & verbera experti, inſuper, & vincula, & carceres; Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt, circuierunt*

P 2 in

Digitized by Google

in Melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis, & in cavernis Terræ,&c.

11. Ex quibus bene infertur, ergo toto Cœlo falluntur Julianus Apoſtata, Arriani, Lutherani, & conſimiles hæretici, dicentes Religiones nuper incæpiſſe in Ecclefia, caſu, errore, ac prava imitatione quorundam; contra quos, poſt priſcos, eruditè diſcurrunt, *Rodor. Miranda, & Suar.* ubi ſupra, *Eminent. Rober. Bellar. Cardinalis, tr. 2. lib. 2. de Monachis c. 5. & Illuſtriſſ. D. Aug. Barboſa, de iure univer. Eccleſ. lib. 1. c. 41. n. 1.*

Q. 5. Vita Anachoretica, an ſit honorifica, & laudabilis?

1. ET dico quòd ſic, ſive aſſumatur à Laicis immediatè à ſæculo recedentibus, ſive à Regularibus mediaté, poſt exercitium, ſcilicet vitæ Cœnobiticæ: dummodo debitè aſſumatur, hoc eſt poſt perfectionem vitæ jam aſſecutam; & eſt deciſio *cap. qui verè 16. q. 1. cap. cum ex eo, §. hoc tamen, de exceſſibus Prælat. in 6 & Auth. de Monachis §. cogitandum, & pluribus firmat D. Th. 22. q. 188. ar. 8. ib. Caiet. Turrecremata Cardinalis in d. cap. qui verè, nu. 2. Bellar. t. 2. de monachis lib. 2. c. 39. Suar. t. 4. de Relig. lib. 1. cap. 2. n. 4. Gibalinus de clauſura Regul. diſquiſ. 3. cap. 3. §. 4. de Anachoretis, n. 10. & 11. & D. Ricciull. lucubrat. Eccleſ. l. 3. c. 2. de Eremitis.*

2. Quæ quidem vitæ perfectio, poteſt à nobis dupliciter obtineri, unò modo, ex ſolo divino munere, ut patet de S. Joan. Baptiſta, qui fuit in utèro Matris ſuæ ſanctificatus, & de Beatis Paulo, Antonio, Benedicto, & aliis, qui ex abundanti gratia Spiritus Sancti recedentes à ſæculo, immediatè vitam Anachoreticam amplexi ſunt, nulla peracta vita Cœnobitica.

3. Alio modo haberi poteſt, per exercitium virtuoſi actus, ſecundùm illud *Pauli, ad habreos 5. n. 14.* ibi, *perfectorum autem eſt ſolidus cibus, eorum, qui pro conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, & mali,* hæc ibi.

4. Unde *D. Hier. dicit ad Ruſticum Monachum, ſolitariam vitam comprehendimus minimè: quippè quàm ſæpe laudavimus, ſed de nido monaſteriorum huiuſmodi volumus egredi milites, quos Eremi rudimenta dura non terreant, qui ſpecimen converſationis ſuæ, multo tempore didicerunt,* hæc ille, & refert *S. Th. cit. loc. S. Aug. l. 1. de Moribus Eccleſ. cap. 3. Caſſian. collact. 10. cap. 3. & S. Benedictus, cap. 1. ſuæ Regulæ.*

5. Quapropter *Iſidor. l. 2. de offic. c. 15. ſub tit. de 7. genere monachorum,* dicit, uſum, & praxim priſcorum Patrum fuiſſe, ut cupientes vitam Eremiticam ſuſcipere, per viginti, vel triginta annos, priùs probarentur in Cœnobiis, & poſtea non niſi per electionem obedientiæ ad ſolitariam vitam tranſirent.

6. In Canone autem 41. *Trullano, & in 6. ſynod. Conſtantinop. in Can. nullam,* ſaltem quatuor anni, & Epiſcopi licentia, ad talem finem requiruntur.

7. Verùm ad præfatam vitæ perfectionem adipiſcendam, non poteſt dari certa Regula; cum habitus ſanctæ vitæ, ſit qualitas ſuperioris Ordinis, & ſublunari tempori minimè ſubjecta:

8. De laudibus vitæ ſolitariæ, vide *S. Aug. in lib. de operibus Monachorum, & noſtrum Vincentium Beluacenſem, t. 4. ſpeculi hiſtorialis, l. 14. cap. 82. q. 5.* ubi multa mira Eremitarum narrat.

Quæſt. 6. Vita Anachoretica, an fuerit Deo grata?

1. QUòd vita Anachoretarum ſemper fuerit Deo gratiſſima, pluribus probant *S. Thom. 22. q. 188. art. 8. Vinc. Beluacenſ. t. 4. ſpeculi hiſtorialis, l. 14. cap. 62. D. Boer. in tr. de ſtat. & vita Eremit. num. 12. Lud. Miranda, t. 1. Manual. Prælat. qu. 2. ar. 2. Cardinalis Bellar. t. 2. controv. de Monachis, lib. 2. cap. 39. de Eremitis, Suar, de Relig. t. 4. tit. de var. Relig. l. 1. c. 2. n. 4. & D. Ricciull. lucubrat. l. 3. c. 1. n. 5. de Eremit.*

2. Et primò teſtimonio Sacræ Scripturæ, quæ multis in locis apprimè laudat Eliam & Joannem Baptiſtam; qui, ob ſanctitatem, ſolitudinem, & vitæ aſperitatem, fuerunt Eremitarum Gigantes, & præcipue *in cap. 21. Regum, 3. & c. 1. Regum. 4* ubi Elias, Zona pellicea accinctus, & pilis indutus, ſolitarie vivit, & in Monte Carmelo paſcitur à Corvis, in torrente Charith, facit ignem, & aquam de Cœlo deſcendere, operatur mirabilia, fitque vitæ, & mortis Dominus, & tandem vivus transfertur in alta vireta, ibique Deum pro nobis jugiter precatur.

3. *Et Luc. 1.* ubi Joannes Baptiſta, dicitur eſſe ſimilis Eliæ, cjuſque ſpiritum, & zelum habere, ibi, *præcedet ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ, & Matth. 11.* ubi item dicitur eſſe Angelus Dei, præcurſor Domini, & ſanctior Sanctis in ſolitudine, & vitę aſperitate, ibi, *ſed quid exiſtis videre? Prophetam? etiã dico vobis, & pluſquam Prophetam, hic eſt enim de quo ſcriptum eſt, ecce ego mitto Angelum meum, ante faciem tuam, ante te; amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum, major Ioanne Baptiſta,* hęc ibi.

4. Secundò ratione; nam vita ſolitaria debitè aſſumpta, eſt perfecta, ſit docet *D. Thom. ubi ſupra:* immò perfectiſſima; eſt enim finis, & faſtigium vitę Religioſę, quandoquidem pręſupponit perfectionem vitę religioſę aſſecutam, *Caiet. ibid.* unde *Hier. in Epiſt. ad Ruſticum, & Aug. l. 1. de moribus Eccleſiæ, cap. 3.* dicunt, quòd Eremus non affert perfectionem, ſed præſupponit, & aſſumitur, ut inſtrumentum, & medium aptiſſimum ad vacandum Dei contemplationi, ergo non poteſt, non eſſe grata Deo, & patet de Magdalena, *Luc. 10.*

5. Tertiò probant ab effectu; nam veteres Eremitæ, fuerunt viri perfectiſſimi, Deoque gratiſſimi, ut teſtantur tot eorum mirabilia, quę per extenſum narrant Athanaſius in vita Antonii, Hieronymus, in vita Pauli, & Hilarionis, & Vincen. Beluac. ubi ſupra, & quo nam modo, rogo, Paulus primus Eremita, potuiſſet in deſerto per ſexaginta annos paſci à Corvo, ſi Deo non fuiſſet gratus? & Antonius quomodo potuiſſet videre animam Pauli inter Angelos collocari, & in cœlum aſſumi, niſi fuiſſet Deo amicus? & quomodò ſol ſtetiſſet immobilis, juſſu Mutii Eremitę, ut dicitur in *lib. 1. Sanctorum Patrum, cap. 16.* ſi non eſſet homo Dei? aliaque ipſorum prodigia vide apud prędictos authores, & certò dices, *mirabilis Deus in ſanctis ſuis.*

6. Quartò, uſu, & praxi Eccleſię, quę in publicis Litaniis Sanctos Eremitas invocat, & appellat ad Deum depręcandum pro nobis, ibi, *omnes Sancti Monachi, & Eremitæ, orate pro nobis.*

7. Quintò, ex communi conſenſu Sanctorum, non enim reperitur aliquis ſanctus qui contrarium edocuerit, & ex aliis multis, ut *in præcit. author.*

8. Neque

Digitized by Google

8. Neque his obſtant Novatores hæretici dicentes, vitam prædictorum fuiſſe peccaminoſam, ex eo, quia receſſerunt à cœtu fidelium, contra charitatem, & contra illud *Pauli Hæbreor.* 10. *n.* 29. ibi, *conſideremus invicem in provocationem charitatis, & bonorum operum, non deferentes collectionem noſtram*, hæc ibi.

9. Nam licet odire ſocietatem, ob humanum motivum, vel animi ſævitiam, ſit peccatum mortale: nihilominùs prædicti Eremitæ, in abdita loca ſeceſſerunt, non ex odio humani generis, ſed cauſa vacandi puriori vitæ; & additur, quòd oratio, cui vacarunt D. Eremitæ, eſt magnum charitatis opus, à Deo præceptum, Deoque maximè gratum, ergo, ob Eremiticam vitam, non omninò defecerunt ab operibus charitatis.

10. Et additur, quod cætera opera charitatis, ſicut ſunt eleemoſyna, viſitatio infirmorum, conſilium, inſtructio, & ſimilia; non afficiunt homines privatos: niſi quando ſe offert occaſio, nam pœnes hoc Prælati diſtinguuntur à non Prælatis; qui illi, ex officio tenentur inquirere, an populi ſibi commiſſi, re aliqua egeant? hi autem non tenentur quærere, ſed ſolùm oblata occaſione præſtare, quod ſibi fieri deſiderant.

11. Perinde prædicti Eremitæ potuerunt in ſylvis latere, abſque ullo peccato, & ſecundum hoc, intelligenda veniunt allata verba Pauli; invehit enim contra eos, qui ex odio, vel livore invidiæ, recuſabant convenire in Eccleſiam: quia fortè non habebant honoratiorem locum, quem deſiderabant habere; ideoque ſeorſum, cum paucis, conventicula faciebant, prout notant *DD. in cit. loc. Pauli.*

12. Nec dices, vitam ſolitariam eſſe inutilem, infructiferam, & periculis plenam, proindè exoſam humanæ vitæ, quia licet hoc procedat in hominibus ordinariis, & non perfectis, fallit tamen in perfectis, qui ex ſpeciali Dei dono reguntur, hi enim valdè nimis nobis proſunt, ut patet de Moyſe, qui ſuis orationibus vinciebat manus Domini, *Exod.* 12. ibi, *dimitte me, ut iraſcar contra populum iſtum.*

13. Nec replices, dicendo, quod prædicti Eremitæ, ob nimiam vitæ aſperitatem, fuerunt ipſorum homicidæ, contra illud *Exodi* 20. *non occides, & Coloſſ.* 2. *habetur, honorem corpori, &c.* quia Eremitæ non fuerunt ſui homicidæ, Paulus enim vixit annos 113. Antonius 105. & cæteri omnes fuerunt apprimè ſenes, & ſenio mortui ſunt; *S. Hieron. l.* 2. *contra Iovinianum*, & colligitur ex collationibus Caſſiani, & libris de vita Sanctorum Patrum. Nec dicti Eremitæ ſubtrahebant vitæ neceſſaria ad mortem, nec affligebant ſua corpora, ſine utilitate, & neceſſitate, etenim ad ſuperandum inſidias diaboli, & ſubmittendum ſenſus rationi, utebantur Jejuniis, Ciliciis, & orationibus: & ità intelligenda ſunt allata verba Pauli, non autem de honore rationi diſſono, & Religioſæ vitæ contrario: cætera hæreticorum ſibila, & cuniculorum latratus, vide apud *D. Bellarm.* quia de re latè, ac eruditè loquitur.

14. Hinc mirum non eſt, ſi tot, tantique Romani Pontifices, Papatui ceſſerunt, ad Deo ſerviendum in deſerto, inter quos, mirificus fuit Cœleſtinus Papa V. qui ex cauſa humilitatis, melioris vitæ, & conſcientiæ illeſæ, Papatum, ad quem aſſumptus fuerat die 5. Julii 1294. ut in ſua *conſtit.* 1. *pag.* 136. *in Bull. Romano*, ſponte depoſuit, die 12. Decembris ejuſdem anni, in publico Conciſtorio, ut ſcribit *Sur. in Hiſtor. S. Th. t.* 3. *die* 19. *Maij, cap.* 1. *& Platin. in vita Cœleſtini V. & Genebrand. in Chronolog. & refert Gonzal. ſuper* 8. *Regul. Cancell. in Proœm.* §. 5. *n.* 17. *& ſequitur Flav. Cherub. t.* 1. *comp. Bull. in conſtit.* 4. *Clem. V. Schol.* 1. ubi extendit præciſa verba d. Cœleſtini per quæ Papatui renunciavit.

Q. 7. *Vita ſolitaria, ſeu Anachoretica, an poſſit aſſumi à Religioſo profeſſo?*

1. Affirmativè dic: dummodò aſſumatur de licentia ſuperioris, ut probat *text. cap. cum ex eo unic. de exceſſibus Prælat. in* 6. ibi, *per hoc tamen eis, qui vitam duxerint Eremiticam ſeu ſolitariam, eligendam de maiorum ſuorum licentia, quin cellas, Manſiones, ſeu habitacula in Eremo, ſivè locis, ubi non ſit hominum habitatio de propinquo, poſſint acquirere, ac mutare, non intelligimus interdictum*, hæc ibi.

2. Verùm Prælati Regulares, ad quos ſpectat hanc licentiam concedere, plura debent advertere; Primò, quod vita ſolitaria competit perfectis tantùm, & non aliis, ut pluribus firmat *S. Thom.* 22. *q.* 188. *ar.* 8. Secundò, quod iſta vitæ perfectio, nec quidem poſt exercitium vitæ Cænobiticæ, de facili comparatur; *ibidem Emin. Caiet.* Tertiò quod vita ſolitaria eſt periculis plena, inſidiis diaboli obnoxia, & ſæpe ſcandaloſa, etiam ſi aſſumatur in eadem domo, ut expreſsè, dicitur in *cap. in omnibus* 24. *diſtin.* 81. *cap. illud* 15. 7. *q.* 1. *& cap. Monachi* 2. *de ſtatu Monachorum.* Quartò, quod non eſt credendum unicuique ſpiritui moventi ad vitam ſolitariam; Angelus enim Sathanæ ſæpe ſe transfigurat in Angelum lucis.

3. Nec his obſtat dicere, quòd Religioſus poteſt in arctiorem Religionem tranſire, ſine obtenta licentia ſui Superioris, ergo pariter poteſt Eremiticam vitam aſſumere: quia, ut dicit *Suar. t.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 15. fallit conſequentia, tùm quia tranſitus prædictus in arctiorem Religionem reperitur approbatus ab Eccleſia, non autem iſte, de quo agitur; tum etiam, quia ibi mutatur ſtatus in perfectiorem, quæ exceptio fuit tacitè incluſa in priori profeſſione, & ſic non itur contra illam; tum item (ipſe dico,) quia antecedens eſt falſum; nullus enim tranſitus hodie poteſt fieri, ſine licentia Prælati. Undè Religioſus, ſi ſolitariam vitam aſſumeret ſine licentia Prælati, eſſet violator voti obedientiæ, valdè punibilis, etiam ſi diceret ſic peregiſſe ex inſtinctu Spiritus Sancti, prout probat *textus cap. Niſi cum pridem* 10. *de renunciatione*, ibi, *ſed dices, ſpiritus ubi vult ſpirat, & neſcis undè veniat, & quò vadat: & ideò non eſt, qui poſſit vias illius ſpiritus perſcrutari, qui verò ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege, quoniam ubi Spiritus Dei, ibi libertas, quare ſi cedendi tibi licentia data ab homine non fuerit, nihilominus tamen cedes; quia data eſt tibi libertas cedendi à Deo, certè deſipis, ſi ſic ſapis; nam quomodo ſpiritu Dei agitur, qui contra Spiritum Dei agit? ſi enim vera ſunt, quæ præmiſimus, (immò quia indubitanter ſunt vera,) proculdubio contra Spiritum Dei agit, qui aliquid contra veritatem attentat, quoniam ipſe eſt ſpiritus veritatis: Porro ſi dicas, quod forſan alia eſt cauſa latens, propter quam cedendi voluntas tibi cœlitus inſpiratur, & nos ſi quidem reſpondemus, tu quomodo ſcis, quòd talis inſpiratio ſit cœleſtis nonnè recolis quid ille glorioſus Pontifex dixerit, cum cœpiſſet viribus corporis repentè deſtitui: Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem: fiat voluntas tua, illius exemplum ſecutus, qui dixit, cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, manere autem in carne neceſſarium eſt, propter vos, &c.* hæc ibi,

Digitized by Google

ibi, quæ omnia ſunt valde notanda à Prælatis, & ſubditis.

Q. 8. Vita ſolitaria Anachoretica, an poßit aſſumi à fœminis?

1. ET dico quòd ſic, dummodo debitè aſſumatur, ut patet de S. Maria Magdalena, & S. Maria Ægyptiaca, & aliis, quæ cum laude nominantur in hiſtoriis, ſeu vitis Patrum, quandoquidem via conſiliorum, & perfectionis Chriſtianæ, fuit à Chriſto Domino æquè omnibus propoſita, nec apud eum eſt acceptio perſonarum; eſt. n. dives in omnes, qui invocant illum.

2. Dixi *dummodo,&c.* quia fœminæ, & præcipuè Virgines, non debent extra proprias domus vitam Eremiticam traducere, nec illam aſſumere, niſi poſt vitæ perfectionem aſſecutam, ut dictum eſt ſupra, & de licentia illorum, ad quos ſpectat. Delicto enim unius fœminæ, tota familia infamatur, eò fortiùs, quia hodie Eremitæ, ſeu Tertiariæ, ex Decretis Summ. Pontificum, prohibentur extra ſepta monialium in congregatione vivere, ut deciſum habes *in 4. p. tr. de ſororibus.*

3. Nec, ut Eremitæ, tolerantur propè Civitates habitare, ex decreto S. Congregat. *teſte Barboſ. in Collect. Bull. ver. Eremita*; nec quidem in propriis domibus poſſunt, ut libet habitum ſuſcipere: niſi ſervatis Decretis S. Congregationis extenſis *cit. loc. q. ultima.*

4. Et eſto, quòd illum aſſumant, de licentia ſuorum conſanguineorum, Prælati Religionis, aut Illuſtriſſimi Epiſcopi loci, non proinde efficiuntur perſonæ Religioſæ; unde non gaudent privilegio fori, nec Canonis, ſi quis ſuadente Diabolo, 17. q. 4. ut conſtat ex deciſis; ubi ſupra, *& infrà q. 16. & 20.* & pluribus firmat *Gloſa, cap. de viduis, ver. propriis, in fin.* nec quidem poſſunt dici propriè Eremitæ; etenim vita Eremitica, propriè dicta, excludit communem vitam, & omnem ſocietatem aliorum hominum, ut dictum eſt ſupra, de Anachoretis: ſed potiùs dicendæ ſunt fœminæ devotæ, piæ, & pœnitentes:

5. Neque his obſtat *d. c. de viduis* 8. *cauſ. 27. q. 1. cap. ex parte, il. 2. de converſione coniugatorum, & cap. inſinuante, qui Clerici, vel vovent* in quibus dicitur, quòd viduæ, & Virgines poſſunt velari in proprijs domibus, & effici perſonæ Religioſæ, &c. quia d. decreta receſſerunt ab Aulis, ex quo fuerunt per ſucceſſores Pontifices abrogata.

Q. 9. Eremita qua veſte uti debet?

1. ET quidem Eremitæ, qui in aliqua Religione approbata à S. Sede ſunt profeſſi, debent veſtiri ad præſcriptum ſuæ Regulæ, iſthæc enim qualitas Eremitica ſuperveniens perſonæ profeſſæ, non eximit eam ab obſervantia Regulæ, quam, etiam quoad ejus accidentalia, juravit obſervare: illi verò, qui nulla Religioſa profeſſione emiſſa, immediatè à ſæculo in ſpeluncas, ſe transferunt: debent ex humilitate uti vili amictu, qui ſit ſignum contemptus hujus ſæculi, & pœnitentię, quam intendunt proſequi, & aliis prædicare, ut patet de S. Helia, & de alijs, de quibus Apoſtolus, *Paulus ad Hebræos* 11. ait, *circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis*, & de Joanne Baptiſta, qui habebat veſtimentum de pilis Camelorum; & Zonam pelliceam circa lumbos ſuos, ut dicitur *Matth. 3.*

2. Dixi *ex humilitate*; nam habitus vilis, & incultus, eſt quoddam indifferens ſignum humani ſtatus: poteſt enim multipliciter aſſumi, nempe ex humilitate, levitate, neceſſitate, triſtitia animi, vel hypochriſia, ſecundum illud, *cavete ab his, qui veniunt ad vos in veſtimentis Ovium, intrinſecùs autem, ſunt lupi rapaces, & docet D. Thom. 22. q. 187. ar. 6.*

3. Quapropter Eremita, de quo eſt ſermo, ad evitandum prædicta, debet conſulere D. Epiſcopum loci, & ab eo habitum, & modum vivendi accipere, & de ejus licentia Eremum petere, nam ſecùs faciens, evidenter, oſtendit, quòd ipſe non ducitur ſpiritu Dei, ſed ut vivat in ſtatu libertatis, & æquivoco, qui reperitur à Jure reprobatus *in cap. ut Clerici 3. de Reg.* ibi, *qui ſe ſingunt habitu, & nomine Monachos, & non ſunt, corrigantur*; ubi Gloſa, *in ver. fingunt*, de ſimulatione multa dicit.

Quæſt. 10. Eremita quam vitam ducere debet in Eremo?

1. G*Loſa in Can. qui verè, 16. q. 1. in ver. verè,* dicit, quòd non legit, qualem vitam habere debeant Eremitę in Eremo, verùm *Borr. in tr. de ſtat. & vita Eremit. nu. 5.* ait, quòd Eremitę in Eremo exiſtentes, debent ducere vitam ſub Regula B. Auguſtini, quem cenſeo loqui, de debito honeſtatis, non autem neceſſitatis; nam dum, non ſumus in certa Regula appro bata à S. Papa, res eſt arbitraria, & ità de facto video practicari, nam quidam Eremitę, dicunt vivere vitam Pauli primi Eremitę, quidam S. Antonij, alij S. Pachomij, alij S. Benedicti, alij S. Romualdi, alij S. Brunonis, alij S. Baſilij, & alij S. Hieronymi, *Bellar. t. 2. controv. de Monachis, l. 2. c. 3. & 4.* & ego credo, prędictos omnes, ita vitam peragere ex gratia Dei, qui dividit ſingulis dona, prout vult; ſunt enim diviſiones gratiarum, ut dicebat Apoſtolus; idem dicendum eſt de ſororibus, ſi quæ hodie ſint ſolitariè viventes, nam mulieres, ut dictum eſt ſupra *q. 8.* ex Conſtit. Pij V. & Greg. XIII. prohibentur vivere extra clauſuram monaſterij, proindè nullatenus ſunt tolerandæ ab Epiſcopis locorum ordinarijs, prout Sac. Congregat. declaravit, & refert per extenſum *D. Barboſa in Collect. Bull. ver. eremit. num. 1.*

Q. 11. Eremita an poßit mendicare, & de Eleemoſynis vivere?

1. POteſt utique Eremita mendicare, & vivere ex Eleemoſynis, ſi ex humilitate, aut neceſſitate, vel communi utilitate, mendicet, ſecùs ad otium fovendum, & lucrum captandum, prout copiosè, & apprimè eleganter docet *D. Th. in Opuſculo 19. cap. 7. contra impugnantes religionem, & peregregiè firmat. 22. q. 187. ar. 5* tum quia mendicare eſt actus humilitatis, habet. n. ſibi conjunctam quandam abjectionem, per quam arrogantiæ, & humanæ gloriæ vitium curatur, ut expreſsè dicitur *in cap. cum ſi quis ſemel 1. de pœnit. diſtin. 2. ſeu. cauſ. 33. q. 3.* ibi, *exercitia verò humilitatis ſunt, ſi ſe vilioribus officijs ſubdat, & miniſterijs indignioribus tradat: ita namque arrogantia, & humanæ gloriæ vitium curari poterit,* hæc ibi.

2. Exercere autem actus, per quos vitia extirpantur, laudabile eſt, ergo, & patet de Chriſto Domino, qui non eſt dedignatus etiam in propria perſona mendicare, nam *Lucæ* 22. mendicavit locum, ubi Paſcha cum Diſcipulis celebraret, & *Lucæ* 19. mendicavit Aſellum ſuper quem venit in Jeruſalem, & *Lucæ* 1. legitur mendicaſſe victum à mu-

lieri-

Digitized by Google

lieribus, quæ ſecum ibant, miniſtrantes eidem facultatibus ſuis & *Luc.* 10. mendicavit à Zacchæo hoſpitium; & ſimilia loca non deſunt in novo Teſtamento, per quæ manifeſtè apparet, Chriſtum noſtrum Redemptorem verè mendicaſſe, at omnis Chriſti actio, noſtra fuit inſtructio, maximè circa humilitatem, patientiam, & paupertatem, ergo; tum etiam, quia omnis pauper, ſivè ſit voluntarius, ſivè neceſſarius, poteſt licitè mendicare, & oſtiatim quærere, ad habendum victui neceſſaria; & eſt deciſio *cap. Sacerdos* 9. *cauſ.* 1. *q.* 2. ibi, *Clerici quoque, quos pauperes, aut voluntas, aut nativitas fecit, cum perfectione virtutis, vita neceſſaria, ſivè in domib. ſuis, ſivè in Congregatione viventes, accipiant, quia ad ea accipienda non eos habendi ducit Cupiditas, ſed cogit vivendi neceſſitas*, hæc ibi.

3. Et patet de B. Arſenio, qui ut legitur in vitis Patrum, gratias egit de hoc, quòd neceſſitate cogente, oportuit eum, eleemoſynam petere; & de ſancto Alexio, qui, omnibus ſuis bonis, per Charitatem dimiſſis, gaudebat, etiam à ſervis ſuis eleemoſynas accepiſſe, *Divus Thom. loc. citat.* 22. ergo; tum denique quia mendicare ad communem utilitatem, nempè pro conſtruendo hoſpitali, vel ædificanda Eccleſia, aut pro maritandis pauperibus, Orphanis, & pupillis, opus pietatis eſt, & laude dignum, ut expreſsè dicitur in *d. cap. Sacerdos*, ibi, *non ſolum ſine cupiditate, ſed etiam cum laude pietatis accipit à populo diſpenſanda, & fideliter diſpenſat accepta; quia omnia ſua, aut parentibus reliquit, aut pauperibus diſtribuit, aut Eccleſiæ rebus adiunxit, & ſe in numero pauperum, paupertatis amore conſtituit, ità ut undè pauperibus ſubminiſtrat, indè, & ipſe tanquam pauper voluntarius vivat*, hæc ibi.

4. Proindè qui pauperes non recipit, vel deſpicit eos, qui fideliter Agapas, id eſt, convivia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei, illos convocant, anathema eſt, ut expreſsè deciditur *in c. ſi quis* 1. *diſtin.* 41. ubi hoſpitalitas extollitur, & pietas erga pauperes, valde laudatur.

5. Neque his obſtant ora ſibila Hæreticorum, etenim dejecta ſunt, & proculcata ab Angelo Eccleſiæ *D. Thom. ubi ſupra.*

6. Dixi *ſecus ad otium fovendum, & lucrum captandum*, quia mendicans ex cupiditate divitiarum, vel otioſi victus, quod impræſentiarum, idem eſt, ſi de facto pauper non ſit, & aliena ope non indigeat; peccat mortaliter, & tenetur mendicatum dare pauperibus; nàm ſic mendicans, fraudulenter petit, ſibique uſurpat Eleemoſynas, quæ de Jurè debentur verè indigentibus, & non fictè quærentibus, pro ut ex multis oſtendit *Emment. Caiet. in d. loc. vigeſimo ſecundo*, ubi multa promit, ſuo ingenio digna.

Quæſt. 12. *Vita Eremitica, an ſit prior Cœnobitica?*

1. QUòd utraque vita fuerit ſemper in Eccleſia culta ab his, qui viam conſiliorum, & perfectionis complexi ſunt, non eſt qui dubitet; an verò una ab altera exorta ſit, quæſtio eſt non levis, nam Caſſianus, *Coll.* 18. *c.* 6. exiſtimat, Cœnobiticam, eſſe antiquiorem.

2. Alij verò è contra; ducunturque ex eo, quia ſanctus Antonius, qui fuit monaſteriorum fundator, & auctor, ſeceſſit in deſertum, poſt Paulum, qui fuit Eremitarum auctor, ut liquet ex Romano Breviario, in ejus feſto; ergo, ajunt ipſi, vita Cœnobitica fuit ſubſequens ad Anachoreticam, ſicut Ant. ad Paulum.

3. Verumtamen ſanctus Athanaſius in vita Antonij, *cap.* 3. non admittit, d. Sanctum Antonium fuiſſe fundatorem Monaſteriorum, ſed ampliatorem; undè dicit, quod ante Antonium, non erant in Ægypto, tam crebra Monaſteria; expende quæſo, ly *non erant crebra*, & dices, ergo aliqua præerant.

4. Præterea non eſt, qui ambigat, utram vitam fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutam, & Apoſtolos communiter vixiſſe, & à tempore Divi Marci erecta fuiſſe Monaſteria; ergo vita Cœnobitica mox inſtituta, cœpit exerceri in principio naſcētis Eccleſiæ, quod non poteſt dici de ſolitaria.

5. Præterea eſtò, quod Sancti Elias, Eliſæus, & Joan. Baptiſta fuerint ante Chriſtum, Eremitarum Principes, & fundatores, adhuc tamen, *Sanctus Hieron. in Epiſtol.* 4. *ad Ruſticum*, ait, quod Princeps Prophetarum Samuel, primò inſtituit Cœnobia Monachorum, quod pluribus firmat *Genebr. in Chronol. & in Hiſtor. lib.* 1. *c.* 10. ergo Cœnobitica præceſſit Anachoreticam; Samuel enim præceſſit omnes Prophetas.

6. *Emin. autem Cardinal. Baron. in anno* 328. *Suar. t.* 4. *de Relig. l.* 1. *cap.* 2. *n.* 19. *& Gibalinus, de clauſura Regularis, diſq. ſi. ſit.* 3. §. 5. media via incedentes, ajunt, præfatas vitas eſſe in antiquitate pares, & pro varijs temporibus, Anachoretas fuiſſe Cœnobitarum auctores, & viceverſa.

7. Et quidem meritò, tum quia vita Anachoretica regulariter eſt aſſumenda poſt longum exercitium vitæ Cœnobiticæ, ut probat *textus cap. cum ex eo* 1. §. *pro hoc tamen, de exceſſibus Prælat. & D. Thom.* 22. *q.* 188. *a.* 8. *& Auth. de Monachis*, §. *cogitandum*, ergo præſupponit illam; tum etiam, quia oppoſitum docet praxis, reſpectu eorum, qui Religiones fundarunt, ut patet de ſancto Ant. Benedicto, Romualdo, Brunone, Franciſco de Aſſiſio, & de Paula, & alijs, qui poſt Chriſtum, ex Anachoreſi vita, tranſierunt in Cœnobiticam, ut patet de Elia, Eliſæo, & Joan. Baptiſta, qui priùs rigidè, & omninò ſolitariè, poſtmodum verò ſocialiter vixerunt, ut liquet in eorum Hiſtorijs, & vitis, undè benè dixit Gloſa in *cap. qui verè*, 16. *q.* 1. *& cap. ſi Clericatus, ver. conturbernium, ead. quæſt. & cauſa, quod vita Eremitica tranſit in Monachatum*; tum item, quia vita Eremitica latè dicta, quæ ſcilicet peragitur in proprijs domibus, aut Aſellis, & Prædijs, procul ab urbibus diſtantibus, præcedit Anachoreticam preſsè dictam, & cœnobiticam; tum denique, quia vita Eremitica interdum diſponit ad Cœnobiticam; aliquando verò perficit illam, ergo utra fuit, nunc Mater, nunc Filia, in diverſo tamen tempore & genere cauſæ.

Quæſt. 13. *Vita Eremitica, an ſit perfectior Cœnobitica?*

1. SUb diſtinctione reſolvo quæſitum, aut loquimur de vita contemplativa, privatim aſſumpta ante viam ſocialem, ſine ſpeciali dono Spiritus Sancti; & ſic dico, quòd non; ducorque ex multis. Primò, quia vita hujuſmodi, eſt periculoſiſſima, ut dicitur *Eccleſ.* 4. & firmat *Sanctus Hieronymus in Epiſt. ad Ruſticum Monachum, & Sanctus Thom.* 22. *q.* 188. *ar.* 8. *in fine Corporis.* Secundò, quia non cadit ſub præcepto. Tertiò, quia caret voto obedientiæ, quod eſt omnino optimum. Quartò, quia eſt facilis mutationis poteſt. n. Eremita, ut libet, in Monachatum tranſire, ut dixit *Gloſa in c. ſcripſit*, 27. *q.* 2. undè non poteſt dici Religioſa, nec quidem largè, ut infrà, dico, *q.* 20.

2. Dixi

Digitized by Google

2. Dixi *ſiene ſpeciali dono Spiritus Sancti*; quia ſi eſſet aſſumpta ex ſpeciali munere Dei, teſte D. Thoma. *cit. loc.* foret utique perfectiſſima.

3. Aut loquimur de vita ſolitaria, poſt Monachatum ſuſcepta, & ſic ſubdividitur; aut ſumitur antè vitæ perfectionem adeptam, & ſic, nedum eſt inferior Cœnobitica, verùm etiam, multis modis imperfecta, & periculis expoſita, *S. Thom. cit. loc.*

4. Aut ſumitur poſt vitæ perfectionem aſſecutam, & ſic vita Anachoretica, eſt perfectior Cœnobitica, ut probat *textus Authoris de Monachis*, §. *cogitandum verò eſt*, ibi, *quidam eorum in contemplatione, & perfectione degentes, vitam remotam habeant in hoſpitio, (quos vocare Anachoretas, id eſt, diſcedentes, & Haſicaſtas, id eſt, quieſcentes, conſueverunt, tanquam à Communione ad meliores exceptos,) alioquin alios, &c.* & *D. Thom. cit. loc.* ex eo, quia vita ſolitaria ſic ſuſcepta, comparatur ad Cœnobiticam, ſicut finis ad medium, & terminus viæ, ad ipſam viam. Terminus n. ex ſuo genere, & perfectior via, per quam habetur terminus; & finis, eſt potior medijs ad finem, ut ibidem declarat *S. Thom.*

5. Quapropter vita contemplativa privata, non eſt abſolutè, & omnibus modis vita ſociali perfectior; ſed limitatè, & precisè ſumpta, quatenus, ſcilicet, in eodem genere vitæ contemplativæ, eſt terminus vitæ ſocialis, ut dictum eſt, & aptior ad actualem Dei contemplationem, quæ Dei contemplatio, præcisè ſumpta, eſt Hiærarchica, prima, & principalis, & conſequenter melior, & perfectior omnialia, cum ſit prima pars charitatis.

6. Verùm eadem vita contemplativa ſic accepta, ſi contemplata evomat in proximi utilitatem, erit utique perfectior ſe ipſa, in pura, & ſola contemplatione exiſtente, ut ex multis oſtendit *idem D. Thom. in dicta q.* 188. *ar.* 6. & eſt deciſio, *cap. niſi cum pridem, de renunciatione*, ubi reprehenditur quidam Epiſcopus, qui propter otium contemplationis, recuſabat munus Epiſcopi exercere, ibi, *ſcire debes, non eſſe te ſanctificato in utero ſanctiorem, (ſupple Ieremia,)* & ideo, (ibi ſubjungitur) *non oportet te prædicationis iam ſuſceptæ reſpuere Miniſterium*, hæc ibi, & colligitur ex illa geminata interrogatione Chriſti facta Petro; *Petre amas me? paſce oves meas, Deus enim Charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, ut dicitur Ioan.* 4. *& charitas eſt plenitudo legis, Corinth.* 13.

7. Hinc Elias ab Anachoreſi montis Carmeli, ſeceſſit in medias turbas, ut ab errore errantes avocaſſet; Joannes, à Ripa Jordanis, ad prædicandum Baptiſmum pœnitentiæ ad proximi utilitatem, ſocietatem adire non recuſavit, & ſic de alijs, qui ſolitudine prætermiſſa, ad exercitium operum charitatis abierunt.

8. Ex quibus benè infertur, quamvis ergo vita ſolitaria ſit Cœnobitica, ut ſupra ſpeculativè perfectior, adhuc tamen, diù practicabilis non eſt, ſine ſpeciali munere Dei; etiam ſi fuerit aſſumpta à Regularibus, poſt longum exercitium vitæ ſocialis, nam id, quod ſolum, ſive ſolitarium eſt, debet eſſe ſibi per ſe ſufficiens, alioquin ſi neceſſarijs ſibi careat, ut ſubſiſtat, & vivat, cogitur ab Anachoreſi exire, & conſortium amplecti, ut cœterorum induſtria, & labore, poſſit adjuvari, & ſic deſinit eſſe ſolitarium, ut ſcitè notat *Divus Thom in d. ar.* 8. *in cor. & Caiet. ſubnectit, quis eſt iſte (ſupple ſemper per ſe ſibi ſufficiens?) & laudabimus eum.*

9. Undè *Suar, t.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 16. *in fin.* ait, quin etiam addo, regulariter item loquendo, etiam Religioſis viris, & in vitæ ſanctitate exercitatis, ſalubrius eſſe, in fratrum Congregatione, quam in ſolitudine verſari; quod prius docuit *Sanctus Baſil. ſerm.* 1. *de inſtitutis Monachorum*, & magis expreſsè in Regula, *interrogat.* 7. opiperè *Divus Thom. in d. art.* 8. ubi ex ſanctis Patribus, enumerat vitæ ſocialis utilitates & *Ill. Beluacenſis, tr.* 4. *ſpeculi hiſtorialis l.* 14. *c.* 82. *&* 93.

Quaeſt. 14 *Vita Eremitica reperiturnè approbata à Sancta Sede?*

1. Affirmativè dic, ut conſtat ex multis, quandoquidem Congregatio Eremitarum Camaldulenſium, fuit inſtituta à ſancto Romualdo, anno Domini, 1030. ſub Regula ſancti Benedicti, ſic dicta ab inſigni Conventu Camalduli, in Provincia Tuſciæ, erecto ab eodem ſancto Romualdo, ut teſtantur, *Sanctus Antonius Archiepiſcopus Florentin. Ordinis Prædicatorum*, 2. *p. ſum. tit.* 15. §. 15. *Caſſan.* 4. *p. Catalogi gloriæ mundi, conſiderat.* 54. *Rodor. t.* 1. *q.* 3. *ar.* 7. *cum ſuo comp. reſol.* 123. *num.* 13. & fuit ab Alex. II. approbata, *conſtit.* 1. *incip. nulli*, 29. *Octobris* 1062. *Suar. t.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. & habet multas Congregationes, in unam unitas, Leo X. *Conſtit.* 2. *incip. etſi* 4. *non. Iul.* 1513. cum facultate condendi ſtatuta ad regimen ejuſdem, & poteſtate recipiendi fratres profeſſos, cujusvis Ordinis, & Religionis, etiam Carthuſienſis, petita, licèt non obtenta licentia ſuperiorum, Eugenius IV. conſtit. 8. incip. *illa quæ*, *edita* 8. Kal. Decembris, 1475. & Gregor. *X*III. conſtit. 86. incip. *cum interna*. 7. Januarij, 1584. & fuit anno Domin 1520. reformata, ſeu excitata, & ſtrictior facta à Paulo Juſtiniano Patritio Veneto, qui à ſancta Sede impetravit, ubique gentium Camaldulenſem Ordinem dilatare, *Tambur. tr.* 1. *de Iur. Abbat. q.* 15. & vivit ſub uno Generali, & præſtat obedientiam ſuis legitimis ſuperioribus, & habet infinita privilegia ſibi conceſſa, & communicata à Gregor. XIII. conſtit. 18. incip. *Superna*, 12. Julij 1574. & à Greg. *XIV.* conſtit. incip. *officij noſtri*, die 3. Aug. 1594.

2. Et ejus unio fuit noviſſimè iterum confirmata per Urbanum VIII. ſua conſtit. incip. *ad futuram rei memoriam*, edita anno Domini 1626. *Novar. t.* 1. *de elect. & variat. fori, q.* 68. *num.* 2. *in fin. & in ſua Luc. Regul. ver. Camaldulentium Congregatio, & D. Auguſt. Barboſa in Collect. Bull. ver. Camaldulenſes, & ver. Eremitæ* 2. *& latè de Iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 21. *num* 46. *& D. Carolus Tapia in Author. ingreſſi, ver. Monaſteria, cap.* 40. ubi ſub *numero quarto* dicit, *quod horum Patrum vita, à Patribus Eremi AEgypti nihil deferi*; & in fine ſubnectit, illud tamen dicere libet, quòd in hoc ordine reformatorum, antiquorum Patrum Eremi rigor, & Sanctitas inſpicitur, quibus adde, quod d. Patres hodiè quoad receptionem aliorum Religioſorum, tenentur obſervare decreta Sac. Congregationis & ſimilia, de quibus dico *in cap. de tranſeuntibus ex uno in alium ordinem.* 2. *p. tr.* 5.

3. Item Congreg. Eremitarum S. Auguſt. Ortum habuit ab eodem, qui Matris lacrymis commotus, & D. Ambroſij prædicatione, ad fidem converſus eſt, in Eremo propè Mediolanum, nigro indutus amictu, & pellis cingulo aſtrictus, ad differentiam Monachorum illius temporis, quoſdam clericos, in unum congregavit, quibus certum vivendi modum relinquens, in Patriam meavit, *Vinc. Beluacenſ. in hiſtorial. ſpeculo, lib.* 17. *c.* 46. *& S. Anton.* 3. *par. tit.* 24. §. 21.

4. Qui

Digitized by Google

4. Qui modus vivendi fuit approbatus à ſancta Sede, ante Conc. Lateranenſe celebratum ſub Innocentio III. anno Domini 1215. ut conſtat *ex cap. Religionum, de Relig. domib. in 6. §. ſanè*, ibi, *caterùm Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum Ordines, quorum inſtitutio dictum Concil. Generale praceſſit, in ſolido ſtatu volumus permanere*, hæc ibi.

5. Et fuit auctus ab aliis multis, qui nomine, habitu, & Regula S. Auguſtini circumferebantur, ſub Innoc. IV. anno 1244. & Alex. IV. anno 1256. ut ex ejus conſtit. incip. *licet* 4. non. Maij ejuſdem anni 1256.

6. Et fuit deindè confirmatus à ſubſequentibus Pontificibus, ut in Bullis, quæ citantur in Comp. privil. Minorum, ver. *Ordo Eremitarum*, & extenduntur in Bull. Auguſtinian. edito, per P. Fratrem Laurentium de Empoli.

7. Et gaudet privilegijs conceſſis alijs Regularibus cujuſcumque ſtatus, & ordinis, Jul. II. conſtit. 18. incip. *etſi* 17. Junij 1508. *Rodor. t. 1. q. 2. ar. 4. cum ſuo comp. Reſol. 123. num. 34. Tambur. t. 1. de Iur. Abbat. diſp. 17. q. 16. num. 17. Novar. t. 1. de elect. & variat. fori, q. 68. num. 2. & in Luc. Regul. ver. Eremita, n. 4. Barboſ. in Collect. Bull. ver. eod. n. 3.* & latè *de Iur. Eccl. lib. 1. c. 41. n.* 88.

8. Item Congregatio Eremitarum ſancti Hieronymi, dicitur ab eodem, qui poſt aſperrimam, in deſertis Ægypti vitæ pænitentiam, in Bethleem ſe contulit, ibique aſperiorem vitam agens, magnum inſtituit numerum Monachorum, ut ex noſtro, & Romano Breviario.

9. Et eſt duplex; una in Hiſpania, altera in Italia; illa Hiſpaniæ fuit inſtituta, ſeu reformata ſub Regula ſancti Auguſtini in patrocinio S. Hieronymi, à P. Petro Fernandez Nobili Caſtellano, & confirmata ab Urban. V. Pontifice Maximo, *Rodor. t. 1. q. 3. ar. 10. cum ſuo comp. reſolut. 123. num. 16. & 17. Ludov. Miranda, Manual. Prælat. q. 4. ar. 1. & opiperè D. Tapia in Auth. ingreſſi ver. Monaſteria, cap. 25.* Iſthæc Italiæ, dicitur excitata, ſeu reſuſcitata à Beato Lupo Olmeto S. Hieronymi, & fuit ab Urban. VI. confirmata ſub anno 1380. & emittit vota Religionis, & gaudet privilegijs Regularium, *Suar. t. 4. de Relig. tr. 9. lib. 2. Barboſ. in coll. Bull. ver. Eremita, & luculenter de Iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 21. numer. 144. & 147. & Novar. t. 1. de elect. & variat fori q. 68. n. 2. & in ſua luc. Regul. ver. Eremit.*

10. His præfatis Congregationibus ſancti Auguſtini, additur Congreg. S. Mariæ de Coloreto, Provinciæ Calabriæ citra, quæ ortum habuit à venerabili P. Fratre Bernardo de Roblano, qui obijt cum opinione Sanctitatis, & fuit ſic dicta ab inſigni Conventu Coloreti, territorio terræ Morani, ab eodem ædificato, & fuit poſtmodum à Clemente VIII. confirmata, & à Paulo V. dicto Ordini ſancti Auguſtin. unita, ſalvis tamen manentibus, quibuſdam ſtatutis per eundem Fundatorem editis, ut liquet in Brevi Apoſtolico dictæ unionis incip. *ad ea*, editio anno Domini 1606. die vero 27. Aprilis, anno primo ſui Pontificatus, qui aſſervatur in d. Conventu Coloreti.

11. Nec non adduntur, & aliæ plures Eremitarum Congregationes, quæ utique reperiuntur confirmatæ à Romanis Pontificibus, & à nobis prætermittuntur, cauſa brevitatis, quam affectamus.

12. Dixi in principio hujus reſolutionis, *vel conſtat ex multis*, non dixi ex omnibus; quia non omnes Eremitæ ſunt in ſtatu approbato à ſancta Sede. Quidam n. ſunt in Eremo ex propria voluntate, nemine Authorizante, nullo ordine ſuſcepto, nulla Religionis profeſſione peracta, & nemini ſubmiſſi, qui more Sarabaitarum hinc inde diſcedunt, varia loca perambulant, ſceleratè vivunt, ſuntque Reipublicæ pernicioſiſſimi, quapropter, ut dictum eſt ſupra, non ſunt tolerandi ab Ordinarijs locorum, exceptis tamen Camaldulenſibus, & Eremitis prædictis S. Auguſtini, & à S. Sede confirmatis, prout Sac. Congreg. Epiſcop. & Regul. declaravit in una Catanien. 22. Junij 1582. & referunt *Barboſ. in Coll. Bull. ver. Eremit. 1. Novar. in Luc. Regul. ver. eod. n. 2. in fin. & Lez. 2. p. ſum. c. 7. n. 8.*

13. Nec dices, quod Principes Eremitarum, ut fuere Paulus, Anton. Machar. Hylarion. Arſenius, & alij commilitones, nemine authorizante; & ſine certo inſtituto, Sylvas, & ſpeluncas petierunt. *D. Regens Tapia in d. Auth. ingreſſi, ver. Monaſteria, cap. 6. n. 1. & D. Ricciull. Arch. Conſentinus, lucubrat. Eccleſ. lib. 3. cap. 3. num. 1. § ſecundus eſt, in fin.* Quia quicumque Spiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei, ut dixit Apoſtolus ad Romanos, *cap.* 8. *num.* 8. lex juſtis non eſt poſita, ſed injuſtis, ut idem *Apoſtolus ad Timotheum primo, num.* 9. volo dicere, quòd illi, ut cognitum eſt, ex fructibus eorum, in ſolitudines ſeceſſerunt ex impulſu ſpiritus Sancti, impulſus autem Spiritus Sancti, non ſubeſt communi legi, *D. Thom. 1. 2. q.* 68. *ar. 3.* quod his, de quibus agitur non poteſt adaptari; proindè quod à communi Jure exorbitat, non eſt in conſequentiam trahendum.

Quæſt. 15. Vita Eremitica, an poſſit per Epiſcopum loci pro novo Ordine, & Eccleſiæ Regula approbari?

1. UT punctum difficultatis innoteſcat adverte, non poſſe de Religione dupliciter loqui; uno modo, quoad ejus eſſentiam, quæ in tribus votis conſiſtit, & hæc, licet per quamdam adumbrationem incœperit in lege veteri, fuit tamen inſtaurata, & perfectè inſtituta à Chriſto Domino in nova lege, undè dicitur eſſe de Jure Divino, ut egregiè docet *D. Thom. 2. 2. qu. 186. ar. 6. & 7. in reſpon. ad argumenta*, & pluribus firmat Emin. Card. Bellarmin *t. 2. controv. de Monachis lib. 2. cap. 2. Rodor. t. 1. q. 1. ar. 1. cum ſuo com. reſolut. 123. Lud. Miranda t. 1. Manual. Prælat. q. 1. ar. 4. Sanch. l. 5. ad decal. cap. 1. num. 15. & egomet in 3. p. t. 9. & mediatè ſuprà q. 4.*

2. Secundò loqui poſſumus de Religione, quoad ejus eſſentiæ ſolemnem determinationem, hoc eſt, quatenus ejus vota eſſentialia proponuntur communi populo obſervanda ſub hoc, vel illo determinato modo vivendi, ſub juriſdictione, & poteſtate alicujus determinati capitis, & hæc determinatio, & propoſitura, non eſt de Jure Divino, ſed humano, & Eccleſiaſtico, ut poſt tot lites nobis diffinivit Bonifacius VIII. & habetur expreſsè *in cap. unic. de voto, & voti Redemp. in* 7. ibi, *illud Religionis votum eſt ſolemne, quantùm ad dirimendum Matrimonium poſt contractum, quod ſolemnizatum fuerit per profeſſionem expreſſam, vel tacitam factam alicui de Religionibus, per Sanctam Sedem approbatam*, hæc ibi; hinc rectè quæritur, utrum talis Ritus, & modus vivendi, valeat per Epiſcopum loci ordinarium, proponi, & intimari hominum univerſitati, pro norma, & Regula benè vivendi in S. Eccleſia.

3. Ad quod quæſitum negativè reſpondent *Emin. Cardin. Bellarmin. t. 2. controv. de Monachis, lib. 2. cap. 4. Suar. t. 3. de Relig. lib. 2. cap. 16. & 17. n. 8. & ſeq. Sanch. cit. loc. Rod. t. 3. q. 48. ar. 3. cū ſuo cōp. reſol. 123. n. 4.*

Miranda

13. Secundò, quia ità expreſsè dicitur, *in cap. cum Eccleſiæ, de ætate, & qualitat. ordin in 6. Clemen.* ibi, *ipſi (ſupplè Epiſcopi Diœceſani) ex officio tenentur, ſtatuta canonica obſervare, & à ſuis ſubditis obſervari facere.*

14. Tertiò, quia ita fuit à Joanne 22. deciſum, in extrau. antiq. *cum Sancta Romana, de Religioſis domib. in 6.* ibi, *quidam autem eorum (ſupple fratricellorum) dictum habitum, & vivendi ritum à quibusdam Epiſcopis, ſeu eorum ſuperioribus, vel aliis Eccleſiarum Prælatis, habuiſſe profitentur, quos, nec eis concedere licuit, contra formam Concilij Generalis,* hæc ibi, ubi *Gloſ. in ver. Concil. Generalis,* ſubnectit, non igitur licet Epiſcopis contra inhibitionem generalis Canonis facere, cum ſint aſtricti ad obſervantiam Canonum. Quartò, quia in d. conſtit. habentur validiſſimæ non obſtantiæ, per quas derogatur omnibus dignitatibus, Papa inferioribus.

15. Neque ſecundum ejus dictum arridet, quòd ſcilicet non fuerunt in uſu. tùm quia tot ſucceſſivè repetitæ conſtitutiones conciliares tollunt non uſum, abuſum, & contrarium uſum, ut dixi 1. *p. tr.* 9. tum etiam, quia non uſus præſupponit contrarium uſum, in aliquo particulari facto, quod poſt prædicta decreta non legitur eveniſſe, tùm denique, quia contrarium eſt dicendum à partibus benè enumeratis, nam certum eſt, ut ex multis oſtendit. *Bellarminus lib. ſecundo de Monachis cap.* 4. quòd pauperes de Lagduno, ſub anno Domini, circiter 1170. quemdam ordinem Religioſum inſtituerunt, plenum tamen multis Hæreſibus, & ſuperſtitionibus, ob quas, à Lucio III. Alexandri III. ſucceſſore, ſuppreſſus, & abrogatus fuit, ſub anno 1206. circiter. S. Franciſcus de Aſſiſio, & ſanctus Dominicus, inſtituerunt eorum ordines, & metuentes, nè ſibi accideret, quod videbant aliis accidiſſe, noluerunt ſuo Judicio confidere, quamvis forent gigantes Sanctorum; ſed à Sancto Pontifice confirmationem petierunt, & obtinuerunt.

16. Paulò poſt, Innocent. III. conſiderans periculum, quod imminebat Eccleſiæ, ſi unicuique liceret novam Religionem inſtituere, in Concil. Lateranenſi prohibendo, ſanxit, nè deinceps ullus novus ordo, inſtitueretur, Sancta Sede inconſulta, ut in *d. cap. nè nimia, de Relig. domib.* quod decretum, fuit ſucceſſivè confirmatum, ut oſtenſum eſt ſupra, per quæ emanata, nullus novus ordo in Eccleſia reperitur erectus, Papa inconſulto, quin ſtatim fuerit à Sancta Sede abolectus, ut patet de mulieribus Beguinabus, vulgariter dictis, quæ cum nullam profiterentur Regulam approbatam à S. Sede, fuerunt ſuppreſſæ, & pænitus rejectæ, ut apud Clementinas, *in cap. cum de quibusdam* 1. *de Relig. domib. in* 6. & de aliis uſque ad nuperrimam diem, ut dictum eſt ſupra.

17. Nec denique obſtat dicere, quod aliquæ Religiones à Sancta Sede approbatæ, ab eadem ſancta Sede repeniuntur extinctæ, quia Religiones, quæ curſu temporis deficiunt á primævo inſtituto, extinguntur, tamquam inutiles, & infructuoſæ, ut illæ Templariorum, Humiliatorum, Fratricellorum, & ſimilium.

18. Nec exindè benè infertur, ergo in primæva earum inſtitutione, non fuerunt bonæ Regulæ perfectionis Chriſtianæ addiſcendæ, nam tunc temporis, erant optimæ Regulæ, lex n. vetus, veniente meliori Chriſti Religione, abrogata eſt, teſte *Paulo ad Hebræos, cap.* 7. cum priùs ſancta, & valde utilis fuiſſet, *Rodor. & Miranda ubi ſupra.*

Quæſt. 16. Vita Eremitica. an ſaltem poſſit per Epiſcopum loci approbari, pro Religioſa Societate ſuæ diœceſis?

1. Emin. Cardinalis *Caietanus, Ordinis Prædicatorum, in* 2. 2. *q.* 188. *ar.* 1. quem multis citatis, ſequitur, *Rodor. t.* 3. *q.* 48. *ar.* 4. *cum ſuo comp. reſolut.* 123. *numer.* 15. dicit, quod ſic; quia d. decretum Innocent. III. *nè nimia, de Relig. Domib.* non comprehendit inſtituentes ſtatum cum votis ſimplicibus, ut eſt ſtatus Beatarum, Tertiariorum, de Ordine S. Franciſci, vel S. Dominici, & ſimilium; quia talis ſtatus non eſt verè, & propriè Religioſus; ac proindè non comprehenditur ſub d. decreto, quod dumtaxat loquitur de ſtatu verè Religioſo, & de Religione proprié dicta, de novo inventa; cumque odioſum ſit, utpotè contra auctoritatem Epiſcoporum, quam antiquitùs habebant, ut infrà, non extenditur ad non expreſſa, per Juris Regulam, *Odia in* 6.

2. Et ità Epiſcopus poteſt eos recipere ad obedientiam, non ſub certa Regula, ſed ſub certo modo vivendi, *Navar. de orat. notab.* 7. *num.* 24. *& in cap. non dicatis, num.* 15. *Sot. lib.* 7. *de Iuſtit. q.* 5. *ar.* 7. *in partem Suar. t.* 3. *de Relig. l.* 2. *cap.* 16. *& cap.* 17. *num.* 8. *& ſequent. & t.* 4. *de Relig. l.* 1. *de variet. Relig. cap.* 10. *num.* 10. *Barboſa verò de Iur. Eccleſ. l.* 1. *cap.* 41 *num.* 203. *& Novar. in Luc. Regul. ver. Religio,* expendentes decretum Gregorij X. dicunt, Epiſcopum poſſe confirmare novam Congregationem; erectam tamen ſine diverſo habitu, & ordine Regulari, per *cap. de Monachis, & ſeq. cauſ.* 18. *q.* 2. quia ſi Regula Congregatorum, non ſit ex approbatis ab Eccleſia, ſed de novo introducta, congregati non tenentur dare obedientiam Epiſcopo, nec Epiſcopus poteſt tales congregatos in tali Regula defendere, & gubernare, *Portell. in dub. Reg. ver. Tertiarij, in addit. num.* 5. & poteſt colligi, *ex d. cap. Religionum* 1. *de Relig. Domib. in* 6. ubi multa leguntur, quæ non pro eodem ſupponunt, ſed ad diverſa referuntur, nempè ad novam Religionem, novum habitum, & novum modum vivendi, ut notat *Gloſa infrà citanda, & Caiet. ubi ſupra.*

3. Et additur, quòd Pius V. ſua conſtit. incip. *lubricum vitæ genus,* quæ eſt 76. inter bullas ejusdem, in bullario Cherub. & 23. in bull. Rodor. fol. mihi 412. & liquet ibi, *Nec deinceps patiantur in ullis Congregationis domibus, ſeu conventibus, ampliùs converſari, quò circa mandamus univerſis, & ſingulis Prioribus, Præpoſitis, Generalibus, Provincialibus, & conventualibus, ac alijs cuiuscunque dignitatis, & nominis. Miniſtris; nec non Conventibus, Canonicis, Fratribus, & perſonis Congregationis huiusmodi, ut ſtatutum noſtrum prædictum, non expectata alia iuſſione, aut mentis noſtræ declaratione, humiliter recipiant, & ſtudioſè obſervare procurent, quòd ſi fortè aliqui in eo, quo nunc ſunt ſtatu (quem omninò tollimus, & abolemus) contra hoc noſtrum ſtatutum perſiſtere contenderint, ſingulos omni dignitate, officio, adminiſtratione, & beneficio privamus, & ad futura perpetuò indignos decernimus; excommunicationis quoque ſententia innodamus, eò ipſo,* hæc ibi, de quibus inviſendi ſunt, *Suar. cit. loc. n.* 22. *Portell. in addit. ad dubia Regul. ver. Tertiarij n.* 2. *&* 3. *& comp. Rodor. cit. loc. n.* 6.

4. Non reticeam tandem dicere, quòd Gloſa *in d. cap. Religionum in* 6. *ver. habitum,* ait, quòd ſingularis perſona, quæ ſocios non habet, ſed ſingularem vitam ducit, & ſeorſum habitat, poteſt novum habitum induere, per *cap. parſimoniam,* 41. *diſtin.* quod dictum amplectitur *Barboſa cit. loc. & in Can. Cellulas* 8. *cauſ.* 18. *q.* 2. dicit, quòd Epiſcopus poteſt Cellulas

Digitized by Google

las novas, aut Congregatiuncula monachorum, (ſupple ſolitariorum] inſtituere, nova autem collegia non poteſt, nec etiam novam regulam, vel novam vitam, ut probat textus *cap. nè nimia, de Relig. domib.* ex quibus benè vides, quòd hodie ad finem gaudendi privilegiis Religioſorum; ſicut Sorores Tertiariæ, non poſſunt extra ſepta monialium, ſociatim vivere, ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, ut conſtat ex Bulla Pij V. incip. *circa paſtoralis officij noſtri,* & ex bulla Gregor. XIII. incip. *ex benigna Sedis Apoſtol. proviſione,* quarum verba præciſa, & magis neceſſaria habes *in 4. p. tr. 17. q. 3. n. 5.*

5. Ità Fratres Tertiarij, ſeu Eremitæ, nequeunt extra ſepta Monachorum, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, in ſocietate vitam traducere, ſine gravi culpa, & pœna excõmunicationis latæ ſentẽtiæ, ut liquet ex deciſis, *4. p. tr. 16. q. 10. n. 5.* & ex ſupra relatis.

6. Dixi *ad finem gaudendi privilegiis Religioſorum,* quoniam Laici, & purè ſæculares, ad finem addiſcendi vitæ humanæ neceſſaria, poſſunt ſociatim vivere, abſque ulla pœna cenſuræ, ut patet de pueris, & puellis congregatim viventibus ſub cura Magiſtri.

Quæſt. 17. Vita Eremitica an fuerit antiquitùs ad libitum in Religionem erecta?

1. EMinent. *Cardinalis Bellar. t. 2. controv. de monachis, lib. 2. cap. 4.* loquendo de Religione, quoad modum practicandi ejus eſſentialia, dicit, quòd fuit libera, antea quàm emanaſſent d. decreta, & movetur ex eo, quòd ante tempora Innoc. III. & Bonif. VIII. modus practicandi eſſentia Religionis, erat multiplex, & nulli reperiebatur reſervatus, ut patet de Antonio, Baſilio, Aug. & Benedicto, qui auctores Religionum fuerunt, nulla petita, nec habita approbatione ab Epiſcopis, cui arridet *D. Ricciullus, lucubrat. l. 3. cap. 3. n. 1. in 2. caſu, in fin.*

2. Verumtamen *Rodor. t. 3. q. 48. ar. 3. Mirand. t. 1. prælat: q. 3. ar. 6. Suar. t. 3. de Rel. lib. 2. cap. 17. num. 2. Leſſius lib. 2. de Iuſt. cap. 41. num. 12. Sanch. lib. 5. ad decal. cap. 1. num. 15. & 20. Peyr. t. 1. privil. in conſtit. Pyrrhi, n. 2.* & alij plures contrarium tenentes, dicunt, quòd ad veram Religionis rationem, ſemper fuit neceſſaria Eccleſiæ approbatio, quæ, ante prædicta tempora fiebat per ſolos Epiſcopos, aut ex ſola delegatione ipſorum, pro ſuis Diœceſibus tantum, quamvis hodie ad ſolum S. Papam pertineat: quod dictum ego veriùs exiſtimo, nam, vel loquitur de Jure, vel de facto; primo modo certum eſt, quòd Epiſcopi in ſuis Diœceſibus ſucceſſerunt loco Apoſtolorum, ut dicitur in *cap. in novo. 2. diſt. 21.* ibi, *in locum eorum ſucceſſerunt Epiſcopi,* & in *Concil. Trid. ſeſſ. 23. de Sacram. Ord. cap. 4.* ibi, *qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt,* & *act. cap. 20.* ibi, *attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo,* hæc ibi, & quòd conſequenter juriſdictionem ſpiritualem à Chriſto Domino obtinuerunt, ordine tamen Hierarchico, hoc eſt, exercendam, ſecundum voluntatem Domini Papæ, qui eſt Caput univerſalis Eccleſiæ; Apoſtoli autem in ſuis Provinciis, poterant facere totum illud, quod Petrus poterat in toto Mundo: ità, & Epiſcopi, qui in eorum locum ſucceſſerunt, ut dictum eſt; ergo in ſuis Diœceſibus poſſunt totum illud, quod poteſt Papa in toto Orbe, ſi aliàs ſibi per eundem Papam non reperiatur vetitum: quod enim non reperitur eis vetitum, cenſetur conceſſum, ut dicitur in *c. cum apud 23. de ſponſalib.* ibi, *ut quicunque non prohibetur, per conſequentiam admittatur:* ubi gloſa *in ver. non prohibetur,* ſubnectit, *id quod non prohibetur, conceſſum videtur; Argum. ff. de Colleg. l. 3.*

3. Confirmatur, & magis declaratur: nam ſicut olim licitum fuit Epiſcopis in ſuis Diœceſibus Sanctos canonizare, ut ex eodem principio probat *Bellarm. t. 2. de Beat. & canon. Sanctor. controv. 4. de Eccleſ. Triumph. lib. 1.* & diffuſè noſter *Caſtell. lib. 1. de canon. Sanct.* & nunc etiam liceret; niſi illis prohibitum fuiſſet in *d. cap. 1. de relig. & venerat. Sanct.* Ità pariter eis licitum fuit, Religiones approbare, ac hodiè licitum foret; niſi emanaſſent dicta decreta Pontificia.

4. Si verò loquamur de facto, hoc etiam patet ex multis. Primò, quia hi Religioſi de facto, & cum effectu, ſubijciebantur Epiſcopis locorum ordinariis, & ſine eorum licentia, non valebant ſua erigere Monaſteria, nec quidem ad Civitates accedere, ut expreſsè habetur in *c. quidem Monachorum 10. cauſ. 18. q. 2.* ibi, *placuit igitur, neminem ædificare, aut conſtruere Monaſteria, aut Oratorij domum, ſine conſcientia ipſius Civitatis Epiſcopi, &c.* & ſunt verba Concil. Chalcedonenſis, ut ibidem teſtatur Gloſa in caſu propoſito, ubi in *ver. vel Monachi,* dicit, *quòd textus loquitur ſecundum ea tempora, cum Monachi fuerunt laici, 16. q. 1. cap. generaliter.*

5. Secundò ex eo, quia emittebant ſolennem profeſſionem in manibus Epiſcoporum, quæ obligabat profitentem ad vota promiſſa, ut liquet in *tota cauſa 27. qu. 1. & ſeq.* & patet de Beato Machario, & B. Alexio, & docet Gloſa in *c. verum 2. de conver. coniugat. in ver. ſicut Sancti quidem.* Quam profeſſionem hodiè nec ſolemnem, neque ſimplicem emittunt, ſed ambulant in ſpiritu libertatis, ut advertit *D. Barboſ. de Iur. Eccl. l. 1. c. 43. n. 6.*

6. Et quomodo, quæſo, potuiſſet Epiſcopus Eremitarum ſolemnes profeſſiones recipere, illiſque dare licentiam ædificandi, & practicandi inter Cives ſuæ Civitatis, ſi de facto nón fuiſſet illorum legitimus ſuperior, & approbaſſet eorum ſtatum? Profeſſio enim emittitur in manu legitimi Superioris, & domus religioſa conſtruitur de licentia Epiſcopi loci ordinarij, ut conſtat ex deciſis.

7. Tertiò, patet ex Chroniſtis, qui antiquas Religionum Chronicas texerunt: qui unanimi conſenſu dicunt, quòd à tempore Apoſtolorum, aut ſaltem ab eo tempore, quo in Eccleſia, pro Monachis, ſeu Religioſis, Regulæ eſſe cæperunt, ſemper fuerunt ab Epiſcopis locorum confirmatæ, *Genebrardus in ſua Chron. lib. 4. Polydor. lib. 7. de inventoribus rerum, cap. 3.* & alij plures, quos allegat, & ſequitur *Miranda loc. cit.*

8. Neque his obſtat dicere, quod S. Paulus, Anton. Baſil. Aug. Benedict. & alij, fuerunt Eremitarum fundatores, abſque ulla antecedenter approbatione Epiſcopi loci; quia objectio hæc non militat, ob ea, quæ infrà dicuntur. *q. 19.*

Quæſt. 18. An Eremitæ teneantur ad vota Religionis, ſi illa emiſerint in manu Epiſcopi, vel alterius?

1. REſolvo cum diſtinctione quæſitum; aut loquimur de Eremitis, qui poſt profeſſionem elicitam in aliqua Religione approbata à S. Sede, vitam eremiticam ducunt, juxta *cap. cum ex eo, §. per hoc tamen, de exceſſ. prælat. in 6.* & dico quòd ſic, quia iſthæc qualitas eremitica, cum ſit accidentalis, non mutat antecedentem eſſentialem ſtatum Religionis, ut conſtat ex *d. c. cum ex eo,* & docet multis citatis, *Covar. pract. quæſt. c. 34. num. 4. & D. Ricciull. lucubrat. lib. 3. cap. 3. numer. 1.* eſſen-

Digitized by Google

eſſentia autem Religionis conſiſtit in tribus votis, nempè caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ: ad quæ vota, omnes virtutes reducuntur, *D.Tho.2. 2.q. 184. ar.5.& q.186. ar.9. & egomet p.4.tr.16. q.7.nu.3. ergo.*

2. Aut loquimur de Eremitis, qui tantum vitam eremiticam promittunt in manu Epiſcopi, vel ſui Socij, aut ſui Confeſſoris, vel alterius, & dico quòd non: ducorque ex multis: Primò, quia vota Religionis, ad hoc, ut obligent voventem ad ſui obſervantiam, ſunt ſimpliciter emittenda in aliqua Religione approbata à S. Sede *D.Tho.cit.loc.Gloſ. in clem. ex eo, de ſent.excom.& Gloſ.clem.2.de regular.ver.Relig. & in cap.1. de reg. Navar.lib.3. de regul. conſ.38.nu.3.* & conſtat ex deciſis. 4. *p.de profeßione nulla, tr.11. q.* 20. 21. *&* 40. *& tr.16.de Tertiariis q.* 7. *&* 10.

3. Secundò, quia Epiſcopus, non ſolùm non poteſt novam Religionem approbare, cum hoc ſit de reſervatis *Papæ*, ut conſtat ex deciſis, hic ſupra *q.17.* Verùm etiam, nec ad aliquam de approbatis ſibi nõ ſubditam recipere, neque Religioni incorporare, *Navar.de regul.conſil.*40.*n.2.in 2.edit.* cum hoc pertineat ad Prælatum, & Capitulum illius Religionis, cui receptus eſt incorporandus, privativè quoad alios, ut conſtat ex deciſis 4.*p.c.2.de recip.q.*2. ubi ad id referũtur multa jura, & docet, poſt *Nav.cit.l.Flav. Cher.in comp.in Bulla Pij V.75.incip.lubricũ vitæ genus.*

4. Tertiò, quia profeſſio non poteſt validè emitti; niſi in locis deſignatis à Sacra Congregatione, juxta decreta Clem. VIII. & Urban. VIII. de quibus latè dico, *ubi ſupra*, & non niſi legitimè completo Novitiatus anno, *c.ad Apoſtolicã.16 de Regul.& Cõc. Trid.ſeſſ.25. cap.15. & 16 de regul.* quæ in caſu noſtro non concurrunt, ſive de Epiſcopis, ſive de alijs loquamur, ergo.

5. Non reticeam tamẽ dicere, quod ſi iſte Epiſc. recepiſſet ad profeſſionem, ex delegatione, & nomine Prælatorum Ordinis, etiam exempti; & Prælati deinde, ſervatis ſervandis, ratificaſſent; profeſſio, utique foret valida, & obligaret profitentem à die ratificationis, ut liquet *ex deciſis*, 4.*p.tr.*10.*de profeſſ. ſolem.q.*12.*&* 13.*& ex l.penult.ff.rem ratam haberi, & cap. correctum 13. de regul.* ubi. *Gloſ. ver non faciat*, ſubnectit, *dicas ergo, quod quicumque facit profeßionem in manu Abbatis, ſeu etiam alicuius Monachi, & ubicumq; dummodo recipiatur eius profeßio ab Abbate, & Fratribus, Monachus eſt & ſolemnizatum eſt votum illius*, hæc ibi, & ſequitur *Navar.& Flav.Cherub. ubi ſupra.*

Quæſt. 19 *An vota prædicta, emiſſa in manu Epiſcopi, habeant ſaltem vim voti ſimplicis?*

PEritiſſimus *Sanchez ad præcepta decal. lib.*4. *c.* 16.*n.*10.*& de Matrim.lib.2. diſput.11. n.5.& D. Ricciullus Lucubrat. Eccleſiaſtic.lib.3.c.5.n.1. &* reſpondent ad quæſitum affirmativé, & ſe fundant in *cap.cum dico* 10.22.*q.*5. ubi dicitur, *quòd etiam, qui per lapidem iurat, periurus eſt, ſi iuramentum non ſervet.*

2. Tu autem diſtingue, aut dicta vota fuerunt emiſſa antecedenter ad dictam profeſſionem, & independenter ab illa; & ſic procedit, & locum habet opinio prædictorum; aut fuerunt emiſſa ſubſequenter ad illam, & dependenter ab illa; & ſic nullatenus obligant, nec quidẽ in foro conſcientiæ, quandoquidem de connexis idem eſt judicium, & ſublato principali, aufertur acceſſorium, juxta *Iuris Regulam* 42.*in* 6.*& conſtat ex deciſis* 4.*p.de profeſſ.nulla, tr.11.* 39.

3. Exinde inferuntur plura corollaria, & primò quod Eremita hujus generis, poteſt ad ſui beneplacitum, recedere ab uno loco, & tranſire in alium locum, & hanc, vel illam cellulã eligere, ſine ullo peccato, immò poteſt recedere ab Eremo, & in ſæculũ redire, vel ad monachatum evolare ſine vitio Apoſtaſiæ, *Gloſ.in c.qui verè* 12.16.*q.*1.*in ver.verò in fin.& in c.ſi clericatus, in ver.contuberniũ, ead. cauſa, & queſt. & Felin.in cap.2. n.6. de foro comp. ibique DD.*

4. Secundò poteſt vocari ad Prælaturam, ſi habeat qualitates neceſſarias, *cap.Monaſterium* 13.*de elect.*ibi, *qui in Eremo eſt laudabiliter converſatus*, ubi, *Gloſ.in ver. Eremo*, multa dicit, & *in d.c.qui verè, obiectò ſolvit* quod dictum, non ſolùm habet locum reſpectu ſui ordinis, ut probat textus *cap.cum cauſam* 27.*& cap.cum in Monaſterium* 49.*de elect.* verùm etiam, quoad prælaturam ſæcularẽ, ut *in d. cap. cũ monaſterium*, unde de Jure veteri poteſt eligi in ſummum Pontificem, teſte noſtro *Emin.Turrecremata in d.cap.qui verè ſub.nu.* 7. 16.*q.*1. & patet de Cœleſtino Papa V. qui ab Eremo fuit ad Papatum evectus, *Ricciull.poſt allegatos, cit. loc.c.6. n.2.* ſecùs autem hodie, ad hoc .n. obſervanda eſt conſtitutio Gregorij XV. incip. *decet. Rom. Pontif.* & eſt 29. in Bull.Cherub.

5. Tertiò non tenetur Prælatis Religionum obedire, ex vi voti præſtiti; quia ipſe Religioſus non eſt, nec quidem Epiſcopo loci, niſi ſicut cæteri Clerici, & concives diœceſis, *D.Thom.2.2.q.186. ar.5.ad3.* eſt .n. Eremita civis loci, in quo moratur, *D.Boer. in d. tr.de Eremit.n.14.* & colligitur *ex cap.nulla, ratione 8. diſtin.3.* ibique Gloſ.in ver. *Acephalos in fin.& cap. qui vere 16. quaſt. 1.*

6. Quartò poteſt habere proprium, & de eo, ut libet, teſtari, *Cardinalis Turrecremata in d. cap. qui verè, 16.q.1.n.8. Syl.ver. teſtamentum 1.q.3. S.Ant. in 3.p. tit.10.cap.3.§.13.Tabiena eod. ver.q.1. Navar.in com.2. n.44.de regul.D.Nicol.Boer.cit.loc.de Eremit. n.16.& D.Regens Tap.in Auth.ingreßi, C.de ſacroſ.Eccleſ in ver. ideòque nec de his c.1.n.22.* & eſt deciſio *c.prælatum* 8. 19.*q.*3.§. *ècontra*, ibi, *Paul.primus Eremit.in teſtamento, Colobiũ ſuũ Athanaſio Alexandrino Epiſcopo reliquit, Tunicã verò B.Antonio*, hæc ibi, ubi Gloſa, *in ver. ècontra dicit, Colobiũ eſſe Dalmaticam, hoc eſt, veſtẽ ſine manichis.*

7. Quod dictum limita in eo, qui ſe, & ſua bona omnia, acquiſita, & quærenda obtulit alicui Eccleſiæ, quia licet hic, reſpectu perſonæ, ſit teſtabilis, verumtamen ejus diſpoſitio non poteſt præjudicare Eccleſiæ, cui per anteriorem donationem fuit Jus quæſitum, ſive oblatio facta fuerit Eccleſiæ regulari, ſive ſæculari. *Navar.in d comm.2.de regul.n.45. D.Tapia cit.loc.& Dom.Ricciull.ubi ſupra, cap.4.n.10.*

8. Quintò, Eremita, de quo agitur, non ſolum poteſt teſtari, ut dictum eſt, verùm etiam, eſt capax ſucceſſionis, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſicut cæteri ſæculares, ut conſtat ex deciſis, & ratio ſuadet; proindè habet factionem teſtamenti active, & paſſive, ut notat *Ricciull. citato loco.*

9. Sextò infertur, quòd dictus Eremita, ſi poſt vota emiſſa, ut ſupra, fornicetur, non dicitur violaſſe votum caſtitatis, nec plus peccaſſe, quàm cæteri ſæculares laici; quia dictum votum eſt acceſſorium ad præfatam profeſſionem, ut ſupponitur; proinde non magis obligat, quàm illa.

10. Septimò poteſt ritè, ac liberè Matrimonium contrahere, abſque ulla diſpenſatione Apoſtolica, & contractum tenetur obſervare, etiam non conſumatum, & maxime hodie, quòd hi Eremitæ nullam profeſſionẽ faciunt, in manu Epiſcopi, nec alibi, ſed immediatè à ſæculo recedentes, in abdita loca ſe transferunt ad faciendũ pœnitentiã, dũ libuerit; tũ quia Eremita hujuſmodi poteſt de ſe, ſuiſque bonis

ad libitum diſponere, ut dictũ eſt ſupra, tum etiam, quia ſtatus Eremiticus præſcindendo à votis, aliàs legitimè factis, non obligat ad permanendum in cælibatu, nec ad perſeverandum in eo ſtatu, contrarium .n. nulla lege cavetur, tùm denique quia ità docet praxis univerſalis, etiam Romana, de qua fidem facit idem *D. Ricciull. in d.l. cit. de Eremit. in c. 5. n. 4. in fin.* & docent in partem, *Gloſa cap. ex part. 12. in ver. propoſitum, de converſ. coniugat. Sot. de Inſt. & Iur. lib. 7. q. 5. ar. 3. ante ſolutionem atgum. Enriq. de matrim. lib. 11. c. 8. n. 7. & Rodor. t. 2. q. 62. de exemp. rel. ar. 20.*

Quæſt. 20. Vita Eremitica, ſeu privata ſolitaria, à Laicis immediatè ſuſcepta, an verè, & propriè ſit Religioſa?

1 DOctiſſimus *Angel. in ſum. ver. Eremita, n. 3. D. Nicol. tus Boerius, poſt deciſiones, in tract. de ſtatu, & vita Erem. n. 13. 14. & 22. Rodor. t. 3. q. 49. ar. 4.* & alij plures, reſpondent ad quæſitum affirmativè, ducunturque ex multis. Primò, quia ſtatus, & vita Eremitarum, eſt ſtatus pœnitentium, qui reperitur approbatus ab Eccleſia, ut patet de Jeſuatis, qui ſtatũ pœnitentium, & vitam Eremitarũ vivunt.

2. Secundò, ex *c. nulla ratione, diſt. 93. & c. ſi autem vobis, cav. 11. q. 3.*

3. Tertiò, ex gloſa *in d. cap. nulla ratione, ver. Acephanos 5. in fin.* ubi ait, quod etiam Eremitæ ſubſunt Epiſcopo, in cujus Territorio ſunt, *& in c. qui verè 16. q. 1. in ver. verò dicit*, quod Eremitæ habent privilegium Clericorum.

4. Quartò, *ex c. ſicut bonum 1. cap. mulieres 31. c. viduitatis 35. cauſ. 27. q. 1.* ubi mulieres, quæ habitum religioſum ſuſceperunt de manu Epiſcopi, coguntur ſervare illius mandata, illique obedire.

5. Quintò, *ex c. indemnitatibus, §. ſupra dicta 42. de elect. in 6.* ubi mulieres Tertiariæ, & ſervitrices monialium, quæ licèt proprijs non renuncient, nec profeſſionem faciant Regularem; adhuc tamen gaudent privilegijs monialium, quibus ſerviunt.

6. Sextò, quia illi priſci, & Sancti Eremitæ, Paulus, Antonius, Macharius, Benedictus, Romualdus, Arſenius, & conſimiles illius temporis, fuerunt verè Religioſi, & propriè perſonæ Eccleſiaſticæ, nulla tamen profeſſione emiſſa, nullaque præhabita Epiſcopi licentia, ergo.

7. Septimo, quia *S. Thomas Aquinas 2. 2. q. 186. ar. 5. in reſponſ. ad 3.* dicit, quod Eremitæ, non excuſantur ab obedientia Epiſcoporum, & arguendo, ponit eos inter Religioſos, ergo.

8. Verumtamen *S. Anton. 3. p. tit. 10. c. 3. n. 13. Syl. ver. Eccleſ. 1. §. 5. dicto 6. Tab. ver. excom. 5. n. 21. §. de rectoribus in fin. in eod. tit. caſu 25. n. 4. §. tertiò quæritur, Armilla verbo Eremita, n. 5. Roſella eod. ver. D. Martinus Navarrus in manuali c. 27. de excom. reſervat. Papæ ſub n. 79. in fin. & com. 2. de regul. n. 24. ad finem*, ibi, *dixi verè regularis, & conſ. 39. & 40. de regul. in noviſ. Suar. trac. 4. de relig. lib. 1. c. 2. n. 10. P. Sanch. ad decal. lib. 7. c. 8. n. 40. D. Ricc. 2. p. praxis, reſolut. 149. n. 1. & 3. p. reſolut. 128. D. Regens Lapia ingreſſi, in ver. ideoque de iis c. 21. n. 22. Leonardus Duardus in com. Bullæ cœnæ, lib. 2. in can. 15. q. 6. eiuſque additio, ibi, Martin. Bonac. t. de cenſur. in Bulla cœn. diſp. 1. qu. 16. ſect. 1. p. 3. n. 18. D. Barboſa 2. p. de offic. & poteſt. Epiſcopi, alleg. 12. n. 42. & de Iur. Eccleſ. lib. 1. c. 39. n. 25. Novar. 1. p. ſect. 2. q. 67. & 68. de elect. fori, & in ſua luc. regul. ver. Eremit. D. Ricciul. lucubrat. lib. 3. c. 3. Lez. 2. p. ſum. cap. 7. n. 1. & ſeq. P. Ioſeph. Gibballinus, de clauſ. reg. diſquiſ. 3. §. 7. Pellizar. t. 1. Manual. tr. 1. c. 1. q. 13. n. 19. & t. 2. de exemp. fori, tr. 8. c. 6. ſect. 2. q. 9. n. 101.* reſpondent ad quæſitum negativè, & moventur ex multis.

9. Primò, quia ad eſſentiam veræ, & propriæ religionis, multa copulativè requiruntur, primò ſcilicet, ut ejus vota eſſentialia nempè paupertas, caſtitas, & obedientia, ſerventur ſub obligatione perſonali, firmata voto, ut probat textus *c. cum ad monaſterium de ſtatu monachorum*, & peregregie pluribus firmat *D. Thom. 2. 2. q. 186. ar. 6.*

10. Secundò, ut dictum votum ſit ſolemne, hoc eſt, emiſſum in aliqua Religione approbata à S. Sede, *cap. votum. 1. de voto, & voti redemptione in 6. & c. ne nimia q. de relig. domib. & c. religionum 1. eodem titulo in 6.*

11. Tertiò, ut ſolemnizetur poſt novitiatus annum, legitime completum, *c. 15. & 16. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul.* & liquet ex latè deciſis, *4. p. tr. 10. q. 6. de profeſſ. ſolem. tr. 13. q. 4. & 7. de oblatis, tr. 15. q. 3. de Tertiariis, tr. 16. q. 7. & tr. 17. q. 3. de ſororibus.*

12. Prædicta autem vita nihil horum habet, immo contraria amplectitur, admittit enim habere proprium, & de eo ad libitum diſponere, ut probat textus *c. per latum §. è contra 19. q. 3.* nec non matrimonium contrahere, *gloſa in cap. ſcripſit 26. cauſ. 27. q. 2. in ver. ſolitudinem*, & excludit votum obedientiæ, *gloſ. in c. qui verè 12. 16. q. 1. in verſ. verò in fine*, & pluribus firmat *D. Thom. in 4. ſent. diſtin. 17. in expoſitione literæ, circa illa verba ad finem, eremi ſolitudinem elegit*; quæ omnia de directo opponuntur Religioſo ſtatui, ut liquet *in d. c. cum ad Monaſterium*, & oſtendit *D. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 1. & 2.* exindè benè infertur, ergo non eſt, nec dici poteſt Religioſus, ille, qui ſuo proprio Confeſſario, vel Epiſcopo devovet tria religionis vota, perpetuò obſervanda, quia Eccleſia, ut bene advertit *Nav. loc. cit.* non approbat, nec acceptat tale votum, ſeu obligationem; niſi admittatur in Religione approbata à S. Sede, Novitiatu legitimè completo, de conſenſu cap. & in manu Prælati Religionis, ad quem pertinet recipere ad habitum, & profitentem Religioni incorporare, ut dictum eſt ſupra, & docent *Suar. t. 4. de relig. lib. 2. c. 4. n. 5. ad decal. c. 1. n. 26. Layman. lib. 4. ſum. tr. 5. c. 1. n. 11. & egomet 4. p. tr. 4. q. 2. & 3.*

13. Neque his obſtant ſuperiùs objecta, nam ad primum dicitur, quod ſtatus pœnitentium reperitur approbatus ab Eccleſia, non pro ſtatu Religioſo, ſed pro modo vivendi in pœnitentia, quod eſt aliud, & aliud; ut patet de Tertiarijs, & Confratribus ſtantibus in ſæculo, qui habent modum vivendi approbatum à S. Sede; nihilominus non ſunt Religioſi; nec dicuntur eſſe in Religioſo ſtatu.

14. Ad ſecundum reſpondet *Suar. d. to. 4. de relig. lib. 1. cap. 2. n. 10.* dicendo, quòd *d. cap. nulla ratione, & cap. ſi autem, 11. q. 3.* in quibus ſe fundat Angelus, nihil omninò de hac re loquuntur; nam in *d. cap. nulla ratione*, habetur, quòd Clerici, qui ſub nullius Epiſcopi diligentia gubernantur, non ſunt habendi Clerici, *& in d. cap. ſi autem vobis*, habetur, quòd omnes Clerici, & Principes, & populi, ſi Epiſcopis non obediant, infames fiunt, quæ non faciunt ad caſum noſtrum.

15. A tertium *idem Suar.* dicit; quod Eremitæ ſubſunt Epiſcopis, in cujus Territorio ſunt, ſicut cæteri fideles, & ſe fundat in doctrina *D. Thom. 4. ſenten. diſtin. 17. & in d. 2. 2. qu. 186. ar. 5. ad tertium*, & ad eandem in Gloſam dicentem, quòd Eremitæ habent privilegium Clericorum, dicit, quòd hoc non poteſt colligi ex illo *cap. qui verè*, ſed tantùm quòd ſint digni honore, cui arridet *D. Ricc. in cit. loc. 2. p. variarum.*

16. Ego autem dico, quòd Gloſa ubi ſupra loquitur

quitur de illis Eremitis, qui emiſerant profeſſionem in manibus Epiſcopi, pro ut fiebat tunc temporis, ut conſtat ex textu, ibi, *qui in Monaſteriis ſunt*, & ibi, *in locis, in quibus ſemel ſe Deo devoverunt, permanentes*, hæc ibi, quę non faciunt ad caſum noſtrum, cum nos loquamur de Anachoretis, qui carent Ordine, & Religioſa profeſſione.

17. Ad quartum dicitur, quòd illa capitula, *ſicut bonum, cap. mulieres, cap. viduitatis, & ſimilia illius q.1.* non faciunt ad rem noſtram; nam ex illis colligitur, quòd profeſſio Religioſa, tunc temporis, fiebat in manu Epiſcopi loci, & quòd erat ſolemnis, & obligabat profitentes ad vota promiſſa, nos autem, ut dictum eſt, loquimur de Eremitis recedentibus à ſæculo, ſine profeſſione, & ordine.

18. Ad quintum dicitur, quod *d. cap. indemnitatibus, de elect. in 6.* nihil prorſus facit ad hoc, de quo agitur; quia non loquitur de exemptione à foro laicali, ſed de electione paſſiva ad præſſendum monialibus, dicitque, prædictas mulieres, cum non ſint profeſſæ, non poſſe eligi ad illarum regimen.

19. Ad ſeſtum reſpondet *Emin. Bellar. t. 2. controv. de Monachis, lib. 2. cap. 4.* dicendo, quòd Religionum inſtitutio, ante tempora Innoc. III. & Bonifacij VIII. erat libera, & modus practicandi vota eſſentialia Religionis, ſub hoc vel illo capite, erat multiplex, & nulli reperiebatur reſervatus, & conſequenter S. Baſilius, Aug. Benedictus, Paulus, Antonius, & ſimiles illius temporis, poterant novam Religionem inſtituere, & ſe Religioſos facere, abſque ulla approbatione Papæ, vel Epiſcopi Diœceſis, verùm iſthæc reſponſio non placet per ea multa, quæ dico hic immediatè ſupra, *q. 17. ver. veruntamen.*

20. *S. Thom. Doctorum Auriga, 2. 2. q. 188. ar. 8.* ait, quòd hi ſancti, de quibus agitur, fuerunt verè, & propriè Religioſi, non Jure ordinario, & Eccleſiaſtico, ſed divino, & ſpeciali, ex abundantia Spiritus Sancti, ut liquet in fine corporis, ibi, *niſi per divinam gratiam ſuppleatur*, ut patet de Beatis Antonio, & Benedicto, quod dictum lætanter amplectitur *venerabilis Suar. in d. tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 2. n. 12. in fin. & P. Ioſeph Gibalinus de Clauſura Regulari*, §. 7. ubi dicit, dictos fuiſſe ſanctos, in ſtatu perfectionis; non autem Religionis, niſi eminenter.

21. Nec dicas, quòd hi, ut conſtat ex eorum vitis, & hiſtorijs, non emiſerunt actuale votum obedientiæ, à quo polluat firmitas, & immobilitas ſequendi Chriſtũ in Religioſo ſtatu, teſte *Caietano, 2. 2. q. 186. ar. 6.* ergo nõ fuerunt formaliter Religioſi.

22. Nam Sanctiſſimus Præceptor *D. Th. in dicto articulo 8. in reſponſione ad tertium*; ait, *quòd actu obedire, neceſſarium eſt ijs, qui indigent exerceri ad perfectionẽ conſequendã; ſed illi, qui iam perfecti ſunt, Spiritu Dei ſufficienter aguntur, ut non indigeant actu alius obedire, habent tamen obedientiam in præparatione animi*, hæc ille; ergo ſecundùm Sanctum Thom. ex abundanti gratia Spiritus Sancti, illi præfati ſancti, fuerunt confirmati, facti ſtabiles, & perpetui ad Deo inſerviendum ubique gentium, in univerſum, & totaliter.

23. Ad ſeptimum fundamentum in authoritate D. Thomæ, dicitur, quòd ibi loquitur de Eremitis, qui emittebant votum Religionis in manibus, Epiſcoporum, & conſtat ex eo, quia idem *Divus Th. in 4. ſent. diſt. 17.* in expoſitione literæ ſic ait, *Eremitæ, quamvis obedientiam non promittant; tamen votum continentia habent annexum, & ex Mora ſecundùm determinatũ tempus, eorum votũ ſolennizatur*, hæc ille: tunc .n. temporis votum Religionis ſolennizabatur in manibus Epiſcopi; nam ipſe ſcripſit ante tempora Bonifacij VIII. obijt .n. in Anno 1274. *Iacob. Suranus in Hiſtoria Ordinis Prædicatorum*, & ex multis oſtendi *Magiſter F. Paulus Nazarius in ſuis opuſcu. de ſcriptis S. Thomæ Aquinatis*: Bonifacius autem octavus, creatus fuit Anno Domini 1304. ut conſtat ex chronica Roman. Pontificum, & liquet in Bull. Cherub. quod eſt valdè notandũ propter eos, qui dicunt D. Thomam vixiſſe poſt Bonifacium VIII. qui ſanxit votũ Religionis nunquam intelligi ſolemne, niſi fuerit ſolennizatum in aliqua Religione approbata à S. Sede, ad quorum omnium majorem claritatem, iterum quæro.

Q. 21. *Eremitæ an gaudent privilegio fori, & Canonis?*

1. HÆc quæſtio eſt gravis, & pendet ex illa an hi ſint verè, & propriè Religioſi, & perſonę Eccleſiaſticæ, de qua dictum eſt immediatè ſupra.

2. Verum, nè laboremus in æquivoco, circa quod contingit ſapientes falli, adverte, quod aut loquimur de illis Eremitis, qui poſt Clericatũ, vel profeſſionem ritè emiſſam in aliqua Religione approbata à S. Sede, vitam Eremeticam aſſumunt, juxta *textum cap. cum ex eo, §. per hoc tamen, de exceſſibus prał. in 6. & auth. ingreſſi, de Monachis §. cogitandum eſt*, & ſic dicendum eſt, quod hi gaudent privilegio fori, & canonis, & immunitatis à gabellis; tum quia ob dictam profeſſionem ritè emiſſam, vel clericatum ſuſceptum, ſupponuntur verè Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ: tum etiam, quia vinculum, quod naſcitur ex Religionis voto, eſt indiſſolubile, *c. ad Monaſteriũ, §. nec exiſtimes de ſtatu monachorum*; tũ item, quia qualitas hæc Eremitica, his ſuper addita, non eſt deſtructiva ſtatus religioſi, ſed perfectiva; poſſunt enim cum ea ſtare vota eſſentialia religionis, & de facto in tali vita practicantur; nam Eremitæ hujuſmodi tenentur ad caſtitatem, paupertatem, & obedientiã, ut liquet *in d. c. cum ex eo, §. per hoc tamen, de exceſſib. Prælat. in 6.* Unde in prohibentur tranſire in vitã eremiticã ſine licentia ſuorum Prælatorũ, & tenentur ab illa recedere, ad beneplacitũ eorundẽ *Armil. ver. erem. n. 4.* quamobrẽ, *Syl. eod. ver. n. 1.* dicit, quod religioſus aſtrictus obedientiæ alicujus approbatæ religionis, ſi aſſumat vitam eremiticã, etſi ſit Eremita, nõ tamen propriè, & præciſè: ſed eſt religioſus, ducens vitam eremiticã, quę ſequitur *Gibalinus, cit. loc. n. 19. in fin. Suar. ubi ſup. n. 4. in fin. & D. Ricciull. cit. l. n. 1.*

3. Aut loquimur de his, qui nemine authorizante, nullo ordine ſuſcepto, nullaque Religioſa profeſſione peracta, ex propria voluntate, habitũ, & modũ vivendi ſuſcipientes, in abdita loca ſe conferunt, ad quietiùs Deo ſerviendũ; & hi, dubio procul, non ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ſed merè laici, ac proindè nullo gaudent privilegio Clericorũ; tùm quia unuſquiſq; cenſetur talis, qualis naſcitur Laicus; niſi ſuperveniat ei aliquid, per quod eripiatur à ſtatu laicali; quod poteſt eſſe duplex, nempè ſuſceptio ordinis, & converſio ad aliquã religionẽ approbatam à S. Sede, ut omnes fatentur: tũ etiam, quia hi dicuntur eſſe in ſtatu libertatis, & æquivocè, qui reperitur à jure damnatus *in c. ut Clerici 3. de regul. ibi, qui ſe fingunt, habitu, & nomine Monachos, aut Clericos, & nõ ſunt, cogendi ſunt, ut ſint veri Monachi, aut Clerici*, hæc ibi quia habitus non facit Monachũ, ſed profeſſio regularis, ſubjungit Gloſ. ibidem in fine caſus propoſiti.

4. Tum item, quia nullus poteſt, ſua ſponte, religioſum habitum aſſumere, *c. ne nimia 9. de relig. domib. & c. Religionum, 1. eod. tit. in 6.*

5. Hinc hi poſſunt per Epiſcopum loci cogi ad deponendum habitum ſuſceptum, & ſi recuſaverint

Q 2 obedi-

Digitized by Google

obedire, poſſunt excōmunicari, & in carceres mitti, juxta *textum c. quidam Monachi* 16. *q.* 1. adjuncta Gloſa *in ver. Epiſcopi*, & docent *Navar. Ricc. Barboſ. Duard. & Lezana ubi ſupra, & ità fuiſſe à Sacra Congregatione deciſū*, refert *D. Ricc. lucubrat. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 4. *in fin.*

6. Aut tandem loquimur de his, qui immediatè à ſæculo recedentes, in ſpecum ſe conferunt, aſſumpto tamen habitu, loco, & modo vivendi, de licentia Epiſcopi loci, cui ſe obligaverunt ad talem modum vivendi: & hi, an gaudeant privilegio fori, & canonis? grave quæſitum eſt, & ſuos hinc indè habet Achilles.

7. *Ioannes de lignano in Clem. per litteras, de praben. & dignit. Bellug. in ſpeculo Princ. rubr.* 11. §. *nunc videndum, poſt num.* 6. *Rodor. t.* 2. *q.* 62. *ar.* 20. *& t.* 3. *q.* 74. *ar.* 11. §. *quantum.* ubi loquitur de Eremitis, qui ſunt Epiſcopo ſubjecti, & pro ſe allegat *Bartolum Angelum, & Gloſam l.* 2. *in ver. non poſſunt*; *Suar. t.* 4. *de relig. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 10. *& t.* 5. *in* 3. *p. D. Th. diſp.* 22. *ſect.* 1. *n.* 22. *ſect.* 1. *n.* 21. *P. Sanch. lib.* 7. *ad decal. c.* 8. *n.* 40. ubi dicit, ſuam opinionem procedere, etiam de jure Regni contra *Horoſcol. l. parte furioſo, de his, qui ſui, vel alieni iuris, D. Reg. Tapia in auth. ingreſſi, de Monac. ver. ideoque de iu, c.* 1. *n.* 7. 22. *&* 23 *Pellizzar in d. t.* 2. *ſui manualis, de exemp. à foro laicali, tr.* 8. *c.* 6. *ſect.* 2. *q.* 9. *n.* 101. ubi dicit, ſe loqui contra Duardum, & Bonacinam, & loculenter *D. Ioan. Franciſcus Sanfel. t.* 1. *deciſ.* 1. & alij plures, dicunt ad quæſitum negativè, qui revocando deciſa, ſuam multis firmant ſententiam, & primò, quia hi, ut ſupponitur, non ſunt Clerici, qui per ſuſceptionem ordinum, fiunt de foro Eccleſiæ, *c. ſi quiſquam, & c. Clericū,* 11. *q.* 1. *& c.* 2. *de foro compet.*

8. Nec verè Monachi, qui per monachatum extrahuntur à ſtatu laicali, *D. Th. q. ult. ar.* 2. *ad* 1. *Caiet.* 2. 2. *q.* 188. *ar.* 3. *Sot. lib.* 7. *de iuſt. q.* 3. *ar.* 1. *concluſ.* 8. *Syl. ver. votum* 4. *q.* 5.

9. Nec in ſtatu Religioſo, per ea quę dicta ſunt ſupra *q.* 19. & conſtat ex vi nominis, ſtatus enim neceſſariò exigit, & petit immobilitatem, & quietem, ſeu perpetuitatem, ad Deo ſerviendum in Religione approbata à S. Sede, aliàs non diceretur ſtatus, ſed motus, & infirmitas.

Quod dictum de ſtatu, non poteſt his, de quibus agitur, adaptari, etenim non ſunt in Religione, nec quidem, ut tertiarij, nec oblati ſervitores, nec ſunt perpetui in dicto ſtatu, ſed nunc tranſeunt ad Monachatum, nunc verò ad nuptias, aut militias, ut liquet ex deciſis.

10. Secundò, quia ex quo in prædictis, de quibus eſt ſermo, nulla eſt Religio, ut ſupponitur, nullus eorum poteſt dici perſona Religioſa; nam omnis perſona Religioſa, eſt aliqua Religione Religioſa, aliàs daretur res denominata; ſine forma denominante, quod non poteſt dari.

11. Tertiò, ex declaratione Sacræ Congregationis ſupra relata, qua Epiſcopi locorum tenentur Eremitas eliminare; exceptis tamen Camaldulenſibus, & Eremitis S. Auguſtini, teſte *D. Barb. in coll. Bull. ver. Eremita n.* 1. & exceptio firmat regulam contra omnes non exceptos, ergo.

12. Quartò, quia hi non comprehenduntur ſub *c. Eccleſiarum ſervos,* 12. *q.* 2. nec *ſub cap. generaliter ſancimus.* §. *novarum,* 16. *qu.* 1. nec ſub *cap. indicatum, diſtin.* 89. nec ſub *c.* 2. *de foro compet.* per quæ Jura ſervitores Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ perſonæ, gaudent privilegio fori Eccleſiæ, cui ſerviunt, & Domini Eccleſiaſtici, cui famulantur; quia prædicta jura loquuntur, & debent intelligi de ſervo perpetuo, ut notat *Gloſa in d. c. Eccleſiarum ſervos, in ver. Clericorum,* ubi poſtquam dixit, quod eodem privilegio gaudent ſervi Clericorum, quo Eccleſiæ ſubjungit, *& eorum mancipia*, ſunt exempti ab omnibus muneribus Civitatum, nota ly, *mancipia*, nam mancipiū, idem eſt, quod homo in bello captus, qui, jure belli, fit de ditione capientis, & connumeratur inter bona, actiones, & jura illius, teſte Calepino, *ver.* Mancipium, quod dictum Gloſa colligit *ex d. c. generaliter ſancimus*, §. *novarum*, ibi, *iuxta ſanctionem, quam dudùm meruiſſe prohibemini, fundos, & mancipia veſtra, &c.* hæc ibi, *& ex d. cap. indicatum, diſt.* 89. *in ver. inter eos*, ubi poſtquam ſibi objecit, quòd Laici ſervitores Eccleſiæ, debent conveniri coram Judice laico, dicit, quòd ideò conveniuntur coram Eccleſiaſtico; quia rapuerunt bona Eccleſiæ, quod eſt furtū ſacrilegū, ob quod poſſunt conveniri coram Judice Eccleſiaſtico: & ſubnectit, *alii dicunt ſervos, & libertos ſequi forum Eccleſiæ, ut dixi* 11. *q.* 1. *c.* 2. hæc ille, nota ly, *libertos*; nam libertus eſt ſervus à ſervitute liberatus, ſive liber factus, quod eſt idem, quod mancipium, quam Gloſæ interpretationem ſequuntur pluſquam triginta Juris conſulti, quos in unum colligit, & expendit *D. Regens Sanfel. ubi ſupra, à n.* 1. *uſque in finem, & Duardus in comm. Bullæ can. lib.* 2. *can.* 15. *q.* 7. *concluſ.* 3. *& q.* 8. *concl.* 2. quod ſupponendo *Novar. conſil.* 3. *de foro comp.* ait, quòd Confratria Corporis Chriſti, quamvis viſitetur ab Epiſcopo, & ejus Cōfratres habitum dipinctum gerant, & ſeparatim à Laicis cum Cruce in publicis proceſſionibus incedant, eſt laica, & non Eccleſiaſtica, ſubjicitur & Judici Laico, quoad temporalia, quamvis ſubjiciatur Epiſcopo, quoad ſpiritualia, *n.* 4. *&* 5.

13. Nec prædicti Eremitæ poſſunt adjuvari, *c. fin. de off. Archipresb.* quia non ſunt ſervi Clericorum, ut dictum eſt, nec de familia Illuſtr. Epiſcopi; quia nō ſalariantur ab eodem, nec cohabitant ſimul in eadem domo ſub poteſtate ejuſdem, nec aluntur ſumptibus illius, *Gloſ. in c. litteris, ver. de famil.* ibique *Felin. & Durad. in can.* 13. *q.* 7. *n.* 12.

14. Nec item *c. cum olim* 7. *de arbitris*: quia ibi non agitur de privilegio fori, ſed ſolùm de lege, & regula illius hoſpitalis, ut fratres, ſeu Adminiſtratores illius, una cum ipſa familia, eligere debeant Rectores, quod non facit ad caſum noſtrum: *D. Sanf. cit. lo. paulùm ante num.* 18.

15. Confirmatur ex eo, quia privilegium exemptionis fori, eſt ſtricti juris, cum non poſſit alicui concedi, ſine præjudicio tertij; ergo non debet exire cancellos perſonæ privilegiatæ, juxta vulgatam juris Regulam, *Odia*, proindè privilegium fori conceſſum Clerico, non debet extendi ad ejus ſervum, *Menoc. caſu* 62. *n.* 5. *undè D. Capi blancus, t.* 1. *paag.* 8. *p.* 3. *n.* 65. *de Baronib.* ait, veritas eſt, quod famuli Clericorum (ſupple temporales) non gaudent fori exemptione ſed ſolùm famuli Epiſcoporum, quamvis Laici ſint, & pro ſe allegat *Grām. Conſil. Civ.* 102. *Capyc. deciſ.* 12. *Theſaur. deciſ.* 22. *Far. q.* 8. *n.* 46. *& q.* 101. *Vivius deciſ.* 80. *&* 116. *& alios.*

16. Ideòque *Iul. Clarus, lib.* 5. §. *final.* ibidem *Baiard. Capyc in d. dec.* 12. *Sigiſmund. Scaccia, de Iudic. cauſ. civil. & crimin. cap.* 11. *n.* 23. & alij quos refert *Thor. t.* 1. *cōp. dec. Neap. ver. fori privilegio,* ſubnectunt, quòd privilegium fori, per quandam civilitatem extenditur ad famulos laicos Clericorum.

17. Et idem per diverſa, de Eremitis fatentur *Panor. in c.* 2. *de foro compet. & noſter Ioann. Tabiena, ver. excom. caſu* 35. *n.* 4. §. 3. *ſed quæritur.* dicentes, quod præfati Eremitæ, de jure, & ſecundum veriorem opinionem, non gaudent dictis privilegijs; niſi ſecundum æquitatem.

18. Verùm ſapientiſſimus, *F. I. D. Syl. ver. Eccleſ.* 1. §. 5.

Digitized by Google

1. §. 5. dicto 6. Armill. ver. Erem. n. 3. Nava. in manual. c.27. ſub n.79. in fin. & comm 2. n.44. de Regularib. ibi, dixit verè Regularis, D. Nicol. Boer. in tr. de ſtatu & vita Erem. n.13. & 14. Covar. pract. q. c.34. n.4. ver. 2. Carol. de graſſis, de effectu Cler. effect. 1. n.105 D. Aloyſ. Ricc. 2. p. prax. reſolut. 149. Leonardus Duar. in comm. Bullæ cœnæ, lib. 2. can. 15. q.6 cum ſua addit. D. Ricciull. lib. 3. lucub. c.3. in 2. caſu, Dom. Ioan. Franc. Capiblanc. t.1. pragm. 8. p.3. n.56. ibi, niſi actu ſerviant alicui Eccleſiæ, non gaudent: Bonac. t.3. de cenſuris Bullæ cœn. diſput. 1. q.16. ſect. 1. p.3. n.18. D. Barboſa, 2. p. de off. & pot. Epiſcop. allegat. 12. n.42. & de iure univerſal. lib. 1. c.39. n.25. de privil. Clericor. Novar. 1. p. q.67. multis allegatis à n.1. uſque in fin. de elect. fori, & Lezana pluribus citatis, p.2. cap.7. n.4. & 5. dicunt, quod prædicti Eremitæ ſic qualificati, gaudent privilegio fori, & canonis, non ratione ſtatus Religioſi, ſed intuitu actualis ſervitij, quòd præſtant alicui Eccleſiæ, de mandato Epiſcopi, vel alicui perſonæ habenti tale privilegium, & moventur ex multis.

19. Primò, ex l.1. & 2. C. de Epiſcopis, & Clericis, & C. ſi quacunque præditus poteſtate, ibi, cum ſua ſuorumque domo iuriſdictionem eius evitare, &c. nec non ex textibus c. Eccleſiarum, & Epiſcoporum ſervos, 12. qu.2. & cæterorum capitul. ſupra cit. per quæ ſervitores potiuntur privilegio ſuorum dominorum; quippe qui textus non ſolùm comprehendunt ſervos, & famulos perpetuos, ut dictum eſt, ſed etiam temporales, dùm ſunt in ſervitio, & famulatu ſuorum dominorum, gloſ. cap. Clericum 3. 11. q.1. ver. Clericum, ibi, idem dico de ſervientibus, & mancipiis Clericorũ. ly, &, eſt conjunctiva diverſorum, idem dicit in c. indicatũ, diſt. 89. in ver. inter eos, ibi, alii dicunt ſervos, & libertos, & in c. eos 10. diſt. 32. in ver. eos, qui ad finem, ibi, & alii qui ſunt de familia eius, Martha de ordin. Iudic. p.4. dict. 11. n.4. Cardin. in Clem. q.17. de vita, & honeſt. Cleric. & alij plures, quos allegat, & ſequitur Duar. in d. can. 15. Bull. cœn. q.8. concluſ. 2. in 2. ampliatione.

2. Confirmatur, quia privilegia conceſſa ſcholaribus in auth. habita, c. ne filius pro patre, ubi habentur privilegia circa declinatoriam fori, & alia ibi contenta, extenduntur etiam ad ſcholarium famulos, quandiù ſunt in eorum ſervitio, & non ultra, ut apparet in d. Auth. ibi, tàm ipſi; quam eorum nuntii: & docent omnes ibi ſcribentes, quos effuſo ſermone nominat idem D. Regens Sanfel. in d. dec. 1. n. 2. ergo idem dicendum eſt à fortiori de famulis, & ſervitoribus Clericorum, & Eccleſiarum, cùm magis favendum ſit Clericis, & Eccleſiis, quam ſcholaribus, Martha caſu 111. n. 13.

21. Confirmatur urgentiſſima ratione, quia privilegium, quod Domino datur, extenditur ad famulum, ſeu comprehendit ſervum, non pro commoditate ipſius ſervi, ſed pro utilitate, & neceſſitate Domini, cui eſt neceſſarius, ergo ſervus fruitur privilegio Domini ſui, intuitu, & favore ejus, cui deſervit, & non gratia ſui, ergo uſus hujus privilegij ſemper perſeverat durante ſervitio, quod ſervus præſtat domino ſuo, ſive ſit perpetuum, ſive temporale, ut optimè declarat Baldus in d.l.2. n.2. in 3. notab. & n.4. & 5. C. de Epiſcopis, & Clericis. Gram. conſil. 102. quod incipit, Redemptoris gentiũ n.7. & alii plures, quos refert, & ſequitur Caravit. in ritu 46. n.27. & Menoc. de arbitr. lib. 2. cent. 6. caſu 162. & additur, quod dictum privilegiũ habitũ in dict. Auth. fuit favore Eccleſiæ introductũ, Bald. in l. non plures ver. inde nota C. de ſacroſanct. Eccleſ. ergo potiùs Eccleſiæ, quàm alteri perſonæ, permittendum eſt.

22. Confirmatur: ſcutifer, & familiares militum, gaudent privilegio dominorum ſuorum, ſi eis ſint, familiares neceſſarij, & uxor gaudet privilegio ſui viri, Bald. in l.1. C. de uxoribus militum, & privilegium officialibus conceſſum, cenſetur eorũ ſubditis conceſſum. Idẽ Bald. in l. reſtituenda, C. de Aovocat. diver. Iudicum, ſed ità eſt, quòd Eccleſia non eſt inferioris conditionis, quàm ſint hi; immò militia ſpiritualis præfertur corporali, ergo privilegium Eccleſiæ non eſt denegandum ſervitoribus ejuſdem.

23. Secundò, quia in facti contingentia, ità Sacra Congregatio Epiſcoporum declaravit, die 17. Januarij 1594. reſcribens Epiſcopo Fundano, teſte D. Ricciull. ubi ſup.

24. Tertiò, quia hoc operatur ſuſceptio habitus de manu Epiſcopi, & obligatio penes eundem, per ſuſcipientes præſtita, licet nullam profeſſionem emiſerint in aliqua Religione approbata à S. Sede, eò magis ſi hi eremitandi habeant qualitates neceſſarias ad inſerviendum Eccleſiijs, ſintq; probatæ vitæ, & viſitentur ab Epiſcopo in generali viſitatione, vel reperiantur adſcripti ſervitio alicujus Eccleſiæ.

25. Confirmatur aſſumptum, & magis declaratur, Epiſcopi ſucceſſerunt in locum Apoſtolorum, unde poſſunt in ſuis Diœceſibus, totum illud, quod poteſt S. Papa, in toto Orbe, ordine tamen hierarchico, cap. 4. Conc. Trid. ſeſſ. 23. quæ quippè ipſorum poteſtas, quoad hoc, de quo agitur, non reperitur limitata, ex c. nè nimia, de relig. domib. neque ex cap. religionum 1. eod. tit. in 6. & notat ibi, Gloſa in ver. habitum. Emin. Caiet. 2. 2. q.188. ar.1. & Rodor. multis citatis, t.3. q.48. ar.4. & conſtat ex deciſis, hic ſupra q.10.

26. Nec ex conſtitutionibus Pij V. incip. lubricum vitæ genus, quæ cùm ſit, reſpectu Epiſcoporum, odioſa, & loquatur de vivendo in ſocietate, non debet extendi ad caſus non expreſſos, juxta juris regulam in 6. Odia.

27. Et de facto Domini Epiſcopi tali poteſtate uſi ſunt, cap. ſicut bonum, c. mulieres, c. viduitatis, 27. q.1. & c. ex parte 14. de conver. coniugat. & tenentur providere ſuis Eccleſijs de ſervitoribus, c. placuit, 1. q.2. ibi, qui ibidem, ſine luminariis, vel ſine ſubſtantiali ſubſtentatione eorum, ſervituri ſunt, &c. quibus omnibus accedit decretum Sact. Congreg. juſſu Greg. Papæ 15. editum, Anno 1623. decimo Kal. Julij, quo Epiſcopi valent unum, ad minùs, inſtituere pro ſervitio Eccleſiæ, ubi celebrantur divina, quod per extenſũ refert Nov. 1. p. ſum. Bull. ſub tit. de Diac. ſelvaticis.

28. Si ergo perſona eremitanda ſit idonea, & Illuſtris loci Ordinarius potuit, & fecit, non eſt de facto dubitandum; Ricciul. cit. loc.

29. Tu autem Amice Lector, æqui, & boni conſule, prædicta expende, & quid dicendum cogita: nobis autem, per modum diſcurſus, varia tetegiſſe ſufficiat.

Q. 22. Votum vitæ eremiticæ, an ſit obligatorium?

1. SApientiſſimus P. Thomas Sanch. meritiſſimus Alumnus Societatis Ieſu, lib. 4. ad decal. c.16. n.10. de voto vitę Eremiticę, multa dicit. Tu autem cum diſtinctione reſolve: aut vovens vovit vitam eremiticam, præſcribendam tamen ſibi ab Illuſtr. Epiſcopo loci; & ſic ejus notum eſt validum, & obligatorium; quia vita eremitica hujus generis, eſt honeſta, & laudabilis, cap. qui verè, 16. q.1. & c. ſi autem 11. cauſ. 11. q.3. proindè non poteſt dubitari, quin ſit apta materia voti.

2. Aut vovens vovit vitam eremiticam, aſſumendam tamen, & practicandã, ut libet, nemine authorizante, & ſic talè votum non obligat, cũ hic modus vivendi ſit periculoſiſſimus D. Th. 2. 2. q.188. ar.8. &

D. *Anton.* 3. *p. tit.* 16. *c.* 1. §. 4. *in fin.* & reprobatus ab Eccleſia, ut patet ex declaratione Sac. Congregat. Epiſcoporum, & Regularium, hic ſupra adducta *q.* 21. *in fin.*

3. Hoc tamen dictum *Sanch. cit. loc.* limitat in eo, qui in orationis, & aliarum virtutum exercitio, reperitur valdè verſatus, & prudenter æſtimatur in ea vita profectum facturus.

4. Quam limitationem ego non cenſeo veram, ſecluſa dicta licentia Epiſcopi; niſi in omninò ſimilibus S. Paulo primo Eremitæ, & S. Joanni Baptiſtæ, qui ex ſpeciali dono Spiritus ſancti proceſſerunt in Eremum, forſan abſque ulla licentia, ut dictum eſt ſupra: tùm quia nolle ſubeſſe locorum Epiſcopis, malû eſt, ut conſtat *ex d. c. ſi autem, &c. nulla ratione, diſt.* 93. tùm etiam, quia nequit aliquis dici verſatus in virtutibus, ſi recuſet obedire cui obediendum ſit; cum obedientia virtutum omnium ſit maxima virtus; tùm item, quia aſſumens ſua ſponte habitum, & vitam eremiticam, cenſetur duci ſpiritu libertatis, & non ſanctitatis, ut liquet ex deciſis; tùm tandem, quia judicium de profectu futuræ vitæ, eſt nimis incertum, & de futuris periculis certiſſimum, quæ ſunt omninò cavenda; qui enim amat periculum, peribit in illo.

TRACTATVS XV.

DE VOTO PAVPERTATIS RELIGIOSÆ.

Quæſt. 1. *Paupertas religioſa quid ſit?*

1. ET quidem dicendum eſt, quod ſit voluntaria renunciatio omnium rerum poſſeſſarum, omniſque juris poſſidendi, per ſolemne votum facta, in aliqua Religione approbata à S. Sede: *ad textum c.* 1. *de voto in* 6.

2. Dixi voluntaria, ad differentiam paupertatis coactæ, ſeù neceſſariæ, qua plures inviti, temporalibus bonis carent, de qua latè *Navar. comm.* 2. *de regul. n.* 16. *& Rodriq. t.* 3. *q.* 29. *ar.* 1. Dixi omnium rerum; tùm quia ad perfectionem religioſam neceſſariò exigitur cuncta externa relinquere, per ea, quæ docet, *S. Th.* 2. 2. *q.* 186. *ar.* 3. tùm etiam, quia monialis per religioſam profeſſionem, non ſolum deſinit eſſe ſui Juris, & conſtituitur ſub dominio Monaſterij; Verum etiam, ejus bona omnia tranſeunt ab ipſa immediatè in Monaſterium.

3. Dixi, *omniſque juris poſſidendi.* Quia monialis per ſuam profeſſionem, non ſolum renunciat bonis poſſeſſis; verùm etiam, & juri poſſidendi. Etenim ſicut vovens votum caſtitatis, inhabilitatur ad contrahendum; ità per votum paupertatis, fit incapax habendi, & poſſidendi, non ſolum dominium, & proprietatem rei: verùm etiam uſus juris, uſusfructus, poſſeſſiones, & adminiſtrationes, & ſimilia, prout ſunt quid juris, non autem quid facti; hæc enim quatenus ſunt, quid juris, ſignificant aliquid propriû quod quis poſſidet, & adminiſtrat, nomine proprio, & arbitratu ſuo indepēdenter à Superioris voluntate, quòd per diametrum opponitur paupertati religioſæ, quæ profeſſam mundo mortuam reddit, & pro mortua haberi jubet, ut ex multis oſtendit *Navar. comm.* 1. *de regul. n.* 12. *& ſequen.* ubi docet, quid ſit dominium, *Azor.* 1. *p. inſt. mor. lib.* 12. *cap.* 13. *q.* 1. ubi docet, quid veniat nomine proprij; latè *Barthol. à S. Fauſto, in theſauro relig. lib.* 8. *q.* 1. *& ſeq. Bordon.* 1. *p. conſil. reſol.* 439. *& egomet t.* 2. *prax. p.* 3. *tract.* 8. *de dominis, q.* 23. *&* 24. ubi habes, quid ſit proprietas, uſus, uſusfructus, poſſeſſio, & dominium.

4. Dixi per votum ſolemne. Quia ſtatus Religioſus non conſtituitur; niſi per votum ſolemne; ut conſtat ex deciſis, *qu.* 8. *de ſtat. relig.* & docet *Sanch. lib.* 7. *ad præcepta Decal. cap.* 19. *num.* 23. Ad quorum majorem declarationem, multa quæro.

Quæſt. 2. *Regularis dicens aliquid eſſe ſuum, ut puta mea eſt hæc veſtis, an peccet mortaliter contra votum paupertatis?*

1. EMin. *Ioan. à Turrecremata, poſt Humbertum, in cap. non dicatis,* 12. *q.* 1. *ad* 8. *num.* 13. ait, quod ſi hoc dicit ex lapſu linguę non peccat; Si autem ex propoſito, & modo aſſertivo, quod eſt propriè dicere, peccat mortaliter; tum quia mentitur, quia ſcit, vel ſcire debet, nihil eſſe ſuum, juxta *d. c. non dicatis aliquid proprium:* at omne mendacium eſt peccatum, etiam bona intentione, & cauſa humiliationis prolatum, ut expreſsè dicitur in *cap. cum humilitatis q.* 22. *q.* 2. & docet *S. Thom.* 2. 2. *q.* 100. *ar.* 3. ergo.

2. Veruntamen veritas eſt, quod ſi id dicat, intendens ſe habere dominium illius rei, utique peccat mortaliter, contra votum paupertatis, & contra veritatem. Quia ſic verè mentitur. Si autem velit dicere, illam rem eſſe ſuam impropriè, & largo vocabulo, utpotè, quoad ſimplicem uſum, & poſſeſſionem facti, dependenter à voluntate Prælati; nullo modo peccat, nec contra veritatem, neque contra paupertatem, per ea multa, quæ allegat *Gloſa in d. cap. non dicatis, ſub verbo, poſſidere,* ibi, *ſed numquid veſtis eſt ſua? Et ſequitur, reduplicatis iuribus, Navar. com.* 2. *num.* 1. *de regul.* ad quod facit illud Angeli, *Act. Apoſt.* 12. *ad D. Petrum, præcingere, & calcea te caligas tuas, &c.* quibus in verbis ingenioſè Alvarus Pelagius dubitat, an veſtes Petri, quibus indui eum Angelus juſſit, eſſent Petri, quoad dominium, vel uſum tantùm, ex quo omnes Apoſtoli voverunt omnia ad ſtatum perfectionis pertinentia, prout atteſtantur *S. Aug. lib.* 7. *de Civit. Dei, cap.* 10. & præſupponit *D. Thom.* 2. 2. *q.* 88. *ar.* 4. undè meritò *Navar. tract. de redd. Eccleſ. q.* 1. *Moneo* 10. *eund. Alvarum Pelagium* mirificè laudat, & à detractoribus defendit.

Q. 3. *Sub-*

Digitized by Google

Quæſt. 3. Subſtantia, ſive eſſentia paupertatis Religioſæ, in quonàm conſiſtat;

1. RESpondeo, quod ſolùm conſiſtit in abdicatione privati dominij omnium rerum temporalium, ut liquet ex deciſis, & docet *S. Thom. 2.2.q.186.ar.3.*

2. Unde Doctores unanimiter docent, eſſentiam Religionis optimè ſalvari cum proprietate, & poſſeſſione bonorum in communi, abſque ulla læſione perfectionis religioſæ, prout etiam definit, *Ioan. 22. in ſua extrauag.* incipit. *quo quorundam, de verb. ſignif.* & liquet ibi, *qualiter, quando, ubi, & quoties granum, & vinum, pro vita fratrum neceſſarijs, fratres ipſi quærere debeant conſervare, ſivè reponere, etiam ſi reponenda ſint in granarijs prædictis, & cellarijs conſervanda, &c.* Ubi Gloſa dicit, quod dicta conceſſio extenditur ad omnia alia vitæ neceſſaria. Ad quod item facit, vita Apoſtol. qui etſi haberent votum paupertatis, ut dixi de *ſtatu Relig.* adhùc tamen poſſidebant in communi, ut in *Act. Apoſt.*4. ibi, *erant illis omnia communia, & dividebatur ſingulis, prout cuique opus erat, &c.* Quod etiam expreſsè dicitur *in cap. 2. & 3. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de regul.* & docet praxis omnium Religionum, quæ poſſident in communi abſque ullo ſcrupulo perfectionis Religioſæ. Quamobrem non eſt profeſſis vetitum, juxta regulam, pro communitate acquirere, & communitatis bona adminiſtrare ad præſcriptum Trid. citat. loc. & patet de officialibus Conventus, ſed vetitum eſt, prædicta peragere ad privatum, & proprium commodum, independenter à Prælatis.

Quæſt. 4. An Moniales teneantur vivere vita communi, in victu ſcilicet, veſtitu, & alijs neceſſarijs?

1. DEciſio affirmativa manifeſtè colligitur ex regula ſancti Auguſt. qui non ſolum præceptum poſuit circa virtutem vitæ communis, ibi, *ſint vobis omnia communia*; ſed etiam prohibitionem, circa vitium oppoſitum dicens, *non dicatis aliquid proprium*, quod adeò vult ſervari, ut non ſolùm jure, non inveniatur proprietas; ſed etiam nec in ore, cum dicit, *nec dicatis aliquod proprium, &c.* exemplo primitivæ Eccleſiæ, de qua dicitur *actor. 4. nec quiſquam eorum, quæ poſſidebant, aliquid ſuum eſſe dicebat, &c.* & ratio potuit eſſe, quia licet ſine tali vita communi, poſſit obſervari votum paupertatis, cum ſubſtantialiter in eo ſolo conſiſtat, ut non habeatur dominium alicujus rei temporalis, aut uſus ipſius, ſine licentia Prælati, ut ſupra dictum eſt: & probat *Navarr. comm. 1. num. 12. & com. 2. num. 27. de regul.* Adhuc tamen videns, quod ſine tali vita communi, difficulter, & valdè difficilè obſervari poſſit prædicta religioſa paupertas, dictum præceptum poſuit, ad vivendum in communi. Idem advertens Eccleſia à Spiritu ſancto edocta, de novo præcepit, modumque præſcripſit vivendi in communi, non ſolùm in ſpecialibus regulis Religioſorum; verùm etiam in *Concil. Trid. cap. 2. ſeſſ. 25. de regul.* item de Decretis Clem. 8. *refor. regul.* quæ omnia ab Urbano 8. approbata fuerunt in decretis de *Apoſtol. & eiectis*, & noviſſimis decretis Sac. Congregationis, de quibus ſuo loco egimus, & infra dicemus.

Quæſt. 5. An Moniales aſtringi poſſint ad complectendum vitam communem, ſi Prælati velint illam de novo inducere?

1. AFfirmativè *S. Anton. 3. p. ſum. tit. 16. §. 11. de paup. in fin. & alijs cit. Syl. ver. Religio 6. q. 7. dict. 4.* qui dicunt, quod ſicut Prælatus Regularium, non eſt in bono ſtatu, ſi in quantum poteſt, abſque gravi ſcandalo, non nititur Religioſos in communi vivere, ac ſuperfluos uſus vitare; ſic nec ſunt in bono ſtatu ſubditi reſiſtentes, non quod nequeant ſufficienter vivere; ſed quia volunt abundare, & liberiùs diſponere: quod eſt contra paupertatem; *Sanch. lib. 7. ſum. c. 19. n. 27.*

2. Nec contra id poteſt allegari contrarja conſuetudo, nec contrarius uſus. Quia contra Regulam approbatam à ſancta Sede, prout includit tria vota ſubſtantialia Religionis, quæ ſunt de Jure divino: non eſt locus conſuetudini; etiam ſi foret centenaria, & immemorabilis; ex quo conſuetudo jus divinum auferre non poteſt; *Graſſ. 2. p. deciſ. Aur. lib. 3. cap. 9. num. 4. Tapia authent. ingreſſi, cap. 3. num. 55. Calder. toto conſilio, de conſuet. Fel. c. cum M. n. 26. de conſuet.* Undè reſiſtentes ſunt valdè punibiles, ex quo reſiſtunt expreſſæ voluntati Prælati jubentis ſecundum regulam, ut docent omnes ſcribentes *in cap. non dicatis, 12. q. 1. & in cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monach. Navar. conſ. 75. de regul. num. 49.* & eſt communis.

3. Nec excuſantur, ſi dicant hujuſmodi vivendi modum, conventualiter ſcilicet, non fuiſſe ab eis inventum in Religione: ſed ſic fuiſſe in ea ſemper practicatum; & ad præſens communiter practicari, abſque ullo ſcrupulo.

4. Nec ſi addant, ſe nolle præ cæteris ſingulares videri, & meliores apparere; quia licèt talis modus laxè vivendi; non fuerit ab eis inventus; non tamen exindè ſequitur, quod licitè poſſint ambulare poſt abuſum, & corruptelam voti paupertatis: tum quia nemini integrum eſt, quærere æmulationem in malo, ſecundum illud *pſal. 13.* ibi, *non æmulari in malignantibus*: tum etiam, quia abuſus debet omninò de medio tolli, & non foveri: tùm etiam, quia *væ illi, qui dicit malum bonum, & bonum malum*; tùm etiam, quia eis fortè in profeſſione fuit proteſtatum, teneri ad vitam; non ſecundùm, quòd hic, vel alibi vivitur, ſed ſecundùm, quod vivendum eſt ſecundum ſtatuta ordinis.

5. Nec valet dicere, quod prædictus modus laxè vivendi toleratur communiter à Prælatis Religionum, ac etiam à Roman. Pontificibus. Quia hoc falſiſſimum eſt: loquendo tamen de tolerantia approbativa: ſecùs verò de permiſſiva, ad cavendum majus malum: ut conſtat ex deciſis hic infra, & latè docet *D. Barthol. à S. Fauſto in theſauro, lib. 8. de paup. q. 170. in noviſ.*

6. Nec replices dicendo, quod vita communis non eſt de ſubſtantia voti paupertatis. Quia, ut dictum eſt ſupra, ſufficit, quòd ſit de præambulis, & connexis ad cuſtodiam paupertatis religioſæ, ad hoc, ut juſtè poſſit Religioſis ſub præcepto imponi, ut dictum eſt ſupra.

Quæſt. 6. Moniales non obſervantes vitam communem, an ſint proprietariæ.

1. ET dico, quod ſic: Si tamen degant in Monaſterijs, in quibus obſervatur vita communis. Secùs autem ſi morentur in alijs, in qui-

Digitized by Google

in quibus illa non ſervatur, vel ob impotentiam, ſivè ob ſuperiorum malitiam nolentium vitæ neceſſaria ſubminiſtrare. Moveor, quia ſic prætermittentes, agunt, tùm contra regulam, tùm contra voluntatem ſuperiorum, maximè Summ. Pontificum; tùm etiam, contra præcepta *Conc. Trid. ſeſſ. 25. in regul. c.* ubi præcipit omnibus regularibus, tam maſculis, quàm fœminis, ut communem vitam, victum, veſtitum fideliter obſervent. Ergò abſque ullo dubio, ultra peccatum, dant in pœnas proprietatis: niſi ab eis exculpentur, ob aliquam rationabilem cauſam, ut liquet ex deciſis, & docent communiter Doctores, cum quibus concurrunt *S. Fauſtus in theſ. lib. 8. de paup. q. 170. in noviſ. Lezana in cap. 6. 1. p. num. 60. & Pelliz. tom. 1. manual. tr. 4. cap. 2, ſect. 4. ſub. q. 5. num. 247.*

Quæſt. 7. An Regularis per votum paupertatis intelligatur renunciare honoribus, & præcipuè Eccleſiaſticis?

1. NEgativè *S. Thom. 2. 2. q. 186. ar. 7. ad 4.* ibi, *honori ergo abrenunciare non competit Religioſis.* & meritò, tùm quia honor propriè, & ſecundum veritatem non debetur, niſi virtuti, ſicut non competit Religioſis abrenunciare virtutibus; ità nec eis competit abrenunciare honoribus, qui ſunt effectus, aut remunerationes virtutum: tùm etiam, quia honor non eſt honorati actus, ſed honorantis, ut communiter dicitur, ergo non poteſt eſſe materia abdicationis bonorum ipſius profitentis, cum, non inter ipſius, ſed alterius bona computetur. Confirmatur, eſſentia paupertatis ſolùm conſiſtit in abdicatione privati dominij propriarum rerum, ut dictum eſt ſupra: At honor non ſtat ſub dominio profitentis, ſed alterius honorantis; ergo idem, quòd priùs.

2. Hinc *Emin. Caiet. in citat. ar. §. in reſponſ. ad 4.* dicit, quod Regulares abdicantes à ſe honores magiſterij in theologia, ſi aliàs ad hoc idonei ſint, reprehendendi ſunt, ſicut reprehendendi eſſent, ſi Presbyteros nollent habere ſuos; honor enim eſt præmium virtutum, ut dictum eſt; ergo cum hi in Religione virtuoſos actus exerceant in docendo, prædicando, legendo, regendo, & ſimilia peragendo, cur honorandi non ſint, loco, & alijs reverentiæ inſignijs, cum ſint inſtrumenta virtutum, & honor huſuſmodi, tàm ſæcularis, quàm eccleſiaſticus, contra perfectionem religioſam non ſit? quòd non ſolum procedit in Religionibus lapſis; ſed etiam benè inſtitutis. Ad quod etiam facit illud *Pſal. 8. Gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, & illud Pſal. 138. mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus,* & ſimilia.

Quæſt. 8. Quoniàm iure inducta ſit dicta obligatio, nempè non diſponendi de nulla re, proprio arbitratu; nec ea utendi independenter à voluntate Superiorum?

1. ET dico, quod inducta eſt, jure naturali, divino, & poſitivo: tum quia natura ubique gentium dictat promiſſa præſtari, *cap. 1. de pactis, &c. cum iuramenti, 22. q. 5.* at Regularis in profeſſione promiſit eſſe ſinè proprio: ergo, tùm etiam, quia ad prædicta ſe obligavit ſub voto, quod eſt de jure divino, ut conſtat *ex pſalm. 75.* ibi, *vovete, & reddite Domino veſtro.* tum etiam, quia prædicta colliguntur ex jure poſitivo, nempè *ex c. non dicatis, 12. q. 1.* ubi inter cætera hæc habentur.

2. *Cum huius noſtræ Congregationis fratres, non ſolùm facultatibus, ſed voluntatibus proprijs in ipſa ordinationis ſuſceptione renuntiaverint, & ſe per promiſſam obedientiam penitùs aliorum poteſtati, & imperijs in Chriſto, & pro Chriſto ſubdiderint, certum eſt, eos nihil habere, poſſidere, dare, vel accipere debere, ſine Superioris licentia, quod ſi propinquus, vel amicus, vel quilibet Fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit, primo quidem Priori inſinuetur, & ſic ſuſcipiatur, ſi ipſe mandaverit, de quò tamen nihil fiat aliud, niſi quod Priori placuerit,* hæc ibi.

3. Item *ex cap. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monach.* ubi hæc verba leguntur. *Prohibemus quoque diſtrictè in virtute obedientiæ, ſub obteſtatione Divini Iudicij, nè quis Monachorum proprium aliquo modo poſſideat: ſed ſi quis aliquid habeat proprij, totum incontinenti reſignet. Si verò poſt hoc, proprietatem aliquam fuerit deprehenſus habere, regulari monitione præmiſſa, de Monaſterio expellatur, nec recipiatur ulterius; niſi peniteat ſecundum Monaſticam diſciplinam. Quod ſi proprietas apud quemquam inventa fuerit in morte, ipſa cum eo in ſignum perditionis, extra Monaſterium in ſterquilinio ſubterretur, ſecundum quod Beatus Greg. narrat in dialogo ſè feciſſe. Vnde ſi quidquam alicui fuerit ſpecialiter deſtinatum, non præſumat illud accipere, ſed Abbati, vel Priori aſſignetur,* hæc ibi.

4. Item *ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 2. de regul.* ubi habentur hæc præciſa verba.

5. *Nemini igitur Regularium, tàm virorum, quàm mulierum liceat bona immobilia, cuiuscunque qualitatis fuerint; etiam quovis modo ab eis acquiſita, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus poſſidere, vel tenere; ſed ſtatim ea ſuperiori tradantur, Conventuique incorporentur: nec deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere; etiam ad uſumfructum, vel uſum administrationem, aut commendam, adminiſtratio autem bonorum Monaſteriorum, ſeù Conventuum, ad ſolos officiales eorundem, ad nutum ſuperiorum amovibiles, pertineat, mobilium verò uſum ità ſuperiores permittant, ut eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conveniat, nihilque ſuperflui in ea ſit, nihil etiam, quod ſit neceſſarium eis denegetur. quod ſi quis aliter quicquam tenere deprehenſus, aut convictus fuerit; is biennio activa, & paſſiva voce privatus ſit atque etiam iuxta ſuæ regulæ, & ordinis conſtitutiones puniatur.*

Quæſt. 9. An Moniales, attento antiquo iure communi, poſſint habere annuos redditus in uſus licitos, & honeſtos, de licentia tamen ſuperiorum, & iuſta cauſa, & ad nutum prædictorum amovibiles?

1. REſpondeo affirmativè; ducorque ex multis; tùm ex illis verbis *cap. non dicatis 12. q. 1.* ibi, *eo. nihil habere, poſſidere, dare, vel accipere debere, ſine ſuperioris licentia, &c.* ergo per argum. à contrario ſenſu, cum licentia ſuperioris, poteſt prædicta facere, ut ibid. dicit Gloſa, *ſub ver. poſſidere;* tùm ex illis *cap. Monachi 2. de ſtatu Monachorum,* ibi, *qui verò peculium habuerit: niſi ab Abbate, & pro iniuncta adminiſtratione permiſſum, à communione removeatur Altaris, &c.* ad quod quamvis faciliter dici poſſet, textum loqui de peculio, intuitu adminiſtrationis permiſſo, non autem ab adminiſtratione præciſo: nihilominus ad intentum adducitur *cap. mulieres 31. cauſa 27. q. 1.* qui ſic loquitur.

2. *Mulieres, obtentu Religionis Velatæ, aut in Monaſterio regulariter vivant, aut in domibus ſuis, ſuſceptum habitum caſtè obſervent, &c.* quod nequit obſervari, abſque peculio, ad vitæ ſubſtentationem requiſito. Ad quod item facit textus ſingularis, & irrefragabilis *cap. inſinuante 7 qui Clerici, vel voventes,* ubi quædam fœmina ſit regularis in Monaſterio virorum, conditione adjecta, ut maneret in propria domo, quæ ſua erat, ante profeſſionem, ibi, *eo adiecto tenore, ut*

Digitized by Google

re, ut in Domo propria, cum omni ſubſtantia ſua remaneret, &c. ubi Gloſa *in eodem ver.* ſubjungit verba iſta, *in Domo propria, cum omni ſua ſubſtantia, ſic expone. Id eſt, cum vſufructu ſuæ ſubſtantiæ, olim ante Monachatum, vt de vſufructu illarum rerum, victum & veſtitum haberet in vita ſua; quidquid enim ſupereſt, debet eſſe, & eſt, Monaſterij; & ſi quid deeſt ei ſuppletur à Monaſterio*, ad quod item facit, *textus cap. ſi quis rapuerit, 30. cauſ. 27. q. 1.* ibi, *mulier autem cum ſuis rebus, Monaſterio cautiori tradatur, &c.* ubi Gloſa iterum gloſat, *cum ſuis rebus, quoad vſumfructum*, ergo id quod prius, ad quod tandem faciunt tot eruditiſſimi Canoniſtæ, ac Theologi, omni pietate, & doctrina præſtantiſſimi, qui d. reſolutionem mordicus defendunt; & maximè Innoc. *in d. cap. inſinuante, qui Cler. vel voven. Ioan. Andreas in Iuris Regula, non eſt obligatorium, in 6.* ubi ait, *non eſſe illicitum ſtatutum, vt vnicuique Religioſo detur certa portio ad ſuos neceſſarios vſus*: quod dictum probat *Decius in cap. edoceri, de reſcriptis. n. 5. Abbas in c. cum ad Monaſterium, de ſtatu Monac. n. 8. Calder. in 1. & 2. conſil. de regul. Panor. 1. p. conſ. 88. Sylver. Abbas, q. 3. dic. 7. Navar. com. 2 de regul. n. 9. & 14. & com. 3. à n. 25. vſque in finem*, ubi de re accuratè diſcurrit, latè *Suar. tom. 3. de relig. lib. 8. de paup. cap. 14. Sanch. lib. 7. ſum. cap 22. n. 4. D. Aug. Barboſa in coll. ad cap. Monachi, 2. de ſtatu Monac. n. 4.* ubi hanc reſolutionem veriorem, ac probabiliorem vocat, & alij plures famoſiſſimi, per eoſdem allegati.

3. Neque his obſtat *Concil. Lateranenſe, quod refertur in cap. Monachi 2. de ſtatu Monac.* in cujus principio dicitur, *Monachi peculium non permittantur habere, quod etiam repetitur in c. cum ad Monaſterium; eod. tit.* ibi, *ne quis Monachorum proprium aliquo modo poſſideat, nec item, quod dicitur in fine dicti c. cum ad Monaſterium,* ibi, *nec exiſtimet Abbas, quod ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo Monacho diſpenſare, &c.* quia Regulares, ut advertunt præcitati Doctores, per recenſita verba, non vetantur habere peculium ex juſta cauſa, quoad uſum facti, dependenter à voluntate ſuperiorum, & ad nutum illorum amovibile: benè tamen ſine cauſa, independenter, irrevocabiliter, aut cum plenaria poteſtate diſponendi de rè, quoad totam ſubſtantiam, & proprietatem; & hoc meritò dixerunt, quia poſſidere primo modo, non eſt contra ſubſtantiam paupertatis; ſecus autem ſecundo modo, ut conſtat ex deciſis *hic ſupra, quæſt. 1. & 2.*

4. Dixi, *attento Iure communi*; quia attentis proprijs conſtitutionibus: obſervanda eſt omninò illa paupertas, quæ ad præſcriptum regulæ fuit ſub voto promiſſa.

Quæſt. 10. *Sed quid dicendum ad quæſitum, attento decreto cap. 2. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.?*

1. Hujus deciſio pendet ex illa, *an Trid. cit. loc.* Jus novum ponat, an vero antiquum confirmet, & declaret? quæ quippè quæſtio eſt inter Doctores, non levis. Nam *Navar. com. 2. de reg. n. 15. ver. ad 5. & 6. & 7. & n. 16. 18. & latius com. 3. eod. tit. n. 32. & conſil. 20. n. 6. lib. 3. in 1. edit. de reg. & de ſtatu Monac. conſil. 14. n. 6. in novis, n. 6. Ioan. à Cruce de ſtatu relig. lib. 1. cap. 3. dub. 2. concluſ. 2.* ubi ad intentum plura allegat, *Fulvius Pacianus, conſil. 36. à n. 99. vſque ad 102. tit. 1. Emmanuel Rodriq. tom. 2. q. 125. ar. 4. in fine ver. neq; ijs obſtat,* & latius *to. 3. q. 29. ar. 7. & ar. 10.* & latiſſimè *2. p. ſum. dat. cap. 31. de relig. concluſ. 3. ver. tertio dico, Iacob Graff. 1. p. dec. Aur. l. 3. de Reg. cap. 1. n. 53. ver. rurſum, Ant. Perez in com. Reg. ſancti Benedicti, cap. 33. n. 23. Petrus de Ledeſma in ſum. tom. 2. tr. de ſtat. relig. in com. cap. 4. concl. 3. dub. 13. Lud. Beia p. 4. caſu 17. Bartol.* & alij infiniti, quos allegant, & ſequuntur *P. Sanchez in Decal. l. 7. c. 22. n. 11. Laur. Peyr. de ſubd. tom. 1. q. 2. cap. 2. § 1. Barthol. à S. Fauſto in Theſ. Rel. lib. 8. q. 27. in novis, & D. Aug. Barboſ. in coll. ad cap. Monachi 2. de ſtat. Monach. n. 3.* in fine dicit hanc opinionem eſſe probabiliorem, quod replicat *de offic. & poteſtate Ep. allegat. 103. n. 4. & in coll. in d. cap. Trid. ſeſſ. 25. de Reg. n. 3. & Lud. Miranda in ſuo manuali Prælat. tom. 1. q. 28. ar. 8.* latè *Tambur. de Iure Abbatiſſ. diſp. 8. q. 2. n. 17. D. Ricc. par. 4. prax. dec. 349. n. 12. Pater Diana 1. p. moral. tract. de pauper. Relig. reſolut. 32. & Bordon. 1. p. conſil. reſolut. 43. q. 21.* reſpondent ad quæſitum negativè. Ducunturque ex multis. Primò quia expedit Jura Juribus concordare, ut expreſsè dicitur *in cap. cum expediat, 29. de elect. in 6.* immò à Jure antiquo non eſt recedendum, niſi quatenus cogit novum, *l. final. C. de appellat.* at in caſu poſito Jus novum non cogit; quia Trid. cit. loc. non continet novam diſpoſitionem, ſed antiquam declarat. nempè, ut Superiores non concedant hujuſmodi ſtabilia, aut mobilia, niſi ex legitima cauſa, & ad nutum ſuperiorum amovibilia, ut colligitur ex allegatis Juribus, & præcipuè *ex d. cap. inſinuante, qui Cler. vel. voventes*; & docet ibi Gloſa, *Panor. in cap. cum ad Monaſterium de ſtat. Regul. n. 16. Sanchez cum præcit. vbi ſupra.*

2. Secundò, quia illa verba *d. cap 2. Trid.* ut putà, *nemini igitur Regularium*, uſque ly *incorporentur*, explicant, quod implicitè continetur *in d. cap. non dicatis, 12. q. 1. & in d. c. ad Monaſterium, de ſtatu Monach.* nam illa negativa, (*non*,) præpoſita illi verbo, *aliquid*; idem ſonat, quod nihil, negatio namque, ut logici dicunt, eſt malignæ naturæ, ut deſtruat quidquid inveniat, & oppoſitum inducat, quod etiam fecit Conſil. Later. quod refertur *in d. cap. cum ad Monaſterium*, in cujus principio vetantur Monachi habere peculium. Trid. igitur cit. loco declarat, & extendit, quid ſit carere peculio, & nihil poſſidere, ergo Jus novum non condit, ſed antiquum declarat.

3. Confirmatur, quia in fine *d. cap. cum ad Monaſterium* dicitur, *nec exiſtimet Abbas, quod ſuper habenda proprietate, cum aliquo Monacho poſſit diſpenſare, &c.* ad quæ verba correſpondet Trid. ibi, *nec deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel uſum, &c.* ſupple, ſine juſta cauſa, & independenter à voluntate ſuperioris, ut dixit *Gloſ. in d. cap. ver. in propria domo.*

4. Confirmatur, & magis declaratur, nam Concil. Trid. non eſt majoris authoritatis, quam fuerit Concilium Lateranenſe, ad d. Decretum Concil. Later. fuit intellectum, & practicatum, de non habendo peculium, ſine cauſa, & independenter à voluntate ſuperiorum, ut dicit ibi Gloſa, & communis uſus omnium Religionum, tunc temporis, declaravit, ita, & hoc Trident. Decretum eſt intelligendum. & practicandum, ut ſervetur paritas, & nulli fiat injuria.

5. Tertiò, quia poſſidere aliquid ex juſta cauſa, ad nutum ſuperiorum, ut dictum eſt ſupra, non eſt contra ſubſtantiam paupertatis Religioſæ, ut conſtat ex deciſis hic *ſupra q. 3.* & probat praxis tot. Religioſorum timoratæ conſcientiæ: immo, & Papæ, qui ſæpe ſolet aliquibus Religioſis annuos redditus concedere: quod non faceret ſi exinde agnoſceret, eſſentiam Religioſæ paupertatis lœdi.

6. Neque his obſtant tot declarationes *Sac.* Congr. Concilij, quas refert, *Steph. Quaranta, ver. caſus reſerv. fol. mihi 194. & ſeq.* quibus cavetur, nullo modo licere Religioſis annuos redditus poſſidere, nec poſſe Prælatos talem facultatem poſſidendi

ſuis

ſuis ſubditis præbere, quia reſpondet *Peyr. cit. loc. de ſubdito, q.2.§. 1.* hujus declarationes non inducere majorem obligationem, quam ipſum Trid. & conſequenter eod. modo eſſe interpretandas,& ſequitur *Tambur. de Iur. Abbatu diſp. 8.q.9. in fine*, ubi etiam tranſcribit declarationes ejuſdem Sac. Congr. Concil. adhibitas ad inſtantiam Monialium, & *P. Diana in fine d. reſolut. 32. de pauper.* dicit, prædictas declarationes, non eſſe authenticas, & conſequenter non probare, ad quod facit Doctorum collectionem.

7. Nec item nocent decreta Clem. VIII. *de reſor.* quæ ad verbum confirmant Trident. ubi ſupra, præcipiendo, ut non ſolum incorporentur acquiſita, Conventui; ſed etiam, cum cœteris illius bonis, redditibus, pecunijs, ac proventibus confundantur, *& n. 7.* negant, ſuperiores poſſe ſuis ſubditis, prædictam licentiam dare, excuſantem à pœna & proprietarij; & addunt, ſuperiores Regulares, non poſſe declarare, neque interprætari d. Trid.

8. Quia reſpondet *Bordon ſub cit. q.21.num.56.& ſequen.* quod d. Decretum de incorporatione, & confuſione peculij, cum cæteris rebus communitatis, vel intelligitur ſuppoſita reformatione Monaſterij, vel dicendum, prædictam incorporationem, & confuſionem fieri per ſimplicem licentiam ſuperioris, & declarationem ejusdem dicentis, hujusmodi bona aſſignata particularibus profeſſis, eſſe incorporata Monaſterio, quia in his incorporandis, non eſt neceſſaria corporalis apprehenſio, ut Monaſterium acquirat dominium rei de novo acquiſitæ, ut conſtat, *ex l. inter divinum C. de Sacroſanctis Eccleſ. Covar. in 2.p. var. reſol. cap. 19. & Megal. 1.2. d. 2. cap. 27. n. 60. & 61.* qui ex multis oſtendunt, dominium bonorum Eccleſiaſticorum Conventuum, piorum locorum, ac Civitatum acquiri ſine corporali apprehenſione, ergo ſufficit illa Prælati declaratio.

9. Oppoſitum tamen, quod eſt de Jure verius Tridentinum *dum cit. loc.* Jus novum ponere, & antiquum corrigere, tenent eruditiſſimi non pauci, quos allegant, & ſequuntur *Anton. Corduba in ſum. q. 54. Azor. 1.p. inſtit. Moral. lib. 12. cap. 9. q. 2. Petrus Navar. l. 3. de reſtit. cap. 1. p. 3. dub. 1. n. 163. Molina tom. 2. diſp. 276. Leſſius l. 2. cap. 4. dub. 5. n. 30. Baſil. Ponce q. 9. ſcholaſt. cap. 4. Vaſquez in opuſ. de redditibus Eccleſ. c. 3. dub. 11. n. 14. Suar. tom. 3. de relig. l. 8. de paup. cap. 14. n. 8. & Lez. 1. par. ſum. c. 6. n. 19.* & ſimiliter moventur ex multis.

10. Primo, quia hoc expreſsè colligitur ex illis verbis Trid. *nemini Regularium liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, etiam quóvis modo acquiſita, tamquam propria, aut etiam nomine Conventus poßidere, vel tenere. Sed ſtatim ea ſuperiori tradantur, & Conventui incorporentur, &c.* ex quibus verbis benè apparet novum Jus inſtitui: nam quamvis habere bona, tamquam propria, per sè illicitum, & ſæpe, ante Trid. prohibitum fuerit: quod tamen nec liceat nomine Conventus poſſidere, vel tenere, novum profectò Jus eſt, nam attentò voto paupertatis, id non eſt per ſe intrinſecè malum, quandoquidem, eo ipſo, quod aliquid poſſidetur, nomine Conventus, non habetur, ut proprium, ergo per ſe non repugnat voto paupertatis ad quod faciunt allegata, *hic ſupra q. 2. & 3.*

11. Nec invenitur Jus antiquum, quod ſpecialiter hoc prohibeat, ergo Jus novum eſt, ad quod item facit, quia *Trid. in cit. verbis*, loquitur per illam dictionem (*etiam*) quæ oſtendit conciliarem diſpoſitionem ad caſum inopinabilem, quod eſt, hæc poſſidere nomine Conventus. quod eſt fateri, nec ſuperiorem, nec Conventum ipſum, poſſe talem licentiam concedere; quod Jus novum eſt: quibus adde, ly *ſtatim*, ea ſuperiori tradantur, & Conventui incorporentur, quid. n. eſt incorporari, niſi confundi, vel miſceri cum alijs bonis Monaſterij, ſine ullo diſcrimine peculij. Nam quod poſſidetur ſeparatim à communitate Conventus, cenſetur proprium peculium, quod item Jus novum eſt, quia ante Tridentinum non legitur.

12. Secundo quia intentum Concil. fuit extirpare antiquos abuſus, qui erant in aliquibus Religioſis, ante d. Trid. at inter hujusmodi abuſus, non ſolùm erat ille, utputa habere peculium, ſeu annuos redditus independenter à voluntate Prælati, quod evidenter ſemper fuit, & eſt peccatum mortale, tamquam vitium proprietatis: verùm etiam, aderat, & hic alius, nempè habere peculium dependenter à voluntate Prælati, quem abuſum præcipuè intendit Trid. extirpare, ubi ſupra, ergo Jus novum ponit.

13. Tertiò, quia Tridentinum ibi loquitur per illam dictionem, (*deinceps,*) quæ æquipollet poſthac, ſivè inpoſterum, ibi, *nec deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel vſum, &c.* quaſi dicat, ſi ante Concilium hoc licebat, modo non licet, ſupple, quia, hoc radix malorum eſt, & valde præjudicat paupertati.

14. Quartò, quia ità intelligunt Concilium, & obſervari ab omnibus Regularibus mandant hujusmodi Pontifices Clem. VIII. & Urban. VIII. in Decretis edit. pro reformat. regul. §. 3. & 4. quæ habentur *tom. 1. p. 2. poſt tract. de clauſura f. 49.* & in bullario Cherub. num. 60. ac item fuerunt approbata, & innovata à Sac. Congreg. juſſu ejusdem Urban. VIII. in Decretis, de apoſtatis, & ejectis, ibi, *quo Trid. Concil. Decreta de paupertatis voto cuſtodiendo fidelius obſerventur præcipitur, ut nullus, &c.*

15. Nec placent illi, qui dicunt mentem Concilij, ſummorum Pontificum, & S.C. eam ſolummodo eſſe, quod Religioſi nihil habeant inamovibile, independenter à voluntate ſuperiorum; Non verò quod non poſſint habere quæcumque bona, amovibilia tamen, & dependenter à voluntate ſuperiorum, quia hæc doctrina, non ſolum eſt contra praxim Monaſteriorum, & Regularium reformatè viventium; Verùm etiam pugnat cum verbis Trid. & prædictorum Decretorum Clem. VIII. & Urb. VIII. immò cenſetur inventa ad eludendum ipſa, nec non ad illaqueandum animas Regularium: nam ſi omnia bona Regularium, quomodocumque acquiſita, ex d. Decret. §. 3. & 4. ſunt ſtatim ſuperiori tradenda, & Conventui incorporanda, ut cum alijs ejus bonis, confundentur, ergo adminiſtratio eorumdem bonorum incorporatorum, tàm in recipiendo, quàm in retinendo, aut expendendo, ad ſolos officiales Monaſteriorum pertinet, juxta Trident. ergo ad prædictum finem, nequeunt ſubditis concedi, ſi officiales Monaſterij non ſint, nam exceptio firmat regulam in contrarium. Undè aliter fateri, eſt Concil. perturbare, & contra Trident. loqui.

16. Hinc excluditur ſupradicta reſponſio Bordoni ad prædicta Decreta, tùm quia loquuntur, nè dùm *de Relig. reſor.* ſed etiam reformanda, ut liquet ex d. Decreto Trident. quod loquitur ad præcedens cap. per illam dictionem, (*igitur,*) quæ eſt illativa, at in præcedenti cap. loquitur de Relig. reſtaurata, & reſtauranda, & liquet ibi, *vbi collapſa eſt vetus, & Regularis diſciplina inſtauretur, conſtantius, vbi conſervata eſt, perſeveret*; tùm etiam, quia Decreta

ante

Digitized by Google

ante dicta, non ſolùm loquuntur de acquiſitione dominij, ſed etiam de adminiſtratione fructuum, ſcil. rei acquiſitæ illos ſcil. retinendo, recipiendo, & expendendo: quæ quippè adminiſtratio, non ad alios, ſed ad ſolos officiales Monaſterij poteſt pertinere, ut dictum eſt, parum ergo refert, quod Dominium rei acquiſitæ tranſeat in Monaſterium, ſine actuali apprehenſione poſſeſſionis; ſi tamen illius fructuum exactio, detentio, & expentio, nequeat per alios licitè exerceri: niſi per jam dictos Officiales Monaſterij.

17. Nec dices cum *Rodriquez, 1.p.ſum.lat.cap.90. de Novit concluſ. 9.* hujuſmodi Decretum Trid. non eſſe receptum, ob multas neceſſitates, quas habent Moniales, quibus non providet communitas ſufficienter de rebus neceſſarijs, quia in legibus Pontificijs, non facilè admittitur illud principium, quod lex humana non obligat, niſi ſit acceptata; nam lex Conciliaris, ad hoc, ut obliget, non indiget acceptatione ſubditorum, cum authoritas Papæ ſit à Deo, non autem à Populo, undè qui primò primi reſtiterunt, abſque ullo dubio, peccarunt mortaliter, ex quo legitimæ voluntati ſuperiorum reſtiterunt; & quamvis, ſi poſtea id fiat, ſuperiore vidente, & tolerante, cenſeatur connivere, & ſuam legem auferre: hoc tamen in preſenti caſu dicere non poſſumus, quia tam S.C. quam Romani Pontifices, dictim, ut ita dicam, iteratis juſſis, ac replicatis præceptis, mandarunt, & præceperunt integram, & illæſam obſervantiam Trid. & maximè quoad prædictum Decretum, ut conſtat ex tot declarationibus S.C. & Decretis ante dictis, Clem. VIII. & Urban. VIII. ergo vanum eſt ad conniventiam recurrere.

Queſt. 11. *An ergo Monialis habens annuos redditus, ut ſupra, cenſenda ſit Infernalis, & damnata?*

1. NEgat *Navar. comment. 3. de regul. num. 26.* qui tamen ſcripſit poſt Trid. fuitque vir doctiſſimus, ac timoratiſſimæ conſcientiæ, ubi ad intentum multa refert, & præcipuè, quia plurimæ fuerunt Eccleſiæ, & etiam hodie ſunt, in quibus hujuſmodi ſtatus ſervatur, abſquè ulla nota damnationis; durum enim videtur concedere, quod tot viri adeò eruditi, & moribus probatiſſimi, tanto tempore, & tot Confeſſarij, & tot Epiſcopi, & Archiep. quin, etiam, & tot Papæ, qui fuerunt in tali ſtatu, fuerint damnati, & quotidiè dãnantur.

2. Ad quod item facit, quia nec Regul. de Obſervant. S. Franciſci, vel Capucini reperiũtur qui nõ habeãt aliquid propriũ, ſuis uſibus à Superioribus deputatum, utputa Breviariũ, veſtes, cingulum, calculos præcatorios, calceos, & ſimilia ad victum, & veſtitum neceſſarium, eadem ergo ratione, qua Prælati poſſunt prædicta concedere, poſſunt etiam concedere, ut eis liceat aliquid amplius tenere, ratione ægritudinis, vel ſtudij, vel muneris legendi, ſeu docendi, concionandi, & alia, quæ prudenti viro juſta videantur: attentis tamen conditionibus loci, temporis, & perſonæ, & meritò hæc dicit, quia ubi ſubintrat neceſſitas, lex locum non habet: neceſſitas enim quod non eſt licitum, licitum facit, *c. quod non eſt licitum 4. de regul. Iur.*

3. Confirmatur, quia non eſt, qui juſtè neget, Prælatum poſſe alicui ſibi ſubdito concedere licentiam faciendi eleemoſynã, quam ipſemet Prælatus facere poſſet, & eadem ratione, qua poteſt eam dare uni, poteſt dare duobus, vel tribus, & facere ſingulos eorum adminiſtratores ſingulorum Aureorum tot, quotannis in eleemoſynas, & uſus pios, in quos ipſemet Prælatus poſſet illos ſanctè impendere: ergo eadem ratione, & authoritate, poteſt illis concedere, ut expendant in eleemoſynas, & pios uſus, illoſmet redditus, ſeù pecunias, quæ ab eiſdem pervenerunt Monaſterio; eò fortius, quia pecuniæ, ſivè redditus incerti, ſeu amovibiles, ad nutum ſuperiorum conceſſi, reſpectu Religioſi, cui conceduntur, annumerantur inter bona mobilia: aliter non dicerentur amovibiles; at Trid. *cit. loc.* quoad bona mobilia, non negat Prælatis facultatem concedendi illa ſubditis, religioſè tamen amovibiliter, ac prudenier, ibi, *Mobilium verò uſum, ità ſuperiores permittant, &c.* ergò id quod prius.

4. Confirmatur, quia non eſt veriſimile, etiam ſi ſimus in Religione reformata, Concilium voluiſſe obligare eos Religioſos, vel Religioſas, quæ commodè ſuſtentari non poſſunt, ſine hujuſmodi peculijs, ergo ſub eadem bona fide, abſque ulla culpa, poſſunt hujuſmodi peculia continuari, & poſſidentes tolerari à Prælatis, præcipuè quando hujuſmodi conceſſio, & permiſſio innititur juſtæ neceſſitati, quæ, ut dictum eſt, legem non habet.

5. Confirmatur ex doctrina *Suar. tom. 3. de relig. l. 8. de pauper. c. 14. num. 13. in fine,* ubi loquendo de redditibus Monialium dicit, *duo ibi diſtinguenda ſunt, ſcil. Ius percipiendi tales redditus, & ipſimet redditus, ſeu pecuniæ, ex his enim duobus ſolùm Ius inter immobilia bona computatur; illud autem certum eſt, ſi ſit verum Ius civile, non poſſe eſſe in perſona ipſius Monialis; neque ad hoc poſſe Prælatum aliquam licentiam dare, quia eſſet proprietas quædam: oportet ergo, ut vel illud Ius, quaſi adhæreat Monaſterio, & non perſonæ; vel certè, ut non ſit proprium Ius civile reſpectu monialis; ſed ſolum obligatio in conſcientia in eo, qui ſolvit penſionem ad reddendam, &c.* hæc ille: ex quibus apparet, quod poſſidere redditus, ſeu pecunias, quæ annuatim ex affictu alicujus ſtabilis ſolventur monialibus, de licentia ſuperiorum, non eſt contra Concilium, ſi proprietas, & dominium illius ſtabilis, reſideat penes Monaſterium ergo non ſunt in malo ſtatu hujuſmodi poſſidentes, de licentia ſuperiorum, ut dictum eſt ſupra.

6. Ex quibus peritiſſimus *Rodriq. 1. p. ſum. ca. 90. de Novit. concluſ. 4. num. 9. & 2. p. cap. 31. de relig. num. 2. concluſ. 2. Valentia 2 2. diſput. 1. q. 4. punt. 3. Vega 2. tom. ſum. cap. 32. caſu 19. & Lez. 1. p. ſum. cap. 6. de paup. num. 21.* dicunt, quod in illis Monaſterijs, in quibus, vel ob nimiam paupertatem, quâ præmuntur, vel ob malitiam, ſivè incuriam, aut negligentiam ſuperiorum, non poteſt obſervari vita communis, dando ſingulis, & omnibus Religioſis ea, quæ ſunt ipſis ſimpliciter neceſſaria ſecundum decentiam ſtatus, poteſt permitti Religioſis aliquod peculium, etiam rei ſtabilis, annuus redditus, vel cenſus &c. in ordine tantum ad uſus ſimpliciter neceſſarios, & amovibiliter à voluntate ſuperiorum, ſi aliter commodè vivere non poſſint; tùm quia hæc habere, modo prædicto, non eſt contra naturam voti paupertatis, aut Juris communis, ſed ſolum contra præcepta Eccleſiæ, Conc. Trid. & ſummorum Pontificum; præcepta autem Eccleſiaſtica; non obligant cum morali impoſſibilitate, qualis cenſetur eſſe in caſibus propoſitis; ergo; tùm item, quia *Trid. & præfati Summi Pontifices,* poſt illud. prohibuere Religioſis prædicta omnia, quatenùs, vel ſupponebant Monaſteria, vel ſuperiores ipſorum, concedere, & de facto dare ſingulis Religioſis omnia neceſſaria ad vitam, decentiam ſtatus, vel præcipiebant illis, ut ita facerent, ut conſtat ex mente & verbis ipſorum

rum decretorum; ergo in caſu poſito, quando Monaſteria non poſſunt Religioſis providere de neceſſarijs ad vitam, & decentiam ſtatus, vel de facto non provident, ceſſat lex Eccleſiaſtica obligare. Nam deficiente principali præſuppoſito, cadit ſuper ædificatum: tùm tandem, quia tàm Monaſteria, quàm ipſorum ſuperiores, tenentur ſubditis providere de neceſſarijs ad vitam, & ſtatus decentiam: ergo Monaſterijs, aut ſuperioribus deficientibus dare prædicta, ſubditi neceſſitantur aliundè quærere: undè dici ſolet, quod abundantia facit obſervantiam.

7. Quæ prædicta omnia, intellige vera, ſublatis tamen Abuſibus, fictionibus, ac ſimulationibus,& dummodo annui cenſus ob prædicta Religioſis concedendi, regiſtrentur in Regiſtro rerum Monaſterij, & per Sindicum, ſeu Procuratorem ejuſdem, annuatim exigantur, & eleemoſinalyter concedantur ſubdito, & præfatos neceſſarios uſus, & monetæ exactæ ſuperſtites, ponantur in communi depoſito, à quo non extrahantur, niſi, ſervatis legibus communis depoſiti, de quibus infra, cum Jus adminiſtrationis bonorum Monaſterij, ſit tantùm apud officiales ejuſdem, & non apud fratres ſubditos, ut dictum eſt, *ex Trident. cap. 2. ſeſſ. 25. de Regul.*

Quæſt. 12. *An conſuetudo inducta à Monialibus habendi, & exigendi livellos per ſe ipſas, extirpari poſſit à Prælata?*

1. ET dico quod ſic: etiam ſi foret centenaria, ſeu immemorabilis; Immò Abatiſſa tenetur illam extirpare; præciſo tamen gravi ſcandalo: ſecùs autem eſt in malo ſtatu; & Moniales tenentur obedire, aliter poſſunt aſtringi, & graviter puniri, per allegata ſuperius, *q.* 5. & docet *Miranda tr. de Monial. q.* 9. *ar.* 1. *& Lez.* 1. *p. ſum. cap.* 25. *num.* 7. ubi dicit, quod non debet tolerari, Moniales, redditus habere; niſi in caſu, quo vita communis obſervari minimè poſſit. *Suar. tom.* 4. *de relig. tract.* 9. *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 2. *Tambur. de Iur. Abbatis diſput.* 8. *q.* 6. *n.* 4. *Bordon. deciſ.* 411. & alij per eoſdem allegati, qui omnes dicunt, duo eſſe neceſſaria ad hoc, ut Monialis per talem conſuetudinem ſit ſecura in conſcientia. Primum; quòd ſuperiorißa toleret conſuetudinem: quod cenſetur facere, quandocunque eam non revocat expreſsè, quàm expreſſam revocationem poteſt facere, quandocunque voluerit; etiam propria authoritate; cum in ea nihil aliud intendat, niſi obſervantiam regulæ, & ſalvare Moniales à peccato proprietatis. Secundùm, quòd moniales ſint revera paratæ relinquere hujuſmodi livellos, ad nutum ſuæ Prælatæ, ſeu Superioris, *ad text. cap.* 2. *Trid. ſeſſ.* 25. *de regul.* ac item obſervare conditiones expreſſas, *hic q.* 19. advertit tamen *Tamb. cit. loc. num.* 5. *in fin. ex Peyrino, & S. Fauſto,* quod Religioſa non tenetur obedire, ſi Superior auferat dictos redditus, ut ſibi retineat, vel auferat ipſi particulari religioſæ, & non alijs. *Bordonus verò in fine d. deciſ.* ait, quod Abbatiſſa debet tolerare dictam conſuetudinem, ſi cognoſcat, moniales non eſſe benè affectas circa talem reformationem, quod dictum intelligis verùm, ſi Monachæ non abutantur dictis ſuis peculijs in vanis veſtibus, vel donando ſæcularibus, aut alijs cariſſimis: nam in caſu abuſus, tenetur illam omninò extirpare, poſtpoſito omni humano motivo, ſi Deus pro nobis, quis contra nos? ad quæ vide ſupra *q.* 5.

Quæſt. 13. *An Regulares poſſidens annuos redditus ex indulto Apoſtolico, poßit illos expendere in vſus licitos, ſine licentia Superioris; immò contra eius voluntatem?*

1. AFfirmat *D. Iacob Graffius* 1. *p. deciſ. Aur. lib.* 2. *c.* 5. *num.* 42. *in fin. &* 12. quia Papa in terris ſuperiorem non habet: nam judicat omnes, & à nemine judicatur, ut dicit *Gloſ. cap. decretis diſt.* 30. *ver. decretis*; ergo indultum à Papa, non poteſt per eo inferiorem tolli, aut impediri, *argum. cap. cuncta per mundum* 9. *q.* 3. *& c. propoſuit, de conceſſione prabend.* Unde quæ Religioſus, vel Religioſa dono habuit à Papa, non tenetur reſignare in manu Prælatæ; non quod ex tali dono proprietaria fiat: Sed quia ut à Papa, loco Abbatis, illud teneat, ad ejus nutum revocabile, ut dicit *Innocent. in cap. cum inter, & Dom. Ant. in cap. cum ad Monaſterium n.* 11. *&* 12. *de ſtatu Monach.* Verùm in caſu poſito, debet attendi tenor indulti, & conceſſionis factæ, quia ſemper credendum eſt, Pontificem velle ſervari jura ordinis; niſi conſtet de contrario; *Lez.* 1. *p. ſum. c.* 6. *n.* 26.

2. Amplia, ut ſi Papa alieni Religioſo aliquam penſionem concedat ſuper fructibus beneficiorum, cenſeatur in hoc illum eximere à poteſtate ordinarij Prælati, ſibique immediatè ſubijcere: niſi fortè aliter conſtet ex lectura litterarum patentium; quod autem diſcrimen ſit inter Religioſum habentem aliquod peculium, vel beneficium, ſivè penſionem à S. Papa vide *Graff. cit. loc. n.* 43. *& Navar. conſil.* 70. *&* 71. *lib.* 3. *de regul.*

Quæſt. 14. *An dicta licentia requiſita ad debitum uſum paupertatis, debeat eſſe expreſſa, vel ſufficiat, ſi ſit tacita generalis?*

1. REſpondent communiter Doctores, quòd non requiritur, ut dicta licentia ſit expreſſa; ſed ſufficit, ſi ſit juſtè præſumpta, ſeu tacita: nam taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, *l. cum quid, ff. de rebus creditu. & c.* 2. *de reſcriptis,* & docet *ſanctus Thom.* 2. 2. *q.* 32. *ar.* 8. *ad* 1. ibi, *tunc non poteſt facere eleemoſynam ſine licentia Abbatis, vel expreſse habita, vel probabiliter præſumpta: niſi fortè in art. extrema neceßitatis, &c.* quem lætanter ſequuntur *Emin. Turrecremata in cap. non dicatis,* 12. *q.* 1. *ſanctus Anton.* 3. *p. tit.* 16. *cap.* 1. *§.* 11. *not.* 2. *Syl. ver. eleemoſyna n.* 7. *q.* 5. *dict.* 2. *Tabiena q* 8. *n.* 9. *Armilla n.* 5. *eod. ver. Lud. Lopez.* 1. *p. inſtrut. cap.* 156. *concluſ.* 3 *&* 4. *Ioan. de la Cruce, de ſtat. relig. lib.* 1. *de voto paup. cap.* 3. *dub* 3. latè *Navar. tom.* 2. *com.* 2. *de regul. num.* 20. *Rodriq.* 1. *p. ſum. cap.* 3 *num.* 6. *Suar. t.* 3. *de relig. lib.* 8. *de paup. c.* 15. *ſub n.* 2. *& Sanch. in decal. lib.* 7. *c.* 19 *ſub. n.* 2.

2. Quam reſponſionem limita non habere locum, quando in Religione foret conſtitutio, vel præceptum, ut licentia expreſsè peteretur; nam tunc non ſufficeret licentia tacita, juxta *Iur. Regul. quod expreſsè requiſitum, facit ceſſare præſumptum*: & hoc maximè procedit in Religione valdè reformata circa votum paupertatis, quia per hujuſmodi licentiam præſumptam, votum paupertatis nimis relaxatur, *Lopez. & Sanch. cit. loc.*

3. Limita ſecundò, dictam licentiam præſumptã, non habere locum in rebus gravibus, prout ſunt diſtractiones rerum Religionis, & alia pertinentia ad cultum divinum, quæ, regulariter loquendo, nociva ſunt; nam in his Prælatus, potiùs præſumitur involuntarius, quam voluntarius. *Suar. cit. loc.*

4. Qui-

Digitized by Google

4. Quibus adde, quod licet dicta licentia præſumpta, ſatis ſit quoad forum poli, ad excuſandum à peccatis: ſecùs tamen quoad forum fori; nè hujuſmodi proprietarij remaneant impuniti.

Quæſt. 15. An dicta licentia danda ſit ex juſta cauſa? & quænam ſit iſta?

1. ET quidem neceſſariò debet eſſe ex juſta cauſa: nam ſi vi, vel metu, aut dolo concederetur, non excuſaret à peccatis, nec quidem ſi ſponte fieret.

2. Hæc autem cauſa juſta, poteſt eſſe multiplex, *teſte Navarro, com. 2. n. 24, de reg.* ut puta pietas, remuneratio, neceſſitas, communis utilitas, aut privata, & ſimiles, quæ viro prudenti relinquuntur.

3. Quando ergo Religioſo conceditur licentia expendendi aliquid in uſus pios, vel in remunerationem beneficiorum acceptorum, juſta cauſa eſt: quia decet Religioſos gratos eſſe, & pijs operibus intendere. *Navar. conſ. 75. n. 37. in 1. edit. & in 2. tit. de ſtat. Monac. conſ. 3. num. 33. & Lud. Lopez 1. p. inſtrut. conſcient. cap. 155. col. 3. ver. cauſa pia.*

4. Item concedendi cauſa juſta eſt, neceſſitas, quæ ad multos caſus ſe extendit: non ſolùm intuitu infirmitatis: ſed etiam ſanitatis, ad finem docendi, legendi, ſtudendi, &c. Item communis utilitas; ad finem cuſtodiendi commune bonum, & ea, quæ ſunt victui, & vitæ neceſſaria. Item cauſa juſta eſt, quando datur licentia Religioſo expendendi aliquid in uſus proprios qui tamen decentes ſint, & non ſuperflui; ad quod facit. *Trid. cit. loc.* & ex multis oſtendit *Sanch. in ſum. lib. 7. cap. 19. n. 3. Lez. 1. par. ſum. c. 6. num. 16. & ante eos S. Anton. Arch. Flor. 3. p. ſum. tit. 16. cap. 1. de votis Relig. §. 11. de paup. ver. quarto nota.*

Quæſt. 16. An habens ſuperflua, hoc eſt non neceſſaria, & pretioſa, vt puta vaſa Aurea, Argentea, Gemmas, & ſimilia, de licentia Prælati, excuſetur à vitio proprietatis?

1. GRavis eſt quæſtio hæc, & pendet ex illa, an injuſta licentia excuſet à vitio proprietatis; circa quam diſſentiunt Doctores, nam *Sanctiſſimus P. N. Anton. Archiepiſc. Flor. 3. p. ſum. tit. 16. cap. 1. de vot. Relig. §. 11. de pauper. Relig. in principio* dicit, quod proprium dicitur quidquid celatur Abbati, vel alij ſuo Prælato, vel tenetur contra voluntatem Prælati: ſi autem Abbas quædam Monacho concedit, ut eis poſſit uti ad libitum, non videtur dici proprietarius: quando de qualitate, & quantitate nihil celat Abbati, nec ſine ipſius ſcientia aliquid recipit, vel expendit, paratus totum reddere, & dimittere ad juſſum Abbatis, hoc idem dicit *Syl. ver. religio 6. q. 7. in fin. Miranda 1. p. Manual. qu. 28. ar. 15. concluſ. 1. Graff. 1. p. deciſ. aur. l. 3. cap. 5. de regul. n. 61. & 2. p. lib. 3. cap. 18. num. 34. de ſtat. Monac. Azor. 1. p. inſtit. mor. lib. 12. cap. 12. q. 5. & alij plures,* qui dicunt, d. ſubditum, in caſu poſito, peccare peccatum Avaritiæ, non autem proprietatis, quia d. licentia, etſi, ex parte cauſæ injuſta ſit: nihilominus facit, ut Religioſus, in caſu poſito, non utatur ſibi conceſſis tamquam proprijs, quia non proprio nomine, ſed alieno illa poſſidet, ergo non peccabit contra paupertatem, quidquid ſit de alio genere culpæ, *Pelliz. tom. 1. Man. tract. 4. cap. 2. qu. 13. num. 217. & infrà num. 419. immò Bordon. 1. p. conſ. reſol. 43. q. 10. nu. 43.* exculpat d. ſubditum, nè dum à peccato proprietatis, verùm etiam à mortali, quia defectus non eſt circa ſubſtantiam paupertatis; ſed circa modum rei. ad prædictum, prò ſe allegat *Leſſ. lib. 2. de Inſt. cap. 21. dub. 9. num. 79. & Azor. 1. p. inſtit. Moral. lib. 12. cap. 12. q. 1.*

2. Oppoſitum tamen quod eſt de novo Jure verius, tenent *Navar. com. 2. de regul. num. 21. ver. octavo infertur, Suar. tom. 3. de Relig. lib. 8. de paup. cap. 15. nu. 4. Sanch. in decal. lib. 7. c. 19. n. 21. Lez. 1. p. ſum. cap. 6. de voto paup. num. 13.* & alij eruditiſſimi non pauci; ducunturque ex multis. Primò, quia Prælatus non eſt Dominus, ſed diſpenſator, & quaſi Æconomus bonorum Monaſterij: diſpenſator, & quaſi Æconomus bonorum Monaſterij; diſpenſatio autem facta in bonis alienis, ſine juſta cauſa; non ſolum. eſt injuſta, ſed etiam nulla, quia excedit facultatem diſpenſatori commiſſam, ut patet de diſpenſatione in voto, ſine juſta cauſa, quæ ob eandem rationem, nulla eſt, quia ſcil. cenſetur facta ab homine non habente authoritatem.

3. Confirmatur, nullibi enim legitur, diſpenſatorem habere hujuſmodi facultatem diſpenſandi bona patrimonialia Jeſu Chriſti in turpes uſus, indecentes, & illicitos: ergo ejus licentia ſuper his, eſt nulla, & irrita, nempè facta ſine poteſtate, ut *idem Navar. dicit conſil. 75. de regul. in 1. edit. & in 2. conſ. 3. num. 37. de ſtat. Monac.* igitur d. lic. non excuſat Religioſum à vitio proprietatis, quia cenſetur expendere, recipere, & dare abſque licentia.

4. Secundò, quia id expreſsè damnatur *in Trid. ſeſſ. 25. cap. 2. de regul.* ibi, *mobilium, verò uſum ità ſuperiores permittant; ut eorum ſuppellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conveniat, nihilque ſuperflui in ea ſit, nihil etiam quod ſit neceſſarium eis denegetur,* ergo Religioſus, ſivè Religioſa, in caſu poſito, retinet, & expendit contra voluntatem Papæ, qui eſt ſupremus Prælatus omnium Religioſorum; ergo proprietarius eſt.

5. Confirmatur hujuſmodi diſcurſus ex *conſtit. Clem. VIII. edita pro reſor. Regul. ubi* §. 7. habentur hæc præciſa verba. *Nulla quorumcumque ſuperiorum diſpenſatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia, Fratres excuſare poſſit, quominus culpæ, & pœnæ ab eiuſdem Concilij Decretis impoſita, & ipſofacto incurrende, obnoxij ſint; etiam, ſi ſuperiores aſſeverent huiuſmodi diſpenſationes, aut licentias concedere poſſe, quibus in ea re, fidem minimè adhiberi volumus,* hæc ibi.

6. Hinc S. C. ad quatuor quæſita ſibi propoſita reſpondet, *ad primum, an ex diſpenſatione ſuperiorum liceat poſſidere, vel tenere agros, annuos redditus, aliaque bona immobilia, & mobilia ſuperflua, non obſtante* Tridentino? *cenſuit non licere. Ad ſecundum, an per talem diſpenſationem, ſeu licentiam excuſentur à culpa, & pœna? cenſuit negativè. Ad tertium, an credendum ſit ſuperioribus dicentibus ſe poſſe dare talem licentiam? cenſuit negativè. Ad quartum, an ſuperioris arbitrio, & præfinitioni ſtare debeant Regulares, quo ad mobilium ſuperfluitatem, vel convenientiam? cenſuit, niſi de exceſſu arbitrij conſtiterit, utique ſtandum; habita ratione perſonæ, officij, & Regulæ, ſtatuſque paupertatis, quam profeſſi ſunt, & cæterarum itidem qualitatum,* hæc habes apud *Quar. ver. caſus reſervati, Bartol. in ſpeculo regul. lib. 1. de voto paup. n. 54. & Lezan. 1. p. ſum. cap. 6. n. 14.* ex quibus clarè conſtat, ſuperiores non poſſe concedere hujuſmodi ſuperflua, proinde ſubditos non excuſari à pœna, & culpa.

7. His tamen non obſtantibus, *Bordon. 1. p. conſil. reſolut. 43. q. 10. num. 45.* inhærendo primæ ſuæ ſententiæ, ait, Trid. & Decreta Clem. VIII. ante dicta, non habere locum in Religione non reformata, ac proindè nò includere Dominicanos, Franciſc. Conventuales, Tertiarios, Servitas, Auguſtin. Carmeli-

Digitized by Google

melitas; & ſimiles, ex quo hi Ordines, (ſecundum ipſum) reformati non ſunt. *Vnde* (inquit ipſe) *hi de licentia ſuperioris poſſunt habere ſuperflua, & pretioſa, eò, quod non ſint contra ſubſtantiam voti paupertatis; ſed tantum contra accidentalia, eique, in quibus poſſunt ſuperiorei diſpenſare, cum non ſit diſpenſare in proprio, neque proprium permittere, ſed accidentia voti relaxare.* Et ſubjungit, *nec obſtat ratio Sanch. quoad punctum ſuperfluitatis, quia ſicut ſuperior poteſt adminiſtrare ſuperflua pro toto Conventu in communi, ita, & concedere in particulari hanc ſuperfluitatem.*

8 Verùm enim verò, hoc *Bordoni* reſponſum in multis mihi non quadrat, tum quia allegata Decreta *Trid. & Clem. VIII.* procedunt, nè dùm, in Religione reformata; verum etiam reformanda, ut conſtat ex deciſis hic ſupra *q.* 10. tùm etiam, quia hodiè ferè omnes Regulares, poſt extinctionem, & ſuppreſſionem parvorum Conventuum, *ex conſtit. Innoc. X. fel. record. incip. inſtaurandæ*, cenſentur valde reformati, & Religioſè vivere; & maximè noſtri Dominicani, qui ex vigilantia, zelo, & prudentia Reverendiſſimi Generalis Ordinis, fratris Joan. Baptiſtæ de Marinis, ſtrictiori obſervantiæ vacat, tum item, quia nec quidem ſeculares, ſecundum tutiorem ſententiam Theologorum, poſſunt habere ſuperflua, ſecundum illud *Prover. 30. mendicitatem, & divitias nè dederis mihi; ſed tantum victui meo tribue neceſſaria*: quòd multò magis debet procedere in Religioſis, qui ſponte ſub Juramento, paupertatem Religioſam promiſerunt, tum item; quia votum paupertatis ſolum permittit ea, ſine quibus vita tranſigi non poteſt, ut dixit *S. Ant. & Syl. cit. loc.* ergo iſta ſuperflua ſunt contra ſtatum paupertatis, tùm item, quia Prælati non poſſunt talem licentiam concedere, & concedendo non ſolum peccant mortaliter propter abuſum poteſtatis in re gravi verum etiam, contra votum paupertatis, cum non ſint Domini, ſed diſpenſatores bonorum Religionis, ſecundum voluntatem Summi Prælati, qui eſt Romanus Pontifex: Undè ſicut ex vi voti paupertatis, Religioſi ſubditi aſtringuntur ad non habendum: niſi neceſſaria ſecundum decentiam ſtatus: ſic etiam Prælati ad non diſpenſandum; niſi eodem modo: ergo non poſſunt diſpenſare in ſuperfluis, & maximè in prætioſis, *Navar. cit. loc. & com 4. de regul. n. 27. Rodriq. to. 3. q. 29. art 5. & Barthol. à S. Fauſto in opuſ. de vitio proprietat.* Exindè apparet nihil referre prædicta ſuperflua poſſidere de licentia Prælat. cum hoc non ſolum ſit prohibitum Jure poſitivo; ut conſtat *ex ſuperius allegatis q. 8.* verum etiam, Jure naturali, hoc eſt, repugnat naturæ voti paupertatis, quæ ut dictum eſt, nihil admittit ultra neceſſaria, ergo nequit Prælatus ſuper prædictis diſpenſare, quia de ſua natura indiſpenſabilia ſunt: ſecus talis diſpenſatio, non foret diſpenſatio, ſed diſſipatio, ut atteſtantur *S. Anton. cit. loc. ver. quarto nota, in fin. Cardinalis Turrecremata, in c. non dicatis, n. 4. & alijs citatis, Alvarus Pelagius, lib. 2. de planctu Eccleſ. c. 64.*

9. Nec tandem placet illud ejus dictum, quod ſcil. ſicut Prælatus poteſt adminiſtrare ſuperflua pro toto Conventu in communi; ita poteſt in particulari, hæc committere, tùm quia fallit aſſumptum, loquendo de Prælato, prout eſt principalis officialis Monaſterij, ad quem pertinet proſpicere commune bonum, quod valdè differt à particulari, quamobrem alia eſt qualitas ſuperioris, & alia ſubditi, undè arguere ab amplo ad ſtrictum ſit fallacia conſequentis, tùm etiam, quia falſum eſt præſuppoſitum, ex quo non ſolum de raro, immò nunquam dantur iſta ſuperflua in ordine ad totam communitatem, tùm etiam quia ſi darentur, teneretur Prælatus illa pauperibus elargiri, juxta illud *Luc. 11. quod ſupereſt date pauperibus*, aut cum neceſſarijs, commutare; quo circa melius dicendum eſt, hujusmodi licentiam multis modis poſſe juſtificari, & cohoneſtari, ut conſtat *ex Deciſis*, & quod in caſu dubio, præſumendum eſt pro Juſtitia licentiæ ſuperioris, & obſervandū, *quod Sac. Congr. dixit ſupra in reſponſione ad quartum.*

Quæſt. 17. An Prælatus poſſit ſubdito concedere facultatem perpetuam, & irrevocabilem, diſponendi de rebus ſibi conceſſis ad uſum?

1. ET dico quod non; tùm quia hoc de directo contrariatur *Decreto cap. 2. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* tùm etiam, quia hoc eſt facere Religioſum proprietarium, quod nullus, Papa inferior, poteſt facere: immò nec idem Papa: niſi diſpenſando in voto paupertatis, ut expreſsè dicitur *in fin. cap. cum ad Monaſterium, 6. de ſtatu Monac.* vel imperando cæteris ſuperioribus, ne ſe intromittant circa licentiam à ſe tali Monacho conceſſam, *Sanchez lib. 7. ſum. cap. 17. num. 28. ad quod videndi ſunt Syl. ver. relig. 6. quæſt. 7. Navar. com. 2. de regul. num. 53. & Rodriq. tom. 3. q. 29. ar. 9.* ubi late de fratribus Minoribus.

2. Benè verum eſt, quod ſuperior poteſt concedere licentiam retinendi aliqua ad ſuum uſum, ſub conditione non revocandi infrà deſignatum tempus: nam ex quo limitata eſt tempore, non dicitur irrevocabilis, neque perpetua; ſed temporanea, quod non eſt contra votum paupertatis, neque proprietatem infert, cum ea utatur dependenter à voluntate Prælati, qui quidem Prælatus, non obſtante conditione non revocandi infrà tot tempora, adhuc poteſt illam revocare, quia per eam conditionem ſibi non ademit poteſtatem, licet peccet revocando ante tempus, ſine tamen legitima cauſa, quia Jure naturæ, ſtandum eſt promiſſis, & pactis, *Sylveſter ver. Abbas q. 4. dic. 3.* ad quod pro ſe allegat Doctores, & Jura: *Navar. conſil. 14. de ſtatu Monac. Sanchez d. lib. 7. cap. 17. num. 32.* ubi excuſat ſuperiorem à peccato, ex quo inter Prælatum, & ſubditum, non cadit obligatio naturalis, & favent *Lez. 1. p ſum. cap 6. num. 26. in fin. & Bordon. 1. p. conſil. reſol. 43. qu. 10. num. 33. in fin.*

Quæſt. 18. An licentia ab uno ſuperiore conceſſa, duret etiam ſub alio ſuperiore alterius loci?

1. LEz. *1. p. ſum. cap. 6. num. 17.* affirmat, ſi tamen fuit conceſſa abſolutè, ſine limitatione temporis, quia cenſetur gratia facta, quæ non expirat concedente mortuo, vel amoto ab officio, *cap. ſi ſuper gratia 9. de offic. de leg. in 6. cap. ſi cui 36. de prebendis in 6.* quod licentia abſolutè data ab uno Priore, duret ſub alio ſucceſſore, intellige verum ſi à ſucceſſore, nec tacitè, nec expreſsè fuit revocata, ſecùs autem; undè ſi novus Prior ordinet, ut ſubditi faciant inventarium, ſeu liſtam ac notamentum rerum, quas habent in Camera ad uſum conceſſas; tenentur obedire, & ſi reſiſtant voluntati novi Prioris, poſſunt tamquam proprietarij puniri. nec præterita licentia poteſt ipſis ſuffragari, quia per novum Juſſum, ſeu præceptum intelligitur annullata.

Quæſt. 19.

Digitized by Google

Quæſt. 19. *Quotnam conditiones requirantur ad hoc, nè Regulares retinendo, vel expendendo aliquod peculium, peccent contra votum paupertatis?*

1. P*Sanchez, in ſumma, lib.* 7. *cap.* 19. *num.* 1. dicit, quod requiritur licentia ſuperioris habens quatuor conditiones, quarum prima eſt, ut licentia ſit legitima, ſecunda, ut ſit voluntaria, tertia ut ſit ex cauſa legitima, quarta, ut concedatur à legitimo Superiore potente eam concedere: de quibus ibi eruditè *& Suar. tom.* 3. *de reg lib.* 8. *cap.* 15. *num.* 2. ſigillatim diſcurrunt, quibus favet *Bordonus* 1. *p. conſil. reſolut.* 43. *qu* 23. *num.* 68. ubi ad ſalvandum profeſſum à vitio proprietatis dicit, quod quatuor conditiones requiruntur. Prima ut habeat dependenter à voluntate Superioris, ſecunda ut ſit paratus illud conſignare ad nutum ſuperioris, tertia, ut illud convertat in licitos, & pios uſus ad decentiam ſui ſtatus, quarta demum, ut id, quod habet, non ſit ſuperfluum; ſed conveniens ſuo ſtatui, & conditioni.

2. Illud autem in præſenti dicitur peculium ſuperfluum, quod non eſt neceſſarium ad ſtatum religioſum, *Peyr. t.* 2. *de ſubd. t. q.* 2 §. *colligiturque* ubi dicit, quod debet attendi ratio qualitatis perſonæ conditionis, loci, varietatis, temporum, & multarum aliarum circumſtantiarum ad decentiam ſtatus conſervandam neceſſarium: Unde quod uni moniali eſt ſuperfluum, alij poteſt eſſe neceſſarium, ſi conſideretur Religio ſtrictior, & laxior, vel qualitas perſonæ, & gradus, ut ſi ſit Abbatiſſa, vel alia officialis, aut ſimplex ſubdita, vel ætas, ut ſi ſit juvenis, vel ſenex, infirma, vel ſana.

3. Dixi ratione loci; quia in uno loco aliquid poteſt eſſe neceſſarium, quod in alio loco cenſetur ſuperfluum, quod etiam monet *Sanch. cit. loc. & Suar. ubi ſupra cap.* 14. *num.* 9. *in fin.* undè benè dixit *Sac. Congreg. Regulares Superiorum arbitrio, & præfinitioni ſtare debere, quoad mobilium ſuperfluitatem, vel convenientiam: niſi de exceſſu arbitrij conſtiterit, ut hic ſupra q.* 16.

4. Quibus conditionibus, alias addit *Tambur. de Iur. Abbatiſ. diſput.* 8. *q.* 3. ut puta quod redditus debent eſſe incorporati bonis Monaſterij communibus: Item, ut tàm peculium, quàm redditus & proventus ſupradicti, non ſolum ſint ad nutum Abbatiſſæ revocabiles: verùm etiam, ut poſſint auferri à Monialibus privatis, juſſu tamen Abbatiſſæ. Item non debet Monialis habere peculij uſum penes ſe, ſed apud publicam Depoſitariam, ſeu Burzariam Monaſterij. Item, ut Monialis acceptura aliquid de ſuo peculio, exponat cauſam ſuæ Abbatiſſæ, à qua, & illa debet approbari, ſecùs fabricat in gehennam.

5. Verum *Barthol. à ſancto Fauſto lib.* 8. *theſ. q.* 39. reducit dictas conditiones ad quinque & *P. Franciſcus Longus Cappucc. in tr. de caſibus reſerv. p.* 2. *caſu* 4. *de propriet. num.* 5. *ad tria capit.* An benè, tu judica de qua re videndus eſt *Cardinalis Turrecremata in c. non dicatis,* 12. *q.* 1. *num.* 8. qui licet loquatur de Monachis, extenditur tamen ad Monachas, cum una, & eadem ſit ratio formalis utriuſque voti paupertatis.

Quæſt. 20. *Si Monialis pecunias, reſque ſuas non depoſitet apud communem depoſitariam Monaſterij, an ſit proprietaria?*

1. ET dico, quod ſic, quia ità poſſidens, cenſetur illas tenere contra voluntatem ſui Superioris, & Decreta Summorum Pontificum, ut conſtat tùm ex *Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de regul.* ubi dicit, *quod adminiſtratio bonorum Monaſteriorum, ſivè Conventuum, ad ſolos officiales eorundem, ad nutum Superiorum amovibiles, pertineat,* tùm etiam ex decretis *Clem.* 8. *& Vrb.* 8. *editis pro reſor. regul.* §. 12. ibi, *nullus ex Superioribus locorum adminiſtrationem bonorum, aut aliarum rerum diſpenſationemque pecuniarum, & redditunm ſui Conventus, etiam nomine Conventus, per ſe ipſum habere ſivè exercere poſſit, ſed univerſum id onus tribus fratribus eiuſdem Conventus à Generali, ità demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat, alter tanquam Depoſitarius pecunias, &c. ab illo collecta & exacta fideliter aſſervet; alius de pecunijs, & rebus à depoſitario acceptis, Priori, & Fratribus, ac Conventui univerſo de neceſſarijs mandante tamen ipſo Priore, non ſecundum proprium affectum, ſed juxta charitatis regulam; veluti bonus diſpenſator provideat, officiorum hujuſmodi confuſione penitus interdicta.* hæc ibi.

2. Tum item, quia alias non ſalvaretur illa confuſio, & incorporatio bonorum Religioſorum, cum bonis Monaſteriorum, quam Concil. & præfati Summi Pontifices deſiderant: nam ſi hujuſmodi bona pendeant hoc modo, quoad adminiſtrationem ſolum ab officialibus Conventus: non ſolum Religioſis tollitur occaſio proprietatis: verumetiam cenſentur eſſe in poteſtate Superioris, & ex ejus voluntate adminiſtrari: quod Trident. & Summi Pontifices præcipuè intendunt, & docent *Rodriq.* 2. *p. ſum. cap.* 31. *de Religioſis, concluſ.* 3. *n.* 3. *ver. Secundo dico: & Sorbus in comp. priv. ver. paupertas ad finem.* ad quod facit Decretum Apoſtolicæ viſitationis juſſu Urb. 8. factæ die 13. Julij 1627. pro Franciſcanis Conventualibus Monaſterij SS. Apoſtolorum Romæ per hæc verba. *Pecunia verò, aliaque res, quæcunque fratrum intra viginti quatuor horas, tradantur Superiori in commune Conventus Aerarium, reponenda, triplicique clave cuſtodienda, quarum una penes Guardianum pro tempore exiſtentem, duæ verò aliæ penes duos alios fratres ſingulo quoque anno, per Conventum eligendos conſerventur, ex quibus, ſubminiſtrato exhibitori, quantum Religioſæ eius neceſſitates* (*ſtatus valetudinis, laborumque ratione habita*) *expoſtulare videbuntur: reliquū penes Aerarium remaneat, & arbitrio duarum ex tribus partibus capituli, ſeu Congregationis Provincialis, ſingulis annis facienda erogetur.* hæc ibi, quæ extendit *Lez.* 1. *p. ſum. c.* 6. *n.* 23.

3. Sed dices, ſunt nè dictæ pecuniæ ſtatim depoſitandæ? & dico quod ſic. Moraliter tamen, hoc eſt, infrà duos, vel tres dies.

Quæſt. 21. *Regularis, cui Prælatus dat licentiam accipiendi à ſuo depoſito unum aureum ad emendum libros, ſi illud expendat in alios uſus ſibi neceſſarios: an peccet contra votum paupertatis?*

1. AFfirmat *Rodriq. cit. loc. immediatè ſupra, ver. quarto dico,* tùm quia in tali caſu, ſe mentitur Prælato: tum etiam, quia licentia conceſſa ad unum uſum, non poteſt mutari in alium uſum: verum, eſt circa hoc prudenter agendum, an neceſſitas excuſet, vel parvitas materiæ, aut præſūpta licētia. Dixi *in alios uſus ſibi neceſſarios,* quia ſi expēderet

R 2

derct in uſus prophanos, utique mortaliter peccaret, ex quo non poteſt præſumi, Prælatum concedere in uſus illicitos, ut dictum eſt ſupra.

Quæſt. 22. An taciturnitas Prælati videntis, aut ſcientis Religioſum ſubditum aliquid diſtrahere, vel acquirere, & non contradicentis, excuſet à vitio proprietatis?

1. PRæſens quæſtio pendet ex illa: an taciturnitas Prælati æquipolleat licentiæ tacitæ? circa quam, non conveniunt Doctores; nam *Emin. Ioan. à Turrecremata in cap. non dicatis 12. q. 1. ad 5. art.* abſolutè dicit, Superiorem in caſu poſito, peccare mortaliter; & ſubditum nihilominus eſſe proprietarium, ad quod allegat *Hugonem, & alia iura. Navar. verò com. 3. de regul. ſub. num. 27. ver. ad quartum*, dicit, quod licentia Prælatorum præſumpta excuſat à peccato mortali, ut patet de colligente Poma quotannis in aliquo horto ejus amici, ſcientis, & prohibentis.

2. Ad quod facit Juris regula *43. in 6. qui tacet conſentire videtur*. Sed conſenſus excuſat à vitio proprietatis, ergo, & taciturnitas; & additur, quod conſentire, & non contradicere, paria ſunt *l. in adoptionibus, ff. de adopt.*

3. Has tamen opiniones conciliat idem *Navar. com. 2. de regul. num. 22. ver. 9. infertur*. Dicēs, quòd eſt duplex taciturnitas Prælati, una permiſſiva tantum: & hæc non excuſat à peccato. Deus enim permittit multa mala fieri per impium: nihilominus impius peccat, altera verò approbativa, & hæc excuſat.

4. Sed dices, quonam modo, potero cognoſcere, quod hujuſmodi taciturnitas ſit pura permiſſio, aut approbatio? reſpondet *P. Suar. tom. 3. de relig. lib. 8. cap. 11. ſub. num. 8.* quod poteſt cognoſci ex circumſtantijs perſonarum rei, & occaſionum judicandarum, ubi item notat, quod hujuſmodi taciturnitas debet attendi, an ſit ex cauſa juſta, aut injuſta? nam ſi juſta, dubio procul ſufficiens eſt ad excuſandum à vitio proprietatis coram Deo: ſecùs autem injuſta.

5. *Sanchez verò in ſumma lib. 7. cap. 19. num. 12.* dicit, quod dicta taciturnitas, an ſit pura permiſſio, vel vera approbatio, poteſt cognoſci, ut explicant Doctores, in materia furti: unde videtur alludere ad id, quod docuit *Emin. Caiet. in ſumm. ver. furtum in prin.* ubi ad exculpandum filios, & ancillas à peccato mortali, ob furtum commiſſum inſcio patre recurrit ad præſumptam voluntatem patris, ſeu domini, qui aliquando patitur, & vult furtum filij, quamvis diſpliceat ei modus clandeſtinus ſurripiendi: quod dictum valdè dilatat *2. 2. q. 66. ar. 3.* quam doctrinam Cajet. ſequitur, nè dum *Navar. cit. loc.* verùm etiam *Graff. 1. p. deciſ. Aur. lib. 3. c. 5. n. 14. Rodriq. tom. 3. q. 29. ar. 10. in fin. & Miranda t. 1. Manual. q. 28. ar. 16.*

6. *Laur. verò Peyr. tom. 1. de ſubdito q. 2. cap. 2. §. 3. ver. noto tertio*, dicit, quod taciturnitas, tunc cenſetur permiſſiva, quando Superior videt Religioſum accipere rem, vel diſtrahere, & tacet, verecundia, aut timore, ſeu alio reſpectu, quia vir pacificus eſt: ſubditus verò homo auſterus, inquietus, agreſtis, rixoſus, & malinconicus: ſecùs autem quando Superior videt, & tacet ex nullo modo prædictorum, immò ſolitus in his occaſionibus iraſci, arguere, & clamare, non clamat, non iraſcitur, non minatur, tunc utique cenſetur approbare, ſecundum *d. iuris regulam, qui tacet, conſentire videtur.*

Quæſt. 23. An Regularis peccet contra votum paupertatis, ſi ex rebus ſibi conceſſis ad proprium uſum, aliquid donet, intra, vel extra Religionem, privando ſe tamen proprio commodo, & Religionem non gravando in re aliqua, nec alio uſu?

1. SUnt, qui contendunt, nullatenus peccare: nam ſi Religioſus, de quantitate cibi, quàm licitè poſſet conſumere, aliquid ſibi ſubtrahat, vel ex quantitate, v. g. pecuniæ, quàm iter agendo, poſſet expendere, detrahat, poteſt, licito jure, illud extractum, ſive detractum, in exteros expendere: ex quo non agit contra juſtitiam, reſpectu Religionis, tùm quia non damnificat illam; tùm etiam, quia habebat jus conſumendi totam rem illam: nec etiam committit contra paupertatem: tùm quia non agit, ut Dominus; ſed potius ut ſervus: tùm etiam, quia agit in virtute facultatis ſibi à Prælato conceſſæ, ad peregrinandum, vel comedendum pictantiam ſuam; ergo nullo modo peccat.

2. Verumtamen hi ſeſe fallunt, & alios decipiunt, ſunt enim in malo ſtatu: niſi ad hæc habeant juſtam licentiam, ad minus præſumptam, aut generaliter ad libitum expendendi, ducorque ex multis, tum quia licentia data pro uno uſu, non poteſt extendi ad alios uſus: undè data pro emendis libris Theologiæ, non poteſt extendi ad emendum libros profanos, & data pro emendis rebus, non poteſt extendi, pro ſolvendis debitis. Undè *Navar. com. 2. de Regul. num. 40.* dicit, quòd licentia conceſſa, Religioſo convertendi quæſita in proprios uſus, reſtringitur ad quæſita, opere, arte, & induſtria Religioſi, non autem ad quæſita per ſucceſſionem, & donationem, quod probat *ex l. Coiri, cum 4. ſeq. ff. pro ſocio, & favet Sanch. lib. 7. in decal. c. 19. n. 6.*

3. Secundò, quia quando Religioſo conceditur uſus rei, non conceditur ſimpliciter Jus utēdi, quia non eſt capax Religioſus talis Juris, quod aliquam rationem dominij habet; ſed conceditur uſus facti tantum, non in generali, nec quilibet pro ejus arbitrio; ſed in particulari, talis, vel talis uſus in individuo; & ideo præter illum, non poteſt ullum alium, ſua authoritate uſurpare; ſi ergo illum uſurpat, in eo ſe gerit, ut Dominus, & non ut pauper, & ſic proprietarius erit.

4. Confirmatur, & magis explicatur; nam Religioſo ſolum conceditur uſus cibi, e. g. ad ſuam ſuſtentationem, quantum indiguerit, ergò ſi voluntariè abſtineat, ſivè quia non indiget, non poteſt ſuo arbitrio diſponere de ſuperfluo, & eadem ratione, non poteſt librum conceſſum ad uſum, in alium transferre, ſua authoritate; vel quia jam illo non indiget, vel quia vult ſe ipſum privare illa utilitate, propter alium: tum item, quia privando ſe debitis cibarijs, poteſt in hoc, communitati nocumentum inferre ægrotando, vel ſè debilitando, tum deniq;, quia ita docent *S. Ant. 3. p. ſum. tit. 16. §. 11. Turrecremata in c. non dicatis, Syl, ver. Relig. 6. q. 7. Rodor. to. 3. q. 29. ar. 10. concl. 4. Sot. lib. 4. de Iuſt. q. 1. ar. 1. & Suarez to. 3. de relig. lib. 8. de paup. c. 15. n. 8.* undè *S. Thom. 2. 2. q. 32. ar. 8. ad primum* inquit, *quod Monachus ſi habet diſpenſationem à Prælato cōmiſſam, poteſt eleemoſynas facere de rebus Monaſterij; ſecundum quod ſibi commiſſum eſt, ſi vero non habet diſpenſationem; quia nihil proprium habet, tunc non poteſt facere eleemoſynam, ſine licentia Abbatis, vel expreſsè habita, vel probabiliter præſumpta: niſi fortè in articulo extremæ neceſſitatis, in quo licitū eſſet ei furari, ut eleemoſynā daret*: hæc ibi, ex quibus benè infertur, ergo nec officiales Monaſterij poſſunt excedere terminos com-

Digitized by Google

commiſſionis ſibi datæ quantùmvis cauſa pia eſſe videatur; quia etiam hi in tali caſu indigent licentia Prælati, non eſt ergo integrum Monacho, ut libet, ſuam Pictantiam in eleemoſynam elargiri, quod eſt valde notandum ad compeſcendum quorumdam bellos humores.

Quæſt. 24. *An Prælatus peccet mortaliter contra votum paupertatis impendendo redditus bonorum Monaſterij in quoſcunque uſus: etiam illicitos, & profanos?*

1. AFfimativa ſententia, multis modis, certiſſima eſt; tùm quia expendere, ut libet, violat votum paupertatis, ut conſtat ex deciſis, à quo voto, Regularis, per Prælaturam non abſolvitur; tum etiam, quia Regularis per d. Prælaturam non fit dominus rerum immobilium, aut mobilium Monaſterij; ſed cuſtos tantùm, & diſpenſator, ſeu adminiſtrator illarum ad præſcriptum tamen Regulæ, quæ vult introitus Monaſterij, non in alios uſus expendi: niſi in ſuſtentationem vitæ miniſtrorum Eccleſiæ, in ædificationem, & reparationem Monaſterij, cæteraque ſuperflua in pios uſus, juxta illud *Luc.* 11. *quod ſupereſt date eleemoſynam*: aliter faciendo, redditur infidelis, & fit uſurpator aliorum bonorum: tùm item, quia hujuſmodi Regularis habet authoritatem magis ſtrictam, & limitatam ſuper bonis ſui Monaſterij, quam Epiſcopi cœterique Superiores Eccleſiaſtici ſuper rebus, & fructibus ſuarum Eccleſiarum: at hi omnes, reſpectu bonorum ſuarum Eccleſiarum, non ſunt Domini, & Patroni; ſed dumtaxat diſpenſatores, & adminiſtratores, ut conſtat ex illo *Pauli, ad cor.* 4. ibi, *ſic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei, & Luc.* 12. ubi Chriſtus dixit, *quis putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.* Quod repetit *ſanctus Thom.* 2. 2. *q.* 63. *ar.* 2. *ad primum*, ibi, *quorum Prælatus Eccleſiaſticus, non eſt dominus, ut poſſit ea dare pro libito; ſed diſpenſator, ſecundum* I. *ad cor.* 4. *ſic nos exiſtimet homo, &c.* quod dictum Emin. Caiet. ibi, *ver. nota tertio*, extendit ad Rom. Pontif. ibi *ſub nomine Eccleſiaſtici Prelati, clauditur etiam Papa, eſt namque Papa, Chriſti Miniſter, & diſpenſator miniſteriorum Dei*: tùm item, quia bona Eccleſiæ appellantur bona patrimonialia Jeſu Chriſti, & bona Eccleſiæ, ſunt bona pauperum, ubi dicitur *in cap. quidquid* 16. *q.* 1. ergo etiam, ſi ſint ſuperflua, non ſunt danda canibus, lenonibus, meretricibus, & ſimilibus, qui verſantur in ſtatu reprobo; ſed pauperibus, & pijs uſibus applicanda.

2. Confirmatur tandem, & magis declaratur; Prælatus, qualiſque ſit, ſivè ſecularis, ſivè regularis, naturali Jure, tenetur obſervare contractum initum, ſaltem virtualiter, inter ipſummet Prælatum, & Eccleſiam, cujus eſt Rector, de fideliter adminiſtrando bona ſuæ Eccleſiæ, ſecundum Sacros Canones, & intentionem eorum, qui tali Eccleſiæ ſua bona obtulerunt; ergo non poteſt negari, quin d. Prælatus ſit in malo ſtatu, ſi à Sac. Canonibus, & ſua Regula diſcrepet: niſi fortè excuſetur à violatione præcepti, ob levitatem materiæ, vel honeſtam recreationem, ad vitæ ſuſtentationem; à lege tamen permiſſam & non aliter.

Quæſt. 25. *An licentia expendendi ad Turpia, excuſet à vitio proprietatis?*

1. QUod Prælatus nequeat d. facultatem facere, eſt indubitatum, per allegata immediatè ſupra; & quod ſubditus, in caſu poſito, læthaliter peccet contra votum paupertatis, liquet *ex deciſ. q.* 16 quibus adde, quod nemo poteſt plus Juris in alium transferre, quam, quod ipſe habeat, ut dicitur *in cap. nemo poteſt, de Regul. Iur. in* 6. *& l. nemo plus, ff. eod.* & patet ad ſenſum, nam nemo dat, quod non habet, at Prælatus Regularis nullam prorſus habet authoritatem diſponendi de rebus Monaſterij ad Turpia, & inhoneſta; ſed tantùm quoad vitæ neceſſaria, & ſtatum decentia, ut conſtat *ex cap.* 2. *Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul.* ergo irrita, & nulla cenſetur hujuſmodi licentia; ex quo intelligitur acta, ſine authoritate: necnon additur, quod qui iniquam diſpenſationem petit, iniquitatis cauſa eſt, & qui ea utitur; eadem ſemper irretitur iniquitate, ut in ſimili dicit *Sotus lib.* 3. *de Iuſt. q.* 6. *ar.* 3. *ad fin. paululum ante ſolutionem argum.* & qui contrarium docent, ipſi viderint.

Quæſt. 26. *Sed quid dicendum de recipientibus aliquid à Religioſo, ad uſus Turpes, & vanos, tenentur nè ad reſtitutionem?*

1. ET dico quod ſic prout dixi *tom.* 1. *p.* 1. *tr.* 8. *de eiectis q.* 50. tum quia hujuſmodi Religioſus non eſt dominus rerum Monaſterij; ergo non habet Jus expendendi, ut libet; tùm etiam, quia non eſt illarum adminiſtrator, ut placet; ſed ad præſcriptum Regulæ, & Sacrorum Canonum, ut puta ad uſus licitos, honeſtos, & neceſſarios tantùm; tùm etiam, quia eſto, quod is à ſuo Prælato habeat licentiam generalem expendendi, in quoſcunque uſus: non ideò præſumendum eſt, eum habere facultatē expendendi ad uſus turpes, & illicitos, tùm quia in generali conceſſione, non cenſentur ea conceſſa, quæ denegarentur, ſi in particulari fuiſſent propoſita, juxta *Iur. regulam* 81. *in* 6. *in generali*, tùm etiam, quia non poteſt præſumi Prælatum, in generali conceſſione velle concedere facultatem ad Turpia; tùm quia non poteſt aliter concedere, niſi ad præſcriptum *c.* 2. *Trid. ſeſſ.* 25. *de regul.* tùm etiam, quia nō poteſt præſumi, eſſe tam malæ conſcientiæ, ut velit ſuis ſubditis, paradiſi portam claudere, & infernorū aperire, & ſic cooperari aliorum peccatis. Undè *Surdus de alimentis, tit.* 8. *privil.* 79. ait; quod quamvis Monachus, ex licentia Abbatis, aut Pontificis, aliquid habeat, non cenſetur habere, ut ad libitum diſponat; ſed, ut decet juſtum adminiſtratorem; tùm itē, quia his ſuppoſitis, quæ de Jure ſupponenda ſunt, Prælatus in d. diſtributione cenſeretur invitus, non ſolum quoad modum, verum etiam, quoad ſubſtantiam, ut ſi quis det alicui pœcunias, ut inter pauperes diſtribuat; invitus eſt quoad ſubſtantiam, ſi inter divites diſtribuet.

2. Quapropter in caſu noſtro, diſtribuentes, & accipiētes peccant contra juſtitiā, & tenentur reſtituere, ut docent communiter Doctores; & præcipuè *S. Anton.* 3. *p. ſum. tit.* 16. *de vot. Relig.* §. 11. *de pauper. ver. quarto nota in fin.* ibi, *Religioſus de conceſſis ſibi ad uſum, non poteſt dare, etiam eleemoſynaliter, nec de eo, quod acquiſivit per induſtriam aliquā; nec de bonis paternis, quando ſibi committerentur ad uſum, vel fieret Procurator, quia omnia ſunt Monaſterij, cap. non dicatis,* 12. *q.* 1, *niſi ſuper hoc habeat licentiam; & tunc, ut benè utatur, aliàs diſſipatio erit, & nō diſpenſatio; & cōcedens, & utens, peccabit,*

Digitized by Google

bit, & recipiens ſine cauſa rationabili, argum. cap. Gloria, 12.q.1.tenetur reſtituere Monaſterio, recipiens ex turpi cauſa, etiamſi habuiſſet dans licentiam dandi, ex dono etiam recipiens, ſi dans non habeat licentiam, ut multò magis ſi non habet indigentiam. hæc ille.

3. Ex quibus clarè apparet, quod ambo peccant mortaliter, dans ſcilicet, & recipiens, qui etiam tenetur reſtituere, non Monacho, qui dedit, at ejus Monaſterio: hæc ille admirabilis, ſcilicet, & pientiſſimus Doctor, quæ replicat, & ſequitur *Sylver. Religio 6.q.7.d.2. Rodriq. tom.2.q.125. ar. 2.in fin. & t. 3. q.29. ar. 11.& p.2. ſum. cap. 40. de reſtit. num.* 4. *concl.* 4. ibi, *tenetur tamen reſtituere, quamvis quantitatem, quàm, ob hunc actum, recepit ab aliquo Religioſo, quia licet habeat licentiam à ſuo Prælato, ad conſumendum peculium, quod eſt illi conceſſum in eo, quod illi placuerit: non tamen credendum, quod Prælatus det licentiam, ad ſimiles inordinatos guſtus, potiùs cognito negotio, puniret illum, zelo debito ſuæ religioſæ charitati, & ideò debet reſtitui Monaſterio, ſi eſt capax bonorum, & ſi non eſt ſic, debet illi tribui loco eleemoſynæ pretium.* hæc ille, idem ſequitur doctiſſimus *P. Molina, meritiſſim. Alumnus Soc. Ieſu tom.1.de Iuſt diſp.140.col.9.ver. ſi aliquid teſtamento, & pro actu turpi, idem Molina eod. tom. diſp. 94. col. 9.ver. ſi quid fornicaria, Clavis regia,lib. 9. cap.16. n. 22.Navar.lib.3,de reſt.conſil.70.in nova edit.num.183.& multis allegatis.Sanch.lib.7.in decal.c.19.n.30. & D.Ricciull.lib.2.de Meretric.c.33.n.28.*

4. Nec nocet *Bordon. 1. p. conſil. reſol. 43. q. 17. num.* 47. dicens, prædictos Doctores loqui de licentia tacita Prælati, quæ nullatenus poteſt præſumi: at ſecùs dicendum de expreſſa, ſi fortè à prælato concederetur Religioſo ſubdito, quia hæc (ſecundum ipſum) excuſaret à vitio proprietatis, & ab obligatione reſtituendi. Verumtamen omninò fallitur: nam etiam ſi verſemur in licentia expreſſa ad talem finem; adhuc tamen recipiens, ob turpem actum, ultra peccatum mortale, tenetur reſtituere, ob eaſdem rationes, quia Prælatus ſcilicet caret poteſtate concedendi talem licentiam: nam ſicut non poteſt ipſemet immediatè expendere fructus bonorum Monaſterij in turpes uſus, multò minus poterit hoc alij indulgere. Etenim, ut liquet ex allegatis juribus, nemo poteſt plus juris in alium tranſmittere, quàm in ſe habeat: nemo enim dat, quod non habet, ut dictum eſt, & defectus poteſtatis, eſt inſanabilis: ad quod facit illa *Iur. regul.68.in 9.poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſe ipſum,* ergo per argumentum à contrario ſenſu, quia non poteſt facere per ſe ipſum, nec poteſt per alium facere.

5. Unde, omni dubio procul, dicendum eſt, prædictam licentiam eſſe irritam, & nullam, & caſſam, uti conceſſam à non habente authoritatem, ut liquet *ex deciſis,* & docet *Navar. in d. conſil.* 70. *de regul.num.33.in 1.edit.& in 2.de ſtatu Monac.conſil.3.num. 33.& lib.3.de reſtit.cap.1.in nova edit.p.3.dub.1.num.*168. *in fin.& 169. Coroll.3.* loquens de peculio conceſſo Religioſis ad uſum, dicit ſe neſcire excuſare accipientem à Religioſo, præterquam ad uſus neceſſarios, quantumvis expreſſam expendendi, extra hos uſus, licentiam à Superiore habeat; quod dictum Navarri ſequuntur plures, quos allegat, & ſequitur *Sanch. cit. loc. n. 31.*

6. Nec eſt verum, quod *Dominicus Bannes, 2.2.q. 62.ar.5.dub.5.ver. ſed advertendum,* dicat contrarium: nam ibi non loquitur de Monacha, ob turpem actum, recipiente pretium à Monacho, ſed ab aliquo ſæculari, cujus bona non ſunt Monaſterij: & liquet ibi, *idem dicimus de pretio quod acquirit Religioſa Mulier illud enim communitati acquirit, ſicut aliud pretium, quod Monacha acquireret labore manuum ſuarum, idem dicit Ludovic. Lopez lib.2.de contract.c.40.ver. an autem Religioſus.*

7. Unde non approbo, quod dicit *Diana, 3. p. tr 2. in dub. regul. reſol.65.in not.3. & reſolut.98.* contrariam ſcilicet ſententiam eſſe probabilem, quia nullo bono jure, nullaque ſolida ratione fulcitur: niſi fortè quibuſdam Doctoribus, qui, cum ſine textu loquantur, nullam probabilitatem inducunt: niſi extrinſecam, quæ debet reduci ad intrinſecam, hoc eſt, ad rationem concluſionis; quæ ſi deſit, evaneſcunt Doctores, ut latè dico, de opinione probabili *in tr. var. reſol. q. 37. & ſeq.*

8. Neque his officit *Pelliz. tom.1. Manual. tr 4. cap. 2. q. 21. num.* 347. dicens, quod quando Prælatus dat ſubdito plenam, & liberam facultatem expendendi aliquid pro ſuo libito: non intelligi limitaſſe ſuam intentionem, ſolum ad uſus honeſtos, & pios; ſed potiùs abſtuliſſe quantum erat ex parte ſua, totum impedimentum, ut uſus ille, non eſſet contra votum paupertatis, ob defectum licentiæ, atque ideò recipientem ab ipſo, non teneri reſtituere aliquid, quia hoc objectũ multipliciter fallit.

9. Primò, quia ſupponit Prælatum poſſe concedere hujuſmodi licentiam expendendi in quoſcunque uſus, utlibet, quod non eſt verum, quia non poteſt concedere ultra cancellos ſuæ regulæ, Sacrorum Canon. Sac. Conc. Trid. conſtit. Clem. 8. *de largit. munerum,* & declarat. Sac. Congregat. adhibita ſuper d. conſtit. Clem. 8. juſſu Urb. 8. ſcilicet quoad actum virtutis tantum, & non aliter, nec alio modo, *ut conſtat ex lectura eiuſdem Decreti Sac. Congreg. quod habes t.1.p.2. tr. de largit. muner.*

10. Secundo, quia dato, quod concedat generaliter: debet tamen intelligi ad præſcriptum dictorum jurium, & ſuæ regulæ, & non aliter, *iuxta d. iur. regul.81.in 6.* ibi *in generali conceſſione, non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus;* at non eſt veriſimile, Prælatum in illa generali conceſſione voluiſſe dare ſubdito licentiam in turpes uſus: niſi velimus eſſe cæci, aut dicere talem Prælatum eſſe perditiſſimæ conſcientiæ, & cooperari alienis peccatis.

11. Tertiò, quia dicere, quod Prælatus dedit licentiam quantum erat ex parte ſua: confirmat concluſionem noſtram, quia ex parte ſua, & quantum in ſe erat, non habebat facultatem ſic concedendi; ergo quantum fuit ex parte ſua, ob defectum poteſtatis, non ſolùm injuſtè, ſed etiam nulliter conceſſit.

12. Quartò, quia auferre impedimentum, nè Religioſus in caſu poſito, committat contra votum paupertatis, nihil aliud eſt; niſi diſpenſare in voto paupertatis: quòd, Papa excepto, nullus poteſt, ergo de qua re videndus eſt *erudit. P. Verricellus 1.p. moral.tr.3.q.31.n.6.* ubi ingenioſè ad contrariorum reſpondet objecta.

13. Nec objicies, quod Religioſus, in caſu poſitu, non expendit independenter à voluntate Superioris, ergo non violat votum paupertatis, quia falleris: nam idem eſt non agere, & malè agere, ut *dicunt Iuriſtæ;* volo dicere, quod dictus Religioſus, in caſu noſtro, cenſetur expendere contra voluntatem Papæ, qui eſt ſupremus Generalis omnium ordinum: ergo peccat peccato proprietatis, ut puta contra votum Regulæ, & Papæ voluntatem.

14. Nec replices dicendo, quod licet Superior non ſit propriè verus Dominus rerum Monaſterij, cum dominiũ reſideat apud totũ Monaſteriũ: tamen Superior habet miniſteriũ hujus dominij, quod ſufficit;

Digitized by Google

ficit, ut peccatum non ſit contra juſtitiam preſsè acceptam, ad reſtitutionem obligantem, ergo, &c.

15. Quia ſimiliter hæc objectio fallit in præſuppoſito; nam dominium rerum Eccleſiaſticarum, eſt penes Deum: diſpoſitio verò univerſalis earundem eſt apud Papam: ſubdelegata particularis; eſt penes Monaſterium, dependenter tamen à Papa, *ut conſtat ex deciſis, & habetur expreſsè in c. licet, 2. de præbendis in 6. ubi textus ſic loquitur.*

16. *Licet Eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum plenaria diſpoſitio ad Rom. noſcant Pontificem pertinere, &c.* interque verba nota ly *plenaria diſpoſitio* non dicit dominium, quia dominium reperitur apud Deum; generalis verò, & illimitata diſpoſitio, eſt apud Romanum Pontificem, ut ex multis oſtendunt *Sot. lib. 3. de iuſt. q. 6. ar. 2. poſt reſponſionem ad 5. argum. & Navar. de redditibus Eccleſ. q. 1. ver. vigeſimo moneo*; & additur, quod Monaſteriũ eſt quædam perſona ficta, repræſentata per Capitulum Monaſterij, quod diſponit de rebus Monaſterij, juxta regulam confirmatã à S. Papa: adeò, ut quidquid actum, vel geſtum fuerit per Prælatum contra capitulum, vel propria ſtatuta eſſentialia Regulæ; totum ſit irritum, & inane. Prælatus enim Regularis aſſumitur ad regimen, ſecundum regulam, & non contra regulam: ſecùs non diceretur Prælatus, ſed dilapidator, ac diſſipator bonorum Monaſterij.

17. Non deſinam tamen dicere, *Sanch. in ſum. lib. 7. c. 19. n. 31.* limitare prædictam reſolutionem, caſu, quo ſæcularis aliquid daret Monacho, non ſibi reſtituendum, nec ad libitum conſumendum: ſed ut cum aliqua fornicaretur, & ſolveret fornicationis pretium; tunc enim Meretrix ab ipſo accipiens non teneretur reſtituere Monaſterio: cum in tali caſu, non à Religioſo cenſeatur accipere, ſed ab illo ſæculari, cujus donationis Religioſus ſolùm fuit exequutor.

18. Verùm caſus iſte mihi videtur metaphyſicus, vel de rarò contingentibus, non enim eſt veriſimile, quem velle in caſu poſito cooperari alienis peccatis, & proprijs ſumptibus animam perdere.

19. Præterea *Emin. de Lugo, diſp. 3. de iuſt. n. 143.* excuſare à reſtitutione hujuſmodi accipientes, ob turpia, à Religioſis; etiam retenta communi ſententia, ex eo, quod quamvis donatio, ab initio fuiſſet invalida, ob malum titulum: poſtea tamen, qui dedit, & aliundè habet licentiam ad uſus licitos, poteſt, mutato animo, donare illud eidem fœminæ, titulo eleæmoſynæ; quia pauper eſt, aut ob alium titulum honeſtum, ad quam donationem licitam, habet ſufficientem facultatem, quod dictum verum cenſeo, reſpectu prædictæ fœminæ indigentis, vel honeſta obſequia præſtantis.

20. Quibus præterea adde, Religioſum ſic malè expendentem, ad uſus illicitos, de licentia tamen ſui Superioris; eſſe reum pœnarum proprietatis, quoad Deum: ſecus autem quoad Cæſarem, quia hæ pœnæ, ſtatutæ ſunt contra Religioſos abſque omni licentia Superioris, peculium tenentes, vel expendentes, ut ſupra dictum eſt; & tenent *Navar. comm. 2. num. 21. de regul. Anton. Cucus, lib. 3. inſtit. tit. 1. num. 116. & Sanch. in ſum. lib. 7. cap. 19. num. 25.*

***

Quæſt. 27. An perſona Religioſa recipiens aliquid, ob turpem quæſtum ſui corporis, ſit proprietaria?

1. Affirmat *Lez. 1. p. ſum. c. 6. n. 38.* quia cenſetur recipere contra voluntatem Prælati, qui in tali caſu, ſic adeò præſumitur invitus, ut non poſſit præſumi ejus tacitus conſenſus.

2. *Bordonus verò 1. p. conſil. reſol 43. q. 29. nu. 64.* dicit, quod ſi dicta perſona petat licentiam à Superiore recipiendi aliquid ab amico, tacendo cauſam turpem: non erit proprietaria, quia recipit dependenter à ſuo Superiore, cui non eſt neceſſe narrare cauſam: niſi illam quærat: & tunc Regularis ſuſtinendo aliam fictam cauſam, non erit proprietarius, ſed tantum mendax: & addit, quod ſimpliciter loquendo, non eſt proprietarius, quia cum hic ſint duo actus, nempè, actus turpis, & receptio muneris, licet ſuperior reſpectu primi actus, præſumatur invitus; ſecùs autem reſpectu ſecundi actus, cum de ſe, & ex ſua natura, ſit indifferens, & à Prælato ignoretur cauſa hujuſmodi muneris.

3. Quod dictum mihi non diſplicet, ſive loquamur de Religioſo recipiente à fœmina, ſive de Religioſa recipiente à ſæculari; maximè ſecundum opinionem illorum, qui dicunt, quoad acquirendum Monaſterio non exigitur, tam exacta licentia Prælati, præſuppoſito, quod etiam per Monachum turpiter quæſitum, acquiratur Monaſterio; de qua re *vide hic ſupra quæſt. 26.*

Quæſt. 28. An Prælatus poſſit ſubditum licentiare ad ludendum, ludo tamen honeſto, præciſis ſcandalo, & lege prohibente?

1. Reſpondeo affirmativè: moderatè tamen, ac tribus conditionibus impoſitis. Primò, ut abſtineat in ludo, ab operationibus, & verbis turpibus, vel proximo nocivis. Secundò, ne totaliter gravitas animæ reſolvatur: cum honeſtas perſonæ in omnibus conſervanda ſit, Tertiò, ut omnes actus ludicri, & jocoſi, congruent perſonæ, tempori, loco, & circumſtantijs: ducorque, quia ludus, ut ludus, præciſus à malis circumſtantijs, eſt de neceſſarijs ad quietem animæ, & corporis recreationem, ut eruditè multis probat *S. Tho. 2. 2. q. 168. ar. 2.* unde ludus dicitur actus eutrapeliæ, *ſecundum Ariſt. ethicorum c. 8.* hoc eſt, neceſſarius ad honeſtam animi recreationem, ſeu refocillationem, quo circa, etiam *B. Ioann. Evang.* interdum ludebat cum diſcipulis ſuis, ad ſe eximendum à vehementi corporis fatigatione, ut colligitur *à collationibus Patrum, teſte D. Tho. cit. loc.* quod ergo fecit, & indulſit Apoſt. cur non poterit Prælatus facere?

2. Dixi *ludo honeſto*, quia inhoneſtus reprehenditur in Sacra Scriptura, *Exod. 32. ibi, ſedit Populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere, & Tob. 4. numquam cum ludentibus miſcui me.*

3. Dixi *præciſo ſcandalo*, quia nihil faciendum eſt cum ſcandalo: nam *væ homini illi, per quem ſcandalum venit. Matth. 18. c.*

4. Dixi *lege prohibente*, quia Superior, regulariter loquendo, nihil poteſt contra Sacros Canones concedere, nec adverſus propriam regulam: Unde non poteſt Superior indulgere ad ludendum principaliter propter lucrum; nec Aleis, per quas ſignificatur omnis ludus, qui principalius nititur ſorte, aut caſu, vel fortuna, quam induſtria, & arte

Digitized by Google

arte humana, prout multis allegatis, docet *Narar. in ſum. c. 20. num. 6.* & habetur expreſsè *in c. Epiſcopus 1. diſt. 31.* & expreſſiùs prohibetur *in c. Clerici, 15. de vita, & honeſt. Cleric.* ibi, *ad Aleas, & taxillos non ludent, nec huiuſmodi ludis interſint* : ad quod, ibi, *Gloſ. in ver. Aleas*, multa jura adducit, & docet, quomodo hujuſmodi aleator repellitur à promotione.

5. Unde jure optimo, in mea Religione, hujuſmodi luſores condennantur ad pœnas gravioris culpæ, & inhabilitantur ad gradus : *diſt. 1. de grav. culpa c. 18. tex. 1. fol. 99. col. 3.* ibi, *idem dicimus de fratribus, qui inventi fuerint ad taxillos luſiſſe, quod d. de taxillis*, per allegata ſupra, extende ad eos, qui inventi fuerint ludere ad carthas, vel tabellas, aut fabas, aut ad ſimiles ludos, qui, ut dictum eſt, principalius nituntur caſu, & fortuna, quam induſtria, & arte humana : de qua re vide *Caiet. cit. loc. 2. 2. ar. 3.* & in ſua ſummula, *ver. ludere, & Sayr. in clavi regia, lib. 11. c. 12. per totum*, ubi latè de circumſtantijs, & conditionibus prædictis.

Quæſt. 29. An Regularis ſubditus poßit, abſque vitio proprietatis, aliquid ludere : & an lucriſaciens aliquid ab eo in ludo, teneatur reſtituere?

1. SUb diſtinctione reſolve : aut is, de quo agitur, ſuam pecuniam ludo exponit, abſque ulla licentia Prælati : & ſic peccat contra votum paupertatis, quia ludo pecuniam exponere, eſt actus dominij, qui in tali caſu non habet : qui verò illam pecuniam lucratur, tenetur reſtituere : ex quo illam eſt lucratus ab homine, non habente authoritatem diſponendi de illa, *Sanch. in ſum. lib. 7. c. 19. n. 75. Peyr. 1. p. de ſubdito, q. 2. c. 2. §. 7. n. 1. & eſt ſententia D. Thom. 2. 2. q. 32. ar. 7. ad 2.* ibi, *quod aliquis lucretur ab his, qui rem ſuam alienare non poſſunt, tenetur ad reſtitutionem* : aut ex tacita, vel expreſſa licentia ſuperioris, exponit ludo aliquid modicæ quantitatis, ad honeſtam recreationem habendam, & ſic poteſt licitè ludere, præciſis tamen ſcandalo, & lege prohibente ; tùm quia, hic nullus intervenit actus dominij, ob præſumptam, ſaltem licentiam; tùm etiam, quia ludus, ut ludus, præſcindendo à malis circumſtantijs, eſt de neceſſarijs ad vitæ ſuſtentationem, ut patet ex dictis immediatè ; ergo ſicut filius familias habet authoritatem ludendi in modica quantitate, juxta facultatem ſui Patris, ad vitæ recreationem, ità Religioſus, juxta ſuam qualitatem, & paupertatem ; quo fit, ut Religioſus, quando vadit in ſuam Patriam, parentes inviſurus, poſſit cauſa honeſtæ recreationis, aliquid ludere, diſcretè tamen ac religioſè ; ſic item quando degit extra Monaſterium, ex Prælati licentia, & ibi alitur ex bonis Monaſterij.

2. Dixi *ludo honeſto*, ad evitandum ſcandalum. Dixi *lege non prohibente* ; quia *P*rælatus nihil poteſt contra Regulam, & Sacros Canones, ut ſupra.

3. Dixi *aliquid modicæ quantitatis*, quia Prælatus non poteſt concedere licentiam expendendi in quoſcumque uſus, immoderatam quantitatem pecuniæ : ſecùs foret dilapidator, & non conſervator rerum Monaſterij.

4. Undè fit ; ut colluſor lucrans in ludo, ab alio Religioſo colluſore immoderatam quantitatem, teneatur reſtituere, non ipſi colludenti, at ejus Monaſterio, ob *d. rationem D. Thom.* quod etiam multis probat, *Navar. in Manuali cap. 20. num. 12.* ubi, quod dicit de Monialibus, & Regularibus, cœteris paribus, extendit ad Clericos, & ſeculares ; & multis allegatis, ſequuntur *Lud. Lopez p. 2. inſtructorij conſcientiæ, cap. 33. q. 3. concluſ. 1. Ledeſma, 2. p. ſum. tr. 1. cap. 2. concluſ. 10. de ſtatu Relig. in com. cap. 4. concluſ. 3. dub. 9. Sayr. in clavi regia, lib. 13. cap. 12. de Ludo, dub. 4. n. 15. Rodriq. 1. p. ſum. cap. 189. concluſ. 4. & tom. 2. q. 38. ar. 3. Sanch. & Peyr. cit. loc.*

5. Sed dices, quæ nam ſit iſta modica quantitas, quam poteſt ſuperior ſubditis concedere? Reſpondet *Sotus, l. 4. de Iuſt. q. 5. ar. 1. quem ſequitur Navar. cit. loc.* eſſe quatuor, aut quinque ducatos quotannis.

6. Verùm de hac re, non poteſt dari certa regula. Sed relinquitur arbitrio viri prudentis, conſiderantis Religionem ludentis, quantitatem peculij conceſſi, perſonam, & dignitatem ejuſdem, & an item, omnia ſibi ad uſum conceſſa, conſumpſerit, vel infrà eundem annum aliàs luſerit, & ſimilia rationabilia ; nè fortè contingat Monaſterium duplici onere gravari.

Quæſt. 30. Monialis clàm accipiens de Cibarijs Monaſterij : ſi ea inſumat, an ſit proprietaria?

1. SUnt, qui affirmant ex eo, quod aſſumentes res communitatis, contra, voluntatem Superioris, in univerſim ſunt proprietarij : etenim aliquid accipere, retinere, & dare ſunt actiones dominij, ſi fiant independenter à voluntate ſuperioris *cap. non credatis cap. Monach. & cap. cum ad Monaſterium, de ſtat. Monach.*

2. Verùmtamen, circa hoc, eſt procedendum cum magna cautela, nàm ſi res accepta detenta, aut conſumpta, ſit res parvi momenti, aut minimi valoris, excuſpatà peccato, & vitio proprietatis. Item ſi ſubditus, compertum, & exploratum habeat, quod Prælatus, in ea re conſentiret, & concederet licentiam, ſi ab eo peteretur expreſſa ; quamvis diſpliceat ſibi modus clandeſtinè accipiendi, retinendi, aut inſumendi, ut egregiè dixit *Emin. Caiet. in ſua ſummula, ver. furtum, & 2. 2. q. 66. ar. 5.* cui favent communiter Doctores, & præcipuè *Navar. in cap. non dicatis, n. 20. & in manual. cap. 17. n. 29. & Miranda 1. p. Manual. q. 28. ar. 16.* ad quod facit *lex inter omnes; §. rectè, ff. de furtis*, ubi dicitur, *quod non committit furtum, qui clam capit alienum, quod ſcitum, Domino placet*, quæ omnia magis declarando expungit P. *Suar. tom. 3. de Relig. lib. 8. de paup. cap. 11. nu. 41.* & ait, quod regulariter loquendo ; in his rebus uſu conſumptibilibus, ad cibum, & potum ſcil. pertinentibus ; nunquàm adeſt peccatum mortale : niſi damnificatio Religionis nimia eſſet, & in re extra ordinaria, & ſubjungit, quod quamvis Prælatis hoc diſpliceat, non tamen ſunt ità involuntarij, ut illam reputent materiam gravem, in ordine ad paupertatem, ſed ſolùm in ordine ad decentiam, & perfectionem Religionis : & ſubdit, quod Religioſi, quoad uſum hujuſmodi rerum, tractantur, ut filij : inter parentem autem, & filium, ſimilis actio non cenſetur gravis ; quod dictum amplectitur *Sanchez in ſum. lib. 7. cap. 19. num. 53. Diana 1. p. moral. tr. de paup. Relig. reſolut. 30. Bordon. 1. p. conſil. reſolut. 43. q. 27. num. 62. & Lez. 1. p. ſum. cap. 6. num. 17.* at ego intelligo verum, quoad forum internum conſcientiæ, nam quoad forum externũ conſcientiæ, nam quoad forum externum, in hoc delicto debent attendi propriæ conſtitutiones, & accuſantes, & teſtes, ſi ſint tales, quales exiguntur ; & an res fuerit ſcandaloſa, vel communitati præjudicialis.

* * *

Quæſt. 31. Monialis, quæ occultè projicit cibaria ad cœnam præparata, ea ſola ratione, quia ſibi non placent, an ſit proprietaria?

1. MEgalius, *conſil.* 83. *reſpondet ad quæſitum affirmativè*, cui favet *Bordonus* 1. *p. reſolut.* 43. *q.* 39. *n.* 78, cum donatio, jactatio, & dilapidatio, in Jure æquiparentur, ut in *l. filius famil. in princ. ff. de donat. & in l. contra Iuris §. filium ff. de pactis*, & patet ad ſenſum; quia hujuſmodi projectio eſt actus dominij, quod veri domini, in re propria exercere ſolent.

2. Dixi *occultè*, quia ſi publicè hoc faceret, vidente Prælato, & non contradicente, poſſet excuſari per taciturnitatem illius, vel illo contradicente, & hac reſiſtente, poſſet uti rebellis, contumax, & temeraria carcerari; & ad præſcriptum conſtitutionum, vel Sacrorum Canon. graviter puniri: ſervatis tamen ſervandis, & rea audita in Juribus ſuis.

Quæſt. 32. An Monialis valeat ex ſua induſtria, & arte facere ſuo amico, aut conſanguineo aliquod opus magni valoris, ut puta inſignem recamaturum, vel quid ſimile Saccaro conditum?

1. ET dico quod ſic; de licentia tamen Abbatiſſæ, & impenſis alienis, nempè, illius, cui ſit opus; ducorque, quia iſte caſus non cōprehenditur ſub d. Bulla Clem. VIII. & Urb. VIII. *de largit. muner.* nam in tali caſu, nulla fit largitio, neque alienatio rerum Monaſterij; ſed tantum quædam inacquiſitio, circa quam poteſt Abbatiſſa præjudicare Monaſterio, per ea, quæ allegat, *Sanch. lib.* 6. *de Matrim. diſput.* 4. *de donat. num.* 13. *& ſequen.* ubi ex multis oſtendit, Prælatum repudiantem hęreditatem, aut legatum Eccleſiæ, ſine juſta cauſa, peccare quidem mortaliter, non quærendo Eccleſiæ non tamen poſſe condemnari ad pœnas impoſitas, contra alienantes; quia alienare, & non acquirere, ſunt duo diverſa, à quibus non fit illatio: unde dicitur, quod Prælatus non poteſt in Juribus quæſitis præjudicare ſuæ Eccleſiæ: ſecus verò in Juribus quærendis; vel clariùs dicas, quod in caſu poſito, nulla eſt alienatio rerum Monaſterij; ſed tantum gratioſa locatio, ſive oblatio laborum, & operum Monialium, quæ valdè differt ab alienatione rerum Eccleſiæ: nam alienatio, eſt rei exiſtentis in dominio Eccleſiæ: oblatio verò, vel locatio gratioſa futuri laboris, non eſt res exiſtens; ſed potiùs ſpes fatigandi circa rem fiendam; *Bonac. tom.* 1. *tr. var. diſp.* 3. *de larg. muner. p.* 1. *n.* 5. *poſt Scortiam in ſelectis conſtit. Pontif. theoremat.* 390. *& Valer. ver. munera, diff.* 1. *n.* 66.

2. Confirmatur, quia Religioſus, ſine præjudicio paupertatis, poteſt de licentia Prælati alteri inſervire, eique gratis operam ſuam præſtare, per ea, quæ refert *Cardin. de Lugo, diſp.* 3. *de Iuſt. n.* 199. *& ſequitur Pellizz. in tr. de monial. q.* 18. *n.* 27. *in fin. & Tambur. de Iur. Abbatiſ. diſp.* 9. *q.* 2.

3. Nec his obſtat dicere, quod quidquid acquirit Monachus, ſeu Monacha, acquirit Monaſterio, quia licet hoc dictum, verum ſit, nullo tamen Jure cavetur, Religioſum, ſeu Religioſam non poſſe de licentia ſuæ Prælatæ, alteri ſuam operam gratis pręſtare.

4. Nec replices dicendo, qui nequit dare, nec gratis poteſt remittere, at monialis non poteſt dare, ergo nec poteſt gratis remittere quia dictum aſſumptum *qui nequit dare, nequit gratis dimittere*, procedit quando aliquid eſt de Jure debitum, ſeu quæſitum Monaſterio: ſecus autem in quærendis, *Sanch. cit. loc.* in caſu autem poſito, loquimur de remiſſione illius, quod adhuc non debetur, at poſſet in futurum ad Conventum pertinere, & ſic verſamur in ſpe, & non in re exiſtenti.

5. Dixi *de licentia Abbatiſſæ*, quia ubi monialis per profeſſionem conſtituitur ſub dominio Monaſterij, non eſt amplius ſui Juris, ut patet de ſervo, & filio familias.

6. Dixi *impenſis alienis*, quia ſi Religioſus, vel Religioſa faciat aliquod opus magni valoris, ſumptibus Monaſterij; etiam de licentia ſuperioris, non poteſt illud elargiri, niſi ad præſcriptum *d. conſtit. de largit. muner.* quod eſt valde notandum ad frænandum bellos humores illorum, qui, expenſis Monaſterij, prætendunt magna elargiri; ipſi viderint, *Diana* 1. *p. tr.* 6. *de paupert. reſolut.* 6. *ad ſecundum.*

Quæſt. 33. Quænam quantitas ſit neceſſaria ad hoc, ut Religioſa, donando, recipiendo, aut retinendo aliquid, ſine licentia ſuperioris, peccet contra votum paupertatis?

1. QUæſtio hæc eſt de difficilioribus, & pendet ex determinatione illius, quænam quantitas ſit neceſſaria, & ſufficiens ad hoc, ut furtum aliquod ſit peccatum mortale, & obliget ad furti pœnas? circa quam, tot ſunt opiniones, quot Doctores; de quibus latè dixi, *tom.* 4. *p.* 2. *tract.* 15. *q.* 19. *de largit. muner. ubi nu.* 34. poſt prædictorum examen, ad praxim deſcendi, ità, ut in magnis Principibus, duo, aut tres ducati, à quocumque auferantur; ſint materia ſufficiens, ad conſtit. peccatum mortale in genere furti: in perſonis verò communibus, quatuor, vel tres caroleni; in pauperibus autem duo, aut unus ſufficiunt pro d. peccato mortali: quod procedit, etiam, ſecluſis alijs omnibus extrinſecis damnis, & nocumentis: quod non poteſt aliundè probari: niſi quia ità humana ratio dictat, & humanum arbitrium ſolet judicare, attentis circumſtantijs, loci, temporis, & perſonæ ibidem examinatis.

2. Hoc idem, quod dicitur de perſonis, dicendum eſt de Monaſterijs ſupremis, medijs, & infimis; cum utrobique eadem ratio militet, de qua re ad majorem certitudinem, inviſendi ſunt *S. Thom.* 2. 2. *q.* 66. *ar.* 5. *&* 6. *Sotus, lib.* 5. *de Iuſt. & Iur. q.* 3. *ar.* 3. *in reſpon. ad ſecundùm Navar. in manuali cap.* 17. *n.* 2. *Aragon. de Iuſt. & Iur. ead. quæſt.* 66. *Miranda.* 1. *p. manual. q.* 28. *ar.* 17. *Rodriq. tom.* 4. *ſum. c.* 118. *num.* 27. *Sanchez lib.* 7. *ſum. cap.* 20. *n.* 5. & alij à me fideliter allegati *cit. loc.*

Quæſt. 34. An monialis, ex licentia Abbatiſſæ poſſit frequenter ſuo confeſſario pecunias multas elargiri: ſibi tamen à propinquis datas?

1. REſpondeo negativè; ducorque ex multis, *primo ex conſtit. Clem. VIII. de largitione muner. incip. Religioſæ Congregationes*, ubi id expreſsè prohibetur, §. 3. ibi, *adeò ut nemo unquam eorum, vel earum, directè, vel indirectē palam, vel occultè, tàm communi, quàm particulari, & proprio nomine, etiam ſub quovis ſtatuti, vel conſuetudinis, ſeù verius corruptela, aut alio prætextu, vel quacunque cauſa: niſi in generali Capitulo, aut alia generali Congregatione, re maturè diſcuſſa, unanimi conſenſu omnium, ſuperiorumque permiſſu, cauſa approbata fuerit, quidquam tale attentare*

tentare valeat, id autem ità abſolutè, & generatim vetitum intelligatur, ut neque omninò fas ſit quidquam donare, tàm ex fructibus, redditibus, & proventibus, collectis, vel contributionibus, aut oblationibus, ſeù eleemoſynis, aut ſubſidiis certis, vel incertis, ordinariis, ſeù extraordinariis, menſæ ſeu maſſæ communis, vel cuiuſvis Fabricæ, & Sacriſtiæ, quorum bona communiter, ut præfertur, adminiſtrantur, &c.

2. Secundò, quia licet ſub d. bulla non comprehendantur leviora, eſculenta, & poculenta, ut expreſsè ibidem dicitur; adhuc tamen hujuſmodi eſculenta, & poculenta, ſecundum probabiliorem opinionem Doctorum, non tranſcendunt ſummam carolenorum trium, aut ad vitæ ſuſtentationem trium dierum, ut conſtat ex deciſis, *tom. 1. p. 2. tract. 15. q. 17. de largit. muner.*

3. Tertiò, quia licet hujuſmodi munuſcula ſint permiſſa; adhuc tamen nequeunt frequenter elargiri; niſi inter unam, & aliam elargitionem cadat intervallum unius diei; aliàs eluderetur mens Pontificis; nam multa modica in dies frequentata, faciunt unum ſatis, *Bonac. tom. 1. in tr. var. diſput. 3. p. 5. num. 7.*

4. Quartò, quia licet dicta bulla per Sac. Congr. & Urb. VIII. reperiatur moderata, ità, ut licitum ſit Religioſis utriuſque ſexus, ex licentia ſuperioris, munera erogare, ex cauſis Actum virtutis, & meriti, continentibus. Modeſtè tamen, ac diſcretè, ut dicitur in *d. conſtit. quam per extenſum habes tom. 1. p. 2. tr. 15. in princ.* modeſtia autem, ac diſcretio Religioſa, pugnat cum prodiga elargitione pecuniarum, ſive effrenata, & copioſa donatione bonorum monaſterij, ut patet ad ſenſum.

5. Confirmatur, quia diſcretio Religioſa vacat conſervationi finis d. conſtit. Clem. VIII. *nè ſcil. Religioſa paupertas, quæ eſt finis d. conſtit.* & fundamentum Religionis, enervetur, vel violetur, ergo immoderata elargitio reſiſtit, & adverſatur Religioſæ paupertati, quæ, moderato victu, & veſtitu contenta eſt.

6. Quintò, quia Prælata non poteſt moniali facere facultatem expendendi ſuum peculium, ut libet: hoc .n. eſſet eam facere proprietariam, nempè ex uſuaria, reddere uſufructuariam, quod eſt cōtra votum paupertatis: quo circa, in caſu poſito, lethaliter peccaret ipſa Prælata, & ea licentia Monialis utens, & ille Confeſſarius teneretur ſimiliter reſtituere propter eandem rationem, quia ſcil. recipit à Moniali, non habente authoritatem dandi, *ut latè ex deciſis.*

7. Nec dices, quod dicta bulla Clem. VIII. non fuit uſu recepta; & conſequenter non obligat, ultra Jus commune, tùm quia præd. conſtit. apud magis timoratos conſcientiæ, ſemper fuit in uſu, per allegata *cit. loc. q. 10. de largit. muner. & docet Lez. 3. p. ſum. ver. dare n. 1.* tùm etiam, quia illud principium morale, ſcil. licet primò primi non acceptantes legem peccent: ſucceſſores tamen ad illos, non peccant; licet dico d. principium poſſit eſſe verum quoad leges laicales ſeculares, in caſu ſcil. conniventiæ Principis, videntis, vel ſcientis ſuam legem violari, & non contradicentis: ex hac enim ejus taciturnitate, videtur conſentire in legis abuſum; & conſequenter cenſetur ſuam legem auferre. Verùm tamen d. principium fallit, & nullatenus poteſt habere locum, quoad leges Pontificias, ut ſæpè dico; tùm quia Pontifices non habent poteſtatem à Populo, ſed à Deo; tùm etiam, quia ſemper clamant contra legum tranſgreſſores, ſemperque repetunt, ac renovant ſua mandata; & præcipuè in caſu poſito, nam prædicta Bulla Clem. VIII. *de largit. muner.* fuit à Sac. Congregat. & Urb. VIII. confirmata, & moderata cum validiſſimis clauſulis. Item cum decreto irritante, item ſublata authoritate aliter interpretandi; item cum præcepto, ut ſuperiores locales, ſub gravibus pœnis d. Bullam, cum moderatione prædicta, teneantur legere in perpetuum, ſingulis annis Menſis Januarij in publica menſa, ad perpetuam rei memoriam, ut licet videre in d. Bulla: exindè non poteſt argui conniventia; ſed ſumma ejus vigilantia, & cura: immò clamor pro obſervantia ſuæ legis.

8. Tùm denique, quia contra Decretum irritans, poſitum in d. Bulla, quod afficit etiam ignorantes, non poteſt invaleſcere conſuetudo, nec contrarius uſus, ſeù abuſus, & corruptela, quæ potius peccatum infert, quam legem auferat.

9. Nec obſtat dicere, quod verſamur in pecunijs à conſanguineis moniali datis; & non in pecunijs Monaſterij, nam notum eſt lippis, & tonſoribus, quod quidquid acquirit Monachus, vel Monacha, Monaſterio acquirit, & quod majus eſt; quidquid acquirit profeſſus, ſeù profeſſa, primò, & immediatè acquirit Monaſterio; & ſibi ſecundariò, quatenus eſt pars, & membrum Monaſterij, ut *conſtat ex cap. 2. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. & tom. 1. p. 2. tr. 11. q. 3. de ſucceſſ. Monaſt.* Sed dices, quantam ſibi, & ſubditis poteſt Prælatus quantitatem concedere ad donandum, & expendendum?

10. Reſpondeo, quod hujus dubij deciſio, gravis eſt, circa quam variant Doctores, quorum placita habes *tom. 1 p. 2. tr. 15. q. 5. de largit.* ex quibus iterùm dico, quod iſta determinata quantitas relinquitur arbitrio ſuperioris, qui penſatis conditionibus religioſi donare volentis, & ejus, cui donum fit; & cognita cauſa, ob quam elargitur; item conſiderata facultate Monaſterij, & an ibi ſuperioris arbitrium limitatum reperiatur; attenta etiam conſuetudine loci, & ſimilibus; poterit quæſitum decidere.

11. Verumtamen *Peritiſſimus P. Vericellus, 1. p. moral. tr. 8. q. 52. n. 6.* mordicus defendit, Abbatiſſam abſolutè poſſe, etiam prætermiſſis præfatis circumſtantijs, ſuæ moniali concedere facultatem dandi ſuo Confeſſario, valorem triginta aureorum, ſingulis annis, ob ſolum affectum, quem erga illum habet, ad quod ingenioſè multa adunat.

Quæſt. 35. An Monialis poſſit, inſcio ſuperiore, remittere parentibus annuus redditus, ſibi per eoſdem debitos: ex iuſta tamen cauſa?

1. NEgativè dic; tùm quia illi annui redditus ſunt in bonis Monaſterij, per illā Regulā, *quidquid acquirit Monacha, ſuo Monaſterio acquirit*, tùm etiam, quia hujuſmodi remiſſio facta independenter à Prælato, eſt actus dominij, quod per diametrum adverſatur Religioſæ paupertati, *ut conſtat ex deciſis.*

2. Quam reſolutionem, ob eandem rationem, extende ad pecuniam per eandem Monialem mutuatam alij Moniali ejuſdem Monaſterij; quia licet dominium pecuniæ remiſſæ, remaneat apud idem Monaſterium, adhuc tamen non poteſt negari, quin monialis ſic remittens, exerceat actum dominij, quod, ut dictum eſt, pugnat cum paupertate Relig. *Pelliz. tr. de monial. q. 21. num. 32.*

* * *

Digitized by Google

Quæst. 36. An Monialis de licentia Abbatiſſæ, poſſit licitè redditus ſibi conceſſos ad uſum propinquis dare?

1. AFfirmat *Beia in reſponſis caſuum conſcientiæ, p. 4. caſu 32. Hieronymus Cenedo Dominicanus, de paup. Religioſa dub. 32. n. 9. & 13. & dub. 17. nu. 9. & Valerius Carthuſianus, de differ. utriuſque fori, verbo munera n. 13.*

2. Tu autem dic; quod licet dare propinquis indigentibus, & maximè nobilibus, ſit cauſa pia, & rationabilis: adhuc tamen eſt obſervandum Decretum Sac. Congregat. adhibitum ſuper Bulla Clem. VIII. *de largit. muner. qu. 8. habes to. 1. p. 2. eod. tit.* & quo S. Papa declaravit integrum eſſe moniali dare ob actum virtutis, ex licentia Abbatiſſæ, religioſè at diſcretè tamen: quænam ſit iſta quantitas diſcreta, & religioſa, *dicitur in eod. tract.*

3. Benè verum eſt, quod mortaliter peccat Abbatiſſa concedens licentiam ad ſuperfluos ſumptus; & monialis, ea licentia utens, ut dictum eſt de Prælato, & conſtat *ex cap. 2. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* ad quod faciunt ea multa, quæ ad intentum cumulat doctiſſimus *P. Verricellus, tom. 1. moral. tr. 3. q. 29. n. 4. & ſeq.*

Quæſt. 37. An Regularis ſit proprietarius, ſi ſine licentia ſuperioris, recipiat aliquid à quovis homine?

1. REſpondeo affirmativè: quia recipere aliquid independenter à voluntate Prælati, eſt actus dominij, ſeù proprietatis, ut expreſsè dicitur *in cap. cum ad monaſterium 6. de ſtatu Monac.* ibi, *Unde ſi quidquam alicui fuerit ſpecialiter deſtinatum, non præſumat illud accipere, ſed Abbati, vel Priori aſſignetur, &c.* quod dictum procedit, etiam reſpectu domeſticorum Monaſterij, ac etiam aliorum Religioſorum, propter eandem rationem, quam explicat *Azor. 1. p. inſtit. moral. l. 12. c. 11. q. 7.* dicens, quod Religioſus uſufructuarius eſſe non poteſt; ſed uſuarius tantum. differt .n. uſufructuarius ab uſuario; quia ille non ſolum habet Jus utendi re; ſed etiam diſponendi de fructibus illius: ſecùs autem uſuarius, qui habet pro ſe tantùm uſum facti, quem non poteſt alteri donare ſine licentia Superioris: ſed ità eſt, quod Religioſo res à Superiore conceditur, ut ea ipſe uti poſſit; & non, ut ipſe in alium hujuſmodi uſum transferat, ſuo arbitratu; abſque expreſſo, vel tacito conſenſu Superioris, ergo.

2. Alij tamen tenent contrarium, *apud eundem Azor.* & moventur ex textu, qui loquitur per illud verbum, *præſumat*, quod temeritatem ſignificat.

3. Præterea deciſio prædicta extenditur ad Religioſum recipientem aliquid ab aliquo, quod apud ſe non retinet, ſed deponit apud alium, & utitur eo, ad ſuum libitum propter eandem rationem, quia ſcil. totum hoc eſt actus dominij, & proprietatis: niſi fiat de licentia Superioris, *Sanch. lib. 7. ſum. cap. 19. n. 48.*

4. Benè verum eſt, quod Religioſus poteſt rogare dantem ſibi pecuniam, ut eam interim deponat apud amicum; donec ipſe impetret licentiam, vel poteſt illam recipere apud ſe, tanquam depoſitum; donec licentiam obtineat. ità ut interim, omne dominium, & poſſeſſio remaneat apud deponentem, *Sanch. cit. loc. n. 51. Diana 1. p. tr. 6. de paup. reſol. 42. & 43. & p. 3. tr. 2. reſolut. 65. Pelliz. in tract. Monial. cap. 4. n. 43. & P. Verricellus, 1. p. moral. tract. 5. q. 6. n. 252.*

5. Quam opinionem exiſtimo probabilem *cum Victoria, & alijs noſtris, quos refert Ludovicus Lopez. 1. p. inſtructorij conſcientiæ, c. 156. col. 4.* ceſſante tamen fraude, & dolo; & dummodo hujuſmodi Religioſus prædictam pecuniam apud ſe non retineat, ultra duos, vel tres dies, qui, reſpectu temporis, cenſentur parva materia.

6. Amplia præterea reſolut. prædict. ad res, quoquomodo, comeſtibiles; nam cum illæ ſint quoque pretio exiſtimabiles, accipere illas, ſicut, & retinere, ſine licentia ſuperioris eſt actus proprietatis, *Sanch. cit. loc. n. 53.*

7. Limitatur tamen prædicta concluſio, ut non procedat; quando Superiores, vel monaſteria, non dant Religioſo ea, quæ ſunt neceſſaria ſimpliciter ad vitam, quia, vel non poſſunt, vel nolunt: in tali .n. caſu poſſunt ipſi Regulares accipere alia ſibi neceſſaria, ſive ſibi offerantur à laicis, ſive à Clericis, vel à Religioſis ſui, vel alterius Ordinis, nam in tali caſu, ſuperiores injuſtè negarent talem facultatem, cum non poſſint cogere ſubditos, ut non provideant ſibi de ſimpliciter neceſſarijs ad vitam, nec ipſi Religioſi, ad hoc ſe obligaverint, poſſunt ergo uti Jure ſuo, ſibi taliter oblata accipere: immò, & poſtulare; *Rodriq. 2. p. ſum. cap. 21. num. 6. & Sanch. 1. p. ſum. cap. 6. n. 31.*

8. Item limitatur reſolutio, ut Religioſi Conventus, comeſtibilia ab extraneis, cum licentia accepta, poſſint quibuſcunque ſine alia licentia donare; nam dantur à Prælato Religioſo, vel ut comedat, vel ut donet, *Peyr. de ſubd. tom. 2. q. 2. §. 6. & Verricellus cit. loc. q. 6. n. 260.* quod intellige verum: niſi aliter declaraverit ipſemet Prælatus, nam expreſſum facit ceſſare præſumptum.

9. Item, ſi unus Religioſus petat licentiam dandi alteri ejuſdem Monaſterij, hic non tenetur petere licentiam accipiendi: nam dare, & accipere ſunt correlativa, *Cardin. de Lugo, de iuſt. diſput. 3. n. 164. Diana, p. 3. tr. 2. reſolut. 65. §. nota quarto, & Pelliz. de Monial. cap. 4. n. 57.*

10. Item Religioſi ejuſdem Conventus, poſſunt invicem dare Caligas, Tunicam, & libros, dummodo dans proviſus ſufficienter remaneat, quia in his Prælatus, non præſumitur invitus, *Fagundez præcep. 2. lib. 8. c. 6. n 4. Diana 1. p. tr. 6. reſol. 37.*

11. Item poteſt Religioſus pecuniam ſibi oblatam ea non acceptata, rogare, ut alteri, ſuo nomine, detur, nam in tali caſu, non ipſe Religioſus donat; ſed; ex ſua interceſſione, alius donat; quæ interceſſione, alius donat; quæ interceſſio, non eſt contra votum paupertatis. *Suar. tom. 3. de Relig. l. 8. cap. 11. n. 45. Sanch. cit. loc. ſum. cap. 19. num. 74. & Verricell. cit. loc. num. 261.*

12. Item Religioſus uſurpans ſibi aliquid ex communitate, ad uſum temporalem, ut libros ex bibliotheca; non peccat contra votum paupertatis, nec quidem venialiter; *Azor. 1. p. inſtit. mor. l. 12. c. 12. q. 3.* quod intellige verum, dummodò ſuperior non præſummatur invitus; & niſi alij exindè priventur uſu talis rei, cum magno incommodo, vel ei reſiſtat Regula, vel Prælati præceptum; *Sanch. cit. loc. cap. 19. n. 57.*

13. Item monialis, ſive Religioſus, qui, viſitante Prælato cellas, res aliquas occultat, nè poſſint inveniri; non ob eam cauſam, quia timet, nè ſibi à Prælato auferantur, Sed quia erubeſcit innovare memoriam earum, quæ Prælatus ipſi permiſit, aut quo-

tuam

niam, infrà breve tempus petiturus eſt licentiam; vel eam ab alio Prælato obtinuit, non peccat ullo modo, *Barthol. à S. Fauſto in theſaur. Relig. l.8. q.126. n.3. Cardin. Lugo de iuſt. diſput. 3. ſect.8. n.156. Diana 1. p. tr.6. de paup. reſolut.31. & Pelliz. de monialibus cap. 4. n.29.* quod intellige verum, ſi prima licentia, non fuit revocata, vel infrà breve tempus expectetur futura.

14. Item Religioſus, qui furatur aliquid & illud tradit Monaſterio, ut illo utatur, cum licentia ſuperioris, non eſt proprietarius, licet committat peccatum furti; cùm talis rei, non acquirat ſibi dominium aut uſum, ſine licentia Prælati; *Navar. lib. 3. conſil. 75. de Regul. in 1. edict. & in 2. de ſtat. Monac. conſil. 3. n.40. & Sanch. cit. loc. c.19. n.55.*

Quæſt. 38. An Monialis poſſit ſuccedere abinteſtato, hoc eſt, eſſe hæres, non ex teſtamento; ſed Iure propinquitatis ſanguinis?

1. AFfirmativè dicendum eſt; ſi ejus ordo ſit capax hæreditatis, aut legati: ea tamen lege, ut hæreditas, & legatum acquirantur Monaſterio juxta illam generalem Regul. deſumptam *ex l. placet. ff. de acquir. hæred. quidquid acquirit Monachus, acquirit Monaſt. & conſtat ex l. fin. §. hoc etiam, Cod. de Epiſcop. & Cler.* ubi decernitur hujuſmodi Religioſos ſuccedere, ex teſtamento, & abinteſtato parentibus, nec poſſe exhereditari ab eis, ratione ingratitudinis, in ſæculo admiſſæ: Idem colligitur *ex l. Regia 2. tit. 3. p. 6.* ubi expreſsè deciditur, Religioſum poſſe inſtitui hæredem, & docent *Navar. com. 2. n.43. de Regul. Rodriq. tom.2. q.77. ar.2. & egomet latè tom.1. p. 2. tract. 11. qu. 33. & ſequen.*

2. Hinc deducitur legatum annuum relictum moniali, pro ſe, & pro una famula, deberi Monaſterio, quoad partem Monialis, non autem quoad partem famulæ; ex quo Monaſterium non permittit d. Monialem, famulam habere *Navar. com.2. n.38. de Regul. Azor. 1. p. inſtit. moral. lib.12. cap.8. q.2. in fin. Rodriq. tom 3. q.16. ar.5. §. advertendum etiam, in fin.* ubi pro ſe allegat *Marianum Socin. Conſil.* 10. & moderatur opinionem Navar. quam moderationem laudat, & ſequitur *San. l.7. ſum. c.26. n. 3. in fin.*

Quæſt. 39. An legatum, ſub tali conditione Monachæ relictum, quod ad ipſam ſolam pertineat; & nullatenus ad Monaſterium, poſſit ſuſtineri, abſque vitio proprietatis?

1. PRæſens quæſtio eſt de gravioribus, circa quam diſcrepant Doctores, nàm *Bartol. in auth. excipitur, Cod. de bon. quæ liber.* dicit, quod hoc legatum continet impoſſibile, cum Monachus nihil habeat; ſed totum ejus ſit Monaſterij, ut *in auth. ingreſſi, C. de Sac. Sanc.* quia quod aliquid ſit Monachi, & non quæratur Monaſterio, eſt contradictio, quæ vitiat contractum, & legatum, *ut l. ubi pugnantia, ff. de Regul. Iur.* verùm quia voluntas teſtatoris ſemper eſt ſervanda, omni meliori modo, quo fieri poſſit; etiam impropriando verba, ad hoc, ut actus valeat, ſubjungit *Bartol.* verba prædicta Teſtatoris, ſic debere intelligi; relinquo Monacho, ſub hac conditione, nè quæratur Monaſterio, hoc eſt, quod monaſterium patiatur eum habere adminiſtrationem relicti, eo modo, quo poteſt, ſcil. conniventibus oculis Abbatis; ſicut, & ſervus dicitur habere proprium, *l. 15. qui ſuus ff. ad Trebellian.* ut ſit nihil acquiratur Monaſt. reſpectu utilitatis, ſeù adminiſtrationis, non autem reſpectu Juris: quod dictum Bartoli, *Panor. in cap. Monachi, de ſtatu monaſt.* limitat, quando talis adminiſtratio refertur ad caſum licitum, ut ſcil. diſpenſet in pios uſus, quod Religioſis licet, *de teſt. cap. 11. in 6.* vel ut convertat ad uſum veſtimentorum; vel librorum, & hujuſmodi; non autem ad libitum adminiſtret tanquam propria: etiam de licentia Papæ, *cap. cum ad Monaſterium in fin.* etſi expreſsè dicatur, quod nihil Juris quæratur Monaſterio, ſubjungit *Bartol. in d. auth. excipitur,* qui debet intelligi, eo modo ſcil. aſſerente utilitatem; & ut patiatur Monachum illud Jus exequi: & ſi Abbas non vult conſentire, ut d. Monachus habeat adminiſtrationem, ſubnectit *Panor. in d. cap. Monach.* quod relictum non valebit, ex defectu conditionis, & ſic remanebit pœnes gravatum, *ut l. unica, C. de contract. tollend. & Gloſa in d. §. tres hæredes.*

2. Hanc opinionem Panor. ſequuntur plures, & præcipuè *Syl. ver. Relig.8. q.5. n.5. Graff. 1. p. deciſ. aur. lib. 5. n.41. Azor. 1. p. inſtit. mor. lib.12. c.10. q.4. & deciſum refert dominus Regens de Franchis, deciſ. 718.* ubi in facti contingentia, multa adunat.

3. Verùmtamen *P. Sanch. l. 7. ſum. cap. 17.* ubi per totum capitulum de hac re opipere agit, ex multis oſtendit, quod illa conditio, nè Prælatus ſe intromittat, uti turpis, reſpectu perſonæ legatariæ, rejicitur, & habetur pro non adjecta, firmo remanente legato, quoad juriſdictionem, & dominium Monaſterij: ad quod allegat plura Jura, & ſequuntur ferè omnes, & noviſſimè *Lez. 1. p. ſum. cap. 6. n.34. Bordon. 1. p. reſolut. 43. q. 24. n.59. P. Verricel. 1. p. moral. tr.3. q.33. n.5. & egomet tom. 1. p. 2. tract. 11. de ſucceſſ. Monaſter. q. 3. numer. 5. & q. 43. & 44.*

Quæſt. 40. An Moniales ſine licentia ſuperioris poſſint, ad invicem commutare, aut commodare res conceſſas proprijs uſibus?

1. REſolutio affirmativa conſtat ex deciſis, quia in his actibus Prælata non cenſetur invita: niſi ſe expreſsè declaraverit, hæ namque actiones crebrò fiunt, ſuntque minimæ, & temporales; nè dicam ad vitam communem neceſſariæ; *Sanch. l.7. ſum. cap.19. n.65. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 8. cap.15. n.4. Tambur. de Iur. Abbatiſ. diſput. 9. q.10. in fin. & Diana 1. p. tract.6. de paup. reſolut.37.* quam tamen reſolutionem, limitant non procedere in mutuando, vel commodando cum extraneis, quia quoad extraneos, ſuperiores præſumuntur inviti. Verùm poſſent excuſari à mortali, ob parvitatem materiæ rei commutatæ, vel commodatæ, ſi res eadem, infrà breve tempus, reſtitueretur eidem, ad quod multa loquitur *Pellizz. tract. de monial. cap. 4. ſect. 1. q.35. n.53.*

Quæſt. 41. An Moniales peccent contra votum paupertatis, ſi propria authoritate, recipiant in depoſitum pecunias externorum?

1. NEgativè *Suarez. tom. 3. de Relig. lib. 8. cap. 11. n.45.* & interitò, quia votum Religioſæ paupertatis, ſolum obligat Religioſum, nè, inſcio ſuperiore, acceptet dominium, aut uſum proprietarium alicujus rei: in noſtro autem caſu, d. Moniales non acceptant dominium, nec uſum proprietarium pecuniæ depoſitatæ, cum eam illibatam in arca detineant, nomine depoſitantis; & nullo uſu utantur, niſi in cuſtodiendo, & conſervando, quod potius, eſt ſervitus, & non uſus: ergo

rgo non peccant vitio proprietatis; quamvis aliunlè poſſint peccare, ut ſi abſque conſenſu Prælatæ, altem tacito, ſeù præſumpto, depoſitum accipiant: c hoc ob contractum inter eos virtualiter initum,& bligationem, propria authoritate, ſuſceptam, de ervando,& cuſtodiendo depoſitum, independenter Prælata: quamvis Monaſterium non teneretur epoſito, culpa Religioſi, ſive Religioſæ depoſitaɔ, amiſſo, aut deteriorato; quod procedit, etiam i depoſitum reperiatur acceptatum de licentia ’rælati: quia licentia ſuperioris facta ſubdito ad ecipiendum depoſitum, non obligat Monaſteium abſolvendum depoſitum deperditum; ſed llum tantùm excuſat à peccato inobedieniæ.

2. Quod item eſt verum: etiamſi ipſemet Præatus accipiat depoſitum, ſine conſenſu Monaſterij, eù proprij Capituli, quia Monaſterium non teneur ex contractu, & delicto Prælati, & multominus x contractu, & delicto ſubditi, etenim Monaſteriũ, habet, ut pupillus, & minor, qui non tenetur ex ontractu, & culpa ſui Tutoris, aut Curatoris; ad uod retuli multa Jura, *to.1.p.2. tr.6.q.16.n.4. de Apoſt.* c habetur expreſsè *in cap. quod quibuſdam. 4. de fideiſſoribus*, ibi, *nè quis Religioſus, &c.* & docent *Molina, ract. 2. de Iuſt. diſp. 525. ver. non ſolum, & Sanch. l. 6. um. cap. 14. num. 29.* ubi limitans concluſionem prælictam, dicit Monaſterium non teneri de depoſito, tiam recepto de licentia Prælati: niſi tamen res epoſitata, in Monaſterij utilitatem converſa ſit, um delictum Monachi, non obliget Monaſterium, actum eſt ditius, *cap. delictum de Regul.*

3. Quibus adde, quod quamvis Monaſterium ɪon teneatur reſarcire depoſitum deperditũ; teneur tamen ille ſubditus, cujus culpa, fuit deperditum, el deterioratum, ſi tamen habeat peculium undè oſſit ſolvere, ſine gravi ſuo incommodo, *Caſtr. Pal. r. 16. de Iuſt. diſp. 4. p. 13. § 4. n. 4. & Pelliz. de Monial. ap. 4. q. 38. p. 56.* quonam modo Religioſus reſtiutioni obnoxius, teneatur reſtituere? dico *tom. 1. p. 2. r. 12. qu. 14. n. 3. fol. 243.*

Quæſt. 42. Si quis Laicus, ob turpem amorem, ſit certum quid alicui Moniali elargitus, & è converſo, illa eidem tantundem, ob eundem amorem, an teneatur reſtituere, quòd à Moniali accepit?

NEgat P. *Diana p. 10. Moral. tr. 14. Miſcell. reſolut. 2. cui favet Pelliz. de monial. c. 4. ſect. 1. n. 74.* & movetur, tum quia refuſum, ſive edatum per Monialem, compenſatur cum munerious datis per laicum; tum etiam, quia obligatio Juſtitiæ tollitur, etiam per intentionem generalem, ſie implicitam virtualem, quam unuſquiſque de facto abet, ſatisfaciendi omnibus ſuis obligationibus, uibus abſolutè poteſt ſatisfacere per unamquamue ſuam actionem, ergo illud datum per laicum, ob . intentionem generalem, cenſetur datum, duplici tulo, nempe Juſtitiæ, in caſu debitæ reſtitutionis, c titulo liberalitatis, ut putà gratis, & amore, rgo munera per Monialem refuſa, cenſentur ſaisfacta per illa munera laici primò data; quæ gerunt vicem reſtitutionis, & doni, ad quod mula cumulat *idem Diana p. 5. tr. 14. Miſcell. 2. reſoʃr. 44.*

2. Affirmat tamen *Carolus de Baccio, in caſibus ſinularibus conſcientiæ, caſu 114.* & meritò, quia d. Monialis potuit acquirere Monaſterio, etiam illicitè: ed non potuit alienare bona Monaſterij: & præciuè ad uſum turpẽ, ut colligitur ex d. conſtit. Clem. 8. *de largit. muner. ex declarat. eiuſdem, adhibita per Vrb. VIII.* & conſtat ex deciſis, *& docet Bonac. tom. 2. tr. var. diſput. 2. quæſt. 3. par. 3. propoſit. 1. numer. 12. in reſpon. ad primum argument.* tùm etiam, quia non eſt verùm, quod obligationes Juſtitiæ tollantur per intentionem generalem, ſive virtualem de futuro. Sed requiritur intentio ſpecialis, de præſenti, dependenter à voluntate intendentis ſatisfacere per hunc, vel illum actum in individuo, ut benè advertit *Lud. Lopez l. 2. de contract. c. ult. ver. ſupereſt, Bonac. de legibus, diſputat. 1. qu. 1. numer. 13. & Sanch. 1. p. ſum. lib. 1. cap. 13. numer. 11.* tùm item; quia actus agentium, ultra ipſorum intentionem, nihil operantur, ſed d. laicus dedit ſua munera, ob turpem amorem, & non ad finem ſatisfaciendi de futuro, nam fuit donum datum, intuitu amoris; & non depoſitum, ad finem ſatisfaciendi, quod teneretur ſatisfacere in futurum, ergo non poteſt compenſare cum d. muneribus ſibi datis à Moniali, ſed tenetur omninò reſtituere, *quidquid dicat Diana*, nam pro ſecuritate animæ, tenemur ſequi opinionem tutiorem.

3. Verùm, ſi res per d. laicum datæ reperiantur incorporatæ Monaſterio, ſintque illi utiles, aut exindè reperiatur locupletius; poterit prima opinio habere locum, qui n. ſentit commodum debet ſentire, & incommodum, & præcipuè ſi munera per Monialem data, non extent, & d. laicus, non habeat unde ſolvere.

Quæſt. 43. An Monialis accipiens, vel dans litteras ad alios ſine licentia Superioru, ſit proprietaria?

1. DOctiſſimus *Navar. com. 2. n. 13.* de Regul. ubi de re ad partes eleganter diſſerit, *ver. advertendum*, ſub diſtinctione reſolvit, aut ſumus in litteris, quæ accipiuntur, & dantur contra utilitatem, vel honeſtatem Monaſterij, vel contra ſalutem ſpiritualem, vel corporalem ſingulorum Regularium, & alijs litteris quæ continent inutilia, vel impertinentia prædictis, & ſic peccat mortaliter, contra votum paupert. ſecus ſi verſemur in litteris neceſſarijs, vel utilibus, quas juſtè, ſecundum dicta poſſunt ipſi Regulares, ſine licentia ſuperioris, dare, & accipere; quales ſunt illæ, quibus Regularis conſtituit procuratorem contra Prælatum, vel denuntiat ejus delicta, & ſimiles, quas mandat ad ſuperiores, & ſecundum hanc diſtinctionem intelligendus eſt *S. Aug. in ſua Regula relata in cap. non dicatis*, ibi, *quicunque autem in tantum progreſſus fuerit malum, ut occultè ab aliquo litteras, vel quodlibet munus accipiat; &c.* quod dictum Navarri ſequitur *Graſſ. 1. p. deciſ. aur. lib. 3. cap. 5. num. 64. & Barthol. à S. Fauſto in theſ. Relig. l. 8. q. 110. in novis*; & alij omnes conſiderantes differentiam, quæ verſatur inter materiam gravem, & levem: & adde, textum loqui de occultè recipientibus, vel dantibus, ergo palàm ſcribentes, vel recipientes, non comprehenduntur *ſub d. cap. non dicatis*; item adde, quod in his, quæ crebrò fiunt, præſumitur Prælatus conſentire.

Quæſt. 44. An Monialis ſit proprietaria, ſi ſine licentia Superioris, recipiat reliquias Sanctorum?

1. REſpondeo negativè; quia licet reliquiæ Sanctorum ſint magnæ æſtimationis; adhuc tamen non ſunt pretio æſtimabiles. Undè non poſſunt emi, neque vendi, *ex cap. 2. de reliq. & venerat. Sanct.* ibiquè Gloſa in *ver. venalis, Syl. ver. Reliquia q. 1. Armil. n. 1. & Navar. in ſum. cap. 17. nu. 69.*

Digitized by Google

nu. 69. quia cum non cadant in hominum commercio, §. *Sacræ quoque res inſtit. de rerum diviſ. l. Sacra*, §. *ult. ff. de rerum diviſ.* emptio, & venditio eſt prohibita; ad quod facit, quia res ſpiritualis, & ſacra, pretio non extimatur, *cap. divite, de Iur. Patron. & cap. querelam, de ſim.* quamobrem, non ſpectant ad objectum paupertatis Religioſæ, *Barthol. à S. Fauſto, in Theſ. q.* 105. *in noviſ.* Quoniam modo contractus ſuper emptione, & vendit. Reliquiarum, ſit irritus, & nullus; videndus eſt D. *Ricciullus, lib.* 1. *lucubrat. Eccleſ. cap.* 43. *n.* 5. *ubi de re latè diſcurrit.*

Quæſt. 45. *An Regularis, qui ex alterius Cella, accipit manuſcripta Concionum, aut alterius generis, ad ſibi tranſcribendum, peccet contra votum paupertatis?*

1. AFfirmativè dic, quia hujuſmodi manuſcripta ſunt magno pretio æſtimabilia; undè non deſunt, qui, ob illorum ſimplicem uſum, ſolverent centum atque centum propter ſingularitatem prædictorum; quo fit, ut ultrà peccatum mortale, teneantur reſtituere, cum res tanti valeat, quanti æſtimatur ab eo, qui rem habet, *l. unic. C. de ſent. & docent. à S. Fauſto in Theſ. lib.* 8. *de paup. q.* 103. *in noviſ. & Pelliz. alijs allegatis, tom.* 1. *manual. tract.* 4. *cap.* 2. *qu.* 32. *num.* 316.

Quæſt. 46. *Religioſus, qui ſine licentia Superioris, diſponit de ſuis manuſcriptis in vita, vel in morte, an ſit proprietarius?*

1. QUæſtio hæc eſt frequens in uſu, & pendet ex illa; an partus intellectus, utputa, conciones, compoſitiones, & ſimilia manuſcripta ſint Religioſi, adeò, ut de illis poſſit ad libitum diſponere intra, vel extra Religionem.

2. Ad quam affirmativè reſpondet *P. Diana*, 1. *p. tract.* 6. *de paup.* & movetur: tum quia ità declaravit *Clem.* 8. *pro Fratrib. Minorib. teſte Coriliano Capuccino*, 2. *p. de caſib. reſerv. caſu* 8. *de furto, ſub num.* 19. *ver. hoc autem*: tùm etiam, quia ità docent *Homobonus in exam. Eccleſ.* 1. *p. tract.* 7. *c.* 22. *q.* 100. *& Valer. in ſuis differ. ver. munera, n.* 106. dicentes, quod libri manuſcripti, ſunt Religioſi: unde poteſt eos ferre quocunque vadat; quibus favet *Pellizz. tom.* 1. *manual. tr.* 4. *cap.* 2. *q.* 34. *n.* 318.

3. Oppoſitum verò tenent omnes illi eruditiſſimi, quos refero, *t.* 1. *p.* 2. *tr.* 5. *q.* 57. *de tranſ.* cum quibus concurrit *Navar. lib.* 3. *q.* 14. *n.* 10. ubi exindè deducit, tranſeuntem ex una in aliam Religionem non poſſe ſecùm ferre ſua ſcripta, ſine licentia capituli primi Monaſterij, quia non eſt Dominus illorum, ſed Monaſterium, & hæc eſt vera ſententia firmiter deciſa *in c. unic. ſeu ſtatutum*, 18. *q.* 1. ibi, *ſed quidquid acquiſierit, vel habere viſus fuerat, Monaſterio relinquat*, & magis expreſsè *in c. non dicatis*, 12. *quæ.* 1. ibi, *certum eſt, eos nihil habere, poſſidere, dare, nec accipere debere, ſine Superioris licentia, & in c. quia ingredientibus* 19. *q.* 3. ibi, *ſed res eorum eiuſdem Monaſterij, iuris fiat, aperta legis definitione, decretum eſt; & in Conc. Trid. c.* 2. *ſeſſ.* 25. *de Regul.* ibi, *nemini Regularium liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuſcunque qualitatis fuerint; etiam quovis modo ab eis acquiſita, tanquam propria; aut nomine Conventus, poſſidere, vel tenere, &c.* interque verba, ſunt valdè notanda, ly, *quovis modo acquiſita*, nam qui totum dicit, nihil excludit.

4. Hinc manifeſtè apparet, quod quidquid acquirit Religioſus ſuo Monaſterio acquirit; etiam ex propria induſtria, & arte. Undè nullatenus de hujuſmodi acquiſitis poteſt diſponere; prout deciditur in *auth. ingreſſi, C. de Sacroſan. Eccleſ. c. in præſentia de probat. & in d. Auth. de Monachis*, ibi, *ſi verò relinquens Monaſterium ad aliud tranſeat, &c.* quapropter *S. Albertus Magnus, Ordinis Prædicat.* qui, mortuo B. Jordano, Ordinem rexit, partus, ſive tractatus ſui fœliciſſimi ingenij, jam completos in uno Monaſterio, in aliud non deferebat: cum cognoſceret dominium illorum non habere, ſed ſpectare ad Monaſterium, in quo completi fuerant, ut *ex Chronicis Ordinis* quod æſtimo feciſſe, zelo juſtitiæ, & non pietatis; neque his nocent præcitati Doctores; tùm quia relata declaratio Clem. VIII. non eſt authentica, nec univerſalis; tùm etiam, quia ſine ratione, & textu loquuntur.

Quæſt. 47. *Fratres Franciſcani de obſervantia, qui manu propria, denarios, vel pecunias tangunt, an ſint proprietarij?*

1. SUb diſtinctione reſolve; aut hi fratres tangunt pecuniam, tactu naturali, ut cætera metalla; & ſic non peccant, ſicut nec peccaret, ſublevando à terra quævis cætera metalla; ſecùs, ſi illam tangant, contrectatione, & uſu politico, ut puta, tanquam pretium rei, emendo, ſcilicet cibaria, veſtes, & ſimilia; nec eis nocet ipſorum Regula, *in c.* 4. ibi, *præcipio firmiter fratribus omnibus univerſis, ut nullo modo denarios, vel pecuniam accipiant per ſe, vel per interpoſitam perſonam, &c.* Tùm, quia ibi nihil dicitur de tactu pecuniæ, ut patet legenti; tùm etiam, quia etſi ex ipſorum conſtitutionibus adderetur, ne tangant pecuniam; hujuſmodi tactus, intelligi debet, de politico, & uſuario pecuniarum: non autem de naturali, & phyſico, ut bene advertunt *P. Hieronymus Pollizzius Cappucinus in ſuo co. ad d.* 4. *c. Regulæ, n.* 5. *tit. tangere, & Bart. à S. Fauſto in theſ. lib.* 8. *de paup. q.* 107. *in noviſ. qui immeritò carpitur à Pellizz. to.* 1. *Manual. tract.* 4. *cap.* 2. *q.* 33. *nu.* 317. ſub prætextu, quod ibi ſuam concluſionem non probet, quia ibi bene probat, nempe, dictos fratres, non eſſe proprietarios, ex quo, in caſu poſito, per contactum naturalem monetæ, ſuam Regulam non violant; cum de contrectatione naturali, & phyſico, nihil dicat.

2. Verùm ſi ex Regula prohiberentur tangere abſolute; aliter eſſet dicendum, juxta illam Juris regulam, *ubi lex non diſtinguit, noli diſtinguere tu.*

Quæſt. 48. *An dictum Præceptum Regulæ, de non tangendo pecuniam, admittat parvitatem materiæ, excuſantem transgreſſorem à culpa, & pœna proprietarij?*

1. PEllizzarius, *to.* 1. *Manual. tr.* 4. *c.* 2r. *q.* 33. *n.* 318. *poſt P. Hieronym. Pollizz. in ſuo comm. ad* 4. *c. Regulæ S. Franciſci*, dicit, quod ſic, ne dum ratione rei tactæ; verùm etiam, ratione temporis: tùm quia in omni violatione præcepti, datur parvitas materiæ, quæ excuſat à mortali, ſive ſit parva, ratione rei materialis: ſive ratione temporis, ut ſi retentio pecuniæ non excedet biduum, tùm etiam, quia ità tenent Doctores, quos ſequitur *Sanch. lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *n.* 55. *ubi ex Sayro docet*, retinentem apud ſe librum prohibitum, per unam, vel alteram diem; etiam data commoda occaſione illum deferendi ad Inquiſitorem, excuſari, ſicut etiam in reſtitutione rei alienæ, quæ, ſtrictiori jure naturæ, obligat, reputatur modica retentio excuſans, &c.

2. Ego autem abſolutè non admitto, quod in omni

Digitized by Google

ımni violatione præcepti datur parvitas materiæ; am in violatione voti, non datur parvitas materiæ, ec in blaſphemia, neque in delectatione moroſa enerea, ex deliberatione an dictum præceptum de on tangendo pecuniam, cadat ſub voto, tu judica. tem res indiviſibilis, non admittit parvitatem materiæ; at his Religioſis, ex Regula, ut ſupponitur, rohibetur tactus pecuniæ, qui quidem eſt de genere indiviſibilium, quoad violationem Regulæ. 'olo dicere, quod tactus, ſive fiat in minima parte ıonetæ, ſive in tota quantitate ejuſdem, tactus ıonetæ eſt, ergo prohibitus; ergo obligat, ſaltem ıb veniali plus, & minus, ſecundum qualitatem candali.

Quæſt. 49. Sed maius dubium eſt, an Religioſus Franciſcanus dictum ſtatutum violet, ſi pecuniam tangat non immediatè, ſed mediatè, involutam ſcilicet in ſudario, vel in aliqua carta, aut in Pera, ad longum iter expendendum in vitæ neceſſarijs, non à dicto Religioſo, ſed ab aliquo extraneo?

Doctiſſimus P. Hieron. Pollizz. Alumnus benè meritus Ordinis Capucinorũ *in ſuo com. ad c. 4. Regulæ S. Franciſc. tit. tangere, n.5.* reſpondet ad quæſitum negativè: cum quia ipſis Franciſcanis de obſervantia, non reperitur prohibitus actus naturalis pecuniæ, ſed tamen uſus politicus pecuniæ, ergo; tùm etiam, quia verſamur in materia pœnali, in qua debet fieri reſtrictio, ut textus ntelligatur de ſolo tactu politico, & immediato; ıon autem de tactu naturali, & mediato.

2. Verùm ego, ſecluſis extrema neceſſitate, ac conſuetudine illius ordinis in contrarium, legitimè nducta: cenſeo dictum ſtatutum violari in utroque caſu, ſcilicet in contactu mediato, & immediato: de iſto ſecundo, *præſuppoſita dicta lege*, non eſt dubitandum; quoad primum, moveor: quia, ut ſæpè dixi, *fraus & dolus nemini debent patrocinari, ff. de dolo, l. 1. & lex dolo, C. de leg.* in caſu poſito intervenit fraus: cum finis prohibitionis, nè tangatur pecunia, æquè procedat de contactu mediato, & immediato, ut patet conſideranti: nam ſcandalum poſſeſſionis monetæ, vel deſiderium expendendi pecuniam, ità emanat à contactu immediato, ſicut, & mediato: cum ergo utrobique militet eadem finalis ratio legis, ibique pariter debet militare ejuſdem Juris diſpoſitio.

3. Nec obſtat dicere, quod laicus non poteſt immediatè res ſacras tangere, ob earum reverentiam, poteſt tamen mediatè, ut puta adhibito velo, vel ſimili: ità à pari, quia fallit paritas; tùm quia non ſumus in eodem caſu; nam reverentia debitá rei ſacræ, ſalvatur per contactum mediatum, quod non poteſt dici de fine prædicti præcepti non tangendi pecuniam ad finem evitandi ſcandalum, & deſiderium expendendi pecuniam: tùm etiam, quia tangere res ſacras mediatè, revera non eſt rem ſacram tangere, ſed velum, quo res ſacra tangitur, at habere pecuniam involutam in carta, ſudario, vel pera, verè. & propriè eſt apud ſe pecuniam habere, cum n vera, & propria ſignificatione verborum, res dicatur eſſe penes me, tunc quando eſt in domo mea: ad quod facit *l. Titia cum teſtamento, §. Caius ff. de legat. 2.* Indè meliùs mihi videtur dicendum, quod lex non comprehendit caſum neceſſitatis, quàm dicere, quod dicta lex non comprehendit tactum mediatũ, quia illud prius dictum, eſt veriſſimum ad textum *c. quod non eſt licitum, 2. de Regul. Iur. c. ſicut non alij, de conſecr. diſt. 1. & l. unic. ff. de off. conſul.* Secundum verò dictum eſt falſiſſimum, regulariter loquendo, ſicut dicere, quod votum de non comedendo carnem abſolutè, non comprehendit eſum carnis ſalatæ.

Quæſt. 50. An Religioſus ſit proprietarius, ſi recipiat ab Amico ſyngrapham campſoriam, ſeù polizam banchariam, ſine licentia Prælati?

1. Affirmativè dic: ſi tamen illam recipiat, ut ejus acquirat dominium independenter à Prælato: ſecùs ſi illam recipiat per modum depoſiti, non intendens ea uti, niſi poſt obtentam à Superiore licentiam: nam primo modo recipere ſyngrapham eſt actus dominij, ſecùs autem ſecundo modo, ut conſtat ex *Deciſ.* & docet etiam *Suar. t. 3. de Relig. lib. 8. c. 11. n. 45.*

2. Sed quid dicendum, ſi Religioſus, qui talem polizam recepit, illam deſtruat, comburat, vel alienet, inſcio Superiore; ex quo ipſe Superior noluit ſibi licentiam concedere utendi tali poliza in ſuis neceſſitatibus, ſit nè proprietarius?

3. Et dico quod non: ſi tamen modo prædicto recepit dictam polizam, ſcilicet per modum depoſiti: ſecùs, ſecundo modo, ut dictum eſt ſupra.

4. An verò peccet contra charitatem, ex quo potuit Monaſterio quærere, & non quæſivit: alia quæſtio eſt.

Quæſt. 51. An Regularis tranſgrediens votum paupertatis, duplex peccatum committat, nempè furti, & ſacrilegij?

1. Et dico, quod de hac re, regularitar loquendo, non poteſt dari certa regula: nam fieri poteſt, ut in aliquo caſu ſit tantum proprietarius, & non fur. ut ſi v. g. ſæcularis det aliquid Religioſo, ea lege, ut illud in Jus, & dominium Monaſterij, non tranſeat: tunc enim etſi hujuſmodi Religioſus peccet contra votum paupertatis, uſurpando ſibi rei datæ dominium, & uſum independenter à Prælato, non tamen poteſt dici, quod ſit fur, uſurpans ſcilicet illius rei dominium, contra voluntatem Donatoris.

2. In aliquo verò caſu fieri poteſt, ut ſit fur tantùm, & non proprietarius: ut ſi Religioſus aliquid à ſæcularibus ſurripiat, ut donet Monaſterio, quia in tali caſu, nihil ſibi acquirit, aut appropriat; ſed dumtaxat furatur ad utilitatem Monaſterij.

3. In aliquo tandem caſu fieri poteſt, ut inſimul ſit fur, & proprietarius, ut ſi Religioſus, ex rebus Monaſterij aliquid ſurripiat, illudque alij donet, invito ſuperiore; in tali enim caſu concurrit duplex malitia peccati, furti ſcilicet, & proprietatis, cum in utroque caſu, Prælatus Monaſterij ſupponatur invitus, nempè, quoad modum, & ſubſtantiam rei: *Sanch. lib. 7. ſum. c. 20. num. 70. & ſequen. Laur. Peyr. t. 1. de ſubd. q. 2. cap. 2. §. 9. n. 3.* ubi ad intentum, poſt Doctorum Collectaneum, *ex Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 5.* dicit, idem dicendum eſſe de Religioſo inobediente, quod dicitur, de Religioſo proprietario; quod ſcilicet peccat duplici peccato, uno ſcilicet, quia tranſgreditur præceptum Superioris, altero verò quia violat ſuum votum.

4. In facti igitur contingentia, non eſt obiter in caſu poſito judicandum, ſed attentis, & conſideratis circumſtantijs, quibus, etiam in minimo, mutatis, mutantur morales caſus.

Digitized by Google

Queſt. 52. Quotnam, & quæ ſint pœnæ à Iure communi canonico impoſitæ contra proprietarios?

1. RESpondeo, quod ultra illas, quæ habentur in propria Regula, & Conſtitutionibus, multæ aliæ ſunt: nam prima pœna eſt, peccatum mortale, quod committit proprietarius, violans votum paupertatis in materia gravi, & notabili: ſecùs autem in materia levi: & hoc ideò, quia lex humana non poteſt eſſe fortior, lege divina: quæ utique admittit parvitatem materiæ excuſantem à mortali: ut doctè docet *S. Thom. 2. 2. q. 59. art. 4. ad 2.* ibi, *qui in parvis facit iniuſtitiam, &c.* & *qu. 66. ar. 6. ad 3.* ibi, *ſi quis furtivè huiuſmodi res minimas accipiat, poteſt excuſari à peccato mortali.*

2. Si autem quæras quænam ſit iſta quantitas ſufficiens ad conſtituendum peccatũ mortale proprietatis? Reſpondeo eam eſſe; quæ ſufficit ad mortale peccatum furti; quæ autem ſit hæc quantitas, quæ ſufficiat ad peccatum mortale furti, dixi ſupra.

3. Secunda autem pœna eſt, ſecundum quoſdam, ut Religioſus comprehenſus habere proprium, ſit, ipſo Jure, excommunicatus; Verùm hanc pœnam contemnit *Sanch. lib. 7. ſum. c. 20. n. 14.* ex quo non reperitur in Jure expreſſa. Ideoque non infligenda ultra caſus, in jure expreſſos quam opinionem imponit *Emin. Ioan. à Turrecremata, in c. non dicatis, 12. q. 1. ar. 3. n. 6.*

4. Verumtamen fallitur, quia hoc ibi *Cardin.* non *dicit: ſed in reſpon. ad ar. 3. dic. 9.* ità loquitur. *Proprietarius, de Iure naturali, videtur eſſe excommunicatus, cum bona ſua alijs non communicet, ipſe indignus eſt communicare bonis aliorum:* hæc ille, quibus in verbis, non dicit, eſt, ſed videtur, quod eſt dubitare, non autem affirmare: item non dicit, de Jure canonico, quia benè callebat Jus canonicum hoc non dicere, ſed dixit, de jure naturali, quod Jus ibi declarat, ſed immeritò carpitur.

5. Tertia pœna eſt *ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 2. de Regul.* quod ſi quis deprehenſus, vel convictus fuerit de proprietate, is biennio activa, & paſſiva voce privatus ſit: quæ pœna non incurritur illicò, admiſſa culpa: ſed poſtulat Judicis ſententiam, ut colligitur ex illis verbis, *tenere deprehenſus, aut convictus fuerit.* nec hęc pœna incurritur à dantibus aliquid, ſine Superioris licentia: quamvis hi peccent contra votum paupertatis: ſed à retinentibus, ut liquet ex, ly, *tenere comprehenſus fuerit:* pœna enim non extenditur ex uno in alium caſum; juxta Juris Regulam, *odia ſunt reſtringenda.*

6. Quarta pœna eſt, ut Religioſus proprietarius ſit communione Altaris privatus, ut expreſſè dicitur *in cap. Monachi 2. de ſtat. Monàch.* ibi, *qui verò peculium habuerit, niſi ab Abbate fuerit ei; pro iniuncta adminiſtratione, permiſſum, à Communione removeatur altaris, &c.* ubi, nomine communionis, venit receptio Euchariſtiæ, tàm Sacerdotum, quàm aliorum.

7. Quinta pœna eſt, ut proprietarius à Monaſterio expellatur, ut expreſſè dicitur *in cap. cum ad Monaſterium 6. de ſtatu Monach.* ibi, *prohibemus quoque diſtrictè, in virtute obedientiæ, ſub obteſtatione Divini Iudicij, nè quis Monachorum proprium aliquo modo poſſideat; ſed ſi quis aliquid habeat proprij, totum incontinenti reſignet: ſi verò poſthoc, proprietatem aliquam fuerit deprehenſus habere, regulari monitione præmiſſa, de Monaſterio expellatur, nec recipiatur ulterius: niſi pœniteat ſecundum monaſticam diſciplinam,* hæc ibi.

8. Verumtamen adverte, quod expulſio proprietarij, à Monaſterio in d. cap. præſcripta, hodie non procedit; tùm propter *cap. fin. de Regul.* in quo corrigitur d. cap. ad Monaſterium, ut ibidem advertit *Abbas, n. 13. & Sanch. l. 7. ſum. cap. 20. n. 12.* tùm etiam propter Decreta Sac. Congr. Juſſu Urb. 8. edita 21. Septembris 1624. *de Regul. Apoſtat. & eiect.* quæ per extenſum habes, *tom. 1. p. 2. prax.* & liquet *in 6. §. ibi, ad hoc, ut in poſterum à Religionibus nullus legitimè profeſſus eijci poſſit: niſi ſit verè incorrigibilis, &c.* propietarius verò non eſt incorrigibilis, ad præſcriptum d. Decret. undè d. pœna expulſionis, reperitur commutata in mancipationem, & incarnationem in Ergaſtulo alicujus Monaſterij, ut dicit *Gloſa in d. cap. cum ad Monaſt. ver. expellatur,* ibi, *poteſt mitti in Arctius Monaſterium, nè evageretur, & ſic pœniteat, ut reſtituat.*

9. Seſta pœna eſt, ut Religioſus proprium habens, niſi illud ante mortem abjiciat, non debeat in loco ſacro ſepeliri, ut expreſſè habetur *in d. cap. Monachi,* ibi, *& qui in extremis cum peculio inventus fuerit, & digne non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat ſepulturam, quod etiam de univerſis Religioſis præcipimus obſervari.*

10. Hoc idem habetur *in d. cap. cum ad Monaſteriũ,* ibi, *quod ſi proprietas apud quemquam inventa fuerit in morte, ipſa cum eo, in ſignum perditionis, extra monaſterium, in Sterquilinio ſubterretur: ſecundum quod B. Gregorius narrat in Dialogo ſe feciſſe.*

11. *Et in cap. ſuper quodam 4. eod. tit. de ſtat. monach.* dicitur, quod hujuſmodi proprietarius, ſi de facto ſepultus fuerit in loco ſacro, extrahendus eſt, ibi; *Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus; quod ille Canonicus, non tantum fuit Chriſtiana ſepultura privandus; verùm etiam, ſi ſine magno ſcandalo potuit fieri, de ipſa proijci dignus eſt, Eccleſia. hoc autem cum fortè contigerit in ſimilibus agendum eſt.* hæc ibi, quorum rationem aſſignans ibi Gloſa, *in ver. ſepultura,* ait, *pro eo, quod in mortali peccato mortuus eſt, pro talibus enim ſancta non orat Eccleſia, ad quod pro ſe allegat cap. pro obeuntibus, 13. q. 2. & 33. q. 5. cap. placuit.*

Verumtamen, nè circa prædicta contingat errare, plura noto.

12. Primò, quod quamvis *in d. cap. Monachi, 2. de ſtat Monach.* dicatur, quod propritarius debeat ſubterrari, cum ea proprietate, ſeù pecunia, cum qua mortuus eſt; non tamen exindè infertur, quod debeat ſepeliri, cum tota illa pecunia, pœnes ſe reperta, in hora mortis, quia textus, hoc non dicit; ſed loquitur indefinitè; ergo ſatis eſt, ut tumuletur cum aliqua parte ſuæ proprietatis, in ſignum ſuæ perditionis, ad quid .n. totam pecuniam repertam ſub terram effundere? ut bene advertit *P. Sanch. l. 7. ſum. c. 20. n. 11. Graff. 2. p. deciſ. Aur. lib. 3. cap. 19. n. 5. & Bordon. 1. p. reſolut. 43. q. 43.*

13. Secundò noto, prædictam pœnam privationis ſepulturæ Eccleſ. non extendi ad eum proprietariũ, qui dedit, vel expendit aliquid de bonis Monaſterij, abſque licentia Superioris; quia textus allegati clarè loquuntur de ſolis poſſidentibus; non autem de donationibus, & recipientibus; & pœna non debet extendi, ut dictum eſt ſupra, & docet *Fauſtus in Theſ. l. 8. de pauper. quæſt. 171.*

14. Tertiò noto, quod proprium repertum apud Monachum defunctum, ad finem eum exhumandi, & ſepeliendi in ſterquilinio, debet eſſe notabile; nã ſi ſit parvæ quantitatis, non infert d. effectum privationis ſepulturæ Eccleſ. quæ denegatur Religioſo proprietario; ex quo ſupponitur, eum eſſe mortuũ in peccato mortali, ut dicit *Gloſa d. cap. ſuper quodam, de ſtat. Monach. in ver. ſepultura, quocirca Navar. conſil. 75. n. 13. de Regul. in 1. edict.* non laudat; ſed cum quibuſdam

uſdam excuſat quoddam ſtatutum Ord. Carthuienſis, diſponens quod Monachi defuncti in prorietatem duodecim denariorum, non ſepeliantur n Cœmeterio, aut ſepulti exhumentur, prædicta ũmma cenſetur materia minima, & conſequenter eccatum veniale, quod non excludit à gratia, & anicitia Dei, ut docent communiter Theologi, quod ictum Navarri, lætanter ſequitur *Rodriq. tom. 3. q. 61. r. 1. de ſepultura, §. ſecundo notum eſt.* Undè idem *1. p. ım. cap. 150. de furto concluſ. 1.* dicit, quod Monachus, ui moritur cum dimidio Aſſe ſuper ſe, aut alia para quantitate, non poteſt dici, quod moriatur prorietarius, ut ei denegetur ſepultura Eccleſiaſtica, uia non debet privari bono tam ſublimi, ob ſolùm eccatum veniale, quod hic fit, contra præceptum Regulæ.

15. Quartò noto, quod d. pœna exhumationis, tumulationis in ſterquilinio, non eſt danda omnius proprietarijs indifferenter; ſed tantùm illis, qui, dmonitione præmiſſa deprehenſi, & in morte inenti fuerint, cum peculio, quod noluerunt conſigiare, ut expreſsè dicitur *in d. cap. ſuper quoddam 4. de tat. Monach.* ibi, *ſuper quoddam Canonico Regulari, qui in rticulo mortis, licet à Priore ſuo commonitus, &c.* quod tem ſupponitur *in d. cap. Monachi 2. eod. tit. & in d. cap. cum ad monaſterium*, ibi, *regulari monitione præmiſſa*, & ratio potuit eſſe; quia hæ tàm graves pœnæ, non incurruntur: niſi parte præmonita, & audita, ut docent *Peyr. to. 1. de ſubd. q. 2. cap. 2 §. 9. ver. ſecundum, Hier. Rodriq. in ſuo compen. reſol. 128. n. 20. Portell. in dub. ver. ſepult. n. 11. Bordon. cit. loc. n. 82. & alii allegatis*; *D. Barboſa, tract. de off. & poteſtate Parochi, cap. 26. nu. 47.* Hinc manifeſtè apparet, quod Regularis utriuſque ſexus, qui, tempore mortis admonitus de expropriatione, ſeù inventario, & declaratione ſuorum bonorum facienda, facere recuſavit; immò voluntariè peculium occultavit, debet privari ſepultura Eccleſ. ad præſcriptum Sacrorum Canonum.

Quæſt. 53. Sed quid dicendum, ſi Religioſus Defunctus, ſubitanea morte, repertus fuerit, cum Burza multorum denariorum; eſt nè ſtatim privandus ſepultura Eccleſiaſtica?

1. EManuel Rodriq. *to. 3. q. 61. ar. 1. ver. decimo tertio, cum ſuo comp. reſol. 128. n. 20. Portell. in dub. ver. ſepult. n. 11. Peyr. tom. 1. de ſubd. q. 2. cap. 2. §. 9. q. 7. ver. ſecundùm, & Barboſa tr. de off. & poteſtate Parochi, cap. 26. n. 47. Diana 4. p. tr. 4. Miſcell. reſolut. 23. & per eos allegati*, reſpondendo ad quæſitum, dicunt, quod Prælatus, in caſu poſito, non debet d. Defunctum ſtatim privare ſepultura Eccleſ. niſi ſit certus, certitudine morali, quod ſcil. interrogatus à Superiore, an haberet aliquod peculium, reſponderit non habere; ut expreſsè dicitur *in princip. d. cap. ſuper quoddam, de ſtatu Monach.*

2. Nec nocet, quod fuit repertus cum d. marſupio Denariorum, ignoto omnibus ſuperioribus illius Monaſterij, quia judicari poteſt, eum, præteritis menſibus, habuiſſe licentiam retinendi tale peculium à P. Generali, vel ab aliquo ſuperiore. Item ſuſpicari poteſt, eum voluiſſe ſuum peculium ſuperioribus revelare, & ob ſubitaneam, & improviſam mortem, non feciſſe. Item dici poteſt, quod illi denarij reperti apud illum, non erant ipſius Monachi; ſed alicujus ſui amici, aut conſanguinei; vel dici poteſt, quod fuerunt ſibi Depoſitati, vel crediti, ut alij deferret, loco Eleemoſynæ, vel reſtitutionis.

3. Hæc verò omnia, & ſingula, vel exculpant à notorio mortali peccato, quod eſt fundamentum privationis ſepulturæ Eccleſiæ, vel reddunt Prælatum dubium in judicando, qui tamen debet eſſe certus, in re tàm gravi, & præjudiciali famæ Religioſi præmortui, & propinquorum ejus.

4. Præterea, Jura non privant officio Altaris talem Monachum viventem cum peculio: niſi priùs monitus, noluerit ſe expropriare; ergo ſic mortuũ, non privabunt, ſepultura Eccleſ. ſine monitione præmiſſa, ut dictum eſt.

5. Confirmatur, quia talis mortuus poterat ſe purgare, modo prædicto, quod ſcil. prædicti denarij, erant pœnes ſe depoſitati à ſuo quodam amico, vel conſanguineo, ob quod ſuſceptum depoſitum, non poteſt dici proprietarius, ut conſtat *ex deciſ. hic ſupra q. 41.*

6. Neque his obſtat Eruditiſſimus *Nazarius, 2. p. opuſ. 2. dub. 8. de ſtatu, & obligat. Relig. concluſ. 20.* ubi, etſi ingenioſè probet profeſſum recipientem, apud ſe pecunias extraneorum in depoſitum, ſine licentia Prælati, eſſe proprietarium, & Eccleſiaſtica ſepultura privandum: adhuc tamen non placet, ob prædictas rationes, & Jura ibi allegata, quibus tenebatur reſpondere, cum duæ ſint partes optimi Doctoris, ſua ſtabilire; & aliena repellere.

Quæſt. 54. An verò d. reſolutio comprehendat Minoritam repertum in morte cum Marſupio denariorum?

1. NEgat *Rodriq. cit. loc.* ob ſtrictiorem Regulæ prohibitionem erga pecuniam recipiendã: oppoſitum tamen, quod eſt de jure verius, defendit *Portell. cit. loc.* ſi tamen in d. Minorita concurrant eadem circumſtantiæ, ob quas probabiliter credatur, pecuniam non eſſe ſuam; ſed alicujus extranei, & addit, quod dato caſu, quod Minorita mortuus, inveniretur cum pecunia ſua, & tamen factum erat omninò occultum, non ideò eſt privandus d. ſepultura, nàm ſi vivens cum illa ſic occulta pecunia, non poterat puniri publicè, neque infamari; ergo à pari, etiam mortuus cum illa omninò occulta, non poterit diffamari cum privatione publicæ ſepulturæ, maximè quia non poteſt ſe purgare, quam doctrinam Portelli lætanter amplectitur *Hier. Rodriq. in cit. reſolut. 128. de ſepul. n. 29.* ubi dicit, *quod de dicto Minorita, dicendum eſt, ſicut de alijs religioſis, quod ſcil. aut doluit de peccato? aut ex oblivione, vel negligentia prætermiſit ſe expropriare*: & addit, quod *præfatus P. Emmanuel Rodriq. ſuus Avunculus, ſe correxit, to. 4. ſum. cap. 131. & favet D. Barboſ. cit. loc. de poteſtate Parochi, n. 47.* & meritò, quia prædicta doctrina Portelli, fulcitur nõ ſolum prædictis Juribus, *de ſtatu Monach.* quæ præmonitionem, & declarationem ſupponunt; verùm etiam *cap. pro obeuntibus 13. q. 2.* ibi, *non tamen pro impijs, (quamvis Chriſtiani fuerint,) tale quid agere licebit, & cap. ex parte 11. de ſepult.* ubi *Gloſa in ver. communicabatur, in fine* dicit, quod quilibet notorius peccator decidens in peccato mortali, & impenitens, nullo dato ſigno contritionis, debet carere ſepultura, ad quod facit *Trid. ſeſſ. 24. cap. Apoſtol. monet. 8. de reform.*

2. Nec dices, quod *B. Gregorius in d. cap. cum ad Monaſt.* allegatus, juſſit juſtum Monachum proprietarium repertum in ſterquilinio tumulari, non obſtante, quod pœnituerit, & pœnitentiam fecerit: quia hoc voluit ad terrorem forſitan cæterorum, ut ex multis dicit *D. Barboſ. cit. loc.* Cætera hujus generis dubia, vide *to. 1. p. 2. praxis de ſucceſſ. monaſt. tr. 11. & de largit. muner. tr. 15.*

Digitized by Google

TRACTATVS XVI.

DE VOTO CASTITATIS.

Quæſt. 1. Caſtitas, generaliter ſumpta, undè dicatur, quid ſit, & quotuplex?

1. Caſtitas, teſte D. Thom. 2. 2. q. 151. *ar. 1. in corp.* dicitur à caſtigando, ex eo ſcilicet quod per rationem, concupiſcentia naturalis caſtigatur: eſt enim ſicut puer refrenanda, nè effrænaté circa delectationes venereas evagetur: nàm ſi eis conſentiatur, magis ex hoc increſcit vis concupiſcentiæ, & dejicitur virtus mentis, *S. Thom. cit. loc. ar. 2. ad ſecundum*, ergo maximè indiget caſtigari, nè prædicta mentis ratio, ſive ipſamet Caſtitas lædatur.

2. Hinc ſic poteſt diffiniri: quod ſit virtus, qua homo, ſecundum Judicium rationis, & electionem voluntatis, refrænat concupiſcentias venereorum, *S. Thom. cit. loc. ar. 1. ad primum.*

3. Et ſumitur dupliciter, propriè, & metaphoricè. Caſtitas propriè dicta, eſt virtus pertinens ad temperantiam, quæ moderatur delectabilia carnis, circa venerea, quo fit, ut ſit virtus diſtincta ab abſtinentia, quæ moderatur delectationes carnis, circa Cibaria, *S. Thom. cit. loc. ar. 3. in fin.* ibi, *& ideo Caſtitas, quæ eſt circa delectationes venereorum, eſt virtus diſtincta ab abſtinentia, quæ eſt circa delectationes ciborum.*

4. Caſtitas verò metaphoricè ſumpta, ſignificat puritatem animi ab omni labe peccati, quæ in amore creaturarum malè ordinato conſiſtit, juxta illud *2. ad Corinth. 11. deſpondi enim vos uni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto*; & docet *S. Thom. cit. loc. ar. 2. in corpore.*

5. Caſtitas propriè dicta, de qua hic loquimur, duplicem materiam habet, unam proximam, alteram verò remotam; materia proxima Caſtitatis ſunt interni concupiſcentiæ motus; quos, vel omninò comprimit, vel ſecundum rationis Regulam componit: ſi illos omnino comprimit, ità ut ab omnibus, tàm licitis, quàm illicitis venereis, perpetuò abſtinere proponat, Caſtitas perfecta dicenda erit, virginalis, & Religioſa, quæ etiam affectum nuptiarum excludit, & de iſta nos loquimur.

6. Si autem illos tantùm componat, ità ut ſolum ab illicitis abſtinere ſtatuat, hoc eſt, extra Matrimonium, & licitis, hoc eſt, in Matrimonio moderatè uti determinet, ſcil. loco, tẽpore, modo, & fine, dicenda erit Caſtitas imperfecta, & conjugalis, quæ ſpecie differt à Caſtitate perfecta, quia ſervare ſe immunem ab omni venerea delectatione, habet quandam excellentiam laudis, ſupra hoc, quod eſt conſervare ſe immunem ab inordinatione Venereæ voluptatis, ut idem *S. Thom. docet, 2. 2. q. 152. ar. 3. in fin. corp.*

7. Materia verò remota Caſtitatis; ſunt externi actus Venerei, qui conſiſtunt, non ſolum in commixtione carnali, ſed etiam in quibuſcunque ſignis ejus, ſicut aſpectus impudici, oſcula, & tactus, nam licet commixtio venerea magis ad Caſtitatem pertineat, & prædicta ſigna ad pudicitiam: nihilominus, quia Pudicitia ordinatur ad Caſtitatem, non quaſi virtus ab ea diſtincta; ſed ſicut exprimens circumſtantiam quandam Caſtitatis, ut dicit idem *S. Thom. 2. 2. q. 151. ar. 4. in fin. corp.* ibi, *& ideo Pudicitia ad Caſtitatem ordinatur, non quaſi virtus ab ipſa diſtincta; ſed ſicut exprimens Caſtitatis circumſtantiam quandam*, quod dictum D. Thom. extendendum eſt ad alia externa ſigna impudica, quod ſcil. hæc comprehenduntur ſub materia Caſtitatis, tanquam magis exprimentia ipſam Caſtitatem, cum quadam circumſtantia, & perfectione ſua, ut ſcil. cohibeat, & prohibeat, etiam ſigna externa impudica: ad quorum majorem notitiam, iterum quæro:

Quæſt. 2. Continentia undè dicatur, quid ſit, & quotuplex?

1. Reſpondeo, quod continentiæ nomen ſumitur dupliciter, vel ſcilicet quatenus libidinis ſenſum, ità compeſcit, & reprimit, ut ab omni delectatione venerea faciat abſtinere, vel quatenus infrà humanam latitudinem compeſcit, & refrænat à quibuſdam delectationibus carnis.

2. Continentia primo modo dicta, eſt virtus, qua homo fultus, ceſſat ab omni delectatione venerea: unde meritò *Apoſt. ad Galat.* 4. eam Caſtitati conjungit, & ſic continentia, ſicut, & Caſtitas dividenda eſt in perfectam, & imperfectam.

3. Continentia perfecta, illa eſt, quæ ab omnibus voluptatibus carnis, tàm licitis, quàm illicitis perpetuò abſtinet, ità ut excludat, etiam affectum nuptiarum, ut dictum eſt immediate ſupra, & ſic ſumpta, primò, & principaliter conſiſtit in virginitate, & ſecundariò in viduitate, prout docet *idem S. Th. 2. 2. q. 152. ar. 3.*

4. Imperfecta verò continentia, quæ ſolùm ad tempus à venerea delectatione abſtinere proponit, vel ſolùm ab illicitis, & licitis moderate uti, ut cum quis utitur matrimonio, debito modo, loco, & fine, ut ſupra de Caſtitate dictum eſt.

5. Hæc autem continentia imperfecta, à Theologis appellatur conjugalis, quæ, ut dicit *Riccard 4. ſent. diſtin. 33. & Leſſ. lib. 4. de Iuſt. cap. 2. dub. 13. n. 94. in fin.* ſpecie diſtinguitur à continentia virginali, & viduali, quia alia ratio reperitur in continentia, abſoluta, & alia in uſu moderato illius.

6. Verumtamen Cardinalis *Caiet. 2. 2. q. 152. ar. 3. ad fin. com. §. in eadem reſponſ.* oppoſitum dicit, & rectiùs has ſcil. tres Caſtitates; utpute, virginalem, conjugalem, & vidualem, non habere differentiam ſpecificam, in ordine ad continentiam: ſed tantum quandam differentiam accidentalem; variantem Caſtitatem ſecundum diverſos ſtatus perſonarum; & ſic tantùm ex parte ſubjecti, ità ut dicatur Caſtitas conjugalis in eo, qui ſemel, aut pluries carnalem copulam habuit; quæ quidem per accidens ſunt, & quia de vitijs, & virtutibus, non eſt judicandum ſecundum id, quod eſt per accidens, ſed ſecundum id, quod eſt per ſe, ſic adeò, ut diverſitas ſpecierum, deſumenda tantùm ſit, in ordine ad peccatum: erga quem ordinem: ideò eſt diverſitas ſpecierum: quia ubi eſt alia ratio deformitatis, ibi adeſt alia ſpecies pecca-

peccati, & quia in peccato contra continentiam illius, qui conjugalem incontinentiam ſervat, adeſt ſpecialis deformitas violationis fidei alterius, & impedimentum boni alienæ prolis, ideò in talium incontinentia adeſt diverſa ſpecies peccati, at hæc diverſitas ſpecierum non adeſt in peccato Virginis, & Viduæ, ac proinde in his, in ordine ad continentiam nulla reperitur formalis differentia, ut paucis dixit *Caiet. cit. loc.* & lætanter ſequitur *Eruditiſſimus Marcell. Megal. in ſuo promptuario, ver. continentia n.* 2. ubi fideliter inhæret ſuo præceptori S. Thomæ.

Quæſt. 3. Caſtitas Religioſa, an ſit virtus?

1. AFfirmat *Emin. Caiet.* 2. 2. *q.* 152. *ar.* 4. *ad finem*; & meritò; tùm quia eſt habitus bonus, inclinans hominem ad continendum ſe ab omni delectatione carnali, ſecundum rectam rationem; ergo eſt virtus: tùm etiam, quia Caſtitas eſt materia voti: nàm de illa in Religione emittitur ſolẽne votum Caſtitatis, ergo eſt virtus; quia, ut rectè docet *Sanctus Thom.* 2. 2. *q.* 88. *ar.* 2. votum non poteſt emitti, niſi de actu virtutis. an autem ſit virtus diſtincta à virtute Caſtitatis conjugalis? negat *Caiet. cit. loc.* quia una eſt ratio formalis utriuſque, ut conſtat ex deciſis immediatè ſupra.

Quæſt. 4. Caſtitas Religioſa quid ſit?

2. ET dico, quod, ut conſtat ex deciſis hic ſupra immediatè, eſt virtus, qua Religioſus ſub voto promittit Deo, ſe perpetuò abſtinere ab omni delectatione venerea, tàm licita, quàm illicita, ut dictum eſt ſupra: ſi verò velis diffinire Caſtitatem Religioſam, etiam in ordine ad Religioſos milites, ſicut ſunt æquites ſancti Jacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & ſimilium, dic, quod Caſtitas Religioſa, eſt virtus, qua quis de prædictis, ſe obligat abſtinere ab illicitis extra matrimonium, & moderatè uti matrimonio ſibi permiſſo juxta ſtatuta, ſivè ſecundum Regulam, de qua re quoad ordines militares, vide *Pelliz. tom. 1. ſui manual. tr. 4. c. 3. ſect. 1. q. 1.*

Quæſt. 5. Votum ſolemne Caſtitatis ad quid obligat?

1. EX deciſis hic ſuprà *q.* 1. dicendum eſt, quòd obligat Religioſum Profeſſum, non ſolùm ad ſe abſtinendum ab omni conjugio; ſed etiam ab omni alio actu venereo, ſivè interno, ſivè externo, Caſtitati contrario, utpote à turpibus cogitationibus, delectationibus moroſis, à pollutionibus, à turpibus contactibus, oſculis, impudicis aſpectibus, & à quocunque coitu; de quibus *Suar. tom. 3. de Relig. lib. 3. cap. 5. Sanchez lib. 7. de Matrim. diſp. 27. num. 19. 20. & 21. & in decal. lib. 5. cap. 6. num. 9.* ubi dicit, quod quidquid in ſæcularibus extra conjugium, eſt aliquo modo peccatum contra Caſtitatem, eſt in habente votum ſimplex, aut ſolemne Caſtitatis, etiam ſacrilegium, utputa contra hoc votum; ita tamen, ut malitia ſacrilegij ſit mortalis in ijs ſolis actibus, in quibus malitia libidinis, eſt in quocunque ſæculari mortalis, venialis verò in quibus illa in ſæcularibus, eſt venialis, ut benè declarat *Leſſius lib. 2. de Iuſt. c. 41. dub. 9. n.* 78.

Quia ſcilicet vota hæc, ut omnes docent, non immutant obligationem Juris naturalis, omnibus communem, efficiendo ſcilicet ut actus venereus, qui ſecluſo voto, eſt venialis, fiat ratione voti, mortalis; ſed ſolum addit novam circumſtantiam ſacrilegij, quæ quidem venialis eſt, ſi actus ſit alias venialis; mortalis autem, ſi actus ſit mortalis; ſic adeò, ut in priori caſu ſit duplex culpa venialis: & in ſecundò duplex culpa mortalis, altera contra Caſtitatem, altera verò contra votum, ut infrà magis patebit.

Quæſt. 6. An perpetua Continentia ſit poſſibilis?

1. DE hac quæſtione latè dixi *in tract. de ſtatu Religioſo in communi q. 9.*

Quæſt. 7. An votum ſolemne differat à voto ſimplici Caſtitatis?

1. REſpondeo, quod ſolemne votum Caſtitatis, convenit cum voto ſimplici Caſtitatis, quoad abſtinendum à conjugio, ac omnibus immediatè prædictis, *ſupra q.* 5. utrumque enim votum Caſtitatis obligat ad prædicta: differt verò ab eo, quia ſolemne votum Caſtitatis irritat matrimonium poſtea contractum, quod non facit votum ſimplex, quæ quidem differentia, non emanat à natura rei, ſed à conſtitutionibus Eccleſiæ, ut alias dixi, & infra dicam, *q. ultim.* & multis firmavi hic ſupra, *tract. de ſtatu Religioſo in communi q.* 8.

Quæſt. 8. An Caſtitas ſit præſtantior coniugio?

1. AFfirmativè *S. Auguſtin. in lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus, cap. 61.* ſi tamen cum affectu, & cauſa vacandi domino eligatur, & meritò; tùm quia id eſt præſtantius, & Deo gratius, per quod homo magis extrahitur à voluptatibus carnis, & curis hujus ſæculi; ſed talis eſt caſtitas, ut docet *Apoſtolus, 1. Corinth.* 7. ergò, tùm etiam, quia id eſt præſtantius, & Deo gratius, quod Chriſtus Dominus, B. Virgo Maria, & Sancti Apoſtoli complexi ſunt; at hi omnes complexi ſunt cœlibatum, ut indifferenter Theologi docent: nàm licet quidàm Apoſtoli fuerint uxorati; ubi tamen fuerunt ad Apoſtolatum vocati, abſtinuerunt ab uſu conjugij, *ut Hier. & ſanctus Thom. de Apoſtolis docent.* tum denique, quia ſic pluries fuit diffinitum, nempè in *Concil. Ancyrano, Can.* 8. *in Conc. Carthag. tertio cap. 33. in Conc. Tolet. 4. cap. 55. & in Concil. Turonenſi 2. cap. 16. & in Concil. Romano, cap.* 10. ergo deciſio eſt de fide, contra quam, ſine errore, non licet muſſitare.

2. Dixi *cum affectu*, nam ſi electio Caſtitatis fiat per vim, & metum; ſecus foret dicendum; vel ſi Caſtitas prætermittatur cauſa neceſſitatis, ut puta pro conſervatione communis pacis, aut educationis filiorum, ſi aliàs ipſis non poſſet occurri.

Quæſt. 9. Moniales, quibusnàm modis, poterint votum Caſtitatis cuſtodire?

1. REſpondeo, quod Virginitas, & Caſtitas monialium, multis modis, poteſt cuſtodiri, & præcipuè conſervatur per humilitatem cordis, & ſenſuum cuſtodiam, per carnis mortificationem, & macerationem, per veſtium aſperitatem, ac utilitatem, per fugam à vanis colloquijs, per cuſtodiam clauſuræ, per frequentationem Sacramentorum pœnitentiæ, & Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, per lectionem ſpiritualium librorum, & ſimilia: proindè caveant moniales à delectationibus moroſis de rebus venereis, & vanis colloquijs, à petulantia oculorum, à munuſculis, litteris, & Nuncijs, per quos illicitas amicitias fovent, ab oſcenis imaginibus, & ab omni impudico objecto, & turpi converſatione: ſtudeant tamen ſuper omnia, humilitatem cordis habe-

Digitized by Google

habere, qua noſtra fragilitas ad Deum recurrit, & ad reſiſtendum motibus carnis, auxilium à Deo poſtulet, ſecundum illud ſapientiæ 8. *vidi quod non poſſum eſſe continens, niſi Deus det*: de quibus, & alijs remedijs, legendi ſunt Doctores, & maximè *S. Thom. de puritate Conſcientiæ, & modo confitendi, opuſ.* 64. *de dilectione Dei, & proximi, opuſ.* 61. *de perfectione vitæ ſpiritualis opuſ.* 18. *S. Ant.* 3. *p. tit.* 16 *cap.* 1. §. 10. *Ledeſma de ſtatu relig. in communi cap.* 4. *Laur. Peyr. tom.* 1. *de ſubd. q.* 3. *cap.* 2. ubi ad id loca Sac. Scripturæ, & Sanctorum dicta per extenſum refert, quod pariter facit *Tambur. de Iure Abbatiſſ. diſp.* 10. *q.* 2. *& ſummatim Pelliz. in tr. monial. cap.* 4. *ſect.* 2.

Quæſt. 10. *Moniales, quæ ſe violari permittunt, qua pœna, ſunt plectendæ?*

1. ET dico, quod debent mancipari perpetuo carceri, ut probat *textus cap. impudicas* 11. 27 *q.* 1. ibi, *quatenùs retruſæ in ſuo ergaſtulo, tantùm facinus, lamentatione continua deflentes purificatorio poſſint igne pœnitudinis decoqui, ut eis vel ad mortem ſolius miſericordiæ intuitu, per communionis gratiam poſſit ſubveniri*, hæc ibi, ubi *Gloſa* in caſu dicit *huiusmodi pœnam procedere in fornicatione publica*, & meritò, cùm moniales noſtri temporis, ſtrictiori vinculo, teneantur ſervare Caſtitatem vero Deo promiſſam, quàm Virgines veſtales, quæ falſis Dijs antiquitus Caſtitatem vovebant, quam ſi violaſſent, ex Jure ſcripto, virgis cœſæ, & vivæ ſub terra ſepeliebantur, in pœnam tanti ſceleris; de qua re legantur *Lopez in annot. ad Diaz c.* 83. *& Alexander ab Alexandria, lib.* 5. *dierum Genef. c.* 12. Et quamvis verum ſit, quod dicitur in *d. cap. impudicas*, 27. *q.* 1. quod item habetur *in cap. Virgines, & c. ſi qua Monacharum*, 28 *eadeque quæſt.* nihilominus carcer Eccleſiaſticus non debet eſſe ità horridus, arctus, & durus, ut illic exiſtentes infrà paucos dies moriantur: quia in tali caſu, Judices Eccleſiaſtici non evaderent irregularitatem, ut dicit *Panor. in c. novimus, de verb. ſignif* quod idem eſſet, ſi panis eis in tàm parva quantitate miniſtraretur, quod non ſufficeret ad ſuſtentationem vitæ. Undè lex civilis vult, quod debeant ſingulis dominicis diebus Judices carceres viſitare, nè illis, vel alimenta deſint, vel humanitas negetur, *l. Iudices, C. de Epiſcop. audientia*, & alibi eadem lex civilis vult, quod incarcerato non debeant tradi manicæ ferreæ inhærentes oſſibus, ſed prolixiores catenæ, ut dixerunt multi Doctores timoratæ conſcientiæ, quos allegat, & ſequitur *Graff. tom.* 1. *conſil.* 5. *num.* 14. *in fin.*

Quæſt. 11. *Violans monialem, qua pœna ſit plectendus?*

1. ET quidem de Jure Pontificio, in foro contentioſo, debet puniri pœna depoſitionis ab Ordine, & amiſſionis beneficiorum, ſi ſit Clericus: ſi vero ſit laicus, debet perpetuò includi in Monaſterio, & excommunicari, ut probat *textus cap. ſi qua Monacharum* 28 *cauſ.* 27. *q.* 1. ibi, *is autem, qui cum huiusmodi fœminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, communione privetur, ſi laicus eſt, ſi verò clericus à ſuo quoque remotus officio, pro ſuis continuò lugendus exceſſibus in Monaſterium detrudatur*, hæc ibi.

2. De Jure autem civili, puniri debet pœna capitis, *authen. de Sanctiſſimis Epiſcopis*, §. *penult.* bonaque ejus, ſi vis, aut raptus in tali ſacrilegio interveniat, debent applicari Monaſterio, in quo degebat monialis, modo dicto violata, *ad textum l. raptores*, §. *bona autem, C. de Epiſcopis, & cleric. l. ſacrilegio, ff. ad Iuliam pet. l. aut facta, ff. de pœnis, & affirmat S. Thom.* 2. 2. *q.* 154. *ar.* 10. *ad ſecundum*, ibi, *undè Iuſtinianus Imperator dicit, ſi quis non dicam rapere, ſed attentare tantummodo, Matrimonij coniungendi cauſa, Sacratiſſimas Virgines auſus fuerit, capitali pœna feriatur*, hæc ibi, quæ repetuntur, & canonizantur *in cap. ſi quis rapuerit* 30. *cauſ.* 27. *q.* 1. & clariùs *in cap. ſi quis, non dicam*, 3. 36. *q.* 2. *in* 2. *p. Decreti*; & ſequuntur *Iul. Clar. lib.* 5. *ſent.* §. *fornicatio cum moniali, & Farin. de delictis carnis q.* 146. §. *ſacrilegium.*

3. Hinc hujusmodi Virginum corruptores, per totam Italiam, puniuntur pœna mortis, ut docent *Marſilius l.* 1. *C. de Raptor. Virg. n.* 4. *Menoch. lib.* 2. *de arbitr. iudic. caſu* 389. *n.* 27. & præſertim in hoc Regno Neapolit. *D. Regens Tapia in* 3. *pragm. de monial. D. Iacob. Graff.* 1. *p. dec. aur. lib* 2. *cap.* 79. *num.* 14. ubi ad hoc allegat *D. de afflictis in conſtit. Regni, ſi quis rapere, in* 2. *not. in* 3. *quæſt. D. Aſcanius Tambur. de Iure Abbatiſſ. diſp.* 11. *q.* 2. *& poſt Doctorum collect. D. Aug. Barboſa in cap. ſicut in inditijs, num.* 3. *de Privil.* ubi dicit, *ex lege duodecim tabularum, atque bonis auctoribus, apud omnes gentes acceptum fuiſſe, ut hi ſacrilegi capite plecterentur, vel ut ex ſaxo præcipitarentur, vel acerbiſſima aculei pœna, quæ parricidis infligitur, punirentur.*

4. Sed dices, cur moniales complices, in caſu poſito, mitiùs debeant puniri, quàm viri? reſpondet *Marſilius in d. l.* 1. *C. de Raptoribus Virg. num.* 57. hoc ideò fieri, tùm quia tanta eis culpa non eſt, quanta maribus, qui eas incluſas attentarunt, & illarum pudicitiam ſollicitarunt; tùm etiam, quia ut plurimum, propter vim, & metum fiunt Monachæ, & invitæ monaſteria ingrediùntur, contra diſpoſitionem Sacrorum Canonum, & præſertim *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. c.* 18.

5. Hinc ſi non in totum, ſaltem aliqua ex parte, in foro externo excuſantur: quibus tertiam rationem addit *Tambur. cit. loc. q.* 3. *n.* 3. quia cum moniales omnes ſubjectæ ſint Eccleſiaſticæ juriſdictioni, non ea pœna capitali, ſicut viri, puniendæ ſunt, quia Eccleſia non punit pœna ſanguinis, cum gladium materialem non habeat, ſed tantùm ſpiritualem: ſed non convincit, nàm plures Clerici facinoroſi, de foro Eccleſiæ, ob enormitatem delicti, deponuntur ab ordine, & traduntur manui laicali, ſervatis tamen ſervandis, ergo.

Quæſt. 12. *An laicus violator monialis, pro patrato ſacrilegio, debeat puniri à Iudice Eccleſiaſtico, vel potiùs laicali?*

1. REſpondent omnes ferè Doctores, ſacrilegium eſſe mixti fori, ac proinde poſſe de eo æquè principaliter cognoſcere, tàm Judex Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis: undè inter eos datur locus præventioni *ex cap. propoſuiſti* 19. *de foro compet. D. Sperell.* 2. *p. deciſ.* 137. *num.* 47. quod ſacrilegium ſit mixti fori probat *textus cap. cum ſit generale*, 8. *eod. tit.* ibi, *in favorem Eccleſiæ introductum eſt, ut malefactores ſuos, qui ſacrilegi ſunt cenſendi, venerabilium locorum Rectores, poſſint ſub quo maluerint Iudice convenire, hæc ibi*, ubi *Gloſa in ver. malefactores, gloſat. id eſt, raptores rerum Eccleſiaſticarum, & invaſores, &c.* & ſubnectit, *quod iſti, qui ſic bona Eccleſiarum ſurripiunt, tanquàm ſacrilegi iudicantur, & poſſunt excommunicari uſque ad condignam ſatisfactionem per Iudicem Eccleſiaſticum, nec non puniri per Iudicem laicum, ad quod allegat Cod. de Epiſcopis, & Cleric.* §. *ſi quis in hoc genus.*

2. Ad quod item facit *textus cap. felicis recordationis*, 5. *de pœnis in* 6. ad finem ibi, *per hoc quoque ſecularibus poteſtatibus non adimimus facultatem utendi legibus contra tales, quos adverſus ſacrilegos Catholici Principes ediderunt, &c. ubi Gloſ. ver. adimimus, allegat pariter C. de Sa-*

Digitized by Google

de Sacroſanctis Eccleſiis, & l. placet, & exinde infert, quod quis in crimine mixti fori, primò per Eccleſiaſticum Judicem punitur, & ſecundò per Judicem ſæcularem, propter criminis horrorem.

3. Ad quod item facit *textus cap. cum devotiſſimum, 8.12.q.2.* neque his obſtat *Baldus in authen. clericos, nu. 7. C. de Epiſc. & cler. & Navar. in cap. novit nota. 66. n. 4. de Iudic.* dicentes ſacrilegium eſſe crimen merè, & purè Eccleſiaſticum, ideoque cognitionem ejus ſpectare ad ſolum Judicem Eccleſiaſticum, privativè quoad Judicem ſæcularem, quia errant in præſuppoſito, ut benè notant *Gutier. in pract. lib. 3. q. 1. n. 13. Farinac. in praxi criminali q. 8. n. 132. Bobadilla in ſua polit. lib. 2. cap 18. num. 238. Tambur. de Iur. Abbatiſſ. diſp. 11. q. 5. & Pelliz. tr. de monial. cap. 4. ſect. 2. qu. 3. n. 79.*

4. Verumtamen poſſunt hæ opiniones ad concordiam revocari; ſi dicatur, quod aut hujuſmodi corruptor monialis debet puniri per cenſuras; & ſic judicium ſpectat ad ſolum Epiſcopum; aut eſt plectendus, pœna capitis, & morte naturali; & ſic judicium ſpectat ad ſolum Judicem ſæcularem; quia Eccleſia habet gladium ſpiritualem tantum, quo vivificat; non autem materialem, quo mortificat, *cap. inter hæc 6. 33. q. 2. c. ſententiam ſanguinis, nè Clerici, vel Monachi, &c. in Archiepiſcopatu tuo, 4 de raptoribus, & liquet*, ibi, *ſi verò ità fuerit gravis exceſſus, quod mortem, vel detruncationem membrorum debeant ſuſtinere, vindictam reſerves Regiæ poteſtati*, ubi Gloſ. *in ver. reſerves*, dicit, *omnia verò hodie committi poſſunt præter ultimum ſupplicium, aut membri abſciſſionem, ad quod Iura allegat.*

Quæſt. 13. Corrumpere monialem quidnàm ſit?

1. Reſpondeo, quod hoc verbum, *corrumpere*, idem eſt, quod inficere, & contaminare, *l. ſi ſervus, §. inquit lex ff. ad l. Aquil.* ubi qui lolium, aut avenam in ſegetem alienam ſuperſeminavit, aut acetum in bonum vinum injecit, vel arenam in frumentum, dicitur reſpectivè corruptor frumenti, vini, ſegetis, & ſimilium, immiſcendo tamen quæ difficulter ſeparari poſſunt.

2. Item, ſi quis litteras ita deleverit, ut legi minimè poſſint, corrupiſſe dicitur, *l. qui tabulas, ff. ad l. Aquil. l. Neratius, §. ſi ſervo, ff. de ſervo corrup.*

3. Interdum verbum hoc ponitur pro generare; undè dicitur, quod corruptio optimi, eſt generatio peſſimi, & è contra corruptio peſſimi vitij, eſt generatio optimæ virtutis, quia corruptio unius contrariorum, eſt generatio alterius, ut docent communiter *Philoſophi; & explicat Archidiac. in cap. cum renunciabatur 2. 32. q. 1.* aliquando accipitur pro Clauſtrorum pudoris apertione: & ita corruptio violationem, ſeu fracturam integritatis ſignificat, undè dicunt Theologi *S. Thom. 2. 2 ſent. diſt. 20. q. 1. ar. 2. & 1. p. q. 98. ar. 1. ad 4.* quod *ſi Adam non peccaſſet; mulières in ſtatu Innocentiæ peperiſſent ſine dolore; non tamen cum carnis integritate, hoc enim nequit eſſe ſine magno miraculo*, hinc illa mulier dicitur corrupta, quæ non eſt Virgo, *l. alioquin, §. 1. ff. de contrahen. empto, l. ſi collectaneus*, ibi, *Virgo, aut mulier, ff. de manumiſſ.*

4. Undè corrumpere eſt violare, & polluere, quæ quidem corruptio poteſt multipliciter contingere, aut per vim abſolutam, de qua dicebat *Beat. Lucia, ſi invitam me feceris violare, Caſtitas mihi duplicabitur ad coronam, ut legitur in eius officio, quod recitatur, die 13. Decembris*: de qua vi per raptores Virginibus illata, multa habentur in *cauſa 36. q. 1. & 2.*

5. Item poteſt fieri corruptio, abſque ſeminum commixtione, ut ſi fuerit impubes incapax ſentiendi pruritum, ſemenque mittendi; item poteſt fieri corruptio, etiam ſine membro naturali, ut quæ ex furore libidinis, provocat in ſe ſeminis effuſionem, ſuis digitis, aut alio modo, contra naturam, rumpens ſigillum Virginitatis ſuæ, vel etiam ſupponendo ſe alicui animali, vel ferro, aut ligno, ſe voluntariè corrumpit, ut dicit *Alvarus, de planctu Eccleſiæ, lib. 2. c. 83. col. 2. & ſequitur Graff. in ſua pract. caſuum reſervat. lib. 2. de corruptor. monialium c. 14. n. 1. & ſequen.*

6. Amplia d. verbum corrumpere ad mores; undè corrumpitur animus ſervi ſi hortetur ſuum dominum contemnere, *l. corrumpitur, ff. de ſervo corrup.* & boni mores corrumpuntur per eloquia mala, *cap. ſæpè malorum, 28. quæſt. 1.* ubi *dicitur quod una ovis morbida totum inficit gregem, ff. de act. empt. l. Iulianus, & additur, quod tangens putridum, putreſcit, ut patet de uva.*

7. Corruptores igitur in caſu noſtro, dicuntur illi, qui violant, aut fœdant integritatem monialis, ſive tacitè, ſivè expreſsè profeſsè, ſive frangendo clauſtra pudoris, ſive non, aut cum commixtione utriuſque ſeminis, aut ſine.

8. Undè *Homo bonus, de bonis, p. 2. de caſibus reſerv. caſu 5. cap. 4. ſect. 1.* dicit, quod omnes, qui monialis pudicitiam, verbis tantum, aut ſolis litteris, muneribus, oſculis, amplexibus, & ſimilibus obſcænitatibus attentant violare, dicuntur verè corruptores, & ſequitur *Tambur. de Iur. Abb. diſp. 11. q. 2. n. 5. in fin. ad quod facit c. ſi quis Monachorum 36. q. 2.*

Quæſt. 14. Corrumpens monialem, quot peccata committit?

1. Gloſa *cap. Virginibus ſacris 14. 27. q. 1.* dicit, quod monialem corrumpens triplex peccatum committit: primum ſcilicet incœſtus, quia cum monialis ſit ſponſa Dei, qui eſt Pater noſter, eſt conſequenter conſanguinea noſtra, cum omnes ſimus filij Dei: inceſtus autem committitur cum affini, ſicut cum conſanguinea *cap. de inceſtu 35. q. 3.* ergò; ſecundum, adulterij ſpiritualis ſcilicet quia ſponſam alterius corrumpit, & tertium, ſacrilegij, quia rem ſacram violat. nàm, ſacrilegium dicitur, quaſi ſacrilædium, vel ſacræ legis læſio: quod ſacrilegium eſt ſpeciale peccatum oppoſitum Religioni, cujus ſunt tres ſpecies, ſecundum communem ſententiam Doctorum, de quibus doctè, & latè *Syl. ver. ſacril. & Cardinalis Caiet. eod. ver. in Summul. & S. Th. 2. 2. qu. 154. ar. 10.* quod etiam *d. Gloſa colligit ex textu*, ibi, *inceſta fœdera, ſacrilegaque miſcere*: quibus addi poteſt crimen læſæ Majeſtatis Divinæ *D. Sperell. p. 2. deciſ. 137.* item, & ſtupri crimen, non carnale ſolum, ſi revera Virgo erat, ſed etiam ſpirituale, quia maxima injuria infertur Patri ſpirituali, & Eccleſiaſtico Antiſtiti, quorum curæ ſubditur: item ſi moniali inferatur vis, accedit raptus, qui ſecundum leges civiles graviter punitur, *l. ſi quis non dicam, C. de Epiſcop. & Cleric. & cap. ſi quis 36. q. 2.* item, & crimen homicidij, quia eſt cauſa mortis animæ monialis complicis, quæ anima eſt pretioſior cunctis rebus, *cap. cum infirmitas, de pænit. & remiſſ.* item crimen apoſtaſiæ, quia eſt cauſa, ut à Deo recedat, rumpendo promiſſam caſtitatem; & qui cauſam damni dat, ipſe damnum dediſſe videtur: immò non ſolùm damnum dediſſe videtur, ſed ipſe damnum dat; ad quod facit *textus l. ità vulneratus §. 1 ff. ad l. Aquil.* de quibus inviſendi ſunt *Azor. 1. p. inſtit. moral. lib. 9. cap. 27. q. 1. & ſequent. ubi latè de ſacrilegio, Graff. 1. p. dec. aur. lib. 2. cap. 79. ubi latè de ſtupro, & cap. 80. latè de inceſtu. & in ſua practica de reſer. c. 81. de violante Puellam voto caſtitatis adſtrictam, §. gravitas, Tambur. de Iur. Abbatiſſ. diſp. 11. q. 1. & Lez. 1. p. ſumm. c. 25. n. 25.*

2. Quibus tamen non obſtantibus, eadem *Gloſa*

in cit.

in cit. cap. Virginibus dicit, quod quamvis non ſit dubium corruptorem monialis, in caſu poſito, committere tria peccata prædicta, adhuc tamen hoc intelligitur, quoad accuſationem, nam quoad pœnitentiam, eſt unum peccatum, valdè graviter puniendum, propter triplicatam malitiam, quam in ſe habet, ad cujus reſponſionis majorem claritatem, iterum quæro.

Quæſt. 15. An violatio voti Caſtitatis, reſpectu monialis corruptæ, habeat plures malitias in Confeſſione Sacramentali neceſſario confitendas?

1. Reſpondeo, quod peccatū corruptionis monialis, regulariter loquendo, ultra peccatū luxuriæ, unā tantū habet malitiā, neceſſariò explicandā in Confeſſione Sacramentali, utputa Sacrilegij, quod, ut ſupradictum eſt; eſt unum quoddam ſpeciale peccatum Religioni oppoſitum, *juxta c. impudicas, c. Virginibus, & cap. ſi qua Monacharum 27. q. 1.* cœteræ autem malitiæ, nempè inceſtus, ſtupri, adulterij, &c. aggravant, ſed non mutant ſpeciem peccati, & conſequenter, ut dicit *Gloſa cit. loc.* non ſunt neceſſariò confitendæ, ad quod facit *textus cap. 5. Trid. ſeſſ. 14. de Confeſſione, & favet Pelliz. in tr. de monial. cap. 4. ſect. 2. q. 5. n. 82.* ubi dicit, quod ſi monialis violans caſtitatem cum Sacerdote, invincibiliter ignoret, aut non advertat, per votum Caſtitatis à ſe, & à complice emiſſum, duplicem induci rationem ſacrilegij actui luxuriæ à ſe commiſſo, non tenetur talem circumſtantiam confitèri, quàm alias confiteri deberet, quia, data Hypotheſi, per accidens eſt, violationem Caſtitatis habere duplicem annexam rationem ſacrilegij; ad quod pro ſe allegat *Sanch. lib. 1, ſum. cap. 16. n. 10.* ſed melius dicitur, ſi dicatur, quod ignorantia invincibilis, & inadvertentia involuntaria exculpant tranſgreſſorem.

Quæſt. 16. An corrumpens monialem non Virginem, ſit ſacrilegus?

1. Deciſio affirmativa liquet, *ex deciſis hic ſupra q. 13.* nàm fundamentum ſacrilegij, eſt læſio rei Sacræ, prout eleganter diſcurrit *ſanctus Thom. 2. 2. q. 99. ar. 3* ergò parum refert, quod monialis ſit Virgo, Vidua, aut aliàs corrupta, ſufficit enim quod ſit ſanctimonialis, hoc eſt, Deo conſecrata, & quod ei irreverentia irrogetur, *c. Viduas, 27. quæſt. 1. c. ſi quis ſacro, c. ut lex. ead. quæſt.*

2. Confirmatur, nam corrumpere monialem, non eſt ſolum ejus clauſtra virginalia infringere; ſed quoquomodo illam fœdare; quod poteſt eſſe multis modis, ut dictum eſt ſupra, nempè per concubitum, complexum, confabulationem, oſculationem, exhortationem ad coitum, & ſimilia, quæ deturpant fæminarum honeſtatem, ad quod eſt optimus textus *in cap. nec aliqua 4. 27. q. 1.* ubi *Cyprianus ad Pomponium de Virginibus, ſic loquitur, etſi incorrupta inventa fuerit Virgo ea parte, qua mulier poteſt eſſe: potuerit tamen ex alia corporis parte peccaſſe, quæ corrumpi poteſt, & tamen inſpici non poteſt certè ipſe concubitus, ipſe complexus, ipſa confabulatio, & oſculatio, & coiacentium duorum turpis, & fœda dormitio, quantum dedecoris, & criminis confiteatur,* hæc ibi.

Quæſt. 17. Sed maior difficultas eſt, an huiusmodi corruptor det in caſum reſervatum Epiſcopo loci?

1. Reſpondeo, quod deciſio hujus dubij, pendet ex modo loquendi D. Epiſcopi reſervantis ſibi caſum, nàm ſi caſus ſit reſervatus contra eos, qui moniales attrectaverint malo fine quomodolibet, utiquè comprehendit huiusmodi corruptorem, aliter tamen dicendum, ſi ſit reſervatus contra carnaliter cognoſcentes, quia loqui, confabulari, deoſculari, tangere manus, & digitos intorquere, in materia odioſa, & pœnali, non eſt propriè, ac completè monialem carnaliter cognoſcere, ſed diſponere ad carnis peccatum: verùm oculati locorum Ordinarij, ad evitandum omne æquivocum, ſolent diſtinctè loqui, & multiplicare caſus, & contra attrectantes moniales, malo fine, & contra tentantes cum illis obſcœnitates, aut alia gravia crimina, quomodolibet committere, prout hic Neapoli practicatum vidèo, ut benè advertit *Graſſ. in ſua practica, lib. 2. c. 14. de corruptoribus monialium, n. 13.* ubi notat illud verbum, (*obſcœnitates*; & illud, *quomodolibet*) quod de natura ſua comprӕhendit omnem actum, omnemquè actionem, per quam Virgo ſollicitatur ad turpia, ut conſtat *ex l. item apud §. qui turpibus ff. de iniur. aut Blando ſermone, ut §. ſi quis Virgines.*

2. Idem dicendum, ſi Illuſtriſſimus loci Ordinarius ſibi reſervet caſum contra violantes moniales; non comprehendit Novitias, nec alias fæminas exiſtentes intra clauſtra, quia in pœnalibus, & od[io]ſis, nomine monialis non venit Novitia, nec aliæ fœminæ non profeſſæ tacitè, vel expreſsè, licet ſint intra ſepta, ad quod facit *textus cap. Religioſo, §. 1. de ſent. excomm. in 6*, ubi Religioſus tunc dicitur, quando eſt expreſsè, vel tacitè Profeſſus; unde Jura, quæ in hac materia loquuntur, debent intelligi de monialibus profeſſis; juxta *textum cap. pervenit*, ibi, *Deo ſacratam cap. de Virginibus*, ibi, *poſt dicatum Deo propoſitum, cap. ſi quis ſacro, eod. tit. §. ſi qua Virgo. cap. Virgines, 27. quæſt. 1*

3. Nec obſtat, quod D. Epiſcopus loquitur ſimpliciter de monialibus, quia tamen debet intelligi de monialibus in propria ſignificatione, ut notant Doctores, quos allegat, & ſequitur *D. Iacobus Graſſ. in ſua pract. lib. 2. de caſib. reſer. cap. 14. num. 17.* ſecus autem dicendum, ſi Epiſcopus reſervet ſibi caſum contra violantes puellas, aut fœminas, quomodolibet exiſtentes intra ſeptа nam in tali caſu, compræhenduntur fœminæ, etiam ſi ſint ibidem animo recreandi, aut videndi aliquam monialem ægrotam.

4. Idem dicendum, ſi D. Epiſcopus reſervet ſibi caſum contra violantes moniales exiſtentes intra ſepta, nàm ſic loquens, debet intelligi, ſe nolle compræhendere corruptorem monialis exiſtentis extra clauſtra, ad finem forſitan curandi ſuam infirmitatem, vel ob aliam cauſam à Jure ſibi permiſſam, tùm quia Conſtitutio limitata ad locum, non extenditur extra locum, quem reſpicit; tum etiam, quia pœnæ non ſunt extendendæ ultrà caſus expreſſos, *juxta Iur. Regul. odia.*

Quæſt. 18. An corrumpens Monacham mantellatam, ſive Pizzocam, ſtantem in ſæculo, ſit ſacrilegus?

1. Et dico, quod non: niſi fortè hujusmodi mantellata ſit ſimplici voto Caſtitatis devincta, & cognito ipſi corruptori: nàm nulla res poteſt dici Sacra, niſi per votum, aut per orationem, vel

Digitized by Google

vel cæremonias à Chriſto Domino, vel ab ejus Eccleſia inſtitutas, ut patet de monialibus profeſſis, & Toballijs Altarium Eccleſiæ; hæ autem Pizzochæ, non poſſunt dici perſonæ Religioſæ nec Deo dicatæ, voto Caſtitatis excluſo, per ea multa, quæ dico *tom. 2.p.4.praxis, tr.17.de ſororibus in ſæculo, q.3.* nec nocet, quod induantur Religioſa Veſte, quia veſtis non facit Monachum ſed profeſſio Religioſa, ut probat *textus cap. Religioſo, §.1. de ſent. excom. in 6.* nec item officit, quod hæ forſitan ſint tertiariæ Ordinum mendicantium, quia excluſo voto Caſtitatis, emittendo in manibus Prælatorum Ordinum, *iuxta Decretum Sac. Congr. extenſum, ubi ſupra*, purè laicæ ſunt, & nullatènus de foro Eccleſiæ, niſi ſicut cæteri ſæculares, ut advertit *Gloſa ſingularis Clem. 1. incip. cum de quibusdam mulieribus, dè Religioſis domibus in ver. obedientiam.*

2. Dixi *ſimplici voto Caſtitatis devincta, & cognito ipſi corruptori*, quia ſi corruptor Pizzochæ, rationabili ignorantia. illius ſimplex Caſtitatis votum ignoret, non poteſt dici ſacrilegus, nec incidit in caſum, quia ignorantia rationabilis excuſat à culpa, *Graff. in pract. lib. 2. c. 41. de violante Puellam voto Caſtitatis ligatam, n.23. & magis latè n.30.*

Quæſt. 19. An monialis, quæ ſtuprata prætenditur, ſit ab obſtetricibus inſpicienda, ad finem procedendi in eius ſtupro?

1. AFfirmant Juriſtæ non pauci, & moventur ex multis, primò, quia cum de Jure inquiſitio contra aliquem formari non poſſit, niſi in primis conſtet de corpore delicti, *l. 1. §. item aliud, ff. ad Sillan.* & ibi, *Bartol. & alij plures ibi ſcribentes, quos refert Clar. §. fin. q. 4. in fin.* qui ait, hanc eſſe puram, & vulgarem concluſionem, quam item multis probat *Farin. de inquiſ. q. 2. n. 1.* ubi teſtatur de communi: ſecundò quia cum ſtuprum Puellæ ſit graviſſimum delictum, & de numero eorum, quæ ſunt facti permanentis, & poſt ſe certum veſtigium relinquunt, ad hoc, ut ſciatur, & puniatur, debet priùs conſtare de corpore delicti, plenè, & concludenter, non autem per indicia, & conjecturas: prout docent practichiſtæ; qui ajunt, quod primum ſubſtantiale fundamentum, ad rectè judicandum, eſt, ut conſtet de corpore delicti, tunc autem dicitur conſtare clarè de delicto, ſi de eo conſtet per teſtes idoneos, aut facti evidentiam, ergo deveniendum eſt ad inſpectionem oculorum, & manuum attrectationem faciendam per oculos, ac manus obſtetricum, vel aliarum matronarum honeſtarum; tertiò, quia hoc clarè dicitur *in cap. 22. Deut.* ibi, *ſi duxerit vir uxorem, & quæſierit occaſionem dimittendi eam, dicens non inveni eam Virginem, tollent eam Pater, & Mater eius, & ferant ſecùm ſigna Virginitatis eius ad ſeniores urbis, & expandent veſtimentum coram ſenioribus Civitatis, & apprahendent Senes Vrbis illius Civitatis, & verberabunt illum, &c.* ubi expoſitores dicunt, ſigna Virginitatis eſſe cruorem effuſum, quo Virginis veſtimenta maculata ſunt, ergo.

2. Ad quod itèm facit *cap. propoſuiſti 4. de probat.* ubi diſſolvitur Matrimonium, ob frigiditatem viri, ex inſpectione ſeptem matronarum deponentium Puellam adhùc eſſe Virginem, & liquet ibi, *quod tàm proprio Iuramento, quàm teſtimonio ſeptem mulierum probavit per aſpectum Corporis, eam eſſe Virginem.*

3. Quibus tandem additur, quia ita ſæpe fuit deciſum in Rota Romana, *ut apud Farin. tom. 2. conſ. deciſ. 226. & tom. 1. deciſ. 26. & teſtantur ipſemet Farin. in deciſ. Rotæ 264. num. 11. & 12. Franciſcus Marius deciſ. 678. par. 1. Maſcardus de probat. 3. Concluſ. 1313. & Concluſ. 1416. Guazzinus de defenſione reorum, tom. 1. p. 4. c. 7. num. 7. & Clar. in §. final. q. 4. n. 4.*

4. His tamen non obſtantibus, oppoſitum eſt in praxi conſulendum, & judicandum; maximè reſpectu monialium Virginum, ducorquè, tùm quia ità judicavit in facti contingentia, *S. Cyprianus in tract. de Virginibus ad Pomponium, & refertur in cap. nec aliqua 4. 27. q. 1.* ibi, *cum, & manus obſtetricum, & oculi ſæpe fallantur*: tùm etiam, quia idem reperitur *in cap. cauſam matrimonij, 14. de probationibus*, ibi, *& quia ut dicit Canon. (ſupple ſupra citatus) ſæpe manus falluntur, & oculus obſtetricum*, tùm item; quia inſpectio, & attractatio prædicta maximè pugnat cum Virginum modeſtia, & verecundia fæminarum, ut ex multis oſtendit *S. Ambroſius, lib. 6. epiſtol. 1. ad Syagrum Veronenſem Epiſcopum*, quem acriter repræhendit, ex quo Virginem per obſtetrices inſpici mandaverat, quam Epiſtolam per extenſum refert *D. Alexander Sperellus, tom. 2. deciſ. 136. ſub n. 8.* ubi de re noſtra eruditè diſcurrit, & ante eum, *Pontius de Matrim. lib. 7. cap. 63. Sanchez lib. 7. de Matrim. diſput. 113. n. 15. Maſcardus de probat. concluſ. 1274. Paſqualigus, deciſ. 221. & noviſſimè doctiſſimus Vericellus tom. 1. moral. tr. 4. q. 14.*

5. Quibus omnibus accedit, quod in crimine ſtupri, probationes debent eſſe luce meridiana clariores, *l. ſciant cuncti, C. de probat.* quod non poteſt habere locum in caſu noſtro, nàm quatuor illa ſigna, quæ ſolent allegarì ad probandum Virginitatis amiſſionem; nempe Hymen, dilatatio cervicis uteri, cruor fluens ex primo congreſſu virili, & lac in mammellis, ſunt fallacia & nullam certitudinem inducunt, nec phyſicam, nec moralem; ſed tantùm ſuſpitionem, & indicium, ut poſt *Galenum lib. de vivorum anat. c. de utero, & priſcos medicos, eleganter de ſingulis diſcurrit, amiciſſimus noſter Verricellus, cit. loc.* ubi ad intentum multa ingenioſè adunat.

6. Ad quod inſuper accedit *Baiardus ad Clarum, §. fin. q. 4. n. 7.* ubi narrat, quod ſibi contigit in facto, cum eſſet Gubernator Civitatis Spoletanæ, quod ſcilicet quædam mulier inſpecta à duabus obſtetricibus, ex improviſo vocatis, quæ cum Juramento concorditer depoſuerunt, illam fæminam, prætenſam ſtupratam, Virginem eſſe, & in ſe ſignaculum ſuæ integritatis habere: & tamen illinc ad pauciſſimos dies, fuit apertè prægnans reperta, & de facto peperit filium. Debile igitur eſt fœminarum Judicium, ac multum exile, quamobrem hujusmodi Matronæ nunquam debent teſtiſicari, Virginem à ſe inſpectam, prægnantem eſſe; ſed prægnantem ſibi videri, & ſuſpicari, ut probat *textus l. 1. de ventre inſpiciendo*, ibi, *prægnantem videri, cum Conceptionis ſigna incerta ſint, ut pariter ex medicis probat Sanctorellus de Natura Sanitatis, lib. 5. c. 19.*

7. Neque his nocent ſuperius objecta, non quidem primùm; & ſecundum, cum ſtuprum non ſit facti permanentis, ſed tranſeuntis; & conſequenter non habet poſt ſe ſignum certum, & infallibile amiſſæ Virginitatis; ſed dumtaxat levem ſuſpitionem, judicium exile, ac remotam conjecturam: ideoquè corpus hujusmodi delicti, non debet attendi, per inſpectionem oculorum, nec per claras probationes; at ſatis eſt, ut de illo conſtet per conjecturas, & præſumptiones; prout de praxi proceditur, & procedendum eſt in delictis occultis, de quorum corpore, per evidentiam facti, conſtare non poteſt. ut docent *Boſſius in ſua practica, tit. de delict. n. 20. Foller. in practica crimin. in ver. capiat informationem. n. 78. Ant. Gabriel lib. 7. conſil. 17. n. 14. Clar. in §. final. q. 66. in princ & Menoch. de præſumptionibus lib. 1. q. 58.* & eò fortius, quia hujusmodi cauſæ monialium debent diſcuti in Sacra

Congr.

Congr. coram S. Papa, qui ad omnem bonum finem, hujusmodi inſpectionem non permittit; tùm quia Papa ut ſupremus Princeps Religioſorum, poteſt in l. diſpenſare; tum etiam, quia non tenetur Iuris Apices ſequi: undè abſque eo, quod conſtet de corpore delicti, poterit, ſecundum ſuam conſcientiam, in cauſa judicare; *Bartol. in l. 1. ad finem, C. ut quæ deſunt Advoc. Iaſon. in §. ſed iſta, n. 126. inſtit. de Action. Dec. conſ. 463. num. 25. Cravetta conſ. 315. num. 1. Natta conſ. 625. Rolandus conſ. 70. n. 20. vol. 1. & conſ. 68. n. 18. vol. 3. & Cardinalis Mantica, de tacita, & ambigua convent. lib. 8. tit. 17. n. 12. tom. 1.*

8. Non deſinam tamen dicere, quod hujuſmodi monialis, in caſu poſito, non eſt pœna ordinaria plectenda, ſed extraordinaria; tum quia ex indicijs indubitatis, non intrat pœna ordinaria, ut latè probat *D. Sperellus in d. ſua deciſ. num. 26. & 51.* tùm etiam, quia rigor Juris debet limitari in ſexu fragili: & eò fortius, ſi monialium ſtatuta aliter diſponant, ut in Ordine Prædicatorum; de quibus latè dico *in tr. variar. quæſt. 11.*

9. Nec item argumentum tertium deſumptum *ex Deut.* obſtat, quia caſus eſt diverſus, nam ibi agitur de muliere nupta, aſſerente ſe eſſe corruptam à viro ſuo, hic verò fit ſermo de moniali negante ſe defloratam eſſe ab aliquo, & additur, quod legalia, ſive cæremonialia veteris legis, in nova lege non vivunt.

10. Nec pariter allegatum *Capitulum, propoſuiſti, de probat.* poteſt obſtare, propter eandem rationem; quia ſcilicet ibi non agitur de monialibus, quarum verecundia, pudor, & honeſtas, non poteſt ſtare cum prædicta inſpectione ab obſtetricibus facienda, idem dicitur *ad cap. cauſam matrimonij, eod. tit. de probat.* quod ſcilicet loquitur in caſu diverſo, ibi enim agitur de quadam Virgine, quæ antequam ingrederetur Monaſterium, Matrimonium contraxerat, quo non obſtante, prætendebat potuiſſe velum virginitatis aſſumere, aſſerens ſe virginem, & intactam eſſe, cum tamen vir ejus affirmaret, ſe illam defloraſſe: cum itaque de fœdere Matrimonij, ac de validitate profeſſionis emittendæ ageretur, fuit inſpecta, non ut monialis; ſed ut Mulier nupta viro, & uti recedens ab eo, ſub prætextu inviolatæ Virginitatis; idem dicendum eſt *ad cap. ſi pœnitentiam, 27. q. 1.* quod ſcilicet ſumus in diverſis, nam textus ibi loquitur de Virginibus, quæ per votum ſimplex Caſtitatis, ſe Deo dicaverant, non obſtante, quod degerent in domibus privatis ſæcularium, & cum viris cohabitarent, & ſæpe ſæpius cum illis dormirent, juxta *textum cap. nec aliqua, 27. q. 1.* ut ibidem notat *Gloſ. in caſu*, & docet, *Cardinal. Turrecremata.*

11. Id ipſum dicendum ad relatas deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ, quod ſcilicet loquuntur de Virginibus ſæcularibus vilis proſapiæ, & infimæ notæ, non autem de monialibus profeſſis, & clauſtratis, ut ex ipſarum lectura eſt videre.

Quæſt. 20. An dictum monialis corruptæ, probet concludenter contra corruptorem?

1. ET quidem; cœteris paribus, dicendum eſt de dicto monialis corruptæ, ſicut de ſocio criminis dictum eſt *in tract. variar. quæſt. 15. & 16.* quod ſcil. dictum Socij criminis, non ſolùm probat ad inquirendum; verùm etiam ad torturam: ſi tamen fuerit adminiculatum, & tortura convalidatum, ut multis firmat *D. Ricc. 3. p. praxis, reſolut. 63. & Bordon. controver. 2. de Socio criminis. q. 11. n. 18.* quænam ſint iſta adminicula neceſſaria ad probationem prædictam, *dixi in pracit. q. 16.*

2. Dixi, *cœteris paribus*, quia de ſtylo Sacræ Congreg. Epiſcoporum, & monialium, moniales non torquentur; ſed per præſumptivam probationem condemnantur ad pœnam non ordinariam, ſed extraordinariam, ut ex multis oſtendit *D. Alex. Sperell. p. 2. dec. 136. num. 37.* ubi egregiè diſcurrit de prædictis præſumptionibus, & conjecturis, & ſtylo Sac. Congreg. quòd multò fortius procedit, ſi monialis lamaſius fugerit, & non appareat: ad quid enim tortura? & ad quid monialem dehoneſtare, ſi complex delicti, & auctor ſtupri, in fortijs Curiæ non exiſtat? ad quid enim indagatio, ſivè confirmatio veritatis, niſi ad virum reum defloratorem pœna plectendum? nam monialis, ut dictum eſt, ob Religioſum ſtatum, in quo reperitur, & fragilem ſexum, mitiori pœna plectenda eſt; caveant ergo Prælati Regulares, ac Monacharum ſuperiores, ad torturam devenire, & monialem condemnare, Papa inſcio, & Sacra Congreg. inconſulta.

Quæſt. 21. Violans Monialem, à quo ſit abſolvendus?

1. RESpondeo, quod violans Monialem degentem intra ſepta, non ſolum incidit in caſum reſervatum ab Illuſtriſſimis locorum Ordinarijs, à quo non poteſt abſolvi, niſi de licentia reſervantis: verum etiàm incidit in excommunicationem Papalem illatam contra violantes clauſuram monialium, ad malum finem, à qua excommunicatione, non poteſt abſolvi, niſi de ſpeciali licentia Domini Papæ; nec quidem per Privilegia Regularium; ut *Iuſſu Clem. VIII.* Sacra Congregat. declaravit; de qua excomm. Papæ reſervata latè dico *ſupra in tr. 5. de violata clauſ. per ingreſſum ad moniales, q. 1. & tom. 2. prax. p. 3. tr. 11. q. 17.* ubi habes propria verba Sac. Congreg.

2. Dixi *ad malum finem*, nam ſi aliquis Ruſticus, vel venditor Olerum, aut aliarum rerum commeſtibilium, ingrederetur, bona fide clauſuram monialium, & aliquam illarum violaret per accidens, ignorans adeſſe excommunicationem Papalem, vel caſum reſervatum; non incideret in illam; tùm quia non fuit ingreſſus ad malum finem; tùm etiam, quia ignorantia Juris illum excuſat; *ut dicit Syl. in ver. ignorantia. n. 16.* tùm item, quia ad incurrendum excommunicationem, ſemper oculus habendus eſt, an ſit inobediens, vel ignorans, ut dicit *Sotus in 4. ſent. diſtin. 22. q. 1. ar. 2. & ſequitur Graff. in pract. caſuum lib. 2. c. 41 de violant. puell. n. 26.* quod totum intelligo verū, quoad forum poli, ſecùs quoad forum fori, qui externa facta tantum rimatur, & de intrinſecis non ſe intromittit.

Quæſt. 22. An Monialis, violato voto Caſtitatis, teneatur illud iterùm ſervare?

1. ET dico, quod ſic, quia votum ſolemne Religioſæ Caſtitatis, non ſolum obligat voventem abſtinendi ſe à prima Venere; ſed etiam perpetuò, ſimpliciter, & abſolutè ab omni actu Venereo interno, & externo, caſtitati tamen contrario quomodocunquè, & qualitercunquè, ut dictum eſt *hic ſupra q. 5.* ſicut votum ſimpliciter, & abſolutè factum de perpetua abſtinentia ab Eſu Carnium, obligat ſemper, & ad ſemper, non obſtante, quod votum fuerit, aliquoties violatum: undè ſubintrat illa Jur. Regula, qua dicitur, quod *qui votum eo modo, quo debet, non poteſt cuſtodire, debet illud cuſtodire, eo modo, quo poteſt, juxta tex. cap. dilecti, de dolo, & contum.*

Quæſt. 23.

Digitized by Google

Quæſt. 23. An Virginitas per monialem amiſſa, poſſit, ſaltem per Divinam Omnipotentiam recuperari, & eidem reſtitui?

1. NEgat *S. Hier. in Epiſtola ad Euſtochium, de Cuſtodia Virginitatis*, ubi ita inquit: *audacter loquar, cum omnia poſſit Deus ſuſcitare, Virginem non poteſt post ruinam*: ad quod facit *textus cap. 5. Amos Prophetæ*, ibi, *Virgo Iſrael cecidit, non adjiciet ultra, & reſurgat*: quod dictum Hieronymi, & Sacræ Scripturæ teſtimonium refertur *in cap. ſi Paulus Apoſtolus* 11 *32. q. 5.* ibi, *Virgo Iſrael*, & ibi *audenter loquar, &c.* idem dicit *S. Aug. 26. contra Fauſtum, quos citat S. Thom. 2. 2. q. 102. ar. 3. in argum. 3. & quolib. 5. art. 3. & Gloſ. in l. 1. in ver. non poteſt, C. de Raptu Virginis.*

2. Nec læditur in hoc Divina Omnipotentia. Ideo .n. amiſſam Virginitatem reddere nequit, quia implicat in adjecto, quod Puella ſit Virgo, & virum experta fuerit: nàm illa dicitur Virgo, quæ nunquàm virum cognovit: fateri modo quod non fuerit cognita à viro, & quod fuit cognita, eſt fateri contradictoria, ſicut nec de aliquo, quod factum eſt, poteſt facere, quod factum non fuerit, quandoquidem Dei Potentia ſe extendit ad totum ens excludens contradictionem, ergo ens includens contradictionem, à Dei potentia excluditur; non ex parte Dei, ſed quia res eſt infactibilis, ex quo dicit implicantiam, & repugnat rationi entis, & ſecundùm hoc intelligitur illud Angeli, *Luca 1. non eſt impoſſibile apud Deum omne Verbum.*

3. Cum his tamen ſtat, ut Deus per omnipotentiam ſuam poſſit integritatem mentis, & corporis, poſt ruinam, reparare: poteſt .n. mentem reintegrare per gratiam, & corpus conſolidare per miraculum, ut eleganter diſcurrit *S. Thom. cit. loc.* & patet ad ſenſum, nàm ſicut Deus poteſt cœco exoculato reſtituere viſum, ut patet de Cœco nato, ità poterit integritatem mentis reſtituere; hoc eſt, illud mentis propoſitum de nunquam in poſterum cognoſcendo virum, & ſignaculum Virginitatis amiſſum reparare.

4. Non poteſt tamen Deus facere, quin Virgo fuerit corrupta: quia quoad actum præteritum, quo ablata eſt Virginitas, non eſt potentia, quod .n. ſemel ruit, fieri nequit, ut nunquam ruerit, dies namque tranſacta, per nullam Dei potentiam fieri poteſt, quod non fuerit tranſacta, & ad hoc refertur quæſtio mota, & non ad carnis corruptæ reſtaurationem, ut mirificè docet *Angelicus Doctor cit. loc.* & ſequuntur *Gloſa d. cap. ſi Paulus in ver. ſuſcitare, & P. Candidus, tom. 2. diſquiſ. 24. art. 45. dub. 4. §. dico nono.*

5. Sed major difficultas eſt, an Deus poſſit huic reparatæ mulieri Virginalem Palmam tribuere? negat *Gloſa cit. loc.* quia hoc non congruit ejus potentiæ, ut aureola, quæ eſt ſignum incorruptæ Virginitatis, coronet corruptos, hoc .n. eſſet contra juſtitiam, & ideò illud non poteſt, *argum. de pœnit. diſtin. 2. §. Charitas.*

Quæſt. 24. Moniales, quonam Iure, prohibeantur matrimonium contrahere?

1. ET quidem certum eſt, prohiberi ex ſolo Jure Eccleſiaſtico, etenim inhabilitantur ad contrahendum, per votum ſolemne Religionis, quod non aliunde habet hujuſmodi effectum inferre; niſi ex ſola conſtitutione Eccleſiæ, ut conſtat ex latè deciſis, *tom. 2. p. 4. prax. tr. 10. de Profeſſ. ſolemni. q. 17.* & latius hic ſupra, *tr. 1. de Religioſo ſtatu q. 9.* & eſt deciſio *Bonifacij VIII. de voto, & voti redemptione, cap. unic. in 6.* ibi, *quod voti ſolemnitas, ſola conſtitutione Eccleſiæ, eſt inventa.* quod etiam dixit *Greg. XIII. in ſua Bulla, aſcendente Domino, in §. & licet, in fine*, ibi, *non conſiderantes voti ſolemnitatem, ſola Eccleſiæ conſtitutione inventam eſſe*: undè fit, ut contrahentes cum monialibus, non ſolum illicitè contrahant, verùm etiam nulliter, ut in pluribus Concilijs definitum eſt, & præſertim *in Trid. ſeſſ. 24. de Matrim. Can. 6. & 9.* immò ipſo facto excommunicantur *ex Clem. unic. de conſanguinitate, & affinit. in 6.* ibi, *nec non Religioſos, & moniales, &c. item ſic contrahentes ſunt irregulares ex cap. final. de Bigamis, & cap. qui Clerici, vel voventes ex cap. 2. eod. tit.*

2. Amplia, ut de hoc crimine poſſint recognoſci ab Officialibus S. Inquiſitionis, quia delinquentes in hoc, videntur malè ſentire de Sacramentis, & de voto ſolemni, & ejus obligatione, & conſequenter ſunt ſuſpecti de Hæreſi, ſive ſecretè, ſive publicè contrahant, per ea, quæ dico in citato loco praxis, & additur, quod ſi ſint ſæculares poſſunt plecti pœna capitis, per *allegata hic ſupra, q. 11. & ſequentibus.*

Quæſt. 25. An Summus Pontifex, ex rationabili cauſa, poſſit in ſolemni voto Caſtitatis diſpenſare?

1. AFfirmativa deciſio conſtat *ex deciſis hic ſupra, tr. 1. de Relig. ſtatu. q. 13.*

TRACTATVS XVII.

DE VOTO OBEDIENTIÆ.

Quæſt. 1. Obedientia in genere, quid, & quotuplex ſit?

1. PRætermiſſis aliorum placitis, reſpondeo cum *S. Thom. 2. 2. qu. 104. ar. 2. ad 3.* quod eſt quædam virtus moralis, promptam reddens voluntatem hominis, ad implendum voluntatem alterius, ſcilicet præcipientis: & dividitur in materialem, & formalem.

2. Obedientia materialis, eſt quævis executio cujuſcunque actus virtutis, ſub præcepto cadentis; etiã ſi non ea intentione fiat, ut præceptum impleatur; ſed ob aliud humanum motivum, ut putà, quia res præcepta eſt honeſta, vel juſta, aut utilis, & ſimilis, & hæc obedientia non eſt ſpecialis virtus, ſed generalis complectens omnes virtutes: undè quivis actus virtutis obligatorius, eſt Obedientia hujus generis.

3. Obedientia verò formalis, eſt virtus ſpecialis inclinans ſubditum ad exequendum ſuperioris præceptum, ut præceptum eſt; hoc eſt, ob ſolam authoritatem, quã noſcit in præcipiente; poſtpoſita omni alia ratione impulſiva ad operandũ; quapropter, objectum formale Obedientiæ, eſt præceptũ, ut præceptum

Digitized by Google

tum eſt, ſecundum *S. Thom. cit. loc.* cui ſubſcribunt *S. Anton 4. p. ſumm. tit. 5. cap. 11. Card. Caietanus in cit. loc. 2. 2. Syl. & Tabiena ver. Obedientia, in princ. Rodor. tom. 3. q. 19. ar. 1. cum ſuo Compend. reſolut. 102. num. 1. Peyr. tom. 1. de ſubd. quæſt. 1. cap. 2. Sanchez lib. 6. ſumm. cap. 1. numer. 1. & Tambur. de Iur. Abbatiſſ. diſp. 12. q. 1.*

4. Hæc autem Obedientia formalis, ſubdiſtinguitur in expreſſam, tacitam, & interpretatam; Obedientia expreſſa eſt illa, quæ habet pro objecto præceptũ ſuperioris expreſſum, & clarum, ut quando ſuperior voce, vel ſcripto aliquid præcipit. Obedientia tacita ea eſt, quæ verſatur circa preceptum tacitum, ut quando ſuperior per aliquod ſignum, aliquid præcipit, & iſtæ duæ Obedientiæ ſunt obligatoriæ, quia, ut docet *S. Thom. in corp. citati artic.* pro objecto habent præceptum tacitum, vel expreſſum. Voluntas enim ſuperioris quocunque modo innoteſcat, eſt quoddam tacitum præceptum, quod eſt obligatorium. Obedientia verò interpretata eſt illa, quæ pro objecto, interpretatam habet ſuperioris voluntatem: & tunc cenſetur eſſe, quando ſubditus, per aliquas conjecturas colligit, quid gratum, vel ingratum ſit ſuperiori, cum expreſsè de ejus voluntate non appareat. Et hæc non eſt obligatoria, cum voluntas ſuperioris non ſit regula noſtræ voluntatis, ſicut eſt Divina: ſed ejus præceptum, ut docet *idem S. Thom. de veritate q. 23. ar. ult. cuius propria verba refert, & ſequitur Syl. rer. Obedientia q. 12.*

5. Undè ſubditus non tenetur velle quidquid ſcit velle Prælatum, ſed quod expreſsè, vel tacitè præcipiat: non poteſt tamen negari, quin hujuſmodi Obedientia ſit alijs perfectior, & meritoria, qui cùm præveniat omne preceptum, ſignum eſt in ſe habere magnam charitatem, in qua conſiſtit ratio meriti, ut benè dicit *S. Thom. in cit. loc. 2. 2. S. Bonavent. in 2. ſent. diſtin. 29. & ſequitur Syl. immediatè ſuprà & Fauſtus in Theſaur. Relig. lib. 6. q. 31.*

Quæſt. 2. Obedientia, & inobedientia undè dicantur, & in quo conſiſtant?

1. OBedientia dicitur, quaſi ab Audientia, ſive ab audiendo Præceptum Superioris: Inobedientia verò dicitur quaſi non obedientia, id eſt, non audientia, eſt enim privatio, ſive negatio obedientiæ. Obedientia ſecundum *S. Raymund. in lib. 3. ſuæ ſumm. c. de ſententijs Præcepti, definitionis & excommunicationis, §. 1. in fin.* conſiſtit in tribus, nempè in reverentia, judicio, & præcepto. Reverentia debetur ei, qui præcedit ordine, & antiquitate. Inferior enim in tali caſu debet Superiori reverentiam, ſcilicet, ut aſſurgat ei, cedat ei primum locum, in loquendo, & ſedendo, & ſimilibus.

2. Hinc apparet, quod quamvis obedientia ſit pars juſtitiæ in reddendo Superioribus jura ſua; adhuc tamen continetur ſub diverſis ſpeciebus: nam in quantum procedit ex reverentia Prælatorum, continetur quodammodo ſub obſervantia. In quantum verò procedit ex reverentia Parentum, ſub pietate. In quantum verò ex reverentia Dei, ſub Religione, & pertinet ad devotionem, quæ eſt principalis pars religionis, ut benè advertit *S. Thom. 2. 2. q 104. ar. 3. ad primum.*

3. Verùm preſſiùs loquendo, dicas, quod obedientia conſiſtit in duobus, ſcilicet, in faciendo mandata affirmativa, quæ imperant opus, & in omittendo præcepta negativa, quæ prohibent opus: ſicut inobedientia, è contrario, conſiſtit in duobus contrarijs, ſcilicet in agendo precepta negativa, & in omittendo præcepta affirmativa: ſicut enim ſe habet propoſitum in ſuo propoſito: ità oppoſitum in ſuo oppoſito, ut egregiè declarat *Syl. ver. inobedientia.*

Quæſt. 3. Obedientia quot nàm conditiones debèat habere, ad hoc, ut ſit Deo grata, & meritoria?

1. MUltæ equidem conditiones requiruntur ad hoc, ut obedientia ſit perfecta, Deo grata, & meritoria. Prima, ut ſine mora fiat, *ex Pſal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri.* Secunda, ut viriliter fiat, juxta *illud pſal. 26. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum.* Tertia, ut ſine quærela, & murmuratione ſit, *ex Apoſt. ad Epheſ. 5. Omnia facite ſine murmurationibus.* Quarta, ut cum humilitate fiat, *Luca 17. Cum hæc omnia feceritis, quæ præcepta ſunt vobis, dicite ſervi inutiles ſumus, quod facere debuimus, fecimus.* Quinta, ut quod precipitur hilariter impleatur. *Eccleſ. 5. In omni dato tuo, hilarem fac vultũ tuum.* Sexta, ut promptè, & ſpontè exequatur præceptum, quia ſervitia coacta nunquam Deo placuerunt. Unde David *Pſal. 53.* cantabat, *voluntariè ſacrificabo tibi.* Septima eſt, ut fiat cum perſeverantia; quia, *qui perſeveraverit uſque in finem, ſalvus erit.* Octava, ut ſit cæca, excludens proprium judicium, ita ut Religioſus in actu obediendi, conſideret ſolũ Deum in Superiore, elevando mentem ſuam ad ſupremam rationem, ſeu ad ſupremum motivum, propter quod obediendum eſt, nempè ob divinam auctoritatem, & voluntatem, ita ut excludat prudentiam carnis, non examinando, cur Superior hoc, vel illud præcipiat, vel cur potiùs ſibi, quàm alteri? aut quod Superior eſt nobilis, literatus, dives, amicus, & ſimiles. De quibus conditionibus inviſendi ſunt *Fauſtus lib. 6. Theſaur. de obed. q. 34. & Pellizz. t. 1. Manual. tract. 4. c. 4. ſect. 1. q. 7. à n. 17. per tot. n. 23.*

Quæſt. 4. Obedientia Religioſa quid, & quotuplex ſit, & in quo conſiſtat?

1. REſpondeo, quod eſt illa promiſſio, qua Religioſus in fine ſui novitiatus, ſubjicit propriam voluntatem Prælato Regulari, ſequè obligat ad parendum ei in omnibus, quæ poſſunt cadere ſub Regula, quam promittit obſervare juxta propria ſtatuta, de qua promiſſione, & voto multa dixi, *t. 2. p. 4. Prax. tr. 10. q. 26.*

2. Sed majus dubium eſt, an iſta promiſſio obedientiæ, ſit promiſſio facta Deo de obediendo huic, vel illi homini in omnibus ſibi imponendis ſecundũ Regulam, vel potiùs ſit promiſſio facta homini tantùm de obediendo tali homini jubenti ſecundum Regulam? eſt namque magna differentia inter primum, & ſecundum modum loquendi; nam ſi promiſſio ſit Deo, erit utique votum, ut liquet ex ejus definitione: eſt enim votum promiſſio facta Deo; ſecùs autem ſi promiſſio fiat homini, etiam de re ſacra, ut patet de Sacerdote, qui promittit alicui celebrare Miſſam, quia non exindè poteſt dici, quod fecit votum; cum promiſsio ſit facta homini, & non Deo, & conſequenter cenſetur promiſsio ſimplex, & humana, non autem Religioſa, & Divina.

3. Sunt, qui dicunt, in hoc voto obedientiæ intervenire duas promiſsiones, Humanam ſcilicet, & Religioſam: quarũ humana, eſt veluti materia religioſæ; promittit enim homo homini obedientiã Deo, non de obediendo ipſi Deo in ſe, ſed de obediendo huic, vel illi homini vicegerenti Dei, aut promittit Deo ſervare fidelitatem in obedientia, quàm illi promittit, & ita videtur ſentire *S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 5. ad 3.* ibi

Digitized by Google

bi *ad tertiam dicendum, quod votum ſoli Deo fit, ſed romiſſio etiam poteſt fieri homini: & ipſa promiſſio boni, quæ fit homini, poteſt cadere ſub voto in quantum eſt uoddam opus virtuoſum, & per hunc modum intelligendum ſt votum, quo quis vovet aliquid Sanctis, vel Prælatis, ut pſa promiſſio facta Sanctis, vel Prælatis, cadat ſub voto materialiter, in quantum ſcilicet homo vovet Deo, ſe impleturum, quod Sanctis, vel Prælatis promittit:* hæc ille, ex quibus *ibid. Card. Caiet. ad fin. § ſciendum ſecundò infert.* in tranſgreſſione hujuſmodi obedientiæ promiſſæ, duas malitias eſſe, unam contra Religionem, ratione voti Deo facti, aliam verò contra fidelitatem humanam, quæ quidem malitia oppoſita fidelitati humanæ, eſt etiam contra obedientiam, non formaliter; ſed materialiter, ut *ipſemet Caiet. ib. mirificè declarat.*

4. Oppoſitam tamen ſententiam tenet *Sot. lib. 7. de Iuſt. q. 2. ar. 3. ad* 1. aſſerens, unicam tantùm eſſe malitiam in tranſgreſſione obedientiæ voto promiſſæ: quia licèt illud obſequium conſtituatur in genere obedientiæ, non aliter tamen, niſi per ſolum notum: quia, ut dicit idem Sotus, non obedientiam Prælato voves, ſed Deo, quod eris *Prælato* obediens: quod declarat exemplo voti faciendi eleemoſynam Proximo: nam in illo nulla intercedit humana promiſſio, ſed ſoli Deo fit votum dandi eleemoſynam: unde ſi eleemoſyna omittatur, nihil fit contra Miſericordiã, Fidelitatem, aut Juſtitiam debitam homini, ſed ſolùm contra Religionem ratione voti.

5. Et poteſt hæc opinio confirmari: qui obedientiam vovet, non intendit beneficium aliquod homini conferre, ſed ſoli Deo obſequium: nec vovens, ſuo voto quærit utilitatem ei, cui obedientiam vovet, ſed ſuum ſpirituale commodum, & honorem Dei: ergò non intendit homini aliquid promittere, ſed ſoli Deo.

6. Cæterùm *Doctiſ. P. Suar. t. 3. de Relig. lib. 10. de voto obedientiæ, c. 2. n. 4. & ſeq.* inquit, quod utraque opinio, Soti ſcilicet, & Cajetani, eſt poſſibilis, & probabilis, probabilior tamen illa Cajetani: tùm quia eſt *de Medullis doctrinæ D. Thom. cit. loc.* tùm etiam, quia verè, & realiter in tranſgreſſione præfatæ promiſſionis, ſunt duæ malitiæ ſpecie diſtinctæ, una ſacrilegij contra votum, alia infidelitatis, vel injuſtitiæ contra proximum; quia ibi eſt duplex debitum diverſæ rationis, & utrumque per ſe ſufficit, ut ejus violatio ſit moraliter mala, & contra particularem virtutem ſpecie diſtinctam.

7. Undè ſi tantùm eſſet promiſſio humana, nullum eſſet ibi ſacrilegium, ſed tantùm infidelitas: & è converſo, ſi eſſet ſolum votum ſine promiſſione humana, eſſet tantùm ſacrilegium, quod eſt falſum; quia promiſſio humana juramento firmata, duplici vinculo obligat, & ideò ejus tranſgreſſio, infidelitas eſt, & ſacrilegium: & patet de contractibus juratis, de quibus, quoad finem agendi, regulariter fit abſolutio à juramento, illibata remanente promiſſione humana, quod autem omnis promiſſio humana ex ſuo genere obliget ad mortale, licèt ob levitatem materiæ poſſit eſſe veniale, ex multis eruditè oſtendit *Caiet.* & ſequitur *Suar. cit. loc.*

Quæſt. 5. An votum obedientiæ Religioſæ, ſit aliquid diſtinctum à traditione, quæ fit in profeſſione Religioſa?

1. SUnt qui negant: ducunturque ex eo, quod duo ſunt de intrinſeca ratione voti obedientiæ religioſæ; Abnegatio ſcilicet propriæ voluntatis, & ſubjectio ad voluntatem Superioris, ut conſtat ex illo *Matth. 16. qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & ſequatur me, &c.* utrumque autem fit, ſeù exhibetur ex vi traditionis religioſæ: ergo vel illamet traditio eſt votum obedientiæ, aut certè votum non eſt. Confirmatur, quia totum eſſentiale, non diſtinguitur à ſuis partibus eſſentialibus, ſimul unitis: ut patet de homine, qui non eſt aliud condiſtinctum à corpore, & anima ſimul conjunctis. Confirmatur, quia per veram traditionem, qua quis donat rem ſuam alteri, ſe illa privat, & jure, quod in ipſam habeat, & in aliquam perſonam transfert: ſic ergo etiam, quando Religioſus ex vi ſolius traditionis, ſeipſum abnegat, ſe privat Jure, quod habebat in ſe ipſum, & ſub alterius poteſtate conſtituitur, & fit alterius Juris: ergo votum Religioſæ obedientiæ non eſt quid realiter diſtinctum ab abnegatione, & traditione prædicta.

2. Confirmatur, quia aliàs Religioſus agens contra voluntatem Superioris, dupliciter peccaret, nempè contra votum, & contra jus Superioris, quod illi convenit ex vi traditionis, & patet de ſervo, qui tenetur obedire Domino, ratione traditionis, omni voto excluſo.

3. Oppoſitum tamen, quod eſt de Jure verius, tenet *Suar. t. 3. de Relig. lib. 10. de voto obedientiæ, c. 5. n. 5.* aſſerens votum formaliter ſumptum, eſſe diſtinctum à traditione incluſa in profeſſione Religioſa; tùm quia promiſſio, & traditio genere differunt, nam promiſſio in rigore, & propriè ſumpta, & reſpectu ejuſdem rei, includit negationem traditionis, ſicut futurum, ut futurum, includit negationem præſentis, ſeù facti, vel ſicut jus ad rem, relativè ad jus in re; ergo: tùm etiam, quia votum fit immediatè Deo, ut dictum eſt, traditio autem fit homini, cui Religioſus ſe donat; ergo aliud eſt vinculum proveniens ex voto: & aliud proveniens ex traditione propriæ perſonæ.

4. Confirmatur, quia promiſſio facta alicui Eccleſiæ de aliquo Calice, diſtinguitur realiter ab actuali traditione ejuſdem calicis promiſſi. Confirmatur, quia per traditionem à Religione acceptatam, fit mutuus contractus inter Religionem ipſam, & Religioſum ſe tradentem: per votum autem obedientiæ, ut ſic, præciſum à traditione, nihil horum fit, ſed tantùm obligatio, quæ fit Deo; ergo ſignum eſt, quod illa duo ſunt formaliter diverſa: exindè benè vides, quod quamvis prædicta duo neceſſariam connexionem habeant in profeſſione Religioſa; adhuc tamen neutrum intrinſecè claudit alterum, præterquam, quod Religio, cui traditionis prædictæ acquiritur Jus proprium, & quaſi dominium in Religioſum profitentem, & quod per votum obedientiæ, Jus nullum propriè acquiritur Religioni, ſed ſoli Deo. Unde evaneſcunt primò objecta, & conſequenter nihil probant.

Quæſt. 6. An votum Obedientiæ, ſit præcipuum, at potiſſimum inter vota Religionis?

1. AFfirmat *S. Thom.* communiter receptus, 2.2.q.104. *ar.* 3. ubi quærit, an obedientia ſit maxima virtutum. *& q. 186. ar. 8.* ubi in proprijs terminis determinat id, quod quæritur; duciturque, tùm ratione nobilioris materiæ, quam per hoc votum homo Deo conſecrat, ut conſtat *ex deciſis immediatè ſupra*; tum etiam ratione majoris obligationis extenſivè; quia per hoc votũ, homo Deo ſe ſubijcit, & offert ſe, ſuas divitias, voluptates, omneſque actiones internas, & externas ſibi competentes quomodocunque, & qualitercunque. Undè meritò dicitur, Virtutum omnium Maxima, Origo, & Mater. *Aug. in lib. contra Adverſarium legis, S. Th. cit. loc.* & favet *Miranda t. 2. Manual. q. 26. ar. 1.*

Quæſt. 7. An votum Obedientiæ ſit de eſſentia ſtatus Religioſi?

1. DEciſio affirmativa eſt certiſſima ex latè deciſis ſupra in *tract. de ſtatu relig. q. 5.* & eſt de Medullis *S. Tho. in Opuſ. 19. contra impugnantes Religionem c. 1. & in 3. contra Gentes, c. 130. & 2. 2. qu. 186. art. 4. & q. 104. ar. 3.*

2. Unde nequit eſſe Religio ſine illo voto, per allegata *cit. loc.* & inter cætera Religionis vota eſt potiſſimum, ut liquet ex immediatè dictis, quo fit, ut inter illa Principem locum teneat, adeò, ut in quibuſdam Religionibus ſolum fiat profeſſio cum voto obedientiæ, ut in Ordine Prædicatorum, ut conſtat *ex eorum conſtit. diſt. 1. c. 15. de profeſſ. fol. 81. col. 3.* & latè *tom. 2. p. 4. tr. 10. de profeſſ. ſolemn. q. 8.* & in Religione Carthuſianorum, qui in profeſſione promittunt ſolum ſtabilitatem, & obedientiam, & converſionem morum, nulla mentione facta paupertatis, & caſtitatis, quia votum obedientiæ continet in ſe omnia alia Religionis vota, ut liquet *ex dictis cit. loc. Prax.* & docet *Sanctus Thom. ubi ſupra.*

Quæſt. 8. An votum Religioſæ Obedientiæ ſit eiusdem rationis in omnibus Religionibus?

1. ET dico quod ſic; loquendo tamen de ratione formali, ſeù intrinſeca, & eſſentiali obedientiæ; nam unum, & idem eſt objectum formale totius Religioſæ obedientiæ; utpotè præceptum Superioris, ut præceptum eſt; ut conſtat ex ejus diffinitione ſupra poſita, qua dictum eſt, quod obedientia generaliter ſumpta, eſt quædam virtus moralis inclinans ſubditum ad exequendum Superioris præceptum, ut præceptum eſt: ſecùs autem loquendo de ratione materiali, ſeù de materia obedientiæ; nam ſicut in Eccleſia ſunt diverſæ Religiones, ità & in eis diverſæ ſunt Regulæ, ſtatuta, & conſtitutiones, quæ verſantur circa materiam diverſam, ſecundum diverſitatem virtutum, ſeu operum charitatis; unde una Religio, pro materia obedientiæ; habet vacare vitæ contemplativæ; altera vitæ activæ; alia verò vitæ mixtæ; omnes tamen conveniunt ſub una ratione formali intrinſeca obedientiæ, quod eſt, obedire Prælato præcipienti, ſecundum propria ſtatuta; quæ tamen verſantur circa aliam, & aliam materiam, ut patet ad ſenſum & pluries dictum eſt ſupra *in tract. de ſtatu Religioſo.*

Quæſt. 9. An votum Obedientiæ obliget ad obedientiam formulam: ità ut Religioſus teneatur exequi Præceptum Superioris, ut Præceptum eſt?

1. ET dico, quod non; tùm quia nullum inveniatur præceptum Dei, vel Eccleſiæ, quo jubeamur facere opus injunctum, quatenus injunctum eſt: immò omnia præcepta jubent opus fieri ſimpliciter, ſecundum propriam honeſtatem; tùm etiam, quia Religioſus non vovet obedientiam ſub motivo obedientiæ: ſed ſolum obedientiam materialem, hoc eſt, executionem rei quæ præcipitur; ergo ad nihil aliud tenetur; *Suar. to. 4. de relig. lib. 4. c. 14. n. 3. & Lez. 1. p. ſumm. c. 4. n. 6.*

2. Benè tamen verùm eſt, quod votum obedientiæ obligat ad non contemnendum Superioris præceptum, cum obliget ad obediendum, ſecundum Regulam, & in tali obligatione primò omnium contineatur, nè mandata Superiorum, & Regulæ contemnantur. *Sanch. lib. 6. ſum. c. 1. n. 7.* Contemptus ſiquidem totum fundamentum obedientiæ ſubvertit, *Pelliz. t. 1. Manual. tr. 4. c. 4. ſect. 2. q. 5. n. 34.*

3. Sed dices, poteſt nè Prælatus præcipere ſuo ſubdito, ut impleat præceptum, & præceptum eſt? & dico quod non: tùm quia hoc eſt ſupra Regulam, ut dictum eſt ſupra: tùm etiam, quia iſte modus operandi, non eſt neceſſarius, ad hoc ut actus, ſeu operatio ſubditi, conſtituatur in aliquo genere virtutis, quia eo ipſo, quod ſubditus ſpontè exequitur, meritoriè operatur, ergo.

Quæſt. 10. Præceptum quid, & quotuplex ſit, & an differat à Conſilio, & Mandato?

1. REſpondeo cum *S. Thom.* 2. 2. *q.* 104. *art.* 1. 4. & 5. *in corp.* quod eſt motio Superioris, ſeu juſſio, vel imperium faciendi, vel non faciendi aliquid, ob authoritatem præcipientis, vel utilitatem finis; & eſt duplex, Divinum ſcilicet, & Humanum; Divinum eſt illud, quod à Deo immediatè factum eſt: qualia ſunt præcepta Moralia, Judicialia, & Cæremonialia veteris legis, de quibus diffusè, ac eleganter *D. Thom. 1. 2. q. 99. & ſequen.*

2. Morale autem præceptum in communi eſt duplex. Affirmativum ſcilicet, & negativum: illud movet ad aliquid faciendum prò ſemper, ſuo tamen loco, & tempore, ſed non ad ſemper, id eſt non ad omne tempus: unde filius non tenetur in omni hora, & tempore, honorare Patrem; quia hoc eſt impoſſibile: ſed ſolùm cùm opportunitas occurrit, & tempus requirit.

3. Negativum verò præceptum propriè dicitur, prohibitio, quæ obligat prò ſemper, & ad ſemper, hoc eſt ad omne tempus, ut patet de præcepto, non furaberis, quod obligat ſemper, & ad ſemper non furari.

4. Cætera verò Præcepta Moſayca, vide apud *D. Th. cit. loc. Syl. & Tab. ver. Præceptum*, ubi multa appendunt, & præcipuè, an Cæremonialia hodie ſint Mortifera.

5. Præceptum verò humanum eſt, quod fit ab homine per poteſtatem ſibi à Deo traditam: & eſt duplex, Eccleſiaſticum ſcil. & ſæculare: Illud emanat à poteſtate eccleſiaſtica, nempè á Papa, Concilio, Epiſcopo, vel aliquo Eccleſiaſtico Prælato.

6. Sæculare autem, ſeu civile præceptum eſt à poteſtate laica, utpotè ab Imperatore, Rege, Duce, vel ab alio Principe, & ſimilibus.

7. Quod

7. Quod autem Præceptum diſtinguatur à Conſilio, & Mandato, non cadit ſub dubio: tùm quia conſilium ordinatur ad præceptũ, ut ad finem; nam conſilium includit præceptum, & addit aliquid ſupra illud, ut patet de abſtinentia à conjugio: tùm, quia præceptum eſt motio imperativa, conſilium verò ſuaſoria; unde præceptum ſemper eſt Superioris, conſilium verò non ſolum eſt Superioris, ſed paris, aut inferioris; juxta illud *Matth. 18. ſi peccaverit in te frater tuus, &c.* tum item, quia conſilium non eſt de neceſſarijs ad ſalutem; niſi ſecundum præparationem animæ, ſi oporteret: aliter non eſſet conſilium, ſed præceptum. Unde conſilium non obligat ad culpam, ſecùs autem præceptum.

8. Idem dicendum de mandato, quod eſt motio ad aliquid melius; ſed non ſub neceſſitate ſalutis, tùm etiam quia præceptum per ſe facit præcipiens, mandatum verò per alium, *Syl. cit. loc.* ubi allegat loca D. Thom. *& egomet t. 3. ad dit. cap. 1. de obliga. Regularium ad propriam regulam q. 17.*

Quæſt. 11. Religioſus, quotnàm titulis, teneatur ſuis Superioribus obedire?

1. ET quidem teneri Jure Naturali, Divino, ac Humano poſitivo, certum eſt: tum quia in univerſum natura dictat obediendum eſſe Superiori in iis, in quibus eſt Superior: tùm etiam, quia Natura dictat ſtandum eſſe promiſſis, at Religioſus per votum obedientiæ, promittit Deo, ſe obediturum Superiori in ijs, quæ pertinent ad Regulam implicitè, vel explicitè; ergò, tum item ratione voti, ut dicitur *in Pſalm. 75. Vovete, & reddite Domino Deo veſtro*: & *Eccleſ. 5. ſi quid voviſti, nè moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio.* tùm item ex vi traditionis humanæ, qua Profeſſus in ſua profeſſione, ſe tradidit voluntati ſuorum Superiorum: tum denique ratione juriſdictionis eccleſiaſticæ, quam Prælatus habet à Papa ſupra ſuos ſubditos, ex quatuor ergo, vel quinque titulis, tenetur ſubditus obedire, ut puta, ex Voto, ex Promiſſione, ex Traditione, & Juriſdictione Eccleſiaſtica, & ex poteſtate Politica, de quibus latè *Suar. tom. 3. de relig. lib. 10. cap. 6. num. 6.*

Quæſt. 12. An violatio voti obedientiæ, ſeu inobedientiæ, ſit ſemper peccatum mortale?

1. AFfirmativè dic cum *S. Thom. 2. 2. q. 105. ar. 1. in reſponſione ad 1.* ſi tamen inobedientia ſit formalis: ſecùs autem, ſi ſit materialis; tunc autem inobedientia eſt propriè, & formaliter talis, quando ſubditus in his, in quibus ſubjicitur, recuſat obedire ex intentione non obediendi tali Superiori. Peccatum enim inobedientiæ, tunc propriè fit, quando ſubditus ea de cauſa non vult obedire, quia non vult Prælato illi ſubeſſe; & ſic ex contemptu facit, & conſequenter peccat mortaliter; tùm quia contemptus proximi, ſivè contemnere proximum, ex ſuo genere eſt peccatum mortale; tùm quia contrariatur dilectioni, & legi Dei, quæ vult omnes inferiores ſuis Superioribus obedire, teſte *S. Th. cit. loc. in princ. art.*

2. Hinc ſi ſubditus non obediat ex alio capite, utpotè ex pigritia, ira, metu honoris, & ſimilibus de cauſis, non erit inobedientia formalis, ſed materialis, & conſequenter non peccabit mortaliter, ſed venialiter, aut mortaliter, ſecundum levitatem, vel gravitatem materiæ, circa quam contingit obedientiam violare: prout eruditè diſcurrit *Card. Caiet. in ſumm. verb. Contemptus, §. Quia igitur notabilis proximo irrogatur iniuria, Syl. ver. Inobedientia, §. eſt autem duplex inobedientia, Armil. in ver. Inobedientia, n. 1. in fin. & eſt communis.*

3. Sed majus dubium eſt, an contemptus ſit ſemper peccatum mortale, etiam in re minima? Affirmat *Syl. ver. Contemptus n. 3. Portell. in dub. ver. Obedientia n. 2. Covarr. in Regula Peccatum, 2. p. §. 5. in fin.* & alij plures, qui moventur, tùm quia contemptus, ex ſuo genere, eſt peccatum mortale, cum ſit formaliter ſuperbia: tum etiam, quia *S. Thom. 2. 2. q. 186. ar. 9. ad 3.* ait, contemptum in univerſum eſſe peccatum mortale; ergò quævis inobedientia, etiam in re minima erit peccatum mortale.

4. Oppoſitum tamen, quod eſt de Jure verius, tenet Emin. *Caiet. cit. loc. ſumm. §. ſecunda eſt inter contemptum ſimpliciter, & ſecundum quid,* quem ſequitur *Armilia cit. loc. Medina 1. 2. q. 96. ar. 4. Sot. in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. ar. 1. ad primum, & alijs citatis ſequitur Sua. tom. 2. de relig. lib. 10. de voto obed. c. 7. ſub num. 7.* ubi ampliat concluſionem procedere, etiam ſi levis contemptus fiat ex directa intentione in aliquam offenſionem perſonæ Prælati, ut aliàs dixit *in materia de legib.* ad quod facit *S. Tho. q. 15. de veritate, ar. ult. ubi ad ſecundum dicit,* quod non omnis contemptus eſt peccatum mortale, ſed ſolum contemptus Dei, quod intellige, de contemptu Dei in ſe, vel in ſuis vicarijs, juxta dictum *S. Bernardi lib. de precepto, & diſpenſat. c. 14.* ibi, *ſivè Deus, ſivè Homo*: ad quod item facit, quod inobedientia, niſi formalis ſit, non addit ſpecialem malitiam, ergò præciſo contemptu, judicanda erit ſecundũ levitatem, vel gravitatem materiæ; ad quod tandem facit, quia licèt peccatum furti, ex ſuo genere ſit mortale; adhuc tamen, ob defectum deliberationis, vel levitatis materiæ, erit veniale; & ſecundum hoc intellige illud ſtatutum noſtrarum conſtitutionum, quo dicitur, quod Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum, non obligant ad culpam; niſi ratione præcepti, vel contemptus. nam ſi ſimus in contemptu abſolutè, & ſimpliciter dicto, obligant ad culpam mortalem, ſi verò verſemur in contemptu ſecundum quid, obligant ad culpam venialẽ, *Syl. ver. contemp. num. 3. in fin.*

5. Ac iterum illud de graviori culpa, *diſtin. 1. c. 18. tex. 1.* quo dicitur, *quod ſi quis per contumaciam, vel manifeſtam rebellionem inobediens Prælato ſuo extiterit, &c.* ſupple extiterit inobediens inobedientia formali; ſecùs autem inobedientia materiali, utpotè ex ira, ex inadvertentia, vel quia contemnit obedire, non in ordine ad poteſtatem jubentis, ſed in ordine ad rem impoſitam; quia ſcilicet, eſt minima, aut de genere conſiliorum, vel de non ſpectantibus ad Regulam, vel eſt contra privilegium ipſius, cui imponitur, nam aliud eſt deſpicere poteſtatem jubentis, & aliud contemnere præceptum, vel imprudentiam, aut ignorantiam jubentis, quod nota diligenter; quia ſæpè occurrit.

Quæſt. 13. An Superior poſſit obligare Religioſum ſubditum ſub mortali, ad obediendum ſibi; in re levi, & è contra in re gravi, ſub veniali?

1. ET dico, quod ſic: dummodo tamen ſimus in materia dependente ab ejus voluntate, & perſpicuè conſtet de ejus intentione; ducorque quia tota legis obligatio pendet à legiſlatoris voluntate; cæteris tamen neceſſarijs concurrentibus ad legis valorẽ, & eſt *Deciſio leg. 1. ff. de conſtit.* ubi dicitur, *quod Principi placuit, legis habet vigorẽ*; ergo ſi legiſlator velit obligare ad mortale, vel veniale, ſic obligabit, prout docet *Card. Caiet. in ſum. ver. precepti trãſgreſſio, §. pœna præceptorum ad finem,* ibi, *quoniam ex intentione præcipi-*

entis, pendet præcepti vis. & ſequuntur *Suar. tom. 5. in 3. p. D. Thom. diſp. 4. ſect. 6. num. 11. & t. 3. de relig. lib. 10. de Voto obedientia, c. 4. n. 9. Sanch. lib. 1. ſumm. cap. 4 n. 23. & lib. 6. c. 4. n. 24. & Fauſt. in Theſ. relig. lib. 6. q. 10. & Diana 3. p. tr. 6. Miſcell. reſol. 91. & egomet in 1. t. Prax. p. 1. tr. 1. de leg. q. 28.*

2. Dixi, *dummodò ſimus in materia dependente ab eius voluntate*: nam ſi verſemur in materia Sacramentorum, Præceptorum Dei, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, & ſimilium Superiorum, quibus ſubijcitur Superior Regularis, Regula cognoſcendi mortale peccatum, & tranſgreſſorem, non eſt deſumenda ab intentione, & voluntate Prælati, cum Prælatus Regularis in his omnibus, regulariter loquendo, nullam prorſus authoritatem habeat, ſed à gravitate, & levitate materiæ legis, ſivè præcepti, aut pœnarum in tranſgreſſores appoſitarum, aut modi puniendi, ut dictum eſt ſupra; unde Prælatus inferior, non poteſt ad ſui beneplacitum limitare pœnas appoſitas contra violantes præcepta Dei, Papæ, vel Eccleſiæ, ſed potiùs exequutionem procurare.

3. Dixi, *dummodò conſpicuè conſtet de eius intentione*; nam ſi non conſtat clarè de intentione Prælati, recurrendum eſt, ut dictum eſt ſupra, ad gravitatem materiæ pœnarum, & modi præcipiendi, etiam ſi verſemur in nudo, & ſimplici præcepto Prælati, & ad ſimilia de quibus immediatè infra.

4. Nec his obſtant *Azor. 1. p. inſtit. moral. lib. 5. c. 6. quæſt. 5. Portell. in dub. ver. lex in add. n. 3. & alij*, dicentes, quod ſi Superior velit in materia clarè parva, & minima imponere obedientiam, vel præceptum, obligans ad mortale, tale præceptum ad mortale non obligaret, cùm illa parva materia ſit incapax tantæ obligationis; quia falluntur toto Cælo, ut liquet ex immediatè dicendis, quia actus agentium, non operantur ultra eorum intentionem, & additur, quod licet aliqua res in ſe ſpectata videatur parva, adhuc tamen ratione circumſtantiæ, poteſt eſſe gravis, immò graviſſima, ut patet de ſilentio reſpectu fratrum Ordinis Prædicatorum; quibus item adde, quod in dubio, an materia ſit levis, & clarè non conſtat de injuſtitia præcepti, ſuperior non eſt ſpoliandus ſua poſſeſſione: quia etiam in dubijs, poſſeſſio ſtat pro illo, ut ſæpè dico:

Quæſt. 14. Quonàm modo poſſit cognoſci legem, vel præceptum Superioris obligare ad mortale, ſi tamen perſpicuè non conſtet de voluntate iubentis?

1 QUæſtio hæc unum ſupponit, & aliud quærit: ſupponit enim, quod tota legis, ſeu præcepti obligatio pendet ex legislatoris voluntate, ut colligitur *ex l. 1. ff. de conſt.* ubi dicitur, *quod Principi placuit, legis habet vigorem*: ergò ſi legislator velit obligare ad mortale, ſic obligabit: & ſi velit, ſolùm ad veniale, vel ad nullum peccatum, non ampliùs obligabit, ut dictum eſt ſupra, & docent *Abb. c. Nam concupiſcentiam, n. 2. de conſtit. Navarr. in ſum. c. 23. n. 49. Sot. lib. 1. de Iuſt. qu. 6. art. 4. ver. ſed ſolvenda, & Ledeſ. 2. p. 4. q. 17. ar. 2. dub. 6.* & alij plures, qui omnes dicunt, ad cognoſcendam legis obligationem, an ſit ſub mortali, vel veniali, recurrendum eſſe ad legislatoris intentionem.

2. Verùm præſuppoſito, quod non conſtat clarè de intentione præcipientis, ſivè legem ferentis, à quonam deſumendum eſt judicium dicendi, quod lex, ſeu præceptum obligat ad mortale, vel veniale tantum?

3. Dubium hoc, magnum vocat *Emin. Caiet. 2. 2. q. 186. ar. 9. §. in eod. art. 9. in reſponſ. ad 2.* & meritò, quia de eo multi multa dicunt; diminutè tamen; nam quidam ad finem prædictum, recurrunt ad gravitatem, vel levitatem materiæ, aſſerentes, leges omnes per materiæ gravitatem, aut parvitatem, ſuos obligare tranſgreſſores, quod dictum licèt ſit graviſſimorum Doctorum; adhuc tamen plenè non ſatisfacit quæſito. nam videmus, quod multotiès jus poſitivum, minoris culpæ materiam ſtrictiùs prohibet, & duriùs punit, quàm majoris; ut patet de blaſphemo, & Clerici percuſſore: nam blaſphemare Deum gravior materia eſt, quàm percutere Clericum; & tamen magis punitur percutiens Clericum, quàm Deum blaſphemans; nam ille excommunicatur à canone, *ſi quis ſuadente Diabolo, &c.* hic verò nequaquam; ergo peccati gravitas ex ſolius materiæ conſideratione diſcerni non poteſt.

4. Prætereà gravitas, & parvitas materiæ, ſine lege vagatur, nam materia, in uno loco, & tempore cenſetur gravis, in alio verò, levis: etenim mutatur ſecundum conditionem temporum, & locorum circumſtantias, ut ibidem advertit *Caiet.* unde *in ſumm. ver. præcepti transgreſſio, §. præter hos, in fine benè ſubiungit*, quod impoſſibile eſt, ex ſola materia, præcepta diſcernere.

5. Alij verò, dicunt, quod intentio legislatoris, in caſu poſito, perpendenda eſt ex verbis, quibus utitur legislator: nam ſi loquatur per modum imperativi, ſignum eſt, ſe velle obligare ad mortale, ut ſi dicat, mando, mandamus, præcipimus, obligamus, decernimus, ſtatuimus, jubemus, volumus, prohibemus, interdicimus, & ſic de ſimilibus. Verùm quamvis hoc ipſorum dictum ſit verum in quibusdam, non tamen perfectè ſatisfacit quæſito, nam multa in Jure, Regulis Religioſorum, & in Evangelio Apoſtolorum, reperiuntur verba prolata per modum imperativi, & tamen præceptiva non ſunt, ſed conſultiva, aut præcaria, quandoquidem *S. Auguſtinus in principio ſuæ Regulæ ad Fratres*, dicit, *hæc igitur ſunt, quæ præcipimus, ut obſervetis in monaſterio conſtituti*: & tamen nullum præceptum eſt in d. Regula.

6. Prætereà *in c. mandaſtis 10. 2. q. 5.* ponitur ly *mandaſtis*, quod grammaticè videtur verbum præceptivum; & tamen civiliter, eſt præcarium, ut *ibidem in ver. mandaſtis notat Gloſa ad quod allegat Iura, item in cap. Rogo, & moneo, ponitur ly Rogo, & moneo*, quod videtur præcarium grammaticè, & tamen civiliter, eſt præceptivum, *ut ibidem advertit Gloſa in ver. moneo, ad quod pariter allegat Iura.* Prætereà in Evangelio *Lucæ 5. Chriſtus Dominus uſus eſt verbo præceptivo.* ibi, *Videte nè quis ſciat, &c.* & tamen illi Cæci illuminati haud obſervarunt, ſed exeuntes, publicarunt miraculum per totam terram illam, & tamen non peccarunt, quia illud Chriſti verbum, non erat intrinſecè præceptivum, ſed exhortativum; ergò ex modò loquendi non poteſt certè, ac conſtanter attendi intentio legislatoris volentis obligare ad mortale, ut perbellè multis firmat *Syl. ver. præceptum, q. 2. & Caiet. ubi ſupra.*

7. Cùm igitur id, quod quæritur, non poſſit colligi ex ſolius materiæ gravitate, vel parvitate, ut prima opinio ajebat, neque ex ſolis verbis nudè acceptis, ut ſecunda opinio, à quo ergò perpendenda eſt legislatoris intentio in caſu poſito?

8. Reſpondeo, quod regulariter loquendo, ubi de intentione legislatoris non apparet, duo pro Regula infallibili conſideranda ſunt, gravitas ſcilicet verborum Prælati, ſivè ſtatuti, cum materia gravi, de qua eſt mandatum: ſi enim hæc duo concurrant ſimul, clarum eſt, præceptũ obligare ad mortale: ſi verò utrumque deſit, & præceptum imponatur verbis communibus, ut jubeo, mandamus, volumus, & ſic de ſimilibus, obligabit ad veniale tantum: item ſi ſola verba

Digitized by Google

verba Prælati, vel ſtatuti ſint rigoroſa, & particularia, quidquid ſit de gravitate materiæ, obligabunt ad mortale; ut ſi jubeatur, in virtute Obedientiæ, ſub præcepto formali, in virtute Spiritus Sancti, in virtute jurisjurandi, aut voti facti, ſub præſtiti juramenti, in virtute Jeſu, ſub interminatione Gehennæ, ſub pœna maledictionis æternæ, ſub pœna indignationis Petri, & Pauli, ſub ſtricto Dei judicio, ſub obteſtatione Divini Judicij, vel ſtrictè, vel arctè mandatur, vel ſi Prælatus vel ſtatutum dicat, prohibemus, interdicimus, ſub pœna interdicti, ſuſpenſionis, vel excommunicationis latæ, vel ferendæ ſententiæ, & ſic de ſimilibus, ut dixi *tom.* 1. *Prax.* 1. *p. tract.* 1. *de leg. in commun. qu.* 30. & docet communis conſuetudo, & antiqua praxis totius Mundi. Conſuetudo autem eſt optima legum interpres, *cap. cum dilectus de conſuetudine, & l. ſi de interpretatione, ff. de legibus, & docent Caiet. Syl. Armill. cit. loc. Barthol. Med.* 1. 2. *q.* 96. *ar.* 4. *Victoria Relect. de poteſt. civil. n.* 19. *quibus favent Sanchez lib.* 6. *ſumm. cap.* 4. *n.* 31. *Portell. in dub. ver. obed. in addit. n.* 4. *Miranda* 1. *p. Manual. q.* 25. *ar.* 4. *in fin. Fauſtus in Theſaur. Relig. lib.* 6. *de obed. qu.* 11. *&* 12. ubi examinat, an currat paritas inter præceptum, latæ, & ferendæ ſententiæ, *& Pellizz.* 1. *p. Manual. tr.* 5. *cap.* 2. *de obligat. ſervandi Regulam q.* 19. *n.* 31. quibus adde, quod materia gravis requiſita ad obligandum ſub mortali, perpendenda eſt à fine proximo intento à legiſlatore, non autem à proprio arbitrio, ut multis firmat, *Sanchez lib.* 1. *ſumm. cap.* 4. *n.* 4. *& clariùs lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 31. *& egomet, tom.* 1. *praxis. p.* 1. *tr.* 1. *de lege q.* 29.

Quæſt. 15. *Religioſus ſubditus, cuinam ex voto Obedientiæ, teneatur obedire?*

1. ET quidem teneri obedire omnibus Prælatis ſuæ Religionis, gradatim tamen, ac reſpectivè, certum eſt: nàm illis ex vi voti Obedientiæ tenetur obedire, quibus in ſolemni profeſſione ſe tradidit, & promiſit, at ſe tradidit, & promiſit Prælatis, & ſuperioribus ſuæ Religionis, ut conſtat ex forma profitendi, in qua regulariter dicitur. *Promitto tibi, & ſucceſſoribus tuis*; ergò: non deſinam tamen dicere, quod in mea Religione ſit Profeſſio ſub tali modo. *Ergo frater N. facio profeſſionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ, & B. Dominico, & tibi N. Magiſtro Ordinis Fratrum Prædicatorum, & ſucceſſoribus tuis ſecundum Regulam B. Auguſtini, & Inſtitutiones Fratrum Prædicatorum, quod ero obediens tibi*, *tuiſque ſucceſſoribus uſque ad mortem*, ut melius eſt videre *in noſtris conſtit. diſt.* 1. *cap.* 15. *de profeſſ. ſol.* 60.

2. Nec refert, ſi quis dicat, quod in tali modo profitendi reperiuntur tot dativi caſus, quia ſub diverſo reſpectu proferuntur, ut ibidem declaratur. An autem hoc Obedientiæ votum ſit magis ſtrictum in una Religione, quàm in alia, quæſitum eſt inter Doctores non leve, ad quod ego cum communi reſpondeo negativè ducorque, ut aliàs dixi, quia licet Regulæ ſint diverſæ, ſecundum diverſitatem Ordinum, adhuc tamen omnes Religioſi, uno modo tenentur ſuis ſuperioribus obedire, hoc eſt, ſecundum propriam Regulam; ergò nullius Obedientia erit major, vel ſtrictior, quàm ſit obedientia aliorum: niſi fortè extenſive, quia ſcilicet majora amplectitur.

3. Confirmatur, & magis declaratur, nullus enim tenetur obedire Prælato præcipienti ſuprà, vel contrà Regulam, vel contra Deum, vel proximum, ergò æqua lance libratur Religioſorum Obedientia; etſi ex adverſo contendat *Ludov. Miranda* 1. *p. Manual. q.* 26. *ar.* 12. *ad finem.*

Quæſt. 16. *An Religioſus ſubditus teneatur obedire ſuo ſuperiori in omnibus, & per omnia?*

1. REſpondeo affirmativè: dummodò tamen in ijs, quæ præcipit, ſit ſuperior, & authoritatem habeat, ut ſi præcipiat quæ explicitè, vel implicitè, ſeù directè, vel indirectè continentur in Regula, etenim in his ſolùm Prælatus habet poteſtatem coactivam, & ſubditi tenentur obedire, ut docet *S. Thom. quol.* 1. *ar.* 15. *& quolib.* 10. *art. &* 2. 2. *q.* 114. *art.* 5. *in reſponſ. ad* 3. *& q.* 186. *ar.* 9. ubi lepidè de contentis in Regula, ibique *Card. Caiet. ſed clariùs in qu.* 88. *ar.* 8. *& Tabiena ver. Obedientia, n.* 5.

2. Illa verò continentur in Regula explicitè, ac directe, quæ ibidem ponuntur ſub expreſſis verbis, vel eiſdem æquipollentibus, de quorum intelligentia nulli eſt dubium: illa verò dicuntur contineri in Regula implicitè, atque indirectè, quæ quamvis non ità habeantur, pertinent tamen ad eorumdem obſervantiam, ut ſunt obſequia communitatis, negotia Ordinis, munia fraternæ charitatis, inflictiones pœnarum, & ſimilia, ſine quibus regularis diſciplina non poteſt ſalva conſiſtere: hæc omnia reducuntur ad Regulam, *teſte S. Th. ubi ſupra, cum præcitatis ſuis diſcipulis, quibus favet Miranda in tractatu de Monial, qu.* 1. *ar.* 2. *in medio concluſ.*

3. Exindè plura collige. Primò quod ſubditi non tenentur obedire Prælatis in aliquo, quod ſit contra ipſorum Regulam: niſi in caſu, quo ipſi poſſunt ſuper eodem diſpenſare, ut infrà dicetur, & expreſsè docet *S. Thom. communiter receptus* 2. 2. *q.* 104. *ar.* 5. *ad* 3. *& ſequuntur ibid. Caiet. Syl. verb. Religio* 6. *q.* 6. latè *Navarr. in ſumm. cap.* 23. *nu.* 37. *&* 38. *Mirand.* 1. *p. Manual. q.* 26. *ar.* 8. *& Suar. to.* 3. *de Relig. lib.* 10. *de Voto Obed. cap.* 8. quia quæ pro charitate inſtituta ſunt, contra charitatem militare non debent, unde rectè *Paulus* 2. *Corinth.* 13. dicit, quod Prælatorum poteſtas non eſt ſibi data in deſtructionem, ſed potiùs in ædificationem; ergò Prælati ex defectu authoritatis, non poſſunt præcipere ea, quæ ſunt in deſtructionem Regulæ, aut Juris divini, vel Pontificij, ſeù in diſpendium animarum.

4. Ac proindè ſi Prælatus in virtute obedientiæ, aut Spiritus Sancti, vel ſub pœna excommunicationis, præcipiat aliquid, quod ſit contra Deum, vel contra Animam, aut contra Regulam, non ſolum peccat mortaliter propter abuſum poteſtatis, verùm etiam ſubditi non tenentur obedire, quinimmò tenentur illi non obedire per ea quæ mirificè docet *S. Thom. cit. loc.* 2. 2. *& infrà iterum dico*, etenim quivis homo debet potius præeligere mortem, quàm etiam venialiter peccare, cùm bonum divinum præponderet omni pœnæ creatæ, ut docet idem *S. Thom. in quolib.* 1. *ar.* 9. ubi querit, an contritus debeat eſſe magis in inferno, quàm peccare?

5. Si autem roges, quidnam ſit contra animam, quid verò contra Regulam? Reſpondet *Corduba in expoſit. Regul. S. Franciſci, cap.* 20. *q.* 1. *punct.* 20. *& Miranda cit. loc.* quod contra animam, non ſolum cenſetur eſſe peccatum mortale, atque veniale, verùm etiam, & omne illud, quod eſt incentivum proximum, aut inducit de propinquo periculum peccandi. Illud verò contra Regulam, quod non ſolum eſt contra præcepta aliqua ipſius; verùm etiam, & quod eſt contra Ordinis ſtatuta, ordinata ſcilicet ad conſervandam majorem puritatem Regulæ, ſicut in Ordine Prædicatorum eſt, non uti lineis ad carnem, & non veſci carnibus in ſanitate, undè ſi Prælatus meus mihi ſano juberet comedere carnes, non teneor obedi-

obedire; immò teneor non obedire, quia materia obedientiæ non debet eſſe impeditiva majoris boni: ſecùs erit obedientia indiſcreta, imprudens, & ſtulta, *teſte S. Thom. cit. loc.*

6. Dixi *niſi in caſu quo ipſi Prælati poſſent ſuper eadem Regula diſpenſare*, quia in hoc caſu, ſubditi tenentur obedire, tribus tamen conditionibus copulativè concurrentibus; nempè, quod Prælatus ſciat ſe præcipere contra Regulam, & quod ſciat ſe poſſe diſpenſare ſuper illa in tali caſu, & quod habeat legitimam cauſam diſpenſandi; undè ſi ſubdito non conſtet Prælatum habere rationabilem cauſam diſpenſandi; non tenebitur obedire, *Syl. ver. Relig. 6. q. 6. Miranda cit. loc. concluſ.* 2. nam Prælatus, præſcindendo à cauſa rationabili, nullum Jus habet diſpenſandi ſuper Regula; ergò cauſa legitima dat poteſtatem, & honeſtat actionem, *ad textum cap. quid culpatur 23. q. 1.* quod eſt valdè notandum à ſubditis, & Prælatis; nè ambo in foveam cadant: ſed adverte, quod in caſu dubio, ut infrà dicetur, poteſtas ſtat pro ſuperiore, & conſequenter ſubditi tenentur obedire.

7. Secundò collige, quod ſubditi non tenentur obedire ſuis ſuperioribus in his, quæ ſimpliciter ſunt ſupra Regulam, prout expreſsè docet *S. Thom. quolib. 10. ar. 10.* ubi ad intentum refert illa verba *S. Bernardi in lib. de diſpenſat. & præceptu, nempè, nihil præcipiat mihi Prælatus eorum, quæ non promiſi: nihil prohibeat eorum, quæ promiſi*: quod dictum ratione probatur, quia Religioſus, non tenetur ad plura, quam ſæcularis: niſi quatenus ſe per votum obligavit; ſed per votum profeſſionis, non ſe obligavit ad obediendum, niſi ſecundum Regulam; ergò Regula excepta, in alijs obedire non tenetur.

8. Confirmatur, & magis declaratur; quia Prælatus nullum Jus habet ad præcipiendum ea, quæ ſunt ſupra Regulam, nam poteſtas, ſeù juriſdictio prælati emanat, & naſcitur ab obligatione, & promiſſione ſubditi ad obediendum, qui ſolùm promiſit, & ſe obligavit obedire ſecundum Regulam, & non aliter, ut pluries dictum eſt, & conſtat ex modo, & forma profitendi; ergo, &c.

9 Confirmatur, actus agentium nihil operantur ultrà intentionem ipſorum, ergò idem quod prius; quod itẽ firmat *tex. c. geſta, diſt. 74.* ubi habentur hęc præciſa verba, *Iuſtum non eſt, ut aliquis creſcere compellatur invitus*, ubi Gloſa ait, *quod Monachis, & Canonicis invitis diſtrictior vita imponi non poteſt*; quod probat *argum. cap. non eſt, is q. 1. & cap. præſens 20. q. 3. & cap. integritas 22. q. 1.* ubi idem omninò habetur, eiſdem ferè verbis.

10. Hinc infertur, quod ſi Prælatus Dominicanus per obedientiam ſubdito imponeret, ut Martyrium patiatur, quod vadat ad Indos, quod vinum per unum menſem non bibat, quod quater in hebdomada ſedeat in terra, ſolo pane contentus, & ſic de alijs, quæ ſunt ſupra Regulam, quæ licet poſſint eſſe ad majus meritum: adhuc tamen ſubditus non tenetur obedire, ob ſupra allegata.

11. Dixi *ſi ſimpliciter; & abſolutè ſint ſupra Regulam*, nam ſi ſecundum quid, & per accidens, ſint in aliquo caſu ſupra Regulam; aliter dicendum eſt, quod ſcilicet poſſunt à Prælatis imponi, & ſubditi tenentur obedire, ut ſi dictæ Pœnalitates imponantur de ſpeciali facultate Papæ, vel ex juſta, & rationabili cauſa, utpotè in culparum pœnam, vel de rarò, ob commune bonum, & patet de proceſſionibus, & Jejunijs, quæ ſolent fieri pro Peſte, Fame, & Bello auferendis, & ſimilibus, ad quod facit *cap. dilectus, & cap. quoniam, de Simonia, & multis firmant Syl. verb. Religio 6. q. 6. Cordub. ſuper Regul. S. Franciſci dub. 10. q. 2. in 6. punct. Miranda 1. p. Manual. quæſt. 26. ar. 10. & egomet tom. 2. Prax. par. 3. tr. 10. de poteſtat. Prælat. qu. 13.*

Quæſt. 17. An Religioſus teneatur obedire Prælato, etiam in indifferentibus, hoc eſt, in his, quæ neque Regula præcipit, neque verò prohibet, ut eſt levare feſtucam de terra, aſpicere aves, & ſimilia?

1. DE hac re, *teſte S. Thom. quolib. 10. ar. 10. in prin. corp.* ſunt duæ opiniones; nam quidã dixerunt, quod obedire in hujuſmodi indifferentibus, eſt de neceſſitate obedientię, quidam verò, quod non eſt de neceſſitate obedientiæ, ſed de perfectione; quæ quidem opiniones poſſunt ad pacem reduci, & conciliari, ſi dicatur, quod hęc indifferentia à Prælatis juſſa, aut ſunt contra Regulam, & ſic non tenetur ſubditus obedire, ut dictum eſt immediatè *ſupra q. 16.* aut ſunt infrà Regulam, & præter Regulam, ut reficere corpus ſuum, & ſimilia, & ſic ſub diſtinguendum eſt, aut hujuſmodi indifferentia aliqualiter poſſunt reduci, & ordinari ad Regulam; & ſic ſubditi tenentur obedire, quia ſic cadunt ſub voto obedientiæ, nam ad Regulam pertinent, non ſolum ea, quæ expreſsè habentur in Regula, verùm etiam, & illa quæ quocunque modo ad Regulam poſſunt reduci, utpotè quæ pertinent ad obſequium fraternæ ſocietatis, vel punitionem culparum; ad quæ duo genera ferè omnia hujuſmodi indifferentia poſſunt reduci, ut docet *S. Thom. in præcitato quolib.* undè ſi ſubditus præcipiatur interdum ſuum corpus recreare, tenetur obedire, quia rigidarum diſciplinarum, jejuniorum, & abſtinentiarum omiſſio, aliquando eſt neceſſaria pro ſuſtentatione vitæ; ad quod facit *cap. quid ergo 11. q. 3.* ſic item ſi jubeatur feſtucam de terra levare in obſequium Fratris infirmi; quia ſcilicet illa indiget, tenetur obedire, ſic item ſi jubeatur ſuas ſcapulas denudare, pro habenda diſciplina, in pœnam ſuæ culpæ, tenetur obedire, & ſic de alijs, quæ poſſunt ad Regulam reduci: ſi tamen aliqua ſunt, quæ nullatenus ad Regulam reducuntur, licet in his obedire non ſit de neceſſitate obedientiæ, eſt tamen de perfectione Obedientiæ; ut docet *S. Thom. cit. loc.* & expreſſius *in 2. 2. q. 186. ar. 5.* ubi *in reſponſ. ad* 4. dicit quod votum obedientiæ ad Religionem pertinens ſe extendit ad diſpoſitionem totius humanæ vitæ, & ſecundum hoc, votum obedientiæ habet quandam univerſalitatem; licet non ſe extendat ad omnes particulares actus, quorum quidam ad Religionem non pertinent, quia non ſunt de rebus pertinentibus ad dilectionem Dei, & proximi, ſicut confricatio Barbæ, vel levatio feſtuchæ de terra, &c. *ubi Card. Caiet. in reſponſ. ad 4. dicit*, quod indifferentia non cadunt ſub voto Obedientiæ, in quantum indifferentia ſunt: at ſublata indifferentia per aliquem actum, non cenſentur amplius res indifferentes, ſed utiles ad aliquid eorum, quæ ad Religionem pertinent, de qua re latè *Syl. ver. Relig. 6. q. 6. & Mirand. 1. p. Manual. q. 26. ar. 9.*

Quæſt. 18. An ſubditus teneatur obedire Prælato in illo, quod debet reſultare in ſcandalum aliorum?

1. NEgat *Syl. ver. Obedientia, q. 5. num. 5.* etiam ſi præcipiatur ſub excommunicatione, quod intellige verum; dummodò ſcandalum ſit verum, certum, & notabile: tum quia lex naturalis de non dando ſcandalo, prævalet legi poſitivæ Prælati; tum etiam, quia ſubditus non tenetur exequi præceptum ſui Superioris, ſi manifeſtè ſapiat peccatum,

Digitized by Google

tum, etiam veniale, ut ait *Caiet. 2. 2. q. 104. ar. 3. in fin.* & probat *text. c. Quid ergo mirum, 11. q. 3.* ubi dicitur, *quod per obedientiam nunquam licet facere malum,* ubi *Gloſa in fin. caſus,* ait, *quod ſi Prælatus malum præcipiat, nunquam eſt ei obediendum;* & meritò, tùm quia poteſtas non datur in deſtructionem legis Dei, nec in perniciem animarum, ſed in ædificationem, unde *Actuum 4.* dicitur, *quod oportet obedire, magis Deo, quam hominibus, Lopez. 1. p. inſtruct. c. 56. §. ſic etiam*: tum item, quia intentio voventis obedientiam, non fuit, nec præſumitur fuiſſe, ſe obligare ad præjudicialia ſibi, vel proximo, nec ad difficilia, niſi eſſent in ſtatuto, *Portell. in dub. ver. obed. in addit. n. 2. & liquet ex deciſis hic ſupra.*

Quæſt. 19. An Religioſus teneatur obedire ſuo Superiori in Actibus interioribus ſuæ voluntatis?

1. NEgativè dic: loquendo tamen de his actibus ſimpliciter, & abſolutè: ſecùs autem ſecundum quid, & per accidens, quatenùs ſcilicet ſunt rationes actuum exteriorum, ſive quatenùs conjunguntur, & colligantur cum exterioribus actibus. Ducorquè tùm quia Religioſus non tenetur ſuo Prælato obedire, niſi in his tantum quæ ſpectant, & pertinent ad ipſius Regulam, ut dictum eſt ſupra, ſed actus interiores primo modo ſumpti, non ſubjiciuntur legi humanæ, ſed ſoli Deo, ſecundum illud Apoſtoli *1. Corinth. 4.* ibi, *nolite ante tempus judicare, donec Dominus manifeſtet conſilia cordium*: unde benè dicitur, quod Eccleſia non judicat de occultis; tùm etiam, quia ità expreſsè docet *S. Thom. 2. 2. q. 104. ar. 5. in corp.* ibi, *Et ideò in ijs, quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire*, ſed ſolum Deo.

2. Dixi *ſecus dicendum de his actibus ſecundo modo ſumptis*, quia ſic accepti computantur cum actibus exterioribus; ideoque per accidens ſubſunt Judicio humano; ad quod facit *Clem. 1. de ſtatu Monach.* ubi excommunicantur Monachi ad Romanam Curiam accedentes animo offendendi ſuos Prælatos, quo quidē loco, non prohibetur animus offendendi, cùm ſit actus interior ſimpliciter; ſed prohibetur animus nocendi, ut conjungitur, & colligatur cum tali acceſſu; ità quod prohibetur talis acceſſus, non cujuslibet, ſed habentis talem animum nocendi, & offendendi: eadem ratione, Prælati Regulares poſſunt ſibi ſubditis per obedientiam præcipere, ut quas celebrant Miſſas, pro ſua intentione offerant, nam in tali præcepto, & ſimilibus non præcipitur ſimpliciter, & abſolutè ſubditorum interior animi motus, qui eſt applicatio Miſſæ, ſed præcipitur idem interior animi motus, ut conjunctus, & colligatus cum actu exteriori celebrationis, ſeù prohibetur celebratio Miſſæ cum aliena intentione, prout de communi docent *Caiet. in d. ar. 5. §. ad primum horum, Syl. ver. obed. q. 1. & Tabiena eod. ver. n. 4.*

Quæſt. 20. An Religioſus teneatur obedire Prælato præcipienti ea, in quibus poteſt diſpenſare, utpotè, quod comedat carnes, loquatur in loco ſilentij, & ſimilia?

1. EMin. *Caiet. 2. 2. q. 104. ar. 5. §. in reſponſ. ad 3.* diſtinguendo reſolvit, aut hujuſmodi Prælatus diſpenſat in his leviter, hoc eſt ſine cauſa, & diſcuſſione, & ſic non tenetur per allegata *ſupra q. 16.* quia ſic diſpenſans cenſetur relaxare Regulam, ſine juſta cauſa: immò cenſetur manifeſtè præcipere contra Regulam: undè ſubditus in caſu poſito tenetur potius ſequi ſtatutum ſuæ Religionis, quàm illi obedire; ſecùs autem dicendum, ſi diſpenſat ex cauſa urgenti juſta, & cognita; quia diſpenſatio hujus generis eſt conſervatio Regulæ, non autem diſſipatio, ut illa prima, nec deſtructio: quot autem ad juſtam diſpenſationem debeant concurrere, conſtat ex ly cauſa urgenti, juſta, & cognita, ut dictum eſt ſupra *q. 16. §. dixi niſi.*

Quæſt. 21. An Religioſus ſubditus, ſi dubitet, an id quod ſibi præcipitur ſit contra Deum, vel non? teneatur obedire?

1. DIfficilis eſt præſens quæſtio, circa quam Doctores variant, nam *Martinus Navarr. tom. 3. diſtin. 7. cap. ſi quis autem num. 81. & ſequent.* pro utraque parte argumenta nervoſa profert. Verùm Thomiſtæ omnes, præſuppoſito, quod ſubditus non ſit certus de injuſtitia, & malitia præcepti; illam affirmativè reſolvunt, & præcipuè *S. Raym. in ſumm. de Pœnit. & Matrim. lib. 3. tit. de ſententijs præcepti, definitionis, & excommunicationis, §. 2.* ibi, *ſi autem dubitet, S. Ant. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 9. Syl. verb. obed. n. 2. q. 2. & ver. Religio, q. 6. in medio* ibi, *vel eſt in dubio, Tab. ver. obed. num. 11. Card. Caiet. in ſumm. ver. Bellum, §. cauſa verò juſta, Sotus de ratione tegendi, & detegendi ſecretum, memb. 3. concl. 2. Ledeſma tr. de ſtatu Religioſo, caſ. 8. difficult. 5. Paul. Nazar. p. 2. opuſ. 1. de ſtat. Religioſ. dub. 4. & ante eos S. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum cap. 74. & 75.* ubi dicit, *quod etiam Regi iniquo indicenti bellum, obediendum eſt à ſubditis: dùm non conſtat, Bellum eſſe injuſtum,* & facit ad hoc id, quod S. Thom. docet *2. 2. q. 88. ar. 12. in reſponſ. ad 2.* ibi, *niſi fortè in caſu, in quo id, quod vovit, eſſet manifeſtè illicitum:* quod tene mente; quia licet, *Syl. ubi ſupra alleget S. Thomam*; ejus tamen, locum particularem non aſſignat; & quamvis *Rodriquez tom. 3. q. 19. ar. 6. Mirand. tom. 1. Manual. q. 26. ar. 5. & Fauſtus lib. 6. in Theſaur. de voto Obedientiæ, q. 54.* ad hoc citent S. Thom. *in 4. ſentent. diſtin. 19. q. 4.* hoc tamen ibi non dicit, nec alibi, quod ipſe viderim.

2. Et moventur *ex cap. quid ergò mirum, cauſ. 11. q. 3.* ubi deciditur, quod ſubditus propter Obedientiam, debet bonum mediocre dimittere, ubi *Gloſ. in ver. intermitti alia Iura allegat.* item *ex cap. ad aures 5. de tempor. ordinat.* ubi generaliter definitur, quod ſubditi in omnibus, etiam in his tenentur ſuperioribus obedire: dummodò tamen non præcipiant, quod manifeſtè malum ſit; ut putà contra articulum fidei, præcepta Dei, vel generale ſtatutum Eccleſiæ; ad quod ibi *Gloſa in ver. Obedientiam Iura allegat.*

3. Item *ex cap. quid culpatur 4. 23. qu. 1.* ubi habentur hæc propria verba. *Non enim eſt poteſtas, niſi à Deo, ſive jubente, ſive ſinente, ergò vir juſtus; ſi fortè ſub Rege homine, etiam ſacrilego, militet, poteſt rectè, illo Iubente, bellare, ſi vice pacis ordinem ſervans, quod ſibi jubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum, certum eſt, vel utrum ſit, certum non eſt: ità ut fortaſsè reum faciat Regem iniquitas imperandi: innocentem autem militem oſtendat ordo ſerviendi*, hæc ibi.

4. Item ex *Canon. in memoriam 3. diſtin. 19.* ubi deciditur, quod tolerandum eſt jugum, quod à ſuperiore imponitur, licèt importabile videatur.

5. Ratio autem deciſionis poteſt eſſe multiplex. Primò, quia non pertinet ad ſubditos diſcutere conſilia, præcepta, & definitiones dominorum ſuorum, ſed exequi, & obedire; nam præſumenda ſunt licita, juſta, & honeſta: niſi manifeſtam contineant

Digitized by Google

tineant iniquitatem, ut de communi docet *S. Thom. 2. ſent. diſt. 44. q. 3. ad 4. & de veritate, ar. 23.* unde benè dixerunt priſci Patres, quod Obedientia debet eſſe cœca, ſupple, quoad examen rationum præcepti ſuperiorum; non enim venimus contendere, ſed obedire.

6. Secundò, quia ſuperior eo ipſo, quod eſt ſuperior; habet Jus, & poteſtatem præcipiendi, non ſolum ea, quæ manifeſtè ſunt licita, & honeſta: verùm etiam, quæ ſub opinione ſunt honeſta, ut præſupponitur *in d. cap. quid culpatur*, & docet de communi *D. Didacus Covarr. in Regul. peccatum. 1. p. n. 5. ad finem*; & habetur expreſsè *in cap. ſi Dominus 93. 11. q. 3.* ergò ſuperior poteſt, etiam in dubijs ſubditum cogere ad ſibi obediendum, & ipſe tenetur obedire, non enim ſuperior poteſt privari ſuo Jure quæſito, niſi propter abuſum ſuæ juriſdictionis, quod debet conſtare per ſententiam declaratoriam Judicis, & non aliter.

7. Unde ſententia, in caſu dubio, ſtat pro Judice, *ut omnes Iuriſtæ docet:* niſi manifeſtè conſtet de ejus iniquitate, & excommunicatio lata à legitimo ſuperiore, ſive juſta, ſive injuſta ſit, timenda eſt: niſi fortè contineat intolerabilem errorem, ut expreſsè dicitur *in cap. ſententia paſtoris, adiuncta Gloſa, 11. q. 3. & docet Gloſa in d. cap. ad aures, de tempor. ordinat. in ver. Obedientiam.*

8. Tertiò, quia Religioſus per profeſſionem deſinit eſſe ſui Juris, & tranſit in poſſe, & dominium Prælati Monaſterij, ad habendum, & diſponendum de eo in omnibus ijs, quæ non ſunt contra animam, vel ejus Regulam, nihil ſibi reſervans, ergo tàm ex parte poteſtatis Prælati, quàm ex parte voti, tenetur etiam in dubijs obedire, quia abſolutè, & ſimpliciter ſe tradidit, abſque nulla limitatione, ergo.

9. Quartò, quia ignorantia rationalis excuſat à peccato, etiam ſi injuſtum ſit, quod ſuperior præcipiat, quia licèt ſuperior peccet in præcipiendo quod injuſtum eſt; ſubditus tamen, qui ignorat malitiam præcepti, non peccat exequendo, teſte *Gloſa cap. quid culpatur, 23. q. 1. in ver. iniquitas.*

10. Nec dices, quod agere contra conſcientiam dubiam, malum eſt, tum quia præceptum ſuperioris, hic, & nunc illatum, in re non manifeſtè injuſta, tollit omnem dubietatem ad ſibi obediendum, licet ſubditus poſſit habere aliquod dubium ſpeculativum circa Juſtitiam præcepti; tùm etiam, quia Regulares ex indulto à Leone X. minoribus conceſſo, & conſequenter omnibus Regularibus, ob Communicationem Privilegiorum, quod extendit *Miranda, to. 1. Manual. q. 26. ar. 5. in fin. & Rodor. to. 3. q. 19. ar. 6.* poſſunt tutiſſimè, ac indubitanter obedire præceptis ſuperiorum in rebus dubijs.

11. Quapropter opinio contraria nunquam mihi potuit placere; tùm quia adverſatur Sacris Canonibus, tùm etiam, quia errat in præſuppoſito, ſupponit enim; Prælatum in dubijs poteſtatem non habere, tùm item, quia fovet rixas, & ordinum deſtructionem: ac proinde hujuſmodi inobedientes ſunt rigidè puniendi *Navarr. cit. loc. de Pœnit. & in ſum. cap. 23. num. 37. & cap. 16. num. 40. & Lezana 1. p. ſumm. cap. 4. de voto Obedientiæ numer. 24.* ubi acriter invehit contra hujuſmodi Novatores.

* *
*

Quæſt. 22. An ſubditus dubitans, an id, quod ſibi præcipitur, ſit licitum; teneatur priuſquam obediat, inquirere, & inveſtigare, an licitum ſit?

1. ET dico quod non: Regulariter tamen loquendo, & moveor ex deciſis immediatè ſupra, & maximè ex eo, quod non pertinet ad ſubditos inveſtigare de Juſtitia, ac bonitate præcepti ſuperioris; ad quod facit illud Chriſti dictum, *Matth. 23. omnia quæcunque dixerint vobis, ſervate, & facite; & illud Pauli ad Coloſſ. 3. filij obedite parentibus per omnia, & ad Hebr. 13. filij obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacite eis, & illud Matth. 8. homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alij, veni, & venit, & ſervo meo, fac hoc, & facit,* quæ loca excludunt omnem inquiſitionem faciendam de honeſtate, & Juſtitia præcepti ſuperioris: dummodo tamen in ſe manifeſtam non contineat Injuſtitiam, & iniquitatem.

2. Tum etiam, quia ſi ſubditus non dubitaret de poteſtate Prælati, teneretur utique illi obedire: ergò etiam ſi dubitet, tenetur ille obedire, quia Prælatus per ſubditorum dubium, non amittit poteſtatem, & juriſdictionem præcipiendi, quam aliàs habebat ſuper illis, ergo.

3. Confirmatur, quia Pręlatus non tenetur ſubditis reddere rationem ſuorum præceptorum, maximè ubi clarè conſtat ſe non præcipere contra Deũ, vel Regulam, non enim expedit Reipublicæ, aut rectæ Gubernationi, quod ſubditi omnia ſciant: aliàs duriſſima foret Prælatorum conditio, & peſſimus ſubditorum ſtatus, ut qui non ſuperiori, ſed rationi, ad ſuum beneplacitum accommodatæ, parerent; ſicque periret abnegatio propriæ voluntatis, in qua conſiſtit Religionis perfectio juxta illud, *Lucæ 9. qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &c. & ad Coloſſ. 3. mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto:* ſic item exinde periret tota Reſpublica, & Hierarchicus, & Eccleſiaſticus ordo, nam exinde Jurgia, contentiones, & væ *Rodor. tom. 3. q. 19. ar. 6. Mirand. 1. p. Manual. qu. 26. ar. 5. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 10. de voto Obed. cap. 3. n. 7. & ſequent. Peyr. 1. p. de ſubd. q. 1. cap. 7. §. dico quarto,* & eſt communis.

4. Hinc plura inferuntur. Primò, quod licet ſubditus dubitet, rem ſibi præceptam excedere Regulam, vel limites poteſtatis ſui ſuperioris, aut Prælatum non eſſe legitimè electum, aut confirmatum, quamvis ſit in pacifica poſſeſſione ſuperioritatis, adhuc tamen tenetur obedire: tùm quia melior eſt conditio poſſidentis: tùm etiam quia dubium ſubditi, non poteſt ſubditi, non poteſt ſuperioris poteſtati nocere, *Sanchez in ſumm. lib. 6. c. 3. nu. 4. 29. & 30.*

5. Secundò, quia licet Prælatus præcipiat aliquid contra, vel ſupra Regulam, ſi tamen conſtet evidenter, aut etiam probabiliter eum poſſe in illo diſpenſare, ſubditus tenetur obedire, etenim in his caſibus tenentur obedire, etenim in his caſibus tenentur credere quod poteſt in illo diſpenſare, & quod præcipiendo rem illam, de facto diſpenſet, *Syl. ver. Religio 6. qu. 6.* idem dicendum eſt, quando Religioſus dubitat, an Prælatus ex juſta cauſa diſpenſet; ob eamdem rationem, de qua hic ſupra *q. 16.* & docent *Navarr. in ſumm. cap. 23. & Lez. 1. p. ſumm. cap. 4. num. 27.*

6. Idem dicendum, ſi Religioſus ex mala valetudine, aut ex alio impedimento probabili, dubitet, an debeat jejunare, ſurgere ad matutinum, &c. tenetur obedire Prælato præcipienti, ut non jejunet, ut non recitet officium, & ſimilia propter eamdem ratio-

Digitized by Google

rationem; *Sotus de Tegimine, membr. 3. q. 2. concluſ. 1.*

7. Dixi *regulariter loquendo*, nam ſi ex tali Obedientia immineat periculum ipſi ſubdito, vel alteri, aut notabile præjudicium ſpirituale, vel temporale, in ſua perſona, rebus, & honore, in tali caſu, & dubio, ſubditus non tenetur obedire uſque dum non fuerit edoctus de abſentia hujuſmodi periculi, & præjudicij tertij: quia nemo tenetur parere cum gravi ſuo, vel alterius incommodo, nec poteſt ſe ad id obligare: niſi conſtet, ſuperiorem legitimè præcipere, & habere authoritatem tunc præcipiendi. *Rodriquez. tom. 3. q. 19. ar. 4. §. dixi in concluſ. Mirand. tom. 1. Manual. q. 26. ar. 6. §. ad argum. Ledeſm. de ſtatu Religioſor. in communi cap. 4. concluſ. 8. dub. 4. Sayr. lib. 1. Clau. Reg. cap. 13. n. 40. Sanchez lib. 6 ſumm. cap. 3. numer. 24. Peyr. de ſubd. quaſt. 1. cap. 7. §. ad obediendum igitur.*

8. Unde ſi Prælatus mihi præcipiat ei revelare culpam occultam alterius Fratris, non teneor obedire; etiam ſi ſub excommunicatione latæ ſententiæ id præcipiat: niſi ipſemet Prælatus, me ſufficienter certificet, ſe id Jure poſſe præcipere, hoc eſt, ad id habere famoſam proclamationem, & alios teſtes, ut multis firmat. *S. Thom. quodlib. 1. ar. 16. & ſequitur Rodor. cit. loc. in fine.*

9. Item ſi Prælatus ex odio, aut avaritia, me ſpoliare vellet rebus mihi ad uſum ab alijs ſuperioribus conceſſis, ut eas ſibi tribueret, vel aliò diſtraheret, non teneor obedire propter eandem rationem, *Tab. ver. obed. n. 6. poſt Panorm. in cap. Inquiſitioni de ſent. excommun. n. 5.* etiam ſi id faciat animo me reformandi, quia Prælatus non poteſt præcipere uni Monacho, ut reformetur, niſi reformentur alij. *Zerola in Praxi p. 2. ver. Reform.*

10. Item ſi Prælatus in diſtributione onerum non ſervat juſtitiam diſtributivam, ſed partialiter me utitur ad quotidiè ſerviendum Choro, vel alijs ſervitijs Monaſterij; cæteris meis paribus in ſuis Cellis conſedentibus, ſine cauſa, non teneor obedire, ſed uti gravatus, potero appellare, & quærelam exponere; *Peyr. cit. loc.*

Quaſt. 23. An Religioſi mendicantes iuſſi à proprio Prælato inſervire ſuis Religioſis Domeſticis Peſte affectis, tàm in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, teneantur ex voto Obedientia obedire, non obſtante vita periculo?

1. Affirmat Emin. Caiet. *tom. 3. opuſ. tr. 9. de vinculo Obedientia q. unic.* tum quia ſuperior poteſt præcipere omnes illos actus exteriores, neceſſarios ad commune illud bonum, cujus curam gerit, & ad quod ſubditos habet; & hi tenentur obedire, etiam cum periculo vitæ, ſicut Rex poteſt præcipere ſuis ſubditis præliationem, pro defenſione Civitatis: quæ quippè præliatio ſemper eſt cum periculo vitæ; & hi tenentur obedire, etiam cum vitæ periculo; tum etiam, qui præcipere obſequia neceſſaria Fratribus Monaſterij, de ſe, & per ſe, non eſt ſupra, aut contra Regulam; ſed ſecundum finem Regulæ; quod exinde poſtea oriatur mors, eſt per accidens, & præter intentionem jubentis; & patet de ſacriſta, qui juſſus pulſare Campanas, tenetur obedire, etiam ſi exinde ſibi mortis periculum timeat, quia pulſare Campanas ſecundum ritum Eccleſiæ, non eſt ſupra Regulam: tùm item, quia alioquin Religio non eſſet ſibi ſufficiens in ſuccurrendo neceſſitatibus Religioſorum: etenim ſi tempore contagioſi morbi, licitum eſt Fratribus Sacris, è Conventu fugere, infirmis deſertis, abſque ſervitute, & remedijs; quis ſani capitis dicet, Religionem eſſe perfectam, & habere omnia neceſſaria ad mortem, & vitam?

2. Verùm *Rodriquez. to. 3. q. 31. ar. 3. Sanchez lib. 6. ſumm. cap. 2. n. 57. Peyr. de ſubdito, q. 1. cap. 11. verſ. dico ſecundò, & Pellizz. to. 1. Manual. tr. 4. cap. 4. ſect. 2. q. 9. n. 41.* excipiunt à deciſione prædicta illum Religioſum, qui eſſet valetudine admodum infirma, & eum cujus vita eſſet valdè utilis, vel neceſſaria communi bono Religionis, quia ſicut hos imprudenter exponeret Prælatus tanto periculo; eo fortius ſi alij adeſſent minus utiles, & neceſſarij: ità, & hi, illius imprudentiæ parere non tenentur, omnis enim lex humana, debet eſſe accommodata fragilitati humanæ; ad hoc ut cenſeatur juſta.

3. Nec reſolutioni prædictæ obſtat dicere, quod Obedientia non obligat, cum damno notabili ſalutis propriæ; nec cum damno notabili honoris, qui præfertur aliquando ſaluti *Portell. ver. Obed. num. 6.* quia hoc ejus dictum poterit habere locum, quando de per ſe, primò, & principaliter fieret præceptum ad mortem, ac infamiam, & ſimile malum: ſecùs quando primò, principaliter ſuperior præcipit ad aliquem actum virtutis; etſi ad tale præceptum concomitanter, ad per accidens ſequatur aliquod malū, ut dictum eſt; & patet de Rege præcipiente bellum ad defenſionem boni communis, & ad exercendum opus fortitudinis; & docet *Caiet. cit. loc. in reſponſ. ad primum in fin.* ubi ad intentum multa ingenioſè adunat, & egomet, modulo meo, *tom. 2. Prax. par. 3. tr. 10. de Poteſtate Prælat. quaſt. 14.*

4. Dixi *inſervire Religioſis ſuis*, quia ex voto obedientiæ non tenetur obedire Prælato præcipienti miniſtrare extraneis; niſi in caſu, quo deeſſent Parochi, vel alij; & tunc non vi dicti voti, ſed ex charitate, cum Religioſi ſint coadjutores Parochorum, tempore neceſſitatis, *ut ſupra dixi, & ſavet Lez. 1. p. ſumm. cap. 4. n. 19.*

5. Amplia, ut Religioſus, ob rationes prædictas, teneatur ex d. voto obedire Prælato præcipienti, ut eat ad commorandum in locis, aut Conventibus malis aëris, ſeù intemperie laborantibus; quia hoc eſt Regulæ conforme, & neceſſarium pro conſervatione locorum Religionis, excipe tamen caſum, quo ſubditus certò ſciret Prælatum, hoc ſibi præcipere, ſolùm ex odio, & mala voluntate ergà ipſum: quia tunc Prælatus abutitur ſua poteſtate, & conſequenter peccat: in peccatis verò ſubditus non tenetur obedire, *Peyr. de ſubd. q. 1. de obed. cap. 11. §. unic.* ubi ad intentum multa dicit, & ſequitur *Lez. cit. loc. n. 16.*

Quaſt. 24. Duobus Prælatis diverſa præcipientibus, cuinam ſubditus teneatur obedire?

1. S. *Raym. lib. 3. ſumm. tit. de ſententijs præcepti, &c. §. 4. & Syl. ver. obed. q. 10. num. 10.* ad intentum multa dicunt. Primò, quod ſi Prælati ſint diverſæ authoritatis; majori ſemper obediendum eſt, quando ſcilicet minor à majori dependet; nempè Patri Generali, omiſſo Provinciali, & huic omiſſo Priore; & ſic de alijs, & habetur expreſſè *in cap. quæ contra mores 2. diſt. 8.* ibi, *maior poteſtas minori ad obediendum præponitur*, & clarius *in cap. qui reſiſtit 97. cauſ. 11. qu. 3.* ibi, *ipſos humanarum gradus advertite, ſi aliquid iuſſerit Curator, nonnè faciendum eſt? tamen ſi contrà Proconſul. iubeat non utique contemnis poteſtatem, ſed eligis maiori ſervire? rurſus, ſi aliquid ipſe proconſul iubeat, & aliud Imperator, nunquid dubitatur,* illo

illo contempto illi eſſe ſerviendum? hæc ibi, quæ dixit *Auguſt. in lib. de natura boni, & replicat S. Thom. 2. ſent. diſtin.* 44. *in litera*, ubi quærit *an aliquando reſiſtendum ſit poteſtati*, ibi, *ſi illud iubeat poteſtas, &c. & repetit* 2. 2. *quæſt.* 104. *ar.* 5. *in corp.* ibi, *ſi quid iuſſerit Curator, &c.* fundamentum autem deciſionis poteſt eſſe; quia licèt Religioſus per votum obedientiæ teneatur obedire omnibus Prælatis ſuæ Religionis, reſpectivè tamen, nam etſi multi Prælati ſint in eadem Religione, adhuc tamen habent ſubordinationem ad invicem, ut major præſit minori, & hic illi ſubjiciatur, aliter confuſio magna foret inter Prælatos, & inter ſubditos, & perplexitas obediendi; ut eruditè diſcurrit *Suar. tom. 3. de Relig. lib.* 10. *de voto Obed. cap.* 11. *num.* 6. quapropter quando major poteſtas præcipit contra præceptum inferioris poteſtatis, cenſetur illius præceptum irritare ſeù ſuſpendere, & conſequenter ſubditi, non tenentur obedire *Sanct. Thom. cit. loc.* 2. 2.

2. Secundò ſi Prælati ſint in Religione in authoritate pares, quod raro occurrit; tunc obediendum eſt, vel ei, qui in ordine ad meliorem finem reperitur, vel ei, qui primò præcipit; vel ſi cætera ſint paria, ei cui voluerit morem gerere. *Peyr.* 1. *p. de ſubd. q.* 1. *c.* 7. *§. unic.* ubi pro ſe allegat *Hoſtienſem, & Toletum lib.* 8. *c.* 5. *n.* 9. *& alios.*

3. Tertiò, quod Monachus magis tenetur obedire Epiſcopo, quam Abbati in ſpectantibus ad diſciplinam Eccleſiaſticam; ſecùs in ſpectantibus ad Regulæ ſtatutum, ut conſtat *ex cap. nullus* 1. *& cap. ſi quis* 2. *diſtin.* 58. quod intellige verum, ſtante exemptione Regularium, à juriſdictione Epiſcoporum: ſecùs autem, ut *Sacra Congregatio declaravit* 27. *Iulij* 1655. *§. iuſſu Alex. Papæ VII. in reſponſione ad dubium* 4. ſibi factum ſuper Bulla Innoc. X. de ſuppreſſione quorundam Conventuum, ubi quæritur, *an Epiſcopus in eiſdē Conventibus ſuppreſſis ſe ingerere poſſit in his, quæ Regularem diſciplinam concernunt?*

Reſpondet, *poſſe, ſupple propter exemptionem deperditam, de qua re vide quæ dico infrà quæſt.* 27. *& ſeq.*

Quæſt. 25. *An Religioſi, ex vi voti obedientiæ, teneantur obedire Deo?*

1. ET dico, quod non; ſive Deus præcipiat per ſeipſum, ſive per Angelum, ſive quovis alio modo; quia, ut conſtat ex forma profitendi, Religioſus Magiſtro ſui Ordinis promittit obedire ſecundum Regulam, & liquet ibi, *promitto tibi Magiſtro Ordinis, & ſucceſſoribus tuis.*

2. Nec obſtat, quod in forma faciendi profeſſionem in noſtro Ordine, dicatur, *promitto obedientiam Deo, &c.* quia promittimus obedientiam Deo, non nudè, & abſolutè, ſed præcipienti per hominem, ut homo per hominem dirigatur in his, quæ ad perfectionem pertinent, ut docet *S. Th.* 2. 2. *q.* 186. *ar.* 5. *& ſequitur Suar. to.* 3. *de Rel. lib.* 10. *de voto obed. cap.* 11. *n.* 2. *& ſequent.*

Quæſt. 26. *An Regulares, ex voto Obedientiæ, teneantur obedire Papæ?*

1. AFfirmativè dic: in his tamen, quæ Regulam concernunt, tùm quia votum Obedientiæ per ſe primò, & principaliter fit Romano Pontifici, tamquam Dei Vicario, *Cardin. Caiet.* 2. 2. *q.* 88. *ar.* 12. *§. ad ſecunda quæſtionis evidentiam ad finem*, ac etiam tamquam Generaliſſimo omnium Religionum, eſt enim D. Papa Generaliſſimus omnium Religionum, Magiſter, & Princeps, ut dixi *tom.* 1. *Prax. p.* 2. *tr.* 1. *de Monaſter. q.* 20. *n.* 10. ſecundariò verò fit alijs Prælatis Religionis reſpectivè, nempè Generali, Provinciali, ac alijs ad invicem ſubordinatis; & patet ad ſenſum, tùm ex voluntate Papæ, qui cum approbet unamquamque Religionē, eamque ſpecialiter ſuſcipiat ſub ſua cura, & principaliter acceptet traditionem, votum, & promiſſionem Religioſorum profitentium, præſumitur velle ſibi principaliter fieri traditionem illam, & promiſſionem Obedientiæ, & ſecundariò alijs, licet hoc ſpecialiter in profeſſione non dicatur, tùm item ex intentione Religioſorum profitentium, qui cum intendant promittere obedientiam omnibus Prælatis ſuæ Religionis, à quibus regi poſſint juxta Regulam; intendunt eam primò promittere Papæ, cui ſubordinantur omnes alij Prælati, cùm tota poteſtas Prælatorum Regularum dependeat à Papa: quamobrem Religioſi tenentur obedire Romano Pontifici, non ſolum illa obligatione univerſali, qua tenentur omnes Chriſti fideles; ſed ſpeciali ratione voti ſcilicet Obedientiæ, circa Obſervantiam ſuæ Regulæ, eo modo, immò nobiliori modo, quo tenentur obedire proprijs Regularibus Prælatis.

2. Et eſt expreſſa ſententia *S. Tho. q.* 186. *ar.* 5. *ad tertium*, & liquet ibi, *obligantur tamen Summo Pontifici, nō ſolùm in ijs, quæ ſunt communia alijs, ſed etiam in ijs, quæ ſpecialiter pertinent ad diſciplinam Religionis*, & ſequuntur ibid. *Emin. Caiet. §. in reſponſione ad* 3. *ad finem*, ibi, *non obſtat, quod Religioſi in profeſſione ſua exprimunt ſe promittere obedientiam proprio capiti ſuæ Religionis; tùm quia hoc intelligitur ſalva capitis Eccleſiæ poteſtate, ac obedientia; tum quia hoc intelligitur in ſuo gradu; ita quod caput Religionis, eſt ſub capite Eccleſiæ promittendo obedientiam capiti ſubordinato, intelligitur promittere obedientiam principaliter capiti univerſali, cui illud particulare caput ſubordinamus*, hæc ille, & ſequuntur *Bannes* 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 10. *dub.* 6. *ad finem, Rodor. tom.* 1. *quæſt.* 22. *ar.* 6. *Suar. tom.* 3. *de Relig. lib.* 10. *de voto Obed. cap.* 11. *nu.* 13. *Sanchez lib.* 6. *ſumm. de voto Obed. cap.* 1. *n.* 8. *Fauſtus in Theſaur. lib.* 6. *de voto Obed. q.* 80. *in novis, Lezan.* 1. *p. ſum. cap.* 4. *de obligat. Regul. cap.* 4. *num.* 31. *& Pelliz. tom.* 1. *Manual. tr.* 4. *c.* 4. *ſect.* 4. *q.* 14. *num.* 120.

3. Nec exinde inferas; ergò Religioſus, qui aliquod Eccleſiæ præceptum violat, duplex peccatum committit, unum ſpeciale contra votum; alterum verò generale, & commune omnibus fidelibus, quia falſa eſt conſequentia; nam Roman. Pontifex prædicta præcepta omnibus fidelibus communia, non imponit, tamquam Generaliſſimus Prælatus Religionum, ſed tamquam ſupremum Eccleſiæ caput, undè fideles omnes æqualiter obligat, nec imponendo hujuſmodi præcepta exigit à Religioſis obedientiam ſibi promiſſam; ideoque Religioſus, qui omittit in die Feſto miſſam audire, unum tantùm peccatum committit, ſicut, & alij fideles; *Sanchez. cit. loc.* ſecùs autem ſi Papa ſpecialiter aliquid Religioſis præcipiat; quia cùm poſſit id præcipere, ratione voti Obedientiæ ſibi facti, judicandum erit de hujuſmodi præcepti tranſgreſſione, ſicut de violatione aliorum præceptorum Superiorum Regularium, *Fauſt. cit. loc.*

4. Dixi *in his tamen quæ Regulam concernunt*, quia revera, S. Papa, vi voti obedientiæ, non poteſt præcipere, niſi ea, quæ ſunt juxtà Regulam Religioſi voventis; quia debitum ſpeciale, quod habent Religioſi obediendi Pontifici, ultrà alios Chriſtianos, emanat à voto: ſed vovent obedire ſecundum Regu-

Digitized by Google

Regulam; ergo in vim voti præſtiti, non poſſunt ad aliud cogi; actus enim agentium, ultrà eorum intentionem nihil operatur, *Syl. ver. Religio. 6. q. 6. Peyr. de ſubdito q. 1. §. 1. Suar. & Pelliz. cit. loc.*

5. Sed adverte, quod Romanus Pontifex, non ſolum habet authoritatem dominativam, quæ emanat à voto Religioſorum. Verùm cùm gerat plenariè vicem Chriſti in tota Eccleſia; habet etiam plenitudinem Poteſtatis, & juriſdictionem univerſalem in omnibus ſpectantibus ad animarum ſalutem, & docet *S. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 12. ad 3. & in 2. ſent. diſtin. 44. poſt quæſtiuncul. 3. in expoſit. textus*, ubi dicit, *quod magis tenemur obedire Papæ, quàm Epiſcopis, vel Archiepiſcopis, quia Papa poteſtas, eſt quoddam Eccleſiæ fundamentum, à quo emanat omnis poteſtas ſpiritualis.*

Quæſt. 27. An Religioſi, ex voto Obedientiæ, teneantur obedire Sac. Congreg. Emin. Card. à Sixto V. inſtitutæ ſuper Regulares?

1. Affirmant *Thomas de Ieſu tract. 3. de viſit. Regul. cap. 17. num. 7. & Lez. 1. p. ſumm. cap. 4. num. 31.* & meritò; quia dicta Congregatio fuit inſtituta à Sixto V. in ſupremum, ac ſummum tribunal omnium Regularium, pro bono Regimine, & felici Gubernio eorumdem, ut conſtat ex ejus conſtit. incip. *Æterni Dei, quæ eſt 74. inter Bullas ejuſdem in Bull. Cherub.* quam Romani Pontifices ſubſequentes unanimiter confirmarunt: undè dictum tribunal cenſetur eſſe intrà ordinem, ac ſtante conſtit. prædicta, nobis omnibus poteſt præcipere authoritate ordinaria, dependenter tamen à Papa. Illa enim poteſtas dicitur ordinaria, quæ eſt à Jure, vel ab aliquo Privilegio perpetuo, ut conſtat, ex deciſis *in tr. var. quæſt.* quo fit: ut Regulares ad dictam Sac. Congr. tanquam ad tribunal Ordinis, indifferenter appellent.

2. Confirmatur, & magis declaratur, quia Papa inſtituens dictam Sac. Congreg. abſolutè potuit illi delegare poteſtatem præcipiendi Regularibus, non ſolum ex poteſtate univerſali juriſdictionis, quam habet ſupra omnes fideles: verùm etiam, ex poteſtate, quam ipſe Papa acquirit ex voto Obedientiæ ſibi à Regularibus præſtito, ut dictum eſt immediatè ſuprà; cùm utraque iſta poteſtas ſit delegabilis; ergò eodem modo, quo Regulares tenentur obedire Papæ, tenentur, cæteris paribus, obedire Congregationi prædictæ, uti Vicegerenti Papæ. Confirmatur; Religioſus, ex vi voti, tenetur obedire omnibus Prælatis ſuæ Religionis, ut dictum eſt ſupra; ſed prædicta Sac. Congreg. annumeratur inter Prælatos ſui Ordinis, ergò.

3. Hinc non approbo, quod dicit *Pelliz. tom. 1. Manual. tract. 4. cap. 3. ſect. 4. quæſt. 5. num. 107.* quod ſcilicet non conſtat de hujuſmodi delegatione; cùm ad intentum ſufficiat illa delegatio proveniens à dicta poteſtate univerſalis juriſdictionis, quia dum S. Papa conſtituit dictum Tribunal infrà Ordinem, cenſetur hoc feciſſe, non ut caput univerſalis Eccleſiæ, ſed tanquam Generaliſſimus omnium Ordinum, & ſic ex ſpeciali authoritate, conjuncta tamen cum univerſali, ſed quod fecerit hoc, vel illo modo, parum refert reſpectu Congregationis prædictæ; cui ſatis eſt poſſe cogere, & punire.

Quæſt. 28. An Regulares, ex vi voti Obedientiæ, teneantur obedire Legatis de Latere, ac Nuncijs Apoſtolicis?

1. Negativa deciſio liquet ex deciſis immediatè ſuprà, ubi dictum eſt, quod votum obedientiæ obligat Regulares ad obediendum, non cuicunque, ſed ſolùm Prælatis ſui Ordinis, & Papæ, uti Generaliſſimo Ordinis, ac dictæ Sacræ Congr. uti Prælatæ infrà Ordinem, legati autem à latere, & Illuſtriſſimi Nuncij Apoſtolici, non ſunt Prælati intrà, ſed extrà Ordinem, ut conſtat ex ipſorum litteris patentibus.

2. Sed adverte, quod quamvis Regulares non teneantur ex vi voti præfatis parere, adhuc tamen tenentur illis obedire, ob poteſtatem juriſdictionis, quam præfati Legati, & Nuncij Apoſtolici habent in illos à S. Papa, cujus tamen cancellos præterire non poſſunt.

Quæſt. 29. An Religioſi, ex voto Obedientiæ, teneantur obedire Sacro Collegio Cardinalium, tempore Sedis Vacantis?

1. Affirmativè dic, quia, eo tempore, Collegium Cardinalium ſuccedit in locum Papæ, ut praxis ipſa docet, & conſtat ex eo, quod Regulares ſubjecti immediatè Papæ, tempore prædicto, ſubſunt Apoſtolicæ Sedi; ſeù Collegio Cardinalium, Vicegerenti Papæ, *Peyr. tom. 1. privil. in privil. 2. Sixti IV. num. 41.* & hoc non aliunde, niſi, quia tunc temporis Collegium gerit Vicem Papæ, ergò in illo tempore tenentur parere S. Sedi, eo modo, & eadem obligatione, ſicut, & Papæ. Confirmatur, quia Sacrum Collegium Cardinalium in tali caſu cenſetur Caput, Princeps, & Generaliſſimus Magiſter omnium Ordinum, undè non placet contrarium, *quod Pelliz. defendit, tom. 1. Manual. tr. 4. c. 4. ſect. 4. q. 8. n. 111.*

Quæſt. 30. An Regulares teneantur, ex voto Obedientiæ, obedire Epiſcopo loci, in quo degunt, ſecluſo ipſorum exemptionis Privilegio?

1. Affirmat *Petrus Ledeſma, tom. 2. ſumm. tract. 10. cap. 7. num. 2.* quia ſecluſo Privilegio exemptionis, Epiſcopus eſt ſpecialis Prælatus Religioſorum ſuæ Diœceſis.

2. Negant tamen *Sanchez. lib. 6. ſumm. cap. 1. n. 12.* etiam ſtando in Jure Divino, tùm quia Regulares, quoad obſervantias regulares, non ipſi Epiſcopo, ſed Abbati promittunt Regulam obſervare; tùm etiam, quia Epiſcopus, ablato privilegio exemptionis, fit ſuperior Religioſorum ſuæ Diœceſis, ſicut cæterorum Clericorum, nempè quoad diſciplinam Eccleſiaſticam, non autem quoad obſervantias Regulares, ad quas ſolo voto tenentur, ergo.

3. Hanc item opinionem amplectitur, *Suar. to. 3. de Relig. lib. 10. de obed. c. 11. n. 17.*

4. Verùm mihi dicta opinio Ledeſmæ videtur valdè probabilis; tùm quia perempto privilegio exemptionis, etſi Regulares promittant obedientiam ſuo Abbati quoad obſervantias Regulares, ſubordinato tamen Epiſcopo loci, ut proportionabiliter dictum eſt ſupra de Papa; tùm etiam quia dempto exemptionis privilegio, Religioſi nullam habent juriſdictionem, niſi per Epiſcopum loci, nam niſi poteſtas eis communicetur immediatè à Papa, utique recurrendum eſt ad Epiſcopum loci, qui à Jure habet poteſtatem præcipiendi in tota ſua diœceſi, ad quod accedit

Digitized by Google

accedit declaratio Sacræ Congreg. quam habes *hic ſupra q. 24.*

Quæſt. 31. An Religioſi, ex voto Obedientiæ, teneantur obedire Vicario, vel Suppriori Monaſterij, exiſtente ibi proprio Prælato?

1. NEgativè dic, regulariter tamen loquendo, quia hi, ut aliàs dixi, non ſunt verè, & propriè Prælati Monaſterij, quibus ex voto obediendum eſt, tenentur tamen illis obedire, etiam ſub mortali, in materia gravi, ex alio capite, ut puta, ob poteſtatem corporalem, domeſticam & civilem, ſeu dominativam, quam præfati habent ſuper locales Fratres ſibi commiſſos, ut patet de Patre familias, & Magiſtro diſcipulorum, *qui enim poteſtati reſiſtit, Dei Ordinationi reſiſtit, & ſibi damnationem acquirit, ut dicit Apoſtol. ad Roman. 13. & docent Sanchez lib. 6. ſumm. cap. 1. numer. 22. & Suar. tom. 3. de Religion. cap. 11. de voto Obed. numer. 19.*

2. Dixi *regulariter loquendo*, tùm quia in hoc caſu magis ſtandum eſt proprijs conſtitutionibus, quàm communi juri: tum etiam, quia abſente vero Prælato Monaſterij, Supprior, ſive Vicarius proprij Prælati, quovis nomine nominetur, ſuccedit in ſpiritualem juriſdictionem illius, quoad facultatem diſpenſandi, abſolvendi, ac præcipiendi: etenim ex vi abſentiæ Prioris, Supprior remanet ordinarius Prælatus Monaſterij: unde poteſt illis præcipere in virtute obedientiæ, & ſubditi ex voto tenentur obedire; quia ipſorum Prælatus eſt: adverte tamen, quod abſentia Prælati, ad finem prædictum, debet eſſe ad minus, ultrà unum diem naturalem à ſuo Conventu, ut multis firmat *Naldus ver. abeſſe num. 11.*

Quæſt. 32. An Moniales, ex voto obedientiæ, teneantur obedire Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ Monaſterij?

1. REſpondeo affirmativè, nam Moniales illis Superioribus, ex vi obedientiæ, tenentur parere, quibus per tale votum ſe ſubjiciunt, ſive immediatis, ſive mediatis, ſive Regularibus, ſive non Regularibus: at per hujuſmodi votum regulariter loquendo ſe ſubjiciunt, non ſolum Papæ, verum etiam Prælatis ordinum, & propriæ Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, quoad obſervantias regulares, & Ordinario loci, ſaltem, quoad clauſuram: ergo, his omnibus tenentur obedire ex vi obedientiæ, reſpectivè; ac diverſimodè tamen, nam S. Papæ, Epiſcopo loci, ac Prælatis Ordinum tenentur obedire, non ſolùm ob promiſſionem, & ſubjectionem, quam habent ad illos; verùm etiam, ob illorum ſpiritualem juriſdictionem, quam habent ad ipſas; at Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ Monaſterij tenentur obedire, non ob illius juriſdictionem, ac poteſtatem ſpiritualem, quam in Moniales non habet, Jure ordinario, nec poteſt habere ob incapacitatem ſexus; niſi fortè ex delegatione Papæ, ut dictum eſt ſupra, & docet *Pellizz. 1. p. Manual. tr. 4. c. 4. ſeſſ. 4. q. 36. n. 143.* ſed ob poteſtatem domeſticam, ſeu civilem, ac dominativam, cujus eſt capax, & cujus virtute poteſt ſub mortali, in materia gravi, ipſis Monialibus præcipere, & hæ tenentur obedire, ut conſtat *ex deciſis in tract. de poteſt. Abbatiſſ.*

2. Objicies, Abbatiſſa non poteſt Monialibus ſubditis præcipere in virtute ſanctæ obedientiæ, ex quo non habet poteſtatem ſpiritualem: ergò nec eædem, ex vi voti obedientiæ, tenentur illi obedire: cùm præcipere, & obedire ſint conrelativa, in quorum uno diſpoſitum, cenſetur diſpoſitum, & in alio. falleris tamen ex inſufficienti diviſione poteſtatis: nam licèt Abbatiſſa, non ſit propriè Prælata Monaſterij, cum clavium poteſtatem non habeat, & conſequenter nequeat præcipere in virtute Spiritus ſancti, & ſanctæ obedientiæ; nec alijs cenſuris ſubditas ligare; adhuc tamen habet poteſtatem dominativam, ſeu domeſticam civilem, ortam ex traditione, & voto, ſeu promiſſione ſibi facta, in ſolemni voto ſubditarum, virtute cujus poteſt, ut dictum eſt, in re gravi, etiam ſub mortali ſubditis præcipere, exigendo ab eis fidem ſibi promiſſam, & eædem tenentur obedire, non ob poteſtatem ſpiritualem, cujus illa eſt incapax, ſed ob propriam obligationem, & promiſſionem illi factam, ut dictum eſt, & patet de laico; qui poteſt cogi ad obſervandum, quod promiſit, ut multis firmat *Sanch. lib. 6. ſumm. cap. 1. num. 22. Suar. t. 3. de Relig. lib. 10. de obed. cap. 11. num. 20.* & clariùs *t. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. cap. 12. num. 9. Tambur. de Iur. Abbatiſſ. diſp. 12. q. 5. n. 3. & Pellizz. in tract. de Monial. c. 4. ſect. 3. q. 8. n. 99.*

Quæſt. 33. An Regulares ex voto obedientiæ, teneantur parere Delegato à proprio Prælato, in eius tamen abſentia?

1. ET dico, quod ſic; Regulariter tamen loquendo: nam Prælatus Monaſterij, nempè Prior, vel Provincialis, eſt ordinarius Judex ſuorum ſubditorum, tam reſpectu juriſdictionis ſpiritualis, quàm reſpectu juriſdictionis domeſticæ, ſeu politicæ civilis. Utramque enim habet à Jure, ſeu ab officio Prioratus, vel Provincialatus; ergo utraque iſta poteſtas eſt delegabilis: aliter non foret poteſtas ordinaria; ſeu à Jure, ſed delegata ab homine, ut conſtat *ex deciſis tractat. var. reſolut. quæſt. 35.*

2. Dixi *regulariter tamen loquendo*; quia obedientia Religioſa ordinariè promittitur, non ſolùm Prælato, ſed cuicumque vices ejus tenenti: undè ad fœlix gubernium Religioſorum, promiſſio obediendi debet referri ad proprium, & Delegatum Paſtorem, ut benè advertit *Suar. t. 3. de Relig. lib. 10 de obed. c. 12. n. 18.* Verùm tamen ſi in aliqua Religion[e a]liter exprimatur, ſtandum eſt proprijs ſtatutis, m[axi]mè confirmatis à S. Papa.

Quæſt. 34. An Regulares ex Voto Obedientiæ, tene[antur] adimplere Præcepta à Prælato impoſita, exiſtent[e] illo extra Provinciam illius?

1. REſpondeo affirmativè: tùm quia Relig[ioſ]ſus per votum obedientiæ abſolutè ſe [ſub]jicit Prælatis ſuæ Religionis, illiſque ab[ſo]lutè promittit obedire. ergo parùm refert, q[uod] ſit extra territorium Provincialis: tùm etiam, [quia] Prælati Regulares, per votum obedientiæ, acc[ipiu]nt juriſdictionem in ordine ad perſonam pr[ofi]tentis, abſolutè, & ſecundum ſe, ubicunque fu[erit]: unde ſolet dici, quod votum obedientiæ inh[æret] oſſibus Religioſorum profitentium: tùm d[eni]que, quia Prælati Regulares, pro ipſorum terr[ito]rio, habent totum mundum, ideoque poſſunt [ſuos] Profeſſos ubique gentium exiſtentes, citare, in[car]cerare, & excommunicare, nullo habito reſp[ectu] ad proprium territorium, ut docent multi eru[dit]ſimi Canoniſtæ, quos ſequuntur *Syl. ver. exco[m.] 2. n. 15. dub. 4.* ubi quærit, utrum Prælati Epiſc[opis] inferiores habeant territorium: *Lez. 1. p. ſum. ca[p.] n.*

num.37. Pellizz. 1. p. Manual. tract. 4. c. 4. ſect. 4. num. 11. q. 13. & egomet. t. 2. Praxis p. 3. tr. 10. de pot. Prælat. n. 15. ubi ex multis oſtendo, quod votum obedientiæ inhæret perſonæ, illamque ſequitur, ut lepra leproſum.

Quæſt. 35. An Regulares, ex voto obedientiæ, teneantur parere Prælato excommunicato?

NEgativè dic: ſi tamen ſit publicè, ac notoriè excommunicatus, utpotè denunciatus, vel publicè Clerici percuſſor: ſecùs autem, quia in tali caſu caret juriſdictione in ſubditos; immo nec hi poſſunt licitè Superiori ſic excommunicato obedire, quia hoc eſſet cognoſcere in illo poteſtatem juriſdictionis, quam non habet, & communicare cum illo, quod non licet, *cap. nuper, & cap. ſi aliquando, de ſentent. excommun.* & docent *Lezana allegatus 1. p. ſumm. cap. 4. num. 38. & Pellizz. 1. p. Manual. tr. 4. c. 4. ſect. 4. q. 14. n. 1221.*

2. Verumtamen cùm multa crimina cenſeantur publica, & notoria, quæ de jure notoria non ſunt: abſolutè dicendum eſt, ſubditos nullo modo, quicunque illi ſint, poſſe ſe eximere ab obedientia ſui Prælati, prætextu excommunicationis; niſi præcedente declaratoria Judicis, per allegata *tract. variar. reſolut. quæſt. 85.* & docet *Megalius, 3. p. lib. 2. cap. 5. quæſt. 4. num. 50. cui favet Diana p. 5. tract. 9. de excomm. reſolut. 127.* duciturque ex eo, quod ſicut quando aliquis, ex legum diſpoſitione, eſt ipſo facto, bonis, & juribus ſuis, ob excommunicationem privatus, & fiſco bona, & jura illius ſunt applicata: executio de facto fieri non debet: niſi prius ſuper crimine fuerit declaratum, ut expreſsè dicitur *in c. cum ſecundum leges, de Hæret. in 6.* ità quando Prælatus eſt ſuo officio, ob excommunicationem, privatus, non debent ſubditi de facto illum ſuo jure privare; niſi prius per Judicem competentem fuerit declaratum, Superiorem illum in excommunicationem incidiſſe.

3. Objicies: ergò in uno tantùm caſu, tenemur excommunicatum evitare, nempè per Judicem competentem declaratum, & non alium: quod eſt contra Conc. Conſtantienſe, & Extrau. Martini V. quibus tenemur excommunicatum evitare in duobus caſibus, nempè Denunciatum, & publicè Clerici Percuſſorem.

4. Falleris tamen in conſequentia; quia tenemur etiam evitare publicè Clerici percuſſorem, in caſu, quo ejus percuſſio non poteſt tergiverſari, nec aliquo juris remedio juvari, *ut ibidem dicitur.* Undè ad claritatem facti, & ad occurrendum malitijs hominum, recurrendum eſt ad juridicam declarationem: non tamen nego, quia ſecretè Clerici percuſſor, ſit à ſcientibus ſecretè evitandus, & publicè Clerici percuſſor, ſit publicè evitandus; concurrente tamen qualitate prædicta, quod ſcilicet manifeſtum ſit, hujuſmodi Percuſſorem, nullam pro ſe poſſe defenſionem habere: quod meo videri, eſt de impoſſibilibus, moraliter loquendo, ut alias dixi.

Quæſt. 36. An P. Generalis, vel Provincialis poſſit eximere ſubditum ab obedientia ſui immediati Prælati?

1. DIcam de hac re latè in tractatu variarum reſolutionum, q. 48.

* *
*

Quæſt. 37. An D. Papa poſſit eximere quemcunque Religioſum ab obedientia inferiorum Prælatorum?

1. ET quidem poſſe conſtantiſſimum eſt, nam ſi hoc poteſt P. Generalis, reſpectu Prælatorum ſui ordinis, ex juſta tamen cauſa, ob ſuam ſupremam poteſtatē, ut liquet ex deciſis, *tract. var. reſol. quæſt. 48.* quantò fortiùs id poterit, & Papa, cum ſit ſupremus Prælatus omnium Religioſorum, cujuſcunque Religionis.

2. Quæſtio tamen eſt, an poſſit S. Papa dictam exemptionem ab obedientia concedere ſine juſta cauſa? affirmat *Suar. t. 4. de Relig. tr. 8. lib. 3. c. 11. n. 7.* illam tamen ſibi reſervando: tùm quia Papa habet plenitudinem poteſtatis ſuper omne jus poſitivum Eccleſiæ; tùm etiam, quia eximendo Religioſum ſubditum ab immediato Prælato, non facit illi injuriam, ſed utitur jure ſuo: tùm item, quia eximere ab obedientia inferioris Prælati, illam ſibi reſervando, non eſt diſpenſare in voto ſolemni obedientiæ, ſed obedientiam commutare, ſeu transferre ab inferioribus Prælatis, ad ſeipſum ſupremum Prælatum, & patet de Regulari in Epiſcopatum aſſumpto, cujus obedientia non extinguitur, ſed commutatur de ſuis Superioribus ad Papam.

3. Alij tamen dicunt, quod S. Papa poteſt ſine cauſa dictam exemptionē concedere validè, ſed non licitè: tùm quia Religio non debet, ſine rationabili cauſa, privari juribus ſuis, & dominio acquiſito ſuper his ſubditis; tùm etiam, quia ſicut non poteſt licitè Papa, ſine cauſa auferre ab una Religione omnia temporalia bona, & illa conferre alicui: cum hoc ſit contra juſtitiam commutativam: ita dicendum à fortiori de perſona Religioſa; quia non minus habet Religio dominium Perſonarum, quàm aliorum bonorum; tùm item, quia Papa non eſt abſolutè Dominus bonorum Eccleſiæ, ſed fidelis Adminiſtrator: ſed quidquid ſit de hoc reſpectu D. Papæ; non tamen approbo illud dictum *Pellizz. tom. 1. Manual. tract. 4. c. ſect. 4. q. 2. num. 165.* quod ſcilicet Pater Generalis poteſt, ſine cauſa, ob ſolam ſuam benevolentiam, ſubditum eximere à poteſtate inferiorum Prælatorum, ratione ſupremæ poteſtatis, quia hoc ejus dictum adverſatur juri communi, & ſpeciali; ut conſtat *ex deciſis in tract. var. reſolut. quæſt. 48.*

Quæſt. 38. An Generales Ordinum, maximè perpetui, eximantur à voto obedientiæ?

1. ET dico, quod non: tùm quia per officiū Generalatus, votū obedientiæ non extinguitur, ſed ſuſpenditur: & in aliquibus caſibus, per accidens impeditur, hoc eſt, ob defectum materiæ: quia ſcilicet P. Generalis interdum in Religione Superiorem non habet, & conſequenter in illo caſu deſinit eſſe ſubditus, *ut dixi tom. 1. Praxis, p. 2. tract. 8. de electis, qu. 50. num. 21.* & docet expreſsè *S. Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 8. in reſp. ad 3.* ibi, *hoc eſt per accidens, quod Epiſcopi Religioſi obedire Prælatis ſuarum Religionum non tenentur; quia ſcilicet ſubditi eſſe deſierunt, ſicut & ipſi Prælati Religionem; manet tamen adhuc obligatio virtualiter, ità ſcilicet, quod ſi eis legitimè aliquis præficiatur, obedire tenentur.* hæc ille: tum etiam, quia finito officio Generalatus, votum obedientiæ reviviſcit, ut prius erat, ante Generalatum: & eſtò, quod Pater Generalis ſit perpetuus: adhuc tamen poteſt abſolvi, & removeri ab officio: & dato, quod non abſolvatur, tenetur obedire Capitulo Generali, ut in Ordine noſtro; tùm denique, quia

Generalis ſive ſit perpetuus, ſive temporarius, ex vi voti obedientiæ, tenetur obedire D. Papæ, ut dictũ eſt ſupra: ergo nullatenus cenſetur per Generalatum ab obedientia abſolutus.

Quæſt. 39. An Religioſus teneatur obedire Prælato præcipienti, ut accipiat aliquod munus, ſeu officium intra Religionem?

1. Affirmativè dic: quandoquidem hoc eſt conforme Regulæ: immò de neceſſarijs ad cuſtodiam Regulæ, & regimen Religionis: unde poteſt ad hoc cogi, etiam per cenſuras, etiam ſi dubitet de ſua ſufficientia: *Petrus de Palude in 4. ſentent. diſtinct. 19. quæſt. 1. art. 1. & Sot. lib. 10. de Iuſt. quæſt. 2. art. 2. in reſponſ. ad 2. dub. 1. ibi, ſecus autem.*

2. Nec obſtat dicere, quod incapax, & indignus non tenetur obedire: quia hoc intelligendum eſt, de illo, qui eſt indignus ratione defectus, qui eſt irregularitas; tunc enim non debet obedire, niſi amoveatur impedimentum per diſpenſationem: ſed non habens hujuſmodi impedimentum, debet obedire, alioquin quilibet bonus, qui reputat ſe indignum, refugeret, & ſoli indigni promoverentur: qui igitur invitus, & coactus ſuſcipit officium prælaturæ, non habens ſufficientem ſcientiam, non peccat: ſecus ſi ſponte; & non coactus. *S. Anton. 3. p. ſumm. tit. 16. cap. 1. §. 9. de tribus votis eſſentialibus ad finem ver. ad prælaturam autem*, ubi hoc totum extendit ad Confeſſores.

3. Veruntamen *Syl. ver. Confeſſor. 3. num. 3. Medina lib. 1. ſumm. cap. 5. Navarr. in ſumm. cap. 4. num. 9. & 12. & mul. ucitatis, Sanch. lib. 6. ſum. cap. 3. nu. 11. limitant præfatum dictum S. Anton.* procedere, quando ſubditus eſt dubius: at quando eſt evidenter certus de ſua inſufficientia, & incapacitate, non tenetur obedire, quia in manifeſtè illicitis, & peccaminoſis, ſubditus non tenetur obedire, ut dictum eſt ſupra.

Quæſt. 40. An Romanus Pontifex poſſit præcipere Regulari profeſſo, ut Epiſcopatum accipiat?

1. Et quidem non poſſe ex vi voti Obedientiæ ſibi facti, certum eſt, quia hoc excedit Regulæ præſcriptum, ut atteſtantur multis citatis *Sanchez lib. 6. ſumm. cap. 2. num. 48. Peyr. de ſubd. q. 1. cap. 19. in fin. & conſtat ex deciſis hic ſupra quæſt. 26. & ſequent.* benè tamen verum eſt, quod poteſt hoc ei præcipere ex vi ſupremæ poteſtatis, quam habet à Chriſto Dominõ ſuper omnes Oves ſibi ſubditas, & ex vi hujus ſupremæ poteſtatis poteſt Regularem cogere acceptandum Epiſcopatum, cum tam cura totius Eccleſiæ, quàm poteſtas illam gubernandi, ſit pœnes Summum Pontificem: nam ſicut poteſtas civilis poteſt cives ad Reipublicæ munera capeſſenda cogere; *l. ſi Magiſtratum, C. de Decurionibus lib. 11. & toto titulo de excuſat. muner. in eod. lib.* Ità Summus Pontifex reſpectu Reipublicæ Eccleſiaſticæ, non ex voto Obedientiæ, ut dictum eſt, ſed tanquam unum de fidelibus, cum id judicat neceſſarium, pro communi bono Eccleſiæ, & hic pariter tenetur obedire, *Peyr. cit. loc. Rodor. 2. p. ſumm. cap. 9. numer. 6. in fin. Sanchez. cit. loc. num. 48. in fin. & Pelliz. tom. 1. Manual. tract. 4. cap. ſect. 3. quæſt. 14 num. 85.* & alij plures, qui hanc obligationem cognoſcunt in caſu neceſſitatis boni communis, quo caſu ad id tenerentur omnes alij Clerici; immo, & ſæculares; & ita venit intelligendus *S. Thom. 2. 2. quæſt. 185. ar. 2.* ubi ex multis oſtendit, quod non licet Epiſcopatum injunctum à Papa recuſare, & liquet ibi in corp. quia hoc repugnat charitati proximorum, quorum utilitati ſe aliquis debet exponere, pro loco, & tempore.

2. Ad quod facit *textus cap. vos autem 3. 16. q. 1. ac ſi quam operam veſtram Mater Eccleſia deſideraverit, nec elatione avida ſuſcipiatis, nec blandiente deſidia reſpuatis: ſed miti corde obtemperetis Deo; &c. nec veſtrum otium neceſſitatibus Eccleſiæ, præponatis, &c. & cap. ſcilicet 38. cauſ. 23. quæſt. 4. ibi, & tamen multi, ut Epiſcopatum ſuſcipiant, tenentur inviti, perducuntur, tunduntur, cuſtodiuntur, patiunturque volunt, donec eis adſit voluntas ſuſcipiendi operis boni, &c.* ex quibus clarè apparet, quod multi inviti pertrahuntur ad Epiſcopatum, tempore neceſſitatis, etiam non [illegible], & exindè colligitur, Romanum Pontificem Jure ordinario poſſe cogere quemcumque Clericum, ad regendam ſuam Eccleſiam; & præſertim ad providendum illi de neceſſarijs Paſtoribus, ad quod faciunt allegata, *per Suar. tom. 3. de Relig. lib. 10. de voto obed. c. 10. n. 20.*

Quæſt. 41. An Religioſus poſſit licitè acceptare Epiſcopatum, vel aliam dignitatem extra ordinem, ſine licentia ſui Superioris?

1. Negativa deciſio habetur expreſsè *in cap. quam ſit neceſſarium 18. q. 2.* ibi *ne ut Monachus ſine teſtimonio, & conceptione Abbatis ſui, in Eccleſia aliquem locum teneat, vel ad aliquem promoveatur honorem, & in cap. ſi Religioſus: 27. de elect. in 6* ibi, *ſi Religioſus, (cujus arbitrium, non ex ſua, [illegible] le, & nolle non habent, ſed ex illius, quem Vice Dei ſibi caput ſuum poſuit, & cujus imperio ſe ſubjecit, voluntate dependet) electioni de ſe, ad Prælationem aliquam extra ſuum Monaſterium, vel ſuam Eccleſiam celebratæ, ſine Superioris, qui dare ipſam valeat, non petita licentia, & obtenta, præſumpſerit conſentire, conſenſus ſic præſtitus non teneat, & in pœnam præſumptionis illius, electio eadem, ipſo facto, viribus vacuetur omnino*, hæc ibi, quibus adde, quod quamvis prædicta licentia poſſit concedi à Prælato Ordinis, ſive conſenſu capituli; ut ibidem dicit *Gloſſa in fine caſus*, & habetur expreſsè *in §. ſuo ſequenti*, quia verò, adhuc tamen poſt electionem obtinenda eſt, nam ſi antea dictum, & poſt illam contingat electionem fieri, nullius eſt firmitatis, ut dicitur *in Clem. ultim. de elect.* & ratio potuit eſſe; quia licentia data ad futuram electionem ambitioni viam parat.

2. Adde item, quod quamvis prædicta Jura loquantur de electione Regularium, extenduntur tamen ad Epiſcopatum, propter identitatem rationum, prout docent communiter Doctores, & præcipuè *Panorm. in cap. ſi Eccleſia veſtra 2. de elect. num. 16.*

3. An autem prædicta reſolutio locum habeat in electione ad ſummum Pontificatum, dato, quod Regularis, non Epiſcopus, nec Cardinalis eligatur in Papam? Reſpondet *Gloſſa d. cap. quam ſit neceſſarium ad ordinandum*, quod ſi Monachus ſit factus Papa invito Abbate, tenetur redire, & ſic prædicta pertinet electionem ad Papatum, eſſe irritam, & nullam, quia cum teneatur de alijs Juſtitiam facere, multò fortius de ſeipſo, quod Gloſſæ dictum plures Canoniſtæ amplectuntur: Verùm diſſentit *Suar. tom. 3. de Relig. lib. 10. de Obed. cap. 10. nu. 8.* tum quia *cap. ſi religioſus de elect. in 6.* nequaquam loquitur de Papatu; ſed de Prælationibus inferioribus [illegible] tu, nam Papatus non poteſt dici Prælatura extra monaſterium aliquod, vel Eccleſiam, ſed ſupra omnem Eccleſiam, & Religionem, tum quia ſub generali

li clauſula, non comprehenditur caſus tàm valdè ecialis, qualis eſt hic de quo agitur; tum item quia on invenitur aliquod aliud Jus, quo hujuſmodi nſenſus irritetur; ergò ex vi Juris prædicti, eleio prærecenſita ad Papatum, ob præfatam liitiam, non habitam, nullo modo poteſt dici rita.

4. Verumtamen hujuſmodi quæſtio vetus, quo Regularium electionem in Papam, jamdiù receſ: ab aula, quandoquidem Summus Pontifex neit eligi, niſi de Cœtu Purpuratorum; & non niſi cundum diſpoſitionem Conſtitutionis Gregor. V. incip. *Decet Romanum Pontificem*, quam confiravit Urb. VIII. in ſua Conſtit. 45. in Bull. Cherub. tom. 4. incip. *ad Romani Pontificis Prudentiam*, qui quippè Cardinales, etiam ſi fuerint Regulares, ſunt exempti ab omni obedientia Prælatorum ſui Ordinis.

5. Hactenus de voto Obedientiæ, cœtera verò vide, *tom. 2. p. 5. tr. 10. de Poteſtate Prælat. & tom. 3. tr. 1. de obligat. Regul. ad propriam Regulam*, & extende ad moniales cum ipſarum, ac virorum Religioſorum, Religionis votû ſit idem, & unum: dummodò tamen his, quæ dicuntur, ſexus, & propriæ conſtitutiones non reſiſtant.

TRACTATVS XVIII.

DE HORIS CANONICIS.

Quæſt. 1. *Hora Canonica, quid ſit, & quotuplex, & an recens in Eccleſia?*

1. Poſtpoſitis aliorum placitis, dico; quod Hora Canonica materialiter ſumpta, eſt officium, ſive munus divinum; hoc eſt, exercitium, tractans res Deo dicatas, inſtitutum à Sacro Canone pro Eccleſiaſticis perſonis, ad Deum ore laudandum, & publicè deprecandum in Eccleſia: vel dicas, quod eſt pars Officij Divini: nam omnes Horæ Canonicæ ſunt quaſi partes integrales, quæ componunt unum officium Divinum; vel clarius dicas, quod eſt actus proprius Eccleſiaſticorum, inſtitutus ab Eccleſia, ad finem prædictum, quæ quidem deſcriptiones colliguntur *à S. Ambroſ. tom. 4. in lib. de offi. 95*, ubi dicit, *quod officium dicitur, quaſi efficium, quia unicuique convenit ſuum efficere officium, vel ut quiſque illa agat, quæ nulli officiunt, Syl. & Tab. ver. Hora Canonica n. 1.*

2. Dixi *Hora, cum aſpiratione, & non ſine aſpiratione*; quia non derivatur ab oro, oras, ut quidam malè putarunt; ſed ab hora temporis, quæ eſt quotula pars certa temporis diei, vel noctis; ab Eccleſia præſcripta.

3. Dixi *inſtituta, ſeu munus inſtitutum à Sacro Canone*, quia tàm Ritus, ſeu modus recitandi horas, utpotè cum Pater noſter, & Ave Maria in principio, & cum Dominus Vobiſcum, & oratione in fine, quam illa compactio horarum, & pſalmorum eſt ab inſtitutione Eccleſiæ. Dixi *pro Eccleſiaſticis perſonis*; quia actus recitandi Laudes, & Preces Divinas publicè in Eccleſia, eſt actus proprius eorum, qui ſunt Deo dicati. Dixi *ad Deum ore laudandum*, ad differentiam orationis Mentalis, qua mente tantùm Deum laudamus. Dixi *ad Deum laudandum, & deprecandum, &c.* quia præcipua pars orationis eſt; Deum laudibus extollere: ſecunda verò Deo precibus placare, nè vindictam ſumat de peccatis noſtris; ſed nobis ſua beneficia conferat, ut eruditè docet *Sotus lib. 10. de iuſt. quæſt. 5. art. 1. concluſ. 1. & ſequen.*

4. Hora verò canonica formaliter ſumpta, hoc eſt, in ratione objecti, eſt actus quidam Religionis, aut obedientiæ, vel juſtitiæ, quo non ſolum Deus laudatur, ut ſupradictum eſt; verùm etiam deſiderium Eccleſiæ explicatur, & à Deo, & Sanctis petuntur res decentes, juxta ejuſdem Eccleſiæ præſcriptũ; prout eleganter docet *S. Thom. 2. 2. quæſt. 83. ar. 2.* ubi mirificè de effectibus orationis, *& ibid. Card. Caiet.* quos multis allegatis ſequitur *Martin. Bonac. t. 1. de horis canon. diſp. 1. q. 1. p. 1. n. 1. & ſeq.*

5. Horæ canonicæ, ſecundum communiorem, & veriorem ſententiam, ſunt ſeptem, nec plures, neque pauciores; nempè Matutinum, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, & Completorium: tùm quia ità dicit *David Propheta in Pſalmo 118.* ibi, *ſepties in die laudem dixi tibi*, ubi dies pro naturali die accipitur, qui eſt vigintiquatuor horarum; & ſic noctem etiam includit. Cum autem ibidem dicit, *media nocte ſurgebam ad confitendum tibi*, diſtinguit ipſas horas in diem artificialem, & noctem, hoc eſt, diſtinguit Matutinum, quod ſolvitur in nocte à cœteris Horis Canonicis; quæ ſolvuntur in die; prout atteſtantur Doctores infrà citandi; tùm etiam, quia Horæ Canonicæ, non ſunt plures, nec pauciores, quam ab Eccleſia inſtitutæ, quandoquidem horæ hujuſmodi ſicut habent ab Eccleſia inſtitutionem, ità & ab eadem habent numerum, & diſtinctionem; ſed ità eſt, quod Eccleſia Romana ſeptem tantùm inſtituit horas, quas proprio nomine nominavit, ut ſuprà *in cap. Presbyter. 2. diſtin. 91.* ibi, *Presbyter Matutinali officio expleto, penſum ſervitutis ſuæ, canendo Primam, Tertiam, Sextam, Nonamque ſolvat, &c.* quod item ſub eiſdem verbis replicatur *in cap. Presbyter 1. de celebrat. Miſſar. & reconfirmatur in Clem. Gravi 1. de celebrat. Miſſar.* ibi, *Horas Canonicas, &c.* ac item replicatur *in Clement. ſi Dominum 1. de Reliquijs, & Venerat. Sanctorum ad finem*, ibi, *qui Matutinali Officio, &c.* tùm item, quia ſic expreſsè colligitur ex Breviario Romano, ubi ſeptem Horæ Canonicæ numerantur, quibus accedit Concilium Cabilonenſe ſecundum ſub Carolo Magno celebratum, *in cuius cap. 59.* ſeptem tantum numerantur Horæ Canonicæ: ergò ſtante hujuſmodi determinatione Eccleſiæ, toties repetita, non eſt amplius dubitationi locus, tùm tandem quia ratio inſtitutionis prædictarum horarum, non poterit habere locum in alio numero, nam dictæ ſeptem horæ fuerunt inſtitutæ ab Eccleſia, ut dicantur ad laudandum Deum, pro beneficijs ſuis nobis collatis, inter quæ maxima ſunt, beneficium Creationis, quod expletum fuit ſeptem diebus, ut principio Geneſ. & beneficium Redemptionis, quod ſeptem horis quodammodò

Digitized by Google

modò peractum eſt, & beneficium Conſervationis Mundi, qui conſervatur per ſeptem ætates, quibus completis, terminabitur, & ob alia multa, quæ ſub numero ſeptennario complectuntur.

6. Hanc opinionem tenent *S. Anton. Archiepiſc. Flor. in 2. p. ſumm. tit. 9. cap. 12. de negligentia in Horis Canonicis, Ioann. à Turrecremata in cap. Presbyter. diſtinct. 91. & in expoſit. Regul. S. Benedicti tr. 73. Eminent. Caiet. in ſummula ver. Horæ Canonicæ, §. quoad ſecundum Syl. Tab. & Armill. eod. ver. numer. 1. Sot. lib. 10. de Iuſt. quæſt. 5. art. 1. poſt 5. concluſ. Gloſ. Clement. 1. de celebrat. Miſſar. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. de orat. cap. 6. de numero Horar. Canon. Hugo de Sancto Victore lib. 2. de Eccleſ. officio, Marcell. Francol. de tempore Horar. Canon. Fauſt. to. 3. lib. 1. de Horis Canon. q. 1.* & alij quamplures.

7. Dixi *ſecundum Communionem, & veriorem opinionem,* quia *Archidiacon. in cap. Presbyter diſtinct. 91. Navar. tom. 4. in comm. de orat. & Horis Canon. cap. 3. num. 27. Miranda tom. 1. Manual. q. 37. ar. 2. & alij plures, contendunt, Horas Canonicas eſſe octo, & non ſeptem:* Ducunturque tùm quia Horæ Canonicæ ſunt inſtitutæ exemplo veteris Populi Judaici, de quo *Eſdras lib. 2. cap. 9.* teſtatur, Judæos poſt liberationem à captivitate Babylonica octies in die laudaſſe Deum, quater in nocte, & quater in die; tùm quia *David in pſalmo* 118. non ſolum ait, *ſepties in die laudem dixi tibi:* ſed etiam, *media nocte ſurgebam ad confitendum tibi:* ergo præter ſeptem diurnas horas, ponitur oratio nocturna, tanquam hora diſtincta; ergo nocte, & die Populus ille octies laudabat Deum: tùm etiam, quia olim Laudes per ſe, ſeparatim à Matutino dicebantur, & noſtris temporibus in nocte Natalis Domini, dividuntur, & Miſſæ ſacrificium interponitur inter Laudes, & Matutinum: tùm demum, quia Matutinum, & Laudes habent propria initia horarum, nempè Deus in adjutorium meum intende, ac item proprios hymnos diſtinctos, & proprium capitulum, & alia, quæ ad integritatem horæ canonicæ requiruntur.

8. Hinc vides, quod tota ratio dubitandi, eſt, an Matutinum ſit hora diſtincta à Laudibus, ità ut utraque ſit per ſe integra hora; nam quod utraque ſit diſtincta à cæteris, clarum eſt: & quod non ſit hora integra canonica diſtincta, multis firmant præcitati Doctores; tùm quia Hymni, & Capitula, non ſunt de eſſentia Horæ Canonicæ, nec Domine labia mea aperies, nec Deus in adjutorium meum intende; & patet de Horis, quæ dicuntur in Cœna Domini, & duobus diebus ſequentibus, ubi dicto Pater noſter, & Credo, immediatè incipit Matutinum. Sic item officiantur horæ ſine Hymnis, & Capitulis; tùm item, quia Horæ Canonicæ in hebdomada Paſchæ dicuntur ſine Hymno, & Capitulo, ut liquet ex Breviario Romano: ergo non ſunt de eſſentia, ſed de ritu præſcripto ab Eccleſia. Undè rejicitur prædicta objectio de Miſſa, quæ in nocte Natalis Domini interponitur inter Matutinum, & Laudes, quia interponitur, non in ſignum diſtinctionis Horarum Canonicarum, ut prætendit pars adverſa: ſed ad laudandum Dei infinitam bonitatem ſpeciali modo in illa nocte nobis oſtenſam; unde ſicut ſibi complacuit, in illa nocte, ſe ſpeciali modo nobis oſtendere, ità & nos in illa nocte, ſpeciali modo eum laudare debemus; tùm item, quia quod Miſſa dicatur in illa nocte, eſt per accidens, & non per ſe, ut dictum eſt; lex autem reſpicit, quod per ſe fit, & non quod per accidens fit. Tùm tandem, quia hora canonica de Praxi Eccleſiæ, pro initio habet Pater noſter, & Credo, ut in Matutino, vel Pater noſter, & Ave Maria, ut in cæteris horis, & pro fine habet Dominus vobiſcum cum collecta, ut conſtat ex Romano Breviario. At Matutinum, non ità finit, nec Laudes ità incipiunt, ergo Matutinum, & Laudes, non ſunt duæ horæ canonicæ ad invicem diſtinctæ, ſed una hora: adeò ut ſi quis haberet privilegium à Papa dimittendi unam horam canonicam; abſque ullo ſcrupulo; poſſet dimittere Matutinum, & Laudes, quia nocturnæ præces, & laudes, faciunt unam horam.

9. Nec obſtat illud exemplum de Populo Judaico, quia in textu allegato Eſdræ, nihil dicitur de nocte, nec quod oratio erat nocturna, & quaterna; etenim ſic loquitur, *In die autem vigeſimo quarto menſis huius convenerunt filij Iſrael in Ieiunio, & in ſaccis, & humus ſuper eos: & ſeparatum eſt ſemen filiorum Iſrael ab omni filio alienigena: & ſteterunt, & confitebantur peccata ſua, & iniquitates Patrum ſuorum: & conſurrexerunt ad ſtandum, & legendum in volumine legis Domini Dei ſui, quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum tuum, &c.* hæc ibi, in quibus, ut vides, nihil dicitur de nocte. Nec item valet illa inſtantia deſumpta *ex Pſalm.* 118. quia, ut dictum eſt, ibi dies ſupponit pro die naturali viginti quatuor horarum, complectente ſcilicet diem, & noctem; nec pariter officit illa objectio de ritu, & praxi particulari quorundam Monachorum, quia nos loquimur de jure communi, & praxi univerſali, ſecundum Breviarium Romanum; unde benè dicit *Sotus in cit. loc. de Iuſt. immediatè ante ſolutionem argumentorum*, quod non ſunt audiendi, qui Matutinum à Laudibus ſeparantes octo connumerant, quod dictum non debuit diſplicere *Navarro loc. cit.* dicenti ſi prædicta omnia ſatis ponderare voluiſſet Sotus, non tàm abſolutè dixiſſet, non eſſe audiendos, qui dicunt, octo eſſe horas canonicas, tùm quia *Sotus ibi* ſatis ponderavit litis fundamentum, nempè Matutinum non eſſe horam à laudibus diſtinctam: tùm item, quia Ritus particularis cujuſvis Eccleſiæ particularis Monachalis, non poteſt præponderare Eccleſiæ Romanæ univerſali: & multò minus benè dicit *Miranda cit. loc. quod S. Anton. ubi ſupra, ſequitur opinionem Archidiaconi*, tùm quia ipſe non benè allegat loca; tùm quia *S. Anton. in 2. p. ſumm. loc. cit.* dicit, quod dies citata *in d. Pſalm.* 118. poteſt intelligi pro die naturali, & pro die artificiali, & quod ità notat Archidiaconus. Verum S. Anton. ibi opinionem Archidiacon. non ſequitur: *& in 3. p. ſumm. cit. loc.* abſolutè tenet opinionem communem, & dicit, quod Archidiaconus in Roſario tenet Matutinum ſeparari à ſeptem horis, cujus opinionem, nec ibi neque alibi ipſe ſequitur, nec loquitur intricatè, ut dicit *Suar. cit. loc.* ſed clarè, ac diſtinctè, ut ibidem eſt videre.

10. Hæ autem horæ canonicæ, quæ officium divinum componunt, fuerunt in Eccleſia ab origine naſcentis Eccleſiæ, & ante tempora Apoſtolorũ practicatæ; immò ab ipſo Mundi exordio, ut conſtat ex multis locis Sacræ Script. & primo *ex Daniel. 6.* ibi: *Ingreſſus domum ſuam, apertiſque feneſtris in cænaculo, contra Hyeruſalem, non ſemel, ſed tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat Deum, confitebaturque coram Deo ſuo, ſicut, & antea facere conſueverat, hac ibi*, inter quæ nota ly, *non ſemel, ſed tribus temporibus orabat*; & ly *ſicut antea facere conſueverat*: ergo mors orandi Deum in ſtabilitis temporibus erat antiquus apud Judæos. Secundò *ex Pſ.* 118. ibi *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, & Luc. 6. dicitur, Chriſtum pernoctaſſe in oratione Dei*: item

ex

Digitized by Google

ex *Pſal.* 91. ibi. *Ad annunciandum manè miſericordiam tuam.* Tertiò, *ex Act.* 1. *Apoſt.* ubi dicitur, *Apoſtolos hora tertia unanimitet oraſſe*, & quod in illa hora, Spiritus ſanctus illis apparuit. unde canit Eccleſia, *Nunc ſancte nobis Spiritus, &c.* Quartò. *ex Act.* 10. ubi dicitur. *D. Petrum circa horam ſextam aſcendiſſe, ut oraret*, item *Act.* 3. ubi dicitur, *Petrum, & Ioannem aſcendiſſe in Templum ad horam orationis nonam*, & tandem *ex pſal.* 54. ubi dicitur, *Veſpere, mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam, &c.* ex quibus, & ſimilibus locis manifeſtè apparet, officium divinum, non eſſe Papiſtarum inventum, ut perperam Hæretici garriunt, ſed divinum, aut ſaltèm divinitus inſpiratum, ut infra dicitur, ad inſtar eorum, quæ in ſacra Scriptura reperiuntur. *teſte Soto cit. loc.* ubi poſt 3. concluſ. veritatem catholicam validè propugnat, & Hæreticorum tela propulſat, & arcet.

Quæſt. 2. An inſtitutio prædictarum horarum, ſit de Iure divino?

1 NEgativè dic, quia licet officium eccleſiaſticum, ſecundùm ſe, & abſolutè ſumptum, quoad ſubſtantiam, ex revelatione divina fuerit in Eccleſia, ante tempora Apoſtolorum, ut liquet ex dictis immediatè ſupra: adhuc tamen quoad formam, partitionem, & numerum horarum, quam nunc habet, vel quoad præceptum, & obligationem illud recitandi, vel cantandi, eſt ex mera inſtitutione Eccleſiæ. *Sot. lib.* 10. *de Iuſt. q.* 5. *art.* 4. *ad argum.* 3. tùm quia contrarium hujus aſſerti, non poteſt colligi ex Sacra Scriptura, neque ex traditione Eccleſiæ, aut Patrum teſtimonio: ergo; tum etiam, quia appellantur horæ canonicæ, hoc eſt, horæ determinatæ, ac præſcriptæ à ſacro canone grecè, latinè Regula, & norma recitandi illos. tùm tandem, quia ità authenticè declaravit Pius V. in ſua Bulla de Romano officio, quæ extat in principio Breviarii Romani confirmati à Clemente VIII. & Urbano VIII. & liquet ibi, *Divini officii formula, piè olim, ac ſapienter à Summis Pontificibus, præſertim Gelaſio, ac Gregorio primis conſtituta, à Gregorio autem VII, reformata, ad priſtinam orandi Regulam conformata, revocatur, &c.* ergò inſtitutio hujuſmodi, & obligatio horarum, non eſt de jure divino, quia hoc nequit ab homine mutari.

2. Nec obſtat dicere, quod horæ canonicæ appellantur divinum officium, & conſequenter ſunt de jure divino; quia appellantur ſic, quoad ſubſtantiam ipſorum; non autem quoad formam, & modum recitandi illas: vel dicas, quod appellantur ſic, non à cauſa efficiente, quaſi quod talis forma, & compactio, ſeù connexio pſalmorum fuerit immediatè à Deo, ſed à cauſa finali: quia ſcilicet ſunt ab Eccleſia præſcriptæ, ad laudandum, & extollendum Deum.

3. Nec dices, quod *in pſal.* 118. dicitur *ſepties in die laudem dixi tibi*; ergo ſunt de jure divino, quia falleris in conſequentia; nam, ut eruditè docet *Syl. ver. hora canonica, q.* 81. *n.* 9. non omnia, quæ leguntur facta in Sacra Scriptura, dicuntur eſſe de jure divino; alioquin teneremur pugnare cum Golia, & Beſtiis, ſicut David fecit: ſed ea ſolùm dicuntur de jure divino, quæ ibi fieri precipiuntur, præcepto morali, & non judiciali, de quo *S. Thom.* 1. 2. *qu.* 103. ſed Ita eſt, quod in dicto pſalmo nihil dicitur de præcepto divino, ſed tantum exprimitur factum Davidis, quod nullam obligationem inducit, ergo: confirmatur; quia alioquin ſequeretur, omnes homines obligari ad recitandum horas canonicas: quod non debet dici: aliud ergo eſt, eſſe de jure divino, & aliud de hiſtoria divina. *Fauſtus de horis canonicis lib.* 2. *qu.* 3.

4. Hinc benè infertur, Romanum Pontificem poſſe in totum, vel in partem auferre obligationem recitandi dictas horas canonicas, ex quo ſunt de jure Eccleſiaſtico, ſuper quo Papa poteſt plenariè diſpenſare: quod nequaquam poteſt dici de Epiſcopo, nec de Superioribus Regularibus, quoad ſuos ſubditos, cum horum neuter, regulariter loquendo, ſuper jus commune Eccleſiaſticum habeat authoritatem. *Syl. cit. loc. & Azor.* 1. *p. inſtitut. lib.* 10. *cap.* 23.

Quæſt. 3. Quinam de iure teneantur dictas horas perſolvere?

1 ET quidem teneri omnes Clericos ſacris initiatos, certum eſt *ex c.* 1. *de celebrat. Miſſ.* ibi, *Presbyter manè, matutinali officio expleto, penſum ſervitutis ſuæ, videlicet primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperamque, perſolvat, &c.* & quamvis *in d. cap.* nihil expreſsè dicatur de Diacono, & Subdiacono: adhuc tamen comprehenduntur ſub nomine Præſbyteri, ut conſtat *ex c. de crimine* 2. 15. *qu.* 5. *& liquet* ibi *ne Sacerdotem Dei ulterius infamare præſumant*, ubi *Gloſa in ver. Sacerdotem*, ait, *hic Sacerdotem vocat Diaconum*, ad quod allegat, *c. ſi quiſquam* 2. *de cohabit. Clericorum, & Mulierum*, ubi dicitur, *ſi quiſquam Sacerdotum, id eſt, Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus, &c. ad quod Gloſa ibid. allegat alia iura.*

2. Amplia reſolutionem prædictam, etiam ad omnes Clericos, beneficium eccleſiaſticum habentes, etiam ſi ſint in minoribus. nam hi etiam obligantur ſub mortali officium divinum recitare, ut conſtat *ex cap. final. ſi quis Presbyter, diſt.* 92. ubi, habentur hæc præciſa verba: *ſi quis Presbyter, aut Diaconus, aut quilibet Clericus Eccleſiæ Deputatus, ſi intra Civitatem fuerit aut in quolibet loco, in quo Eccleſia eſt, ad quotidianum pſallendi officium, matutinis, & veſpertinis horis ad Eccleſiam non convenit, deponatur à Clero*, hæc ibi, in quibus plura advertenda ſunt. primo ly, *vel quilibet Clericus Eccleſiæ Deputatus*, ſupple, per titulum alicujus beneficii, ad hoc, ut ly *Clericus* videatur particula diſtincta à ly *Presbyter*, & ly *Diaconus*: & docent Doctores ibi ſcribentes: & colligitur ex textu, qui loquitur per illam diſtinctionem diſjunctivam (*Aut*) & confirmatur ratione: nam ubi Præsbyter, Diaconus, & Subdiaconus obligantur ad dictas horas ratione ordinis ſacri; Beneficiatus obligatur ratione beneficii adepti.

3. Secundo ly *deponatur à Clero*, quæ pœna depoſitionis, cum ſit graviſſima, obligat ad mortale ad quod facit *cap. final de reſcrip. in* 6. ubi dicitur, *quod beneficium eccleſiaſticum datur propter officium*: ergo ex beneficio emanat obligatio dicendi officium. Ad quod item facit *Concilium Lateranenſe celebratum ſub Leone X. ſeſſ.* 9. *in Bulla reformationis Curiæ Romanæ, c.* 9. ubi textus ità loquitur, *Statuimus quoque, & ordinamus, ut quilibet habens beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio, divinum officium non dixerit, legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciat, pro rata omiſſionis recitationis officii, & temporis: ſed eos tanquam iniuſtè perceptos, in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemoſinas, erogare teneatur.* hæc ibi, quod decretum innovavit, & declaravit *Pius V. in ſua conſtit. incip.* Ex *proximo Lateranenſi Concilio, Romæ* 12. *Kal. Octobris* 1571, de qua re, & Decreto videndi ſunt *Card. Caiet. in ſumm. ver. hora canonica*, §. 5. *Tab. eodem ver.* § 1. *&* 2. *Syl. eod. tit. q.* 2. *n.* 3. *dicto* 2. *Armill. ibid. n.* 1. *Sot. lib.* 10. *de iuſt. qu* 5. *art.*

art. 3. *Navarr. t.* 4. *de orat. & horis canon. c.* 7. *num.* 3. & *in Manual. c.* 25. *n* 97. *Suar. tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de horis, c.* 18. *Theſaur. de pœnis Eccleſ. p.* 2. *c.* 3. *Nicol. Garcias* 1. *p. de beneſic. c.* 5. *num.* 67. *Sanch. opuſ. lib.* 2. *c.* 2. *dub.* 63. ubi ampliat dictum Decretum procedere, etiam in Conjugato, qui ex privilegio obtinet penſionem Clericalem: item ampliat, ut procedat, etiam in habente penſionem, non excedentem ſexaginta ducatos, licèt non teneatur deferre habitum, *ex conſtit. Sixti V. quæ eſt* 31. *inter Bullas ejuſdem.*

Quæſt. 4. *An dicta obligatio recitandi Divinum Officium ſit de ſolo Iure Eccleſiaſtico, vel etiam naturali?*

1 ET dico, quod eſt de utraque ſimul; ſuppoſita tamen inſtitutione, & præcepto Eccleſiæ, ut beneficium detur propter officium: quod ſuppoſitum habetur expreſsè in *cap. quia per ambitioſam* 15. *de reſcriptis in* 6. & liquet ibi, *& officium plerumque (propter quod beneficium Eccleſiaſticum datur) omittitur, &c.* ubi *Gloſa in ver. datur,* inquit, *unde privatus officio, & beneficio privatus intelligitur, cum ſit eius ſequela, &c.* ad quod dictum allegat jura, quod eſt dicere, qui recipit beneficium, jure naturæ tenetur recitare divinum officium: unde obligatio prædicta non ſolum ex ſtatuto, & præcepto Eccleſiæ: ſed etiam ex juſtitia emanat; quandoquidem inter beneficiatum, & conferentem beneficium intervenit contractus innominatus, ſeu pactum ſaltem virtualiter, dò, ut facias, hoc eſt, do tibi beneficium, ut recites officium, ergo Beneficiarius, ratione pacti, ex juſtitia tenetur recitare officium; hinc *Concil- Lateranenſe ubi ſupra*, obligat beneficiatos, qui non dixerunt officium, ad reſtituendũ fructus beneficii, tanquam injuſtè perceptos, ut ibi dicitur.

2. Hanc ſententiam tamquam veriſſimam tenent *Card. Caiet. in ſumm. verſ. hora*, §. 1. *in medio*, ibi, *tenetur enim Beneficiatus ad officium divinum, quia ſtipendium habet Eccleſiaſticum. Syl. ver. hora, qu.* 2. *n.* 3. *dicto* 2. ibi, *unde ad illud ex iuſtitia tenentur, & ſtatuto Eccleſiæ, Tabiena eod. tit. qu.* 1. ibi, *Beneficiati tenentur non ſolum ex ſtatuto Eccleſiæ, ſed etiam ex obligatione iuſtitiæ, quantumcumque modicum ſit beneficium; etiam ſi ſit de Patrimonio*, quod intellige verum, ſi Patrimonium ſit factum beneficium, & *Sot. lib.* 10. *de Iuſt, qu.* 5. *art* 3. *poſt.* 2. *concluſ.* ibi, *cum ergo merces propter onus debeatur, & proprium onus Clerici ſit dicere officium, ſit, ut ex quacunque præbenda, naſcatur hæc obligatio.*

3. Hinc ſequitur, ut dictus Beneficiarius per alias orationes, aut pias operas ſuæ Religionis haud poſſit jam dictæ ſuæ obligationi ſatisfacere; cùm ejus obligatio ſit ad hunc determinatum effectum; nec item per alios Clericos, cùm ejus onus perſonale ſit; unde nequit per alios adimpleri; *Syl. ver. hora qu.* 2. *& Sot. cit. loc. multis allegatis*: ad quod item pariter ſequitur, Beneficiatum, qui nihil percipit de fructibus beneficii, ſi tamen per ipſum non ſtat, fructus percipere, non teneri ad recitandum divinum officium: quia ceſſante cauſa obligationis, ceſſat ipſa obligatio; *c. cum ceſſante de appell.* volo dicere, quod cum de Altari non vivat, nec Altari ſervire tenetur; qui enim non ſentit commodum fructuum beneficii, par eſt, ut non gravetur incommodo recitationis officii divini.

Caiet. cit. loco.

Quæſt. 5. *An Clerici non beneficiati, nec in ſacris conſtituti, teneantur divinum officium recitare?*

1 NEgativè dic; quia obligatio recitandi divinum officium emanat à ſacro ordine, vel à beneficio; à ſacro ordine quidem, quia, ut docet *S. Thom. quolib. art.* 7. ex hoc ipſo, quod Clericus initiatus ſacris, cenſetur aſſumptus ad laudes divinas, & conſequenter obligatus ad horas canonicas; ad quod facit illud *Iſaie* 42. *omnem, qui invocat nomen meum, in laudem meam creavi illum*: vel à beneficio, quia, ut dictum eſt ſupra, & expreſſè habetur in *c. final. de reſcriptis*, officium eſt ſequela beneficii: ergo antecedente ſublato, aufertur cõſequens ad illud, quibus omnibus accedit communis conſuetudo, de qua teſtatur *Armill. ver. hora canonicæ num.* 6. tenentur tamen de urbanitate ad aliquas orationes indeterminatè dicendum, cum in partem Domini ſint aſſumpti.

Quæſt. 6. *An præbendatus in duabus Eccleſiis, in die, in quo diverſum ſit officium in utraque Eccleſia, teneatur utrumque officium dicere?*

1 NEgativè dic: ſed tantum officium illius, in qua facit reſidentiam: ſed quid dicendum, ſi in neutra reſideat? & de per ſe tantum dicat?

2. Reſpondet *S. Thom. in quodlib.* 1. *art.* 13. quod debet dicere officium illius Eccleſiæ, in qua majorem dignitatem habet, non obſtante, quod in alia majus habeat emolumentum, cùm hoc ſit per accidens, & res ſpiritualis etiam minima præponderet temporalibus; ſed quid dicendum, ſi utraque ſit paris dignitatis? Reſpondet *S. Thom. cit. loc.* quod dicet officium illius, in qua fuerit præſens, ſi verò abſens fuerit ab utraque, dicet illud quod voluerit.

Quæſt. 7. *Religioſi profeſſi, in ſacris nondùm conſtituti, quonam iure teneantur divinum officium recitare?*

1 SUpponit unum quæſtio hæc, quod eſt conſtitutiſſimum, nempè Religioſos profeſſos, choro addictos, ſub mortali teneri ad recitandum divinum officium; quærit autem de jure, & cauſa obligationis: & meritò, nam cum obligatio dicendi officium ſit ab ordine ſacro, aut beneficio, ut dictum eſt; & hi non ſint in ſacris, nec beneficiati, ut ſupponitur; undè ergo obligantur ſub mortali divinum officium perſolvere?

2. Sunt qui dicunt, hos Religioſos teneri vinculo ſuæ Regulæ, at non ſatisfaciunt, nam non omnis Regula obligat ad mortale: immò Regula Dominicanorum, Minimorum, Jeſuitarum, & plurium aliorum, nec quidem obligat ad mortale, ſed ad ſolam pœnam. *Syl. ver. Hora, qu.* 2. *ſexto dicto*, ait, *teneri ex Iure canonico, nempè ex c. licèt, de voto.* Sed non convincit, quia illic ſolum habetur, quod ſi quis quid vovit, teneatur illud ſolvere. Religioſi autem tria tantùm eſſentialia vota vovẽt: in cæteris autẽ promittũt vivere ſecundũ ſuas conſtitutiones; ſed non omnes cõſtitutiones obligant ad mortale: ergo id quod prius. *Palud. in* 4. *ſent. diſt.* 15. *q.* 5. *art.* 1. *concluſ.* 4. *Tab. ver. hora, n.* 4. & alii plures dicunt obligari ad dictas horas canonicas ex naturali jure, ſeu ex lege juſtitiæ, quia aluntur, & vivunt ex bonis Chriſti fidelium, ſeù ex eleemoſynis ſibi datis; ac proindè ex juſtitia tenentur, pro his Deum deprecari.

3. Confirmatur, & magis declaratur: nam beneficiati tenentur ad horas, eo, quod recipiant bona Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiaſtica: ſed etiam hi Religioſi recipiunt ſubſtentationem à Monaſterio: unde poſſunt dici habere beneficium ſimplex, ut expreſsè dicitur *in cap. 1. noſtrorum conſtit. de offic. Eccleſiæ fol. 13. col. 4. ibi, item declaramus, quod ſicut Clerici ſeculares, qui non ſunt in Sacris, ſi ſint Beneficiati, tenentur, & obligantur dicere officium: ita, & quilibet Religioſus Clericus, qui ex eleemoſynis vivit, & ab ordine proviſionem victus, & veſtitus habet, tenetur de neceſſitate ſalutis, officium dicere: nec in hoc poteſt cum eo Prælatus diſpenſare: niſi fortè ſit Novitius; qui non eſt adhuc Religioni obligatus*: hæc ibi: quæ nec pariter convincunt in univerſim, tùm quia Eleemoſynæ his dantur à populo, non ſub pacto, ut horas perſolvant; alias etiam Converſi tenerentur ad horas; ſed gratis, & eleemoſynaliter: hoc eſt, abſque ullo onere, ſicut & cœteris pauperibus Reipublicæ, ad finem ſcilicet habendi à Deo retributionem hic, & in futuro ſæculo, tùm etiam; quia victus debetur Religioſis ex eo, quod totaliter Deo dicati ſunt in illa Religionis obedientia, ob quam oblationem, & promiſſionem habentur, ut filii Religionis, & perpetui ſervi, quibus alimenta debentur: non alio titulo, niſi ſervitutis perpetuæ, ut patet de illis, qui perpetuò ſerviunt Dominis temporalibus, vel hoſpitalibus, ut egregiè *Cardin. Caiet. in ſummula, ver. hora; §. 1. ad finem. & Sot. lib. 10 de iuſt. qu. 5. art. 3. poſt ſecundam concluſ. §. dubium de Religioſis.*

4 Unde *S. Ant. Archiepiſ. Florent. in 3. p. ſumm. tit. 13 cap 4. de horis*, dicit hujuſmodi Regulares teneri ad Divinum Officium Jure divino; & naturali pertinente ad divinum cultum, & Religionem, nam ſicut Clerici Sacri tenentur Divinum Officium recitare eo ipſo, quod initiantur ſacris per ea, quæ docet *S. Thom. quolib. 6. art. 7 & habes ſupra qu. 5.* ità Regulares ad chorum deputati, ratione profeſſionis, quia Religiones præſertim ad vitam contemplativam inſtitutæ, & per Eccleſiam confirmatæ non approbantur, & confirmantur ad orandum particulariter pro ſe tantùm; ſed etiam ad orandum pro univerſali utilitate fidelium; ac hujuſmodi autem orationem fiendam in perſona totius populi Chriſtiani, pro utilitate omnium, ſunt inſtitutæ ſpecialiter Horæ Canonicæ, ergo.

5. Hanc opinionem amplectuntur *Angel. ver. Hora, n. 3. in fin. Tab. cit. loc. num. 5. Rodor. 1. p. ſum. n. cap. 141. concluſ. 10. & tom. 1. qu. 42. art. 20. & Navar. tom. 4. de orat. & Horis Canon. cap. 7. num. 4. dicto quinto*, ubi dicit, hanc rationem Sancti Ant. convincere; quia verè, & realiter Religiones ab Eccleſia approbantur, & confirmantur, ut ipſarum profeſſi, non ſolùm pro ſeipſis orent; verùm etiam pro univerſali Eccleſia. & non, ut quales, quales; ſed tanquàm ejus fideles miniſtri: at orationes ordinariæ Miniſtrorum Eccleſiæ, ſunt Horæ Canonicæ, ergo.

6. Et ſecundum, *hoc S. Ant. dictum*, dicendum eſt, *cap. dolentes, de celebrat. Miſſar.* extendi etiam ad Regulares prædictos choro aſcriptos, non ob ſolam Religionis inſtitutionem: verùm etiam, & multò fortius, ob Eccleſiæ confirmationem, & addicationem ad chorum.

7. Verùm ratio aſſignata non omnibus placet, tùm quia profeſſio Religioſa, per ſè, & ex ſua natura, non ordinatur ad hoc miniſterium; ſed ad perfectionem Charitatis, quæ alia via, quam recitatione horarum acquiri poteſt, tùm quia profeſſio Religioſa ordinariè non obligat, niſi ad tria vota eſſentialia Religionis, nempe Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ juxta regulam: fieri autem poteſt, ut de recitatione horarum, nihil in Regula dicatur, ut patet de ordinibus militaribus, & de aliis, qui ordinantur ad corporalia opera miſericordiæ; tum itèm, quia reperiuntur plures Religioſi Clerici, qui non ad chorum, ſed exercitia literarum reperiuntur deputati, & patet de Jeſuitis, exindè clarè apparet, quod profeſſio Religioſa, non poteſt eſſe una communis ratio, ſufficiens ad finem prædictum.

8. Undè *Emin. Caiet. in ſummula, verb. hora §. 1.* loquendo de Religioſis profeſſis ait, *& certè, niſi conſuetudo illos obliget, non tenentur ex profeſſione, ſupple recitare*: ad hanc conſuetudinem, tamquam cauſam communem, ſufficientem, ac totalem, recurrunt, *Sot. cit. loco Armill. ver. Hora, num. 4. Bartol. Medin. lib. 1. inſtruct. Sacerd. cap. 14. Ledeſma tom. 2. p. 4. qu. 16. art. 4. dub. 6. Conradus p. 1. in reſponſis qu. 240. Azor. 1. p. inſtit. moral. cap. 6 qu. 2. Mirand. 1. p. Manual. qu. 37. art. 7. concluſ. 3. Sanch. tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 3 concluſ. 2. Fauſtus de Horis Canon. lib. 2. qu. 42.* & alii plures quos nominat, & ſequitur *Perſicus in tr. de Horis Canon. cap. 5. de obligat. dub. 23. num. 4. §. tertiò ſententia.* Horum omnium una & eadem ratio eſt; quia ſcilicet conſuetudo univerſalis, habet vim legis & privilegii, & conſequenter obligat omnes, nullo excepto.

9. Sed dices, conſuetudo non obligat ad mortale, niſi ex intentione legiſlatoris, ut dixi *tom. 1. prax. p. 1. tra. 1. de leg. qu. 22. num 5. & docet Syl. ver. Hora qu. 6* & patet ad ſenſum, nam non teneor ſub mortali, dicere Ave Maria, quando hæc pulſatur, nec ſuſcipere Cineres in capite Jejunii, & ſimiles, quæ tantùm piæ ſunt, & non præceptivæ, quo ergo modo ſcire potero, præfatam conſuetudinem recitandi Divinum Officium, obligare ad mortale, cum de ea *Caiet. ubi ſupra, dicat ſe nihil ſcire*, & ſequuntur *Armill. cit. loco Ioannes Medina c. de nat. qu. 7. propè finem, Paulac. in 4. ſentent. diſtinct. 15. diſput. 9. Ledeſma 2. tom. p. 4 qu. 16. art. 4. dub. 6.* & alii plures.

10. Reſpondeo, quod conſuetudo non obligat ad mortale; niſi ex intentione legiſlatoris, quam tamen communis opinio manifeſtat, *Syl. cit. loco*, ſed communis opinio Doctorum, jam manifeſtat prædictam conſuetudinem obligare ad mortale, inſtar conſuetudinis clericorum; ad quod facit declaratio jam dictæ Regulæ Fratrum Ordinis Prædicatorum, & Regula Minorum; & patet ex eo, quod Religioſi indifferenter ſe excuſant de mortali in Confeſſionibus Sacramentalibus, in caſu gravis omiſſionis officii, & docent unanimiter eruditiſſimi, ac pientiſſimi Doctores, *& maximè Sot. cit. loc. Navar. ubi ſupra, & alii infiniti, quos allegant, & ſequuntur Sanchez ubi ſupra, & Suarez. tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis Canon. cap. 17. num. 6*, ad quorum majorem claritatem vide, & conſidera, quæ infrà dico.

Quæſt. 8. Regulares in Sacris non tùm conſtituti, qui ex vi Regulæ, vel voti, ſpeciale præceptum non habent recitandi, an teneantur ſub mortali privatim Horas Canonicas recitare, ſi omiſerint choro intereſſe?

1. Gravis eſt illa quæſtio, circa quam, duæ ſunt extremę ſententię, una negativa, quam plures ſequuntur, & præcipuè *Bordon. 1. p. reſol. 30. num. 3. Petrus Marchantius in Tribunali Sacram. tom. 2. tra. 2. p. 2. tit. 3. ſect 19. Leſſius, in reſolutionibus caſuum Conſcientiæ, poſt D. Thom. ver. Horæ Canon. caſu 14. Marcus Vivald. in Arca Theologiæ, tit. de Horis Canonicis, & alii plures*, ducunturque ex multis. Primò, quia de Jure communi, nullum extat præceptum Religioſis recitandi Divinum Officium privatim, neque in *cap. dolentes de celebrat. Miſſar.* fit aliqua mentio de Regularibus, *neque in Clem. 1. eod. tit.* ſed

ſed aliundè ſupponitur, & præcipitur modus recitandi in Choro, at in pœnis non fit extenſio, ergo.

2. Secundò, quia præciſis. Jure communi, Regula, & præcepto Superioris, recurrendum eſt ad conſuetudinem; ſed data, & non conceſſa tali conſuetudine; adhuc tamen refertur ad chorum, & non ad recitationem privatam; ergò Religioſi non ſacrati, nec beneficiati, ſi fuerint extra chorum, non tenentur ſub mortali recitare. Confirmatur, quia *Card. Caiet. in ſummula ver. hora §. 1. dicit, ſe nihil ſcire de hac conſuetudine obligante ſub mortali, & cum eo Armilla eod. ver. n. 4. & Medina de orat. tr. 6. ergò.* Tertiò, quia durum, & inhumanum foret, & periculoſum ſaluti animarum, velle defendere dictam conſuetudinem obligare ſub mortali, etiam extrà chorum, ubi Jus commune tacet, & regula ſilet. Confirmatur; quia conſuetudo regularis non cenſetur obligare pluſquàm Regula: eſt enim acceſſoria ad Regulam; ergò ſequitur naturam ſuæ Regulæ, ſed ita eſt, quod Regula, ut ſupponitur, non obligat ad mortale; ergò nec talis conſuetudo. Confirmatur, & magis declaratur, quia obligatio ſub mortali eſt valdè odioſa, ut dictum eſt; ac proinde non eſt præſumenda, niſi ubi neceſſitas cogit: ſed hic nulla cogit neceſſitas præſumendi, aut inducendi tàm gravem obligationem, quia ſicut ad diſciplinam regularem ſervandam ſufficit obligatio ad pœnam, & exactio pœnarum; ità etiam ad ſervandam hanc conſuetudinem.

3. Confirmatur, & magis declaratur, quia probabiliſſima ſententia eſt, poſſe obligationem ſub veniali fieri, etiam ſi materia ſecundum ſe ſit gravis, & capax obligationis ſub mortali, maximè quando juſta ratio ſubeſt, non imponendi majorem obligationem, ſed ſiſtendi intra limites culpæ venialis, hic autem juſtiſſima videtur eſſe ratio non imponendi, aut interpretandi majorem obligationem, quàm ſub veniali, adjuncta ſimul Regulari correptione: ſic enim abundè obtinebitur finis ſtatus Religioſi, & conſcientiæ eximuntur à tot infinitis ſcrupulis, & periculis peccati mortalis.

4. Verum tamen affirmativam ſententiam quam ſolam æſtimo veram, & fidelem, docent communiter Doctores, tum quia obligatio recitandi Officiũ Divinum, eſt onus perſonale profeſſorum, choro addictorum, quod ſequitur perſonam ubicumque fuerit, tùm etiam, quia obligatio recitandi in privato, eſt ſequela obligationis recitandi in choro; ergò ſequitur naturam illius, *l. eum principali ff. de Regul. Iur., & cap. acceſſorium, de Regul. Iur. in 6.* at Religioſi choro addicti, obligantur etiam ſub mortali recitare in choro, *ut liquet ex deciſis, & decidendis, qu. 25. & ſequent.* ergò, & in privato, quod eſt ſubſequẽs ad illud. Tùm etiam, quia Religioſi Clerici per profeſſionem ſolemnem, approbatam à Sancta Sede fiunt Miniſtri, deputati ab Eccleſia, ad Deum orandum, nomine totius Eccleſiæ, pro cultu, conſervatione Eccleſiæ, ac pro communi utilitate omnium fidelium; & ſunt tales tàm in choro, quàm extrà chorum, quandoquidem etiam recitantes privatim, ſunt publici Miniſtri Eccleſiæ; ergò de per ſè, primò, & principaliter tenentur officium recitare, quod correſpondet ſuo muneri publico, ſive in choro, ſivè in privato, parum refert, cùm hoc ſit per accidens, quod reducitur ad per ſe.

5. Confirmatur, quia perſolvere Divinum Officium privatè; officium publicum eſt, quia fit authoritate publica, nempè Pontificia, obligante ad orandum pro toto populo Chriſtiano: niſi enim accederet authoritas Papæ, non dicerentur miniſtri publici Eccleſiæ, nec tenerentur ad recitandum Horas Canonicas, *Suarez tom. 2. de Relig. tr. 4. l. [illegible] 22. num. 12. Garzias de benef. 1. p. cap. 2. num. [illegible] Fauſtus de Horis Canonicis lib. 2. qu. 21.* tum item tenetur ad officium recitandum ex univerſali conſuetudine Eccleſiæ, obligante Miniſtros Eccleſiæ ſub mortali. quod autem hæc univerſalis conſuetudo ſit præceptiva, & vim habeat legis obligantis ſub mortali, patet tum ex communi ſenſu Doctorum, quibus in moralibus ſtandum eſt, cum quis raro benè loquatur, cum contra omnes loquitur; ut dicit *[illegible]dus, conſil. 112. in l. 2,* undè loqui contra communem ſententiam Doctorum, temerarium eſt, tum etiam conſtat ex illis quatuor conjecturis, quas de mente omnium Doctorum, refert *Bonacin. diſp. 1. de [illegible] qu. 1. p. ult. §. 3. num. 21.* ad cognoſcendum, quando conſuetudo inducta ſit ex obligatione ad mortale, & quæ ex devotione, & pietate: quarum prima eſt, ſi ſuperior puniat, aut arguat aliter facientes, Secunda, ſi populus graviter ſcandalizaretur, ob violationem dictæ conſuetudinis. Tertia, ſi materia illius multum conferat ad bonum commune. Quarta denique ſi conſuetudo ſit majoris partis communitatis, quæ quippè omnes concurrunt in caſu præſenti, nam ſuperior, immò regula punit hujuſmodi tranſgreſſores, populus graviter ſcandalizatur ſi videat Religioſos profeſſos choro addictos, nullatenus Divinum Officium recitare, commune bonum religionis intrinſecè læditur; & denique omnes timoratæ conſcientiæ tenent concluſionem prædictam, ergò.

6 Confirmatur; nam omnes jam dicti, licèt non ſint ſacris initiati, adhuc tamen in Confeſſionibus Sacramentalibus ſe accuſant de culpa mortali, a ſe commiſſa, ob prætertitionem Divini Officii, aut notabilis partis illius, ergò.

7. Hinc faciliter retunduntur objecta, ut immediatè *infrà qu. 9.* & vera ſententia confirmatur, quam docent noviſſimè infinitis allegatis, *noſter [illegible] in reſponſis caſuum Conſcientiæ 1. p. qu. 240. [illegible] de monial. cap. 6. qu. 6. num. 12. & tom. 1. manual. tra. 5 cap. 8. ſect. 2. qu. 1. num. 52. Lezana 1. p. ſumm. cap. 12. num. 3. Diana 2. p. tra. 12. de horis, reſol. 17. & p. 6. tr. 8. Miſcell. reſolut. 12. & p. 7. tr. 11. Miſcell. reſolut. 4. & p. 9. tr. 6. Miſcell. reſolut. 7. & p. 10. tr. 11. Miſcell. reſolut. 3. & Doctiſſimus Verricellus p. 1. moral. tract. 8. Miſcell. qu. 58. num. 15. & ſequent.* ubi ſummatim plura tangit.

Quæſt. 9. Moniales choro addictæ, quæ ex vi Regulæ, vel voti ſpeciale præceptum non habent recitandi, an teneantur ſub mortali privatìm Divinum Officium recitare, ſi deſtiterint eſſe in Choro?

1. ET quidem de monialibus dicendum eſt; ſicut de Regularibus Clericis dictum eſt, hoc eſt, ſub mortali teneri ad recitandum Divinum Officium, in choro, vel privatim, tùm quia etiam moniales recitant nomine totius Eccleſiæ, & cenſentur deputatæ ad publicè orandum ſicut Clerici, & alij Regulares, *Suar. tom. 2. de relig. [illegible] 4. [illegible] 9. n. 7.* tum etiam tenentur ex vniuerſali Eccleſiæ conſuetudine obligante ſub mortali, ut liquet, ex [illegible]ſis, *& docet Navar. in ſum. c. 25. num. 97.* tùm etiam, quia *Clem. gravi de celebrat. Miſſarum*, quæ ſupponit obligationem Divini Officii ſub mortali, abſolutè loquitur de Regularibus, ſub quorum nomine veniunt moniales, *& cap. dolentes 9. eod. tit.* comprehendit etiam Prælatos monialium; ſivè Prælatas earundem; tum item, quia moniales per ſolemnem profeſſionem approbatam à Sancta Sede, æqua lance depu-

deputantur choro exceptis tamen iis, quæ repugnāt ſexui, vel propriis ſtatutis; ergò una, & eadem lege ligantur choro intereſſe, vel privatim recitare; tùm tandem; quia hoc firmat univerſalis praxis monialium, ſe in confeſſionibus accuſantium de mortali in caſu poſito.

2. Nequè obſtat dicere, quod aliqui Doctores graves ſuſtinent, moniales non teneri extrà chorum recitare Horas Canonicas, tùm quia in re morali, tàm gravi, non licet diſcedere à receptiſſima ſententia, præſertim ſi ex Jure Canonico deſcendat, ut in caſu noſtro, *Suar. lib. 7. de ligib. c.* 8. *n. 7.* vel ſi deſcendat ex univerſali conſuetudine Eccleſiæ, *Pelliz. de monial. c. 4. qu. 7. num.* 14. *ad fin.* tum etiam, quia ut ſententia aliqua ſit practicè probabilis, non ſufficit multitudo Doctorum, maximè in re morali, quæ multum poteſt urgere contrà bonos mores, ut benè advertit *Suar. lib. 2. de diebus Feſtis c. 14. num. 2. & egomet multis firmo in tr. variar. reſolut. de opinione probabili*; ſed requiritur ratio intrinſeca, & fundamentum probabile, quod deſideratur in hac opinione contraria, omnis enim probabilitas extrinſeca reducitur ad probabilitatem intrinſecam, nempè ad rationem, qua deficiente, cadunt Doctores.

3. Nec item nocet dicere, quod conſuetudo regularis acceſſoria ad Regulam, non poteſt obligare pluſquam regula, quia hujuſmodi conſuetudo dicendi Officium Divinum, non eſt acceſſoria ad monachales regulas particulares, ſed eſt præambula ad regulas, univerſalis, & Eccleſiaſtica, firmata authoritate Pontificia, *in d. Clem. 1. de celebrat Miſſ.* ubi ſupponitur obligatio recitandi officium, & ſuperadditur præceptum de modo recitandi; & *in d. cap. dolentes eod. tit.* & rationabiliter fuit introducta talis conſuetudo, tum ob commune bonum totius Eccleſiæ, nempè Religioſorum, & ſæcularium, tum etiam ad Dei gloriam, & honorem, uti ſacrificium laudis, tum item ad ornamentum, & decus Eccleſiæ Dei; non ergò oportet recurrere ad Regulam particularem, ubi clamat lex univerſalis prævia, & præambula, ſeu antecedens omnem Regulam particularem.

4. Nec dices, quod Religio Jeſuitarum, Illuſtriſſima Religio eſt, ſicut, & illa Commendatorum, & tamen carent choro, quia & ſi hæ ſint choro carentes, ſunt tamen aliis exercitiis, pluſquam aliæ abundantes, & conſequenter fit recompenſatio, non ſine magno lucro animarum, Dei honore, & populi edificatione.

5. Hinc opinio contraria; etſi noſtro Conrado, in reſponſis caſuum conſcientiæ 1. *p. qu.* 240. videatur probabilis: mihi tamen videtur omni probabilitate carere, nè dicam, quod ſit temeraria contra communem, ſcandaloſa, & odioſa ſaluti animarum hanc meam opinionem tenent *Sanchez in opuſc. lib. 7. cap. 2. dub. 3. num. 6. Reginaldus lib. 18. num.* 140. *Pelliz. loc. cit. de monial. & tom. 1. manual. tr. 5. cap. 8. ſect. 2. qu 1. num.* 52. & quamvis, *Diana in p. 9. tr. 6. Miſcell. reſolut. 7. §. denique* noluerit huic cenſuræ ſubſcribere; adhuc tamen ſe tacitè ſubſcripſit *in par. 10. tr. 11. Miſcel. reſolut. 45. §. & quidē*, ubi in fine referens opinionem Sà, *ver. Horæ Canon. n. 1.* ubi opinionem negativam dicebat eſſe probabilem, *ſubdit*, quod Reverendiſſimus Magiſter Sacri Palatii, in editione Romana correcta, abſtulit illa verba *(quod etſi probabile,)* undè in editionibus expurgatis, amplius non invenitur, *ad quod facit Bulla Leon.* 10. qua Camaldulenſibus Clericis in ſacris minimè conſtitutis, conceditur licentia, ut tempore occupationis ſibi impoſitæ ac eorum Prælatis, poſſint abſque peccato abſtinere à recitatione privata Officii divini, ſi fortè in choro propter occupationem non fuerint: quod item conceſſit *Clem. VII. monialibus S. Claræ*, & hoc non aliunde; niſi quia Romanus Pontifex, ut dictum eſt, ſupponit, prout ſuppoſuit *in d. Clem. I. de celebrat. Miſſar.* Religioſos Clericos, & moniales choro deputatos, ſub mortali teneri divinum Officium recitare in choro, vel in privato, & refert *Rodriqu. tom. 1. qu. 42. art. 5. & Diana cit. loc. & Euſebius Herrera in deciſ. moral. de ſtatu Relig. dec.* 8.

6. Dixi *Choro addictæ*, quia Converſæ monialium, inſtar Converſorum Regularium, non tenentur recitare; quia non choro, ſed ſervitiis, & obſequiis deputantur.

7. Dixi, *quæ præceptum ſpeciale non habent* quia ſi ſpeciale præceptum in hoc habeant proùt ſunt moniales Dominicanæ, Sanctæ Claræ, Cappucinæ, & ſimiles, quæ virorum regulam ſequuntur, non eſt diſputationi locus, cum ſimus in deciſis.

Quæſt. 10. *An Religioſi Profeſſi, qui Converſi dicuntur teneantur divinum Officium recitare?*

1. ET dico, *quod non*; quia hi per profeſſionem, non ad chorum; ſed ad exercitia corporalia monaſterii recipiuntur, & deputantur, unde *Card. Caiet. in ſum. ver. horæ, §. 1. ad finem*, dicit, *de profeſſis Clericis ſi à conſuetudini: de converſis verò non dubites)* ſupple excludi à vinculo prædicto.

2. Nec dices, quod in eorum Regula præſcribuntur eis quædam orationes, pro Horis Canonicis; quia hoc non fit illis ex præcepto Eccleſiæ, ſed ex ſtatuto Regulæ. Undè tenentur ad orationes prædictas, non ut ad Horas Canonicas, ſed ſicut ad alia mandata regulæ; quod in meo Ordine eſt indubitatum, *diſt. 1. cap. 1. de officio Eccleſiæ ſub lit. D. fol. 13. col.* 3. ibi, *Fratres autem converſi, quia vocati ſunt ad officia corporalia, & ut in ſudore vultus ſui, veſcantur pane ſuo; ad prædicta non tenentur, ſed ſufficit eis audire Miſſam privatam ſine nota, & loco officii, ſua Pater noſter, & Ave Maria dicere, nec debent propter particulares devotiones opera corporalia dimittere, &c.*

3. Nec obſtat dicere, quod hi converſi vivunt ex eleemoſinis, ſicut cœteri Clerici; ergo ſicut, & Clerici tenentur benefactoribus compenſare, tùm quia hi aluntur, ut ſervitores Clericorum Monaſterii, abſque ullo onere officiandi; tùm etiam, quia per ſervitium exhibitum jam dictis Clericis, & eorum monaſterio, cenſentur benefactoribus compenſare; *Sylveſt. ver. hora, qu. 2. dicto ſeptimo*, ad quod allegat, *S. Thom. in opuſc. contra Relig. oppugnant, & Sotus lib. 10. de Iuſt. qu. 5. art. 3.* paulò ante ſolutionem argumentorum.

Quæſt. 11. *An Novitii teneantur Divinum Officium perſolvere?*

1. REſpondeo negativè: ſi tamen non ſint in ſacris, aut beneficiati: tùm quia ſublatis Ordine Sacro, Beneficio, & Profeſſione Religioſa; nullum aliud Jus poteſt aſſignari, quo poſſint cogi ad Divinum officium recitandum: tùm quia Novitii ſimplices, ordine ſacro excluſo, profeſſione, & beneficio, non ſunt verè Religioſi, nec ſunt in Religione irrevocabiliter, unde ſecundum omnes, in odioſis, & pœnalibus, non comprehenduntur ſub nomine Religioſorum.

2. Nec dices, quod aluntur ex eleemoſinis, tùm quia aluntur ſicut cæteri pauperes Reipublicæ, abſque ullo onere officiandi, ut dictum eſt de Converſis:

Digitized by Google

ſis: tùm etiam, quia aluntur quatenus ſunt in via ad profeſſionem religioſam habendam.

3. Nec replices, dicendo, quod gaudent privilegio canonis, quia etiam Clerici in minoribus conſtituti gaudent privilegiis Clericorum, & tamen ad divinum officium recitandum non tenentur. *Syl. ver hora, qu. 2. dicto 7. Sotus lib. 10. de Iuſtitia qu. 5. art. 3. in fin. Navarr. tom. 4. cap. 7. de orat. & horis canon. num. 23. dict. 16. & c. 21. num. 20. Graff. 1. p. deciſ. lib. 2. cap. 50. num 7. Azor. 1. p. Inſtit. moral. lib. 10. cap. 6. qu. 5. & P. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. de horis cap. 17. n. 2.*

4. Benè verùm eſt, quod ex urbanitate, & decentia, tenentur ad aliquot pſalmos, vel alias orationes; nè fortè inveniantur ingrati coram Domino, etenim qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum; ſaltem indeterminatè, *Syl. cit. loc. & in Roſa Aurea, tract. 3. caſu 19. de Noritiu.*

Quæſt. 12. An Equites, qui Commendatores appellantur, teneantur ſub mortali, illas orationes recitare, quas ſiqi Regula præſcribit, loco horarum canonicarum?

1. NEgat *Navarr. tom. 4. de orat. & horis canon. cap. 7. num. 22.* quia licet hi ſint verè Religioſi: adhuc tamen per profeſſionem Religioſam, non ad chorum deputantur: ſed tantùm ad militiam, nec eorum Regula ponit verba aliqua obligantia ſub mortali, ſed potius conſultiva, quæ non obligant ad mortale, ut dictum eſt ſupra de Converſis. Undè prædictum officium præſcriptum à Regula, non poteſt dici officium divinum, nec canonicum præceptivum, ſed religioſum conſultivum *Sanch. tom. 2. conſil. moral. lib. 7. cap. 2. dub. 5. concluſ. 1.* ubi concluſionem extendit, etiam Commendatores S. Joannis Baptiſtæ, qui ſunt verè Religioſi & in profeſſione vovent vota ſubſtantialia religionis, ſicut cæteri Religioſi.

Quæſt. 13. Religioſus ad chorum deputatus, nondùm tamen ſacris initiatus: ſi ex Privilegio Papæ, extrà clauſtra degat: an teneatur dictas horas recitare?

1. AFfirmat *Navarr. cit. loc. de orat. cap. 7. num. 22. & Suarez tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 17. num. 8.* etiam ſi hujuſmodi habeat privilegium vivendi in perpetuum extra Monaſteriũ: tùm quia onus recitandi officium eſt perſonale, unde ſequitur perſonam quocunque ierit: quamobrẽ, non recitans in choro, tenetur recitare privatim; tum etiam, quia per hujuſmodi diſpenſationem manendi extrà Monaſterium, non deſinit eſſe regularis: ergò.

2. Verumtamen *Sotus lib. 10. de iuſt. q. 5. art. 3. Azor. 1. p. inſtitut. moral. lib. 10. cap. 6. qu. 8. Bonacin. de horis canon. diſput. 1. qu. 2. pun. 2. num. 4. & Fauſtus de horis lib. 2. qu. 43.* tenent contrarium: tùm quia eo ipſo, quod Religioſus eximitur perpetuò à choro, fit liber perpetuò ab uſu ejus: etenim ſecluſis ſacro ordine, beneficio, & deputatione ad chorum, nullum jus, nullaque lex poteſt excogitari, qua Religioſus, de quo agitur, ſit obligatus ad recitandum divinũ officium; tum etiam, quia recitare privatè, eſt ſequela vinculi recitandi in choro: ergo ſublato vinculo recitandi in chorõ, aufertur perſonale vinculum recitandi privatim: tùm item, quia licet Religioſus per jam dictam diſpenſationem, non deſinat eſſe Religioſus, deſinit tamen eſſe Regularis choriſta; ergò non tenetur ad regulas religionis, in qua conſuetudo eſt recitandi officium ſociatim, vel privatim: ego verò dico, quod in caſu poſito, debet diligenter attendi diploma, & privilegium, quod prudenter ſolet concedi.

Quæſt. 14. Religioſus Choriſta, qui diſpenſationem habuit à Papa, ducendi vxorem, ad cuius effectum exiit de Monaſterio, & vxorem duxit: an teneatur divinum officium recitare?

1. ET dico, quod non: regulariter loquendo, quia in tali caſu, omninò deſinit eſſe Religioſus; quod autem hoc licitè fieri poſſit à Papa, in caſu ſaltem graui, & raro, latè dixi *in tra. de ſtatu Religioſo*, prout in facti contingentia pluries factum eſt, ad procreandum filios, nè ob defectum hæredum, perdantur propria Regina, aut veniant ſcandala, & populi riſſentur.

2. Dixi, *regulariter loquendo*: quia ſæpè ſæpiùs Papa ſolet in hujuſmodi diſpenſatione conditionem apponere, ut prole ſuſcepta, redeat in Monaſterium. Quapropter in his, & ſimilibus ſtandum eſt diplomati.

Quæſt. 15. An Religioſus Clericus fugitivus, vel eiectus de Monaſterio, teneatur divinum officium dicere?

1. ET dico, quod ſic, etiam ſi non ſit ſacris initiatus, quia culpa non debet ei patrocinari, nec libertatem conferre. *Navarr. t. 4. de orat. & horis canon. c. 7. n. 19. Azor. 1. p. inſtit. moral. lib. 10. c. 6. qu. 5. & Suarez t. 2. de relig. lib. 4. cap. 17. num. 9.*

2. Nec nocet dicere, quod eſt in ſtatu, in quo non eſt conſuetudo perſolvendi divinum officiũ: & quod non aliter à Monaſterio, tùm quia ſua culpa non eſt in Monaſterio, nec alitur ab illo, tùm etiam, quia per hujuſmodi ejectionem, & abſentiam à Conventu, non deſinit eſſe Monachus; ergo.

Quæſt. 16. An Religioſus ad remum damnatus, teneatur horas recitare?

1. AFfirmativa reſolutio conſtat ex *deciſis t. 1. Praxis p. 2. tr. 9. de Galeottis Religioſorum*: ſunt tamen, qui limitant præfatam reſolutionẽ, habere locum in Religioſo damnato ad triremes ad tempus: ſecùs in damnato in perpetuum, quia per hujuſmodi ejectionem perpetuam deſinit eſſe Religioſus. *Fauſtus de horis, lib. 2. qu. 47.* tu autem ſta in deciſis: tùm quia de raro, aut nunquam Religioſus abſolutè ejicitur de Monaſterio, ſed ſemper remanet ejus pars, & membrum, maximè hodiè, ob decreta S. Congregat. de Apoſtatis, & ejectis, quæ ſunt omninò obſervanda: tùm etiam, quia Religioſus, etiã perpetuò carceratus, tenetur ad horas, eo modò ſaltem, quo ſcit, & poteſt, aliter ex ſua iniquitate deferret commoditatem. Sed Galea, ſeu triremis correſpondet carceri; ergo. non deſinam tamen dicere, quod hujuſmodi miſerabilis poteſt excuſari, vel quia ei non vacat, vel ob quid ſimile; at nos loquimur, præſuppoſita vacantia. unde ſi Breviarium non habeat, ſe convertat ad tot Pater noſter, & Ave Maria, ſi voluerit infernales carceres evitare.

Quæſt. 17. An Religioſus choro deputatus, teneatur dictas horas recitare, ſi ex choro extrahatur, & fiat Converſus?

1. NEgat *Sotus lib. 10. de iuſt. q. 5. art. 3 poſt 2. concl. in §. dub. de relig. ad fin.* dummodò tamẽ non ſit in ſacris; tum quia ſtante extractione à choro, & excluſis ordine ſacro, & beneficio, non poteſt aſſignari jus aliud, quod Religioſum obliget ad recitandum divinum Officium; tum etiam, quia Converſus non tenetur Divinum Officium perſolvere, *ut conſtat ex deciſis*, ergò.

2. Hanc

Digitized by Google

2. Hanc Soti reſolutionem ego intelligo veram, quando choro adſcriptus deobligatur à choro, legitima, ac gratioſa diſpenſatione Papali; ſecùs autem, ſi extraheretur à choro, in pœnam ſuarum culparũ: quas ex ſua iniquitate deferret commoditatem.

3. Dixi *legit. diſpenſatione Papali*: quia non omnes admittunt, Prælatum loci ordinarium, poſſe Clericum ſibi ſubditũ abſolvere, & deobligare à choro perpetuò.

4. Nec quidem ad tempus: niſi ex legitima cauſa, ut infrà dicò; nec hujuſmodi detractio temporaria poteſt fieri à quovis Regulari Prælato, ſed tantùm à ſupremis, & ſummis, nempè Generalibus, & Provincialibus ordinum, per ea, quæ dixi *t. 2. Prax. p. 4. r. 14. de converſis, q. 19. & 20.* & docet *Navar. t. 4. de orat. & horis c. 21. n. 20.*

Quæſt. 18. Divinum officium ubinàm dicendum ſit?

Reſpondet *Gloſ. c. ſi quis Presbyter, ult. diſt. 92. in ver. deputatus*, quod quilibet Clericus, vel quomodocunque Eccleſiæ deputatus, tenetur recitare officium in Eccleſia: non in hac, vel illa, ſed in Eccleſia cujuſvis loci, in quo reperitur, quod dictum nullam patitur difficultatem, quo ad horas ſolemniter, & publicè recitandas. Hæ namque de præcepto dicendæ ſunt in Eccleſia, ad hoc enim conſtruuntur Templa, ut in eis in communi, ac ſolemniter celebrentur divina, ad quod facit *c. dolentes de celebrat. Miſ. & Clem. Gravi eod. tit.* nihil tamen obſtat, quò minus dictæ horæ poſſint alibi privatim perſolvi ab his, quibus locus non eſt in præcepto: nihilominus hi, qui privatim divinum officium perſolvunt, curare debent, ut etiam in Eccleſia recitentur tum propter devotionem loci, tùm propter præſentiam Corporis Chriſti, tùm propter reliquias Sanctorum, tum propter Angelos ibi aſſiſtentes, tũ propter ſocietatem Fratrum, vel Clericorum, tum tandem propter majorem diligentiam, quæ in officio dicendo ſolet ibi apponi, quàm extra, *Tab. ver. horæ n. 28.* vel ſaltem domi in loco honeſto, & devoto, ut tã egregium Religionis officium, Deo valeant exhibere: nam illud in foro, aut in vicis, more aliorum negotiorum ſæcularium præſtare, ultra quod attentio impeditur, vel deperditur, non habet illam honeſtatem, quam res pro ſua dignitate depoſcit: & additur quod perſolvere officiũ in loco turpi, inhoneſto, aut fœtido, non poteſt eſſe abſq; culpa, ob irreverentiã, quæ Deo infertur, *teſte Soto l. 10. de inſt. q. 5. n. 4. in fin.*

Quæſt. 19. An divinum officium ſit ſub mortali in choro recitandum?

1. Quod officium divinum recitandum ſit in choro Eccleſiæ, non cadit ſub dubio, tum quia dum officium, de jure communi, dicẽdum eſt ab his, qui deputati ſunt choro: ergò jus commune ſupponit chorum eſſe locum recitandi divinum officium: aliàs non deputaret hujuſmodi ad effectum recitandi in choro; tum etiam, quia divinũ officium inſtitutum eſt, non ſolum in utilitatem recitantium, ſed etiam, ut perſolvatur nomine Eccleſiæ per Miniſtros ejus ad utilitatem omnium fideliũ; & ad hoc ut fideles hujuſmodi recitationi intereſſe poſſint; ergo recitandum eſt in Eccleſia publicè, tanquã in loco publico, & cõmuni; pro cõmuni, & publica utilitate: aliàs non poſſent omnes liberè in loco convenire: & recitandum eſt in tali loco, ſub præcepto obligante ad mortale, ut conſtat ex *c. 1. de celebrat. Miſ. & c. dolentes, eod. tit.* ubi dicitur, divinum officiũ dicendum eſſe publicè in Eccleſia Dei, *Syl. ver. hora q. 2. n. 3. dicto 4.* & clarius *q. 10. n. 12. Sot. lib. 10. de inſt. q. 5. art. 4. poſt 3. concluſ. Navar. t. 4. de orat. & horis canon. c. 5 num. 11. & Suarez tom. 2. de Religione lib. 4. cap. 9.*

2. Quòd autem dictum præceptũ obliget ad mortale, *conſtat ex c. ult. diſt. 92.* ubi præcipitur, deponi Clericos, qui in Eccleſiam non conveniunt ad decãtandum divin. officium. Depoſitio autem ſupponit gravem, ac mortalem culpam: ergò dictum præceptum obligat ad mortale *Syl. cit. loc.* quapropter choro deputatus, ſi præſens ſit, & ſe, ſine juſta cauſa, ſubtrahit à choro, ut privatim in camera recitet officiũ non ſatisfacit, quia tenetur officiare in Eccleſia; niſi ſit legitime impeditus, & tunc dicat ubicunque potuerit, *Syl. cit. loc. qu. 2. & qu. 10.*

Quæſt. 20. An Regulares recitantes divinum officium in ſacriſtia, ſatisfaciant ſuæ obligationi pſallendi in choro?

1. Affirmative *Bonac. diſp. 1. qu. 3. p. 3. n. 3. de horis, Bordon. 1. p. reſolut. 30. qu. 13. n. 21. & Pellizz. t. 1. Manual. tr. 5. c. 8. ſect. 1. q. 24. n. 51.* ex cauſa tamen rationabili; & dummodò ſacriſtia ſolum communi muro dividatur ab Eccleſia, & moventur, tum quia recitantes in ſacriſtia, cenſentur recitare in Eccleſia: nam ſacriſtia eſt pars Eccleſiæ; tum etiam, quia Eccleſia per hoc non privatur illo honore, cum officium ad illã dirigatur. Hæc autem cauſa rationabilis recitandi in ſacriſtia, poterit eſſe aſperitas brumalis; item ſi chorus ſit occupatus, ut ſi ibi fabricetur, vel quid ſimile fiat.

Quæſt. 21. An Prælatus peccet mortaliter, ſi deſinat intereſſe choro, & cum aliis ſociatim officiare?

1. Affirmative dic: niſi juſtum impedimentum eum excuſet, quia prædictum præceptum de intereſſendo choro, ſtrictiori modo obligat ſuperiores, quam ipſorum ſubditos; tũ ad evitandũ ſcandalum, tum etiam, quia ad eos ſpectat ex officio curare, ut in choro divinum officium dicatur, *c. 1. de celebrat. Miſſar. & Clem. 1. eod. tit.* ad quod facit *Decret. Clẽ. 8. quod eſt primũ in decretis de refor. regular. ſub tali tenore.*

2. *Clemens Papa VIII. Nullus omninò prætextu cuiuſcunq; privilegii, vel ſuperioritatis, etiam Generalatus, à ſervitio chori cenſeatur immunis: niſi pro tempore, quo quis in proprii officii munere actu fuerit occupatus, cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus, Superiores iis tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, diſpenſare poſſint: idem quoq; præſtare valeant cum ægrotis, & ſtudiorum cauſa, legitimè impeditis, in eos verò, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, ſalutari pœnitentia, Superiores animadvertant ad præſcriptum regulæ, & Conſtitutionum, alimenti etiam, ſi opus fuerit, ſubtractione.* hæc ibi.

3. Hinc infertur, quod quamvis ſubditi peccent mortaliter, ſi ſine juſta cauſa omittant ſequi chorum per unam diem: adhuc tamen majus peccatum committunt Superiores omittentes ſequi chorum per idẽ tempus, ſine tamen legitimo impedimento: ut cõſtat *ex d. Clem. 1. de celebr. Miſſar.* ubi Ordinariis, Rectoribus, & Superioribus præcipitur, ut ſint ſolliciti & diligentiam adhibeant, ad hoc ut debitis horis convenienter divinum officium in Eccleſia dicatur.

Quæſt. 22. An Prælati Regulares peccent mortaliter, ſi abſque legitima cauſa, ſint notabiliter negligentes in frequentatione chori, & è contra frequentes in permiſſione exemptionis à choro?

1. Reſpondeo affirmative, tum quia ex præcepto juſtitiæ, ſeu ex officio prælationis, tenentur cuſtodire ſtatuta ordinis, obſervantiam eorumdem procurare, ac contrarias conſuetudines extirpare: aliàs non forent fideles cuſtodes obſervãtiarum Religionis ſibi commiſſæ; ſed ſpeculatores cæci, & canes muti, contra divina præcepta, ut liquet ex deciſis *t. 3. tr. 1. de obligat. regul. ad propriam regulam, quæſt. 26. & 27.* tum etiam, quia hoc probat *textus Clem. Gravi 1. de celebratione Miſſarum* ibi, *ſancimus*, ut

ut illi, ad quos id pertinet, &c. & infrà ibi, *ſi verò exempti ſuerint, aut alias circa hoc privilegiati, ſuperiores ipſorum (omni negligentia, vel incuria penitus relegata) circa reformanda præmiſſa, & eorum ſingula corrigenda, nec non, ut in Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis Eccleſiis, horis debitis, devotè pſallatur, ſi Dei, & Apoſtolica Sedis indignationem evitare voluerint*: hæc ibi, quæ verba importãt præceptum obligans ad mortale, *Peyr. t. 2. de Prælato q. 1. c. 4. §. 5. n. 123.* tùm item, quia certum eſt, tam ex jure communi, quàm ex Regula, & Conſtit. Pontif. Regulares teneri ad officium recitandũ in Choro, *ut conſtat ex ſupra deciſis*, & id tenentur Superiores ſub mortali curare, ut conſtat *ex d. Clem. Gravi 1. de celebrat Miſſ.* ergò eodem præcepto tenentur aſſiſtere, cùm & ipſi partes ſint communitatis, & capita. Unde tenentur aſſiſtere, non ſolum quatenus ſunt partes, ſed etiã quatenus capita, ratione boni exempli, & ſcandali evitandi, *Suar. t. 2. de relig. lib. 4. c. 10. n. 8.* & aliis allegatis, *Perſic. de horis canon. c. dub. 2. num. 13.*

2. Hinc fit, ut Prælati, qui ſunt cauſa, ut per ſuam incuriam, uno die, omittatur totum officium in choro, vel aliqua hora, peccent mortaliter, quo etiã peccato afficiuntur, qui tali omiſſioni cauſam præbent, vel ad illam cooperantur; etiam ſi privatim illud officium dicant, *Sot. lib. 10. de iuſt. q. 5. ar. 3. ad finem, & Ledeſma p. 2. ſum. tr. 9. c. 4. concl. 7.* & hoc ideò: quia agunt contra præceptum Eccleſiaſticum ad mortale obligans, ſupra citatum.

3. Similiter peccant mortaliter d. Superiores quãdo permittunt, ut in Choro omittatur officium B. M. V. eo tempore, quo ſecundum conſuetudinẽ dici debet, nam tunc eſt pars officii divini, *Sorbus in compend. privil. Mendicant. verb officium divinum, ver. ſed an officiũ, & Graſſ. 1. p. deciſ. lib. 3. c. 53. n. 23. & Sot. cit. loc. ar. 4*

4. Item peccant mortaliter Superiores permittẽtes, quod in Choro non dicatur officium mortuorũ, prima die poſt feſtum omnium Sanctorum: & ſimiliter peccant, qui extra Chorum illud non recitant, *Sot. cit. loc.* Itẽ mortaliter peccant permittentes, ut omittantur in choro Litan. majores in die S. Marci, & in tribus ante Aſcenſ. Domini: niſi adſint publ. proceſſionibus; quia ſunt pars officii divini illiꝰ tẽporis.

5. Benè tamen verum eſt, quod permittere, né dicantur in Choro Pſalmi Graduales, Pœnitentiales, & officium defunctorũ; quando ſecundum Breviar. Rubricas, debent dici, mortale non eſt, *Suar. cit. loc. c. 13. n. 13.* ubi ampliat etiam, etiam ſi adeſſet conſuetudo, tollitur enim hæc obligatio, per *Bullam Pii V. quæ extat in principio dicti Breviarii Romani.*

Quæſt. 23. An communitas Religioſorũ teneatur ſub mortali publicè in choro, quotidiè divinum officium recitare?

1. ET dico, quod ſic: tùm quia hoc docet *textus Clem. Gravi 1. de celeb. miſſ.* ibi, *nec non, ut Cathed. Regularibus, & Collegiatis Eccleſiis, horis debitis devotè pſallatur, ſi Dei, & Apoſtolica Sedis indignationem evitare voluerint, &c.* quibus in verbis ſupponit Pontifex, in his Eccleſiis eandẽ eſſe obligationẽ pſallendi publicè in Choro, licèt radix hujuſmodi obligationis, non ſit una, & eadẽ cauſa: etenim obligatio recitandi divinum officium in choro, poteſt eſſe à ſacro ordine, à beneficio, à cõſuetudine, à profeſſione religioſa approbata à S. Sede, à ſtatuto, & ſimili, ut ſup. dictum eſt, & inf. dicetur; quò fit, ut omnes prædictę Eccleſiæ, utpotè Cathedral. Regular. & Collegiatæ teneantur ſub mortali recitare in choro: etſi radix ſit diverſa, ut dictũ eſt ſup. tùm item, quia Prælati *ex ead. Clem.* non ſolùm tenentur invigilare ad chorũ, verum etiam ſubditos per cenſuras cogere ad intereſſendũ choro, ut dicit. ibi: *cõtradictores per cenſur. eccleſiaſt. &c* Cenſura autem cadit ſuper materiã peccati mortalis: ergo recuſantes ſine cauſa recitare in choro, peccant mortal: tũ deniq; quia ita docẽt cõmuniter Doctor. pręcip. *S. Ant. 2. p. ſum. t. 9. c. 12. de negligẽt. in hor. can. §. 3. ver. quinta negligent. eſt, Syl. ver. hora, q. 10. Tab. eod. verb. n. 181. Armil. n. 21. Sot. l. 10. de iuſt. q. 3. ar. 3. circa fin. vlt. concluſ. Suar. t. 2. de relig. l. 4. c. 10. n. 7. Aragon. 2. 2. q. 83. ar. 12. dub. 4. not. 2. Bonac. t. 1. de hor. can. diſp. 2. q. 1 p. n. 9. Lez. 1. p. ſum. c. 12. de religioſis, n. 9. & aliis alleg. Diana p. 10. tr. 14. & 4. miſcil. reſol. 3. §. dicendum*, ubi invehit contra quoſdam particulares Doctores, quos non pudet contra communem ſententiam loqui, ad oſtendendum bellum ingenium.

2. Non deſinam tamẽ dicere, quod prædicta obligatio cadit præſertim in Prælatos Conventuum, & Monaſteriorum Regulariũ, quia quoties obligatio aliqua cadit in aliquot corpus miſticum, ſeu fictum, fictione juris, uti eſt Capitulum, Vniverſitas, congregatio, & Collegium, &c. magis afficit caput, quàm membra dicti corporis, ſeu ſocietatis: quia capita tenentur ex officio, & de jure invigilare ſuper cuſtodiam ſtatutorum ſuæ Religionis, ut dictum eſt ſup.

Quæſt. 24. An dicta obligatio communis obliget ſingulos de communitate, ſi, ob negligentiam Prælati, omitteretur publica divini officii recitatio in choro?

1. AFfirmativè dic, quia unuſquiſq; tenetur providere bono communi, tempore neceſſitatis ne pereat, ergò imminẽte periculo omiſſionis publicæ recitationis in choro, unuſquiſq; Religioſus tenetur ſuccurrere, & providere, nè pereat dicta publica recitatio, quæ cenſetur cõmune bonum Religioſorũ. *Tab. ver. hor. n. 28 Syl. eod. ver. q. 10. n. 12. Armil n. 21. Caiet. eod. tit. §. 1. Graſſ. 1. p. deciſ. Aur. lib. 2. c. 53. n. 13. & Bonac. t. 1. de horis, diſp. 1. q. 2. p. 2. n. 8. §. dixi regular.* & hæc eſt communis doctrina inter Theologos, circa obligationẽ recitandi horas canon. in choro, quã habent Religioſi ex regula, aut ex religioſa profeſſione, aut ex conſuetudine univerſali, quæ habet vim legis; caveant ergò Novatores Neuterici opinionem contrariam in praxi inducere; aliàs ipſi viderint.

Quæſt. 25. An dictum præceptum recitandi divinum officiũ in choro, afficiat ſingul. Religioſos, qui choro deputãtur?

1. UT certa ſeparẽtur ab incertis, adverte, quod ſi Religioſi choro deputati, ita omittant officiare in choro, ut nec habeant animũ ſupplendi privatim, abſque ullo dubio, peccant mortal. quia, ut ſæpè dictum eſt, onus recitandi officium, eſt perſonale, quò fit, ut choro deputatus, ſub mortali teneatur officiũ recitare, ad minus privatim, & hoc eſt certiſſimum, & non cadit in utrum ſecundũ communiorem, & veriorem opinionem: ſed controvertitur modus recitãdi, & dicendi, an ſcil. Religioſus choro adſcriptus, peccet mortal. ſi in choro non recitet? & dico, quod non; loquendo tamen de jure communi: tùm quia præceptum datum Clericis de officiando in choro ſub mortali, non extenditur ad monachos juxtà juris Regul. *odia*; tùm etiã, quia in odioſis & pœnalibus, ſub nomine Clerici, non veniunt Monachi: niſi in ſpecie exprimãtur, ut ſæpè d. eſt, tum etiam, quia Religioſi non tenentur dicere officium in choro, ratione beneficii, cũ id non habeant; nec quia aluntur ex eleemoſinis, vel eccleſiaſticis bonis, quia iſta non dantur eis ſub iſta conditione; ſed ut ſerviant Deo juxtà ſuam Regulam, ut dictum eſt ſupra q. 7. nec ob aliquod jus canonicum univerſaliter obligans Religioſos ad canendum in choro, quia hoc non reperitur; tùm item, quia hi Religioſi non omittunt dicere officium, quoad ſubſtantiam, ut

ſuppo-

Digitized by Google

pponitur; ſed quoad modum: qui modus dependet à Regula, vel à voluntate Prælatorum eorumdem; tùm tandem, quia chorus non privatur integro officio, nec prout dicitur in choro, nec prout dicitur à tali perſona; ſed ſolum privatur cooperatione quam poſſent, & deberent adhibere tales Religioſi, qui ſe abſentant à choro, hoc autem non cenſetur grave detrimentum, nec ſufficiens materia peccati mortalis, ergo.

2. Nec dices, quod ex obligatione chori, in toto corpore exiſtēte, naſcitur, hæc obligatio in ſingulis, quia falſa eſt conſequentia: nam cura chori, non afficit ſingulos, ut ſingulos, niſi fortè in caſu neceſſitatis, ut *dictum eſt ſup. q. 24.* ſed ut conjunctim, & ſocialiter exiſtētes, ut colligitur *ex Clem. Gravi 1. de celebrat. miſſ.* & additur, quod cura chori per ſe primò, abſolutè, & immediatè eſt apud Prælatum, qui ex officio tenetur providere choro, *ut ex d. Clem.* ſubditi autem juſſu Prælati, vel regulæ tenētur intereſſe choro; quę quippè Regula, & Prælatus ordinariè loquendo non hoc imponunt ſub mortali.

3. Dixi *regulariter loquendo*, quia fieri poteſt, ut Regula, vel Prælatus in aliquo caſu, hoc eis imponat ſub mortali, & hi ſub mortali tenentur obedire: niſi fortè juſtum impedimentum eos excuſet.

4. Hinc clarè apparet differentia inter Canonicos & religioſos, quia Canonici ſtrictius obligantur ad chorum, quàm Religioſi, nam illi ad talem finem recipiunt beneficium, ut ſcil. ſint in choro, hi autem obligantur ad chorum ex vi Regulæ, quæ, ut dictum eſt, hoc non præcipit ſub mortali, *Fauſtus de horis can. lib. 2. qu. 146.*

5. Dixi *de Iure communi*, quia ſpecialia ſtatuta à S. Sede approbata, prævalent Juri communi, & ſunt omninò obſervanda, vel ſi fortè adeſſet conſuetudo præceptiva recitandi in choro, *Lez. 1. p. ſumm. cap. 12. n. 9. & Diana p. 10. tr. 14. & 4. Miſcel. reſol. 3. § queres.*

Quæſt. 26. An Religioſus ſubditus choro deputatus, peccet mortaliter, ſi ex ſola conſuetudine, nunquam ad chorum accedat?

NEgat *Suar. t. 2. de Relig. lib. 4. c. 10. n. 15.* & meritò, tùm quia Religioſi, qui chorum profitentur, non tenētur ex vi legis generalis, vel præcepti obligantis ſub mortali ad canendū in choro, ſed tantum ex vi propriæ Regulæ, quæ ordinariè non obligat ad mortale, ut liquet ex deciſis immediatè ſuprà, & habetur expreſſè in Ordine noſtro *in prologo conſtit.* ibi, *volumus, ut noſtra conſtitutiones, non obligent nos ad culpam ſed ad pœnam*, tùm etiam, quia conſuetudo recitandi, & canendi in choro, non cenſetur in Religionibus introducta cum obligatione peccati mortalis; ſed ad hoc, ut horæ in choro omnino dicendæ ſint, & quod omnes adeſſe debeant, juxta Regulam, non autem, quod in hoc mortaliter peccent: dummodò aliàs horas recitent: tùm etiam, quia hujuſmodi conſuetudo eſt acceſſoria ad Regulam, ergò ſequitur naturam ejus, quæ cum non obliget ad mortale, nec ipſa conſuetudo poterit ad hoc obligare; tùm item, quia conſuetudo non poteſt ſupra Regulam obligare; ergò ſublatis contēptu libidine, ac negligentia, Religioſus in caſu poſito, haud peccabit, ſed punietur juxta Regul. ut docent *Card. Caiet. ver. hora §. quinto, Fauſtus immediatè ſup. & Marius, in Theſaur. relig. lib. 6. q. 158. Sanch. in ſum. lib. 6. cap. 4. concluſ 12. dub. 1. Conradus 1. p. in reſponſis caſuum Conſcientiæ qu. 141. Felliuc. tom. 2. tr. 23. cap. 4. n. 39. Bonac. de horis canon. diſput. 1. qu. 1. p. 1. num. 9. & Diana p. 3. tr. 2. de dub. Regul. reſolut. 18.* ubi in fine invehit contra Peregrinum tenentem contrarium.

Quæſt. 27. An melius ſit publicè recitare in choro, quàm alibi privatim?

1. AFfirmativè dic, propter multa; primò, ob obedientiā, quæ exercetur recitādo in choro. Secundò, quia oratio, quæ fit publicè in choro, cēſetur facta à miniſtris ejus, in perſona Eccleſiæ, quæ ſemper eſt Deo grata, & accepta, & conſequenter magis certa ad conſecutionē beneficiorum Dei. Tertiò, quia communis oratio eſt magis jucunda, quàm privata, juxtà *illud Pſalmi. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Quartò; quia Deus dicitur eſſe in Eccleſia peculiari modo, quàm alibi, ut ſcil. nos citiùs exaudiat cū oramus, ut oportet; ut conſtat ex promiſſione Dei *3. Regum, c. 9.* Quinto, quia in Eccleſia præter præſentiam, quæ eſt ubiq; adeſt præſentia Chriſti in Sanctiſſimo Sacramento Euchariſtiæ, quæ certè auget ſpem, & fiduciam, quæ omnia cum relatis hic ſupra, *qu. 18.* maximè juvant, Deumque ſollicitant, ad nobis conferendum auxilia gratiæ ſuæ, ut expreſsè dicitur *in noſtris conſtitut. diſtin. 1. cap. 1. de officio Eccleſiæ, ſol. 13. col. 4. ad finem.*

Quæſt. 28. An uſus Chori faciat Religionem perfectiorem?

1. ET dico *quod non*: loquendo tamen de perfectione ſimpliciter dicta: ſecùs autem ſecundum quid; ducorq;, tum quia religionis perfectio primò, per ſè, & eſſentialiter ſumpta, conſiſtit in charitate Dei, & proximi, juxtà illud Dei præceptum, diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & proximum tuum, ſicut te ipſum, ut diffuſè docet *S. Thom. 2. 2. q. 184. ar. 3. in corp. & clariùs q. 185. ar. 6 ad primū.* Sed charitas multis aliis modis perfici poteſt, ut patet de religione inſtituta ad opera vitæ activæ, ut multis, firmat idem *S. Thom. 2. 2. q. 188. ar. 2.* & liquet ex illo *Iacobi primo, religio munda, & immaculata apud Deum, & Patrem, hæc eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, ad quod item facit religio militaris, de qua latè idem S. Thom. in ſubſequenti ar. 3.* tùm etiam, quia uſus chori, jejunium, paupertas, vigiliæ, meditatio ſcripturarū, & ſimilia, non ſunt perfectio, ſed inſtrumenta, & exercitium charitatis; ergò charitas, quæ Deo nos conjungit, poteſt aliundè haberi, *S. Thom. 2. 2. q. 188. ar. 7. in corp.* tùm etiam, quia nobilior modus eſt provocandi homines ad devotionē per doctrinā, & Prædicationem, quàm per cantum; undè Diaconi, & Prælati, quibus competit per Prædicationem, & Doctrinam animos hominum provocare ad Deum, non debent cantibus inſiſtere, nè per hoc à majoribus retrahantur *Verba ſunt S. Thom. 2. 2. q. 91. ar. 2. ad 3.* ubi ad intentum refert Decretum Greg. Papæ, quod habetur in cap. in ſancta *2. diſtinct. 92.*

2. Dixi *ſecus de perfectione ſecundū quid*, quia hæc attenditur, ratione exceſſus unius medii, reſpectu alterius, ad acquirendum perfectionē charitatis, ſed adverte, quod quamvis una Religio, ſecundū quid, ſeu reſpectu unius partis, ſit perfectior alia, adhuc tamē non poteſt dici, quod ſit illa perfectior ſimpliciter, quia fieri poteſt; ut excedentē excedat in iis, quæ ſunt ſuo fini magis proportionata, & ſic erit ſimpliciter perfectior; quia quod in melioribus excedit, eſt ſimpliciter melius, ut ex multis eruditè oſtendit *S. Thom. 2. 2. qu. 188. ar. 7. ad 1. argum. in fin.*

3. Nec his contrad. *Sot. l. 10. de Iuſt. q. 5. ar. 3. ante ſolut. argum. ibi, univerſi, & ſinguli Monach. Convent. cuiuſcunq; ſpirit. Ordinis, qui ſub ratione ſolemnis voti, ab Eccleſia ſunt approbati; tenentur in communi divinum Officiū celebrare: ergò quotquot eidē muneri addicti ſunt; quoties choro defuerint, tenentur idē officium pendere, quod illic publicè canerēt antecedēs profectò nemo poſſet, neq; ullus auderet negare, nā ubi Eccleſ. relig. ſecundū Evang. inſtituit, eas videlicet, quas rei ſpirit. gratia admiſit, eaſdē divinis laudib. mancipavit:*

 quippè

Digitized by Google

quippè cum illud ſit præcipuum contemplationis munus, atq; adeò, ſi ubi fieri poteſt, Præfecti negligentia tale officium in communi non fieret, citrà dub. mortale illi eſſet crimen, loquor de Religionibus antiquis: nam ſi alius Religionis modus citrà huiusmodi obligationem admittatur, certè vix nomen Religionis meretur, quippè quæ maximo ſplendore Religionis careat, &c.

4. Quia hæc omnia loquitur Sotus, ut patet ex litera relativè ad antiquas Religiones Monachales, quę vitam contemplativam profitentur, ut ex voto ſolemni, & Eccleſiæ approbatione mancipantur choro, ad finem prædictum, & relativè pariter ad præcedentia; ſubnectit, *ſi alius Religionis modus citrà huiusmodi obligationem admittatur, certè vix nomen Religionis (ſupple) Monachalis meretur*, etenim de antiquis Monachalibus expreſsé loquitur. Dixit *vix nomē Religionis meretur*, quia implicat in adjecto, dicere, quod eſt Religio Monachalis Cœnobitica, & quod non orat in cōmuni, non dicit, quod talis Religio non poſſit inſtitui à S. Papa, prout ei gratis imponitur, ſed dicit, quod vix talis religio, poſſet dici religio, ſupple, Monachalis Cœnobitica; quia certè foret Eremitica, ſeu Anachoretica, vel vacans vitæ activæ: quibus adde, quod illud dicitur vix fieri, quod fieri poteſt, licèt cum difficultate: *vt in c. Hac cuius Placiti, ubi Gloſa, 12. q. 2. c. 2. de cognat. ſpirit. lib. 6. & notant Doct. quos allegat, & ſequitur D. Auguſtinus Barboſa, dict. 371.*

5. Exinde bené vides, quod exceſſit, *Suar. t. 4. de relig. tr. 10. lib. 1. de inſtituto ſocietatis, c. 8. n. 7.* dicens, quod peſſimè dixit Sotus; Religionem ſine obligatione dicendi officium divinum in communi inſtitutam, vix nomen Religionis mereri, quia Sotus loquitur de Religionibus antiquis Monachalibus, vacantibus vitæ contēplativæ, quæ contēplatio verè, & propriè, non poteſt dici monachalis cœnobitica: niſi fiat in cōmuni, ſed potius Anachoretica, privata, extrà chorum: ſic pariter excedunt, & inconſideratè loquūtur ejus aſſeclæ, impingentes Soto, quod nec quidē ſomniavit, & multò fortius, qui dicunt, Sotum loqui cōtra conſtitut. Gregorii XIII. editas ad beneficium, & favorem nobiliſſimæ Religionis Societat. Jeſu; tùm quia, ut dictū eſt, Sotus loquitur relativè ad antiquas monachales Religiones, de quarum numero, non eſt præfata ſocietas; dùm vitæ activæ, vel miſtæ vacat; tū quia Sotus ſcripſit ante tempora Gregorii XIII. tùm item, quia non abſolutè dixit, quod non meretur nomen Religionis; ſed quod vix meretur, & quod quoad iſtam partem eſſet cæteris inferior, etſi in aliis valdè excederet.

Quæſt. 29. Quotnam Religioſi requirantur ad conſtituēdum chorum?

1. DE Choro Eccleſiæ Regulariū, dicendū eſt; ſicut dictum eſt de congregatione, & capit. Eccleſiarum regularium, *t. 2. p. 3. tr. 2. de loco elect. q. 6.* quod ſcil. de Jure Canon. requiruntur duo, vel tres Religioſi profeſſi, prout expreſse dicitur *in c. nullus in Eccleſ. 1. de elect.* ibi, *ubi duo, vel tres fuerint in congregat.* ubi, *Gloſ. in ver. duo, dicit, quod duo faciunt congregat. tres vero capit.* & merito ſic dicitur, quia chorus hic non accipitur pro loco, in quo perſonæ Eccleſiaſticæ pſal. & hymnos cantare, & pſallere ſolent, qui locus ab Altari, & ab ea parte templi; in qua populus adſtāt, ſecerni ſolet; ſed ſumitur pro ipſo cantu, & pſalmodia, quæ in prædicto loco exercetur, quę quippe pſalmodia, & cantus fieri poteſt à duobus, vel tribus; ergò duo, vel tres ſatis ſūt ad cōſtituendū chorū

2. Verùm *Bordonus 1. p. conſil. reſol. 30. q. 4. n. 8.* dicit, quod in parvis Conventibus ad minus requiruntur quatuor, pro cantandis horis canon. in choro, ubi item ſubdit, immò, ut plurimum excuſarem, etiā quatuor, aut quinque reſidentes, cùm hujuſmodi obligatio recitandi in choro Regularibus non ſit ità ſtrictior. Verum hoc ejus dictum eſt contrà conſtit. Innocent. X. editā ſuper ſuppreſſione parvorum Conventuum, ubi vult, ut ad minus ibi ſtent quatuor Sacerdotes, ad obeundum munia Religioni, quorum præcipuum eſt recitare in choro.

Quæſt. 30. An obligatio chori adimpleatur, ſi ad illum concurrant ſoli Novitii, qui in Monaſterio probantur?

1. SUnt qui negant, ex eo, quod obligatio perſolvendi horas canon. in choro, eſt impoſita communitati profeſſorū, at Novitii non ſunt profeſſi, nec quò ad hoc, poſſunt dici pars communitatis, cùm non ſint Monaſterio. & Religioni incorporati: ergo nequeunt dictæ obligationi ſatisfacere.

2. *Diana vero p. 7. tr. 11. Miſcel. reſol. 5. ex Charamuele in Reg. S. Benedicti diſp. 101. dub. 6. cui favet Pelliz. t. 1. Manual. tr. 5. c. 8. ſect. 1. q. 22. n. 49.* reſpondet affirmativè, ducitur q; tùm quia Novitii in favorabilibus, reputātur Religioſi profeſſi, adeo ut dici poſſint pars, & membrum communitatis; ac proinde poſſe ſatisfacere obligationi chori, tùm etiam, quia ſicut gaudēt privilegiis profeſſorum, ita poſſunt cōcurrere ad implenda illorum onera, cùm per hoc non poſſint dici ſubeſſe oneribus profeſſorum, ſed poſſe implere illa loco profeſſorum, qui Novitii licèt non ſint religioni incorporati, ſunt tamen pars communitatis religioſæ, & fruuntur illius Gratiis & privilegiis.

3. Verùm ego negativam ſententiam cenſeo tutiorem, quia ſervitium chori, eſt onus perſonale profeſſorum, quod nequit per non profeſſos adimpleri: niſi ex cauſa juſta, & neceſſaria: & ſecundum hoc intellige, quod dixi *t. 2. prax. p. 4. tr. 6. de privil. Novit. q. 22*

Quæſt. 31. Regulares, quanam forma breviarii, teneantur uti in Choro;

1. ET dico, quod tenentur recitare officium divinum, juxtà formam Breviarii Rom. exceptis tamen iis, qui ex indulto Apoſtolico, aut conſuetudine ſuperante ducentos annos decurſos ante dictum Breviar. eximuntur, ut idem Pius V. declaravit in ſua Bulla edita in principio dicti Breviarii, & liquet ibi, *omnia itaq; alio uſu, quibuslibet, ut dictum eſt, interdicto, hoc noſtrum Breviarium, ac præcandi, Pſallendiq; formulam in omnibus univerſi orbis Eccleſiis Monaſteriis, ordinibus, & locis, etiam exemptis, in quibus officium ex more, & Ritu dicta Rom. Eccleſiæ dici debet, aut conſuevit; ſalva prædicta inſtitutione, vel conſuetudine prædictam ducentos annos ſuperante, præcipimus obſervari*, hæc ille, qui ibidem item declaravit, quocunque alio modo recitetur officium divinum, non ſatisfieri huic obligationi. Undè grave peccatum eſt uti alia forma, exceptis caſibus prædictis, aut urgente neceſſitate, quæ, ut ſæpè dixi, non licitum facit *c. quæ non eſt licitum 4. de Regulis Iuris.*

2. An autem Regulares excepti in d. Bulla Pii V. omiſſo proprio Breviario, potuerint admittere Romanum, pſallendo juxta formam illius in choro, vel eo excepto reſumere proprium Breviarium.

3. Et quidem poſſe, de conſenſu tamen Prælati, & totius Capituli Conventus; ità tamen, ut eo ſemel acceptato, non poſſint amplius illud relinquere reſumendo proprium Breviarium: niſi de licentia Papæ, ut expreſsè dicitur in dicta Bulla, ibi, *eiſdem (ſupple Perſonis exceptis) ſi fortè hoc noſtrum Breviarium, quod modo promulgatum eſt, magis placeat: dummodò Epiſcopus, & univerſum Capitulum in eo conſentiant, ut id in choro dicere, & Pſallēre poſſint permittimus*, hæc ibi, quæ proportionabiliter debent extendi

ad

Digitized by Google

ad Regulares, ità ut nomen Epiſcopi, comprehendat General. & Capitulum Epiſcopi, capitula regulariũ; adeo ut regulares de conſenſu proprii Generalis, ac totius capituli Generalis, independenter ab Epiſcopo loci, poſſint relinquere propriũ Breviar. & aſſumere Roman. quia hoc permittit Papa, ut dictum eſt.

Quæſt. 32. An Regulares, qui non tenentur uti Breviario Romano, poſſint illo uti, extrà chorum, ſine conſenſu ſuperioris, & Capituli, ſi in choro utatur proprio Breviar.

1. NAvarr. conſil. 16. de celebrat. Miſſar. Rodriq. t. 1. q 42. ar. 13. Portell. in dub. ver. Horæ canon. n. 6. Bonac. de horis, diſp. 1. q. 3. p. 1. n. 5. & Diana 2. p. tr. 12. de horis canon. reſol. 10. reſpondent affirmativè: ſtando tamẽ in terminis d. Bullæ Pii V. & moventur: tùm quia Pius V. in dicta Bulla, ex una parte, non adſtringit perſonas exceptas ad utendum novo Breviario; ſed tantùm permittit, ut non teneantur uti novo Breviario, datque, eis facultatem, ut ſi velint uti novo, id facere poſſint, etiam in choro: modò ad id habeant conſenſum Epiſcopi, ac totius Capituli, ex alia verò parte, talis conſenſus Epiſcopi, & Capituli requiritur ſolùm ad ſervandum Breviariũ novum in choro, non autem ad illud ſervandum extrà chorum, quia quando Pius V. loquens de uſu novi Breviarii, dicit *ut id in choro dicere, & pſallere poſſint permittimus*, ſubintelligenda eſt dictio (*etiam*) permittẽda ante ly *in choro*: ità ut litera legatur, *ut id etiam in choro dicere*, *&c.* quæ quippè dictio, cùm ſit ampliativa, ſenſus erit ut integrũ ſit dictis perſonis exceptis uti Breviario, non ſolùm privatim, ſed etiã in choro, cum conſenſu tamen Epiſcopi, & Capituli ejus; quo ſuperaddito ſemel admiſſo, non eſt amplius dubitationi locus, cũ ly *conſenſus Epiſcopi, & Capit.* cadat ſuper ly, *recitare in choro*, & ſic Pius V. in d. Bulla ſolùm loquitur de horis canonicis in choro.

2. Dixi *ſtando in terminis dictæ Bullæ Pii V.* quia ſi in aliquo ordine adſit ſtatutum obligans ſub peccato, ad non utendum alieno breviar. tunc non procedit dicta doctrina de mutatione breviarii: maximè ſi ſtatutum ſit confirmatũ à S. Sede, ut not. *Bonac. cit. l. n. 6.*

3. Quibus adde, quòd cùm S. Papa in d. Bulla loquatur indeterminatè. quoad tempus; ſit ut etiam hodie præfatæ perſonę exceptæ, poſſint ſumere Breviar. Rom. & omittere proprium: concurrentibus tamen præfatis conditionibus in Bulla expreſſis, de quibus late *Suar. t. 2. de relig. lib. 4. c. 11. de hor. can.*

Quæſt. 33. An obligati Divinum Officium perſolvere, ſatisfaciant recitando in choro, alternis verſibus?

1. QUæſtio hæc unum ſupponit, & aliud quærit: ſupponit enim Horas Canonicas, de antiquiſſima conſuetudine Eccleſiæ, recitari in choro alternatim, inſtar illorum Seraphinorum, de quibus *Iſaiæ 6.* dicitur; *quod clamabant alter ad alterum, Sanctus, Sanctus, &c.* hoc eſt, uno prius, dicente, & altero reſpondente.

2. Quærit autem de ſatisfactione, & adimplemento, quod eſt certiſſimum: *Syl. ver. hora qu. 7. & Palud. in 4. ſent. diſt. 41. ar. 1.* tum propter jam dictam antiquiſſimam, & univerſaliſſimam conſuetudinem, tum etiã, quia ità conſtitutum fuit per Damaſum Papam, & confirmatum per alios Pontifices, cum aliqua conditione. *Navar. t. 4. de orat. & horis canon. c. 10. n. 20.* quo fit, ut graviter peccet ex ſuo genere, qui omninò omittit verſus ad ſe pertinentes; ità ut nec illos cantet, nec omninò voce proferat: niſi tamẽ habeat propoſitum illud privatim recitandi, & de facto recitet: verum beneficiatus, non canendo in choro, etſi recitet privatim, licet ſatisfaciat obligationi recitandi officium; non tamen ſatisfacit obligationi chori, unde tenetur, pro rata temporis, reſtituere fructus beneficii, quia ſola chori aſſiſtentia, & audiendo tantùm, non ſatisfacit ſuo muneri etenim tenetur convenire cum aliis, non tantũ materialiter; ſed etiã formaliter, hoc eſt, in ſimul cantando, & recitando alta, & debita intelligibili voce, ſervata forma Breviar. ut inf. dicã.

3. An autem, qui ſubmiſsè recitat, ſatisfaciat ſuo muneri? quæſtio eſt inter Doctores non levis: de qua eruditè diſcurrit *Emin. Caiet. t. 1. opuſc. tr. 31. in reſponſ. ad 8.* ubi tandem negativè reſolvit, quod ratificat in ſua ſumm. *ver. horæ canon. §. 5. ad fin. ver. de illo autem*, ducitur q; ex eo, quod quilibet ſacris initiatus, vel beneficiatus, tenetur ex præcepto Eccleſiæ dicere totũ officium, ut conſtat *ex c. Presb. 1. de celebrat. Miſſar.* ſed dicere totũ officium contingit dupliciter, ſcil. communicando cum alio in officio, & ſine communione cum altero: unde duobus modis fit ſatis divino officio, ſcil. perſolvendo ſine alterius communione; & tunc, quia cum alio non communicat, totum ſolus dicit. & communicando cum altero; & tunc alternãdo, nam totum, quilibet communicans, dicere cenſetur, dum quilibet cõmunicans, in perſona communicantis ſecum, dicit id, quod dicit, quo fit, ut quodlibet ab altero dictum, ſit commune alteri: ſed ita eſt quod ſubmiſsè dicens, non communicat cum altero, ſed ſibi ſoli dicit; ergò is, de quo agitur, non ſatisfacit, pro parte chori, ad ſe ſpectante.

4. Hanc Caietani rationem plures laudant, & ſequuntur, præcipuè *Armilla ver. horæ, n. 22.* verumtamen alii tenent contrarium, quod ſcil. ſatisfacit; quibus inhæret *Tab. ver. horæ n. 33.* quia nullus in choro dicens officium, tenetur dicere totum, ſed ſufficit, ut dicat unum verſum, alium autem audiat, & attendat ad illum quem dicit alius chorus, prout probat conſuetudo Eccleſiæ: nec ſunt multiplicandæ obligationes, ultrà eas, quas ponunt Jura, vel cõſuetudo, ſed is, de quo eſt ſermo, in caſu poſito, ſuam partem dicit, & alteram audit; ergo non peccat, ſed ſatisfacit.

5. Hanc item opinionem ſequitur *Suar. t. 2. de relig. lib. 4. cap. 12. de horis canon. n 6.* ubi contra Cajetanum multa dicit, ſed perperam, quia laborat in æquivoco, nam Cajetanus non dicit, quod is, de quo agitur, non ſatisfacit ſuo muneri recitandi divinum Officium, quia hoc certè foret falſum; ſed dicit, quod qui ſibi ſoli dicit, non communicat cum altera parte chori, hoc eſt, non implet officium chori, ut expreſsè, & conſpicuis literis dixit *Caiet. cit. loc. opuſc.* & ſequitur in ſumm. aliud enim eſt ſatisfacere officio divino; & aliud explere officium chori; quo fit, ut Canonicus recitãs in choro ſubmiſsè, non teneatur repetere integrum officium divinum, quia explevit penſum ſuum, quòad officium divinum: benè tamẽ, pro rata temporis, tenetur reſtituere fructus beneficii, quia ad licitè lucrandum fructus beneficii, non ſufficit præſentia, & aſſiſtentia materialis beneficiarii; ſed exigitur aſſiſtentia formalis, hoc eſt, canere altè, & clarè, coadjuvando alterã partem chori, ad quod facit *Conc. Baſil. ſeſſ. 21. §. 3. & Concil. Aquiſg. ſecundũ ſub Ludov. c. 131.* & liquet ibi, *ut non in gutture, nec inter dentes, ſeu deglutiendo, aut ſyncopando dictionẽ, fiat, &c* & inf. ibi, *laudes Deo in communi perſolventes, pro ſuis, populorumq;, quorum oblationibus vivunt, &c.* ad quod item facit, *tex. cap. Presbyter ult. diſtinc. 42.* ibi, *ut ad quotidianum pſallendi officium in Eccleſiam conveniant Clerici, qui tali Eccleſiæ deputati ſunt*, hæc ibi; quæ quippè verba faciunt ſenſum formalem, non autem materialem, ut advertunt Doctores ibi ſcribentes, adeò ut convenire in loco, quo pſallitur, non eſt convenire ad audiendum horas canonicas, cum ſola aſſiſtentia perſonali; ſed eſt convenire ad pſallendũ; ità ut cũ effectu pſallant ſimul, & fatigent, ad quod item facit

facit *text. cap.* 12. *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. ibi, *omnes divina per ſe, & non per ſubſtitutos, compellantur obire officia, &c.* de qua re vide *Bonac. de horis Canon. diſp.* 1. *qu.* 3. *p.* 2. §. 1. *n.* 18. ubi in terminis terminantibus tenet opinionẽ noſtram *& Diana p.* 2. *tr.* 12. *de horis reſolut.* 6.

Quæſt. 34. *An obligatus ad recitandum officium, teneatur, dum una pars chori tacet, attendere aliam, quæ cantat, eamque audire?*

1. ET quidem teneri, certum eſt de communi ſententia Doctorum, nam is, de quo loquimur, ex vi hujus præcepti, tenetur publicè, & in choro totum officium integrè recitare, partim dicendo, & partim audiendo; ſed qui non eſt attentus ad partem, quæ cantatur à choro, nullo modo concurrit ad partem illam, ad quam non attendit; ergò illam omittit; & conſequenter præceptum Eccleſiæ non implet: quia integrè non recitat: hinc propter eamdem rationem, non ſatisfacit præveniendo, & privatim recitando partẽ alterius chori, & poſtea liberè vagando, quandoquidem non ſatisfacit publicæ orationi chori, licet ſatisfaciat privatæ.

2. Hinc pariter obligationi chori non ſatisfacit, qui lectionẽ, quæ ab alia parte canitur, celeriter ſubmiſſa voce recitat, & poſtea liberè vagatur, etenim ut debito obſequio chori ſatisfaciat, tenetur attendere ad ea, quæ ab alia parte canuntur, ut communicet in oratione publica.

3. Hinc item, qui ſolemnem Miſſam audire tenetur, non poteſt, ſine peccato, recitare breviter ſymbolum, dũ cantatur, & poſtea liberè vagari, nam licèt ſuam recitationem finiat, tenetur attendere, dũ ſymbolum canitur, & idem dicendum eſt de Evangelio, & aliis partibus Miſſæ, ad quas omnes de neceſſitate requiritur attentio, ſaltèm virtualis, ut ex multis mirificè oſtendit *S. Thom.* 2. 2. *q.* 83. *ar.* 13. ubi ad intentum refert *illud Apoſt.* 1. *Corint.* 1. *c. ſi orem lingua (ſupple ſola) mens mea ſine fructu eſt, Card. Caiet. ib. & in ſum. ver. horæ canon.* §. 1. *Suar. to.* 2. *de relig. lib* 4. *cap.* 12. *de alternis verſibus in choro cantandis, n.* 20. *Fauſtus de Horis. lib.* 2. *q.* 138. *& Diana* 7. *p. tr.* 11. *Miſcell. reſolut.* 5. ubi reſolutionem prædictam extendit ad eum, qui privatim recitat cũ ſocio; ſi partem ejus non audiat, quia oratio alterius in tantum prodeſt, & eſt ſatisfactoria, in quantum eſt communis, & in tantum eſt communis, in quantum illum percipit, & audit, quandoquidem auditus loco prolationis ſuccedit, *Caſtrus Palaus, to.* 1. *tr.* 1. *diſp.* 2. *p.* 3. *n.* 7. *& diſp.* 3. *p.* 4. *n.* 6. & aliter dicere, non eſt ſapere, ſed deſipere, & errare.

4. Sed quid dicendum, ſi tuam partem caneres, & percipere non poſſes, quam alius chorus canit, ſatisfaceres nè obligationi chori, ita ut poſſes diſtributiones integras percipere? & dico, quod ſic: dummodò privatim ſuppleas, quod non audiſti, quia per te non ſtetit, quò minus perciperes, & cũ aliis in recitatione cõmunicares, *Navar. to.* 4. *de orat. c.* 11 *n.* 47. *Suar. cit. loc. c.* 30. *n.* 15. *& Bonac. de horis, diſp.* 1. *q.* 3. *p.* 2. §. 1. *n.* 20.

5. Dixi, *dummodò privatim ſuppleas, quod non percepiſti*, quia partẽ, quã non percipis, non potes dici recitaſſe at non recitans divinum officium, privatur omnibus diſtributionibus, pro rata: etiam ſi choro interſit ex Bulla Pii V. Rom. Brev. præfixa; ergo ad lucrandũ diſtributiones, non eſt de hoc ſupplemẽto dubitandũ.

Quæſt. 35. *An recitans officium in peccato mortali, ſuo muneri ſatisfaciat?*

1. AFfirmat *S. Ant. in* 2. *p. ſum. tit.* 9. *cap.* 12. *de negligentia in horis canon.* §. 1. *in fin.* quia hoc non agit, ut privata perſona, ſed ut Miniſter Eccleſiæ, quæ ſemper per immaculata, & grata eſt Deo: & qui per alium facit, perinde eſt, ac ſi per ſe agere videatur, ut dicitur *in Iur. Regul.* 54. *&* 64. *in* 6, unde acceptatur officium ejus dictũ Deo, non ut ab eo, ſed ab Eccleſia, cujus eſt Miniſter, ac proindè malitia ejus, non impedit fructum orationis ad Populum.

2. Quæ quippè aurea doctrina procedit, tã in publica, quàm in privata recitatione officii, nam ſivè quis recitet publicè in choro, ſivè privatim, ſemper ſolvit penſum ſuum; nunquã etenim deſinit eſſe Miniſter Eccleſiæ: idipſum docet *S. Thom.* 2. 2 *q.* 83. *ar.* 12. *in corp.* ibi, *duplex eſt oratio, communis, & ſingularis; Communis quidem oratio eſt, quæ per Miniſtros Eccleſiæ, in perſona totius fidelis populi Deo offertur, &c.* Quod item dicit *in opuſc.* 19. *contra impugnantes Religionem, c.* 5. *in reſponſ. ad* 11. ibi, *Poteſt enim quis orationibus & pſalmis vacare, divinũ officium in Eccleſia celebrando, quod eſt quoddam opus publicum, ad Eccleſiæ ædificationem ordinatum, &c.* qua re merito horæ canonicæ ab Apoſtolorum tempore, ſemper in Eccleſia, certis temporibus, à Clericis Deo perſolutæ ſunt; *Clem. Roman. lib* 8. *Conſtit. Apoſt. c.* 3. *S. Baſilius in Regulis fusè diſputat interrogat.* 37. *S. Hieron. epiſt.* 22. *S. Ambroſ. lib.* 7. *in Lucam, & eſt communis.*

3. Quapropter omnes, qui ſunt in ſtatu eccleſiaſtico, deſtinantur, tanquam Miniſtri Eccleſiæ, ut in perſona totius fidelis populi, Deo horas canonicas perſolvant, qui licèt ſint obſtinati quantumcunq; adhuc tamen ſatisfaciunt præcepto Eccleſiæ, quia malitia eorum, non poteſt impedire fructum orationis ad populum, ut dictum eſt.

4. Non poteſt tamen negari, quin perſolvens horas, debeat conari eſſe in ſtatu gratiæ, ut magis ſit Deo gratum ſacrificiũ laudis, quia, ut dicit S. Scriptura, *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*, unde *in cap. in Sacerdotibus, diſtin.* 61. dicitur *emendatiorem eſſe convenit populo, quem neceſſe eſt orare pro populo, & in cap. fertur, qu.* 1. *dicitur, quomodo orationis clypeo, populum tuetur, qui iaculis hoſtium ſe ſe feriendum exponit.*

Quæſt. 36. *An recitatio officii divini, quæ iuſſu Eccleſiæ funditur, vim habeat ex opere operato?*

1. ET dico, quod non, ſed operantis, Moveor, tũ quia illud prodeſt ex opere operato, quod ex divina inſtitutione aliquem producit effectum, ultrà meritum, & diſpoſitionem agentis; ut patet de Sacramentis, at recitatio divini officii, non prodeſt ultra meritum Eccleſiæ, cujus nomine offertur; ergò; tùm quia valor Miſſæ reſpondens precibus, & orationibus, quæ in miſſa dicuntur, non prodeſt ex opere operato, ſed ex affectu, & charitate operantis, *ut docent communiter Doct. cũ S. Thom.* 3. *p. q.* 82. *ar.* 7. *& egomet fusius dico in tr. de celebrat. Miſ.*

2. Benè verum eſt, quod cum divinũ officium perſolvitur à clericis, nomine Eccleſiæ Cathol. ut ejus miniſtris, ſecluſo valore ipſius recitãtis exiſtentis forſsè in odio Dei, habet valorẽ cæterorum fidelium, ac totius Eccleſiæ, cujus juſſu perſolvitur, quæ Eccleſia uti ſpõſa Chriſti, eſt Deo dilecta ſemper & grata, ac proindè in hunc ſenſũ poteſt dici, quod hujuſmodi horæ canon. habent effectũ ex opere operato, hoc eſt, infallibilẽ: etiam ſi Miniſter ſit in peccato mortali, ut *conſtat ex deciſis immediatè ſup.* Sed non ex inſtitut. Chriſti, ut multis firmat *Didac. Covarr. t.* 1 *in c. Alma Mater,* §. 5. *num.* 7. *ubi de re eleganter diſcurrit.*

Quæſt. 37. *Si quis, prætermiſſa una hora, dicat aliam: ut ſi poſt primam, dicat ſextam, an peccet mortaliter?*

1. NEgat *S. Anton. in* 3. *p. ſum. t.* 13. *c.* 4. *de hor. can.* §. 4. *in fin* ſed ſufficit ſupplerè, quod omiſſum eſt & de negligẽtia pœnitere, quia ordo non eſt in præcepto, *Pet. de Palude in* 4. *ſent. diſt.* 41. ſed quod horæ canon. dicãtur ſemel in die, *Card. Caiet. ver. horæ*, §. 2. *in fin.*

Digitized by Google

in fin. ergo ſufficit, quod dicantur, etiam ordine poſtpoſito.

2. Hoc tamen dictum, quod ordo non eſt in præcepto limitat *Sot. lib.10. de iuſtit. q. 5. ar. 4. poſt ſecundam partem concluſionis,* duobus modis; primò quantum ad eos, qui privatim dicunt. Secundò, quod illos ſub mortali peccato non obligat, quia verè ſi ſine rationabili cauſa, hujuſmodi ordo invertatur, & commutetur, non erit ſine peccato veniali *Caiet. cit. loc.* ſecùs ex rationabili cauſa, ut ſi in adjutorium chori neceſſarium, quis poſtponat dicere primam, ut chorum adjuvet ad pſallendum horam tertiam, cum ibi alij non ſint, *Syl. ver. hora quæſt. 9. dicto* 4. quod dictum cæteri omnes amplectuntur, & præcipuè *Navar. t. 4. de orat. & hor. can. c. 3. n. 66. ver. vigeſimo primo dico, & Mirand. t. 1. Manual. q. 37. ar. 9. & Diana p. 2. de horis tr. 12. reſolut. 16. & Bonac. de horis diſput. 1. q. 3. p. 5. n. 5,* ubi concluſionem extendit ad recitantes in choro: ſecluſo tamen ſcandalo, *& Novar. in Lucerna Regul. ver. hora n. 11.*

Quæſt. 38. Quænam pars officij indicandi ſit notabilis, ut eius omiſſio, ſit materia ſufficiens ad mortale?

1. UT certa ab incertis ſeparentur, quoad integritatem officij divini plura adverte, primò, quod omittere totum officium, una die, eſt unum tantum peccatum mortale, licèt ſit cæteris graviùs: quia unum tantùm præceptum datur de omnibus horis canonicis in ſingulis diebus recitandis, & in hoc omnes conſentiunt, & docent *Syl. ver. hora, q. 12. dicto 6. Navar. t. 4. de orat. & hor. canon. c. 7. n. 6. & Miran. t. 1. Manual. q. 37. ar. 15.*

2. Secundò adverte, quod omittere in uno die unam tantum horam, etiam ex parvis, nempè Tertiam, vel Completorium: eſt etiam peccatum mortale, at non tàm grande, quàm omittere omnes dictas ſeptem horas, quia hæc parva hora, reſpectu totius officij divini, eſt pars notabilis, in quo dicto etiam omnes conveniunt.

3. Tertiò, quod omittere etiam partem notabilem, in quavis hora parva, eſt etiam peccatum mortale, quod etiam fatentur omnes.

4. Tota ergò quæſtio hæc, de cognoſcendo, quænam pars ſit, & dicatur notabilis, ad inferendum peccatum mortale? Doctiſſimus *Navar. t. 4. de orat. cap. 10. num. 44.* dicit, illum, qui in hora parva, & ſexta, omittit initium, uſque ad principium primi pſalmi, peccare mortaliter: duciturque ex eo, quod qui in choro non veniunt ante initium primi pſalmi, multantur. Hanc tamen opinionem rejicit *Suar. to. 2. de Relig. lib. 4. cap. 25. num. 16.* ubi tamen in ſumma plura dicit. Primò illum, qui in toto Matutino cum laudibus omitteret unum nocturnum, peccaret mortaliter, quia ille nocturnus, eſt quarta pars illius horæ, ac proinde pars notabilis. Secundò, quod ſi quis omitteret in una die ferè dimidiam partem completorij, ſe non audere illum damnare de peccato mortali, quia licet illa omiſſio ſit notabilis reſpectu illius horæ Completorij; non tamen eſt notabilis reſpectu totius officij unius diei, quod totum officium, ſub uno tantùm præcepto ſingulis diebus imponitur, & aſſignat rationem; quia una hora non eſt adæquata materia hujus præcepti, ſed totum officium unius diei: ac proindè ait, non valet conſequentia: hæc omiſſio, ferè dimidiæ tertiæ, eſt notabilis, reſpectu horæ tertiæ; ergò eſt notabilis reſpectu totius officij unius diei, & tandem concludit, hoc judicandum eſſe prudentis arbitrio.

5. Verum *Tabiena, ver. hora canon. num. 18.* non admittit abſolutè prædictum aſſumptum, quod ſcilicet totum officiũ cadit ſub eodem præcepto, quia eodem modo concluderet de toto officio totius anni; immò totius vitæ unius, quia per idem præceptũ totum præcipitur, unde limitat dicendo, quod quãvis ſit una ratio præcepti, ex parte præcipientis; eſt tamen diverſa, ex parte rei, de qua ſit præceptum: nam eſt alia ratio primæ, & alia ratio completorij, & magis diverſa ratio primæ, & completorij, ejuſdem diei, quàm primæ unius diei à prima alterius diei: unde concludit, quod ſeptem horæ canonicæ, ſunt ſeptem præces diſtinctæ, quæ ſtant de per ſe; unde violans ſeptem dictas horas, committit ſeptem peccata mortalia, non tamen ità gravia.

6. Sed hæ opiniones, meo videri, non differunt ſecundum ſubſtantiam, nam committere unum peccatum graviſſimum, omittendo totum officium unius diei, æquivalet his ſeptem, quæ reſultant ex omiſſione ſeptem horarum unius diei.

7. Sed quidquid ſit de hoc, ego cum communi ſenſu Doctorum, dico, quod licet unum ſit præceptum de horis canonicis dicendis in ſingulis diebus; adhuc tamen non poteſt negari, quin cadat ſuper ſingulis horis, nam officium divinum, nihil aliud eſt; niſi ipſæmet ſeptem horæ ſimul unitæ: ad quod facit *cap. dolentes de celebrat. miſſar.* ergò ſeptem dictæ horæ, ſunt ſeptem notabiles, ac ſubſtantiales partes officij, quarum una omiſſa, intrinſecè, ac ſubſtantialiter læditur dictum Eccleſiæ præceptum, & conſequenter ſit peccatum mortale, quod procedit, non ſolum, cum tota hora dimittitur, ſed etiam, ut dictũ eſt, ſi ejus pars notabilis omittatur, licet non ſit ità graviùs peccatum, quamobrem, eadem redit petitio: quænam ſit iſta pars notabilis horæ canonicæ, ad inferendum peccatum mortale?

8. Reſpondent communiter Doctores, dicendo, quod tertia pars horæ, eſt ejus pars notabilis, quæ ſi omittatur, obligat ad mortale, quia quantũcunque ſit totũ, ſive magnũ, ſive exiguum & tenue, pars ejus notabilis, cenſetur tertia, & quamvis certum ſit, quod tertia pars in quolibet toto, eſt notabilis; adhuc tamen negari non poteſt, interdum etiam partem minorem tertia, eſſe notabilem, quando ſcilicet totum aliquod eſt magnum, v. g. dies feſtus conſtat vinginti quatuor horis, à media nocte, uſque ad alteram mediam noctem, ergò tertia pars eſt octo horarum; & tamen ſi quis in die feſto, per quinque, aut quatuor horas, opus ſervile feciſſet, notabiliter offendiſſet, & conſequenter graviter peccaſſet: item qui trecentos aureos debet, non ſolum graviter peccat, ſi centum non ſolvat, ſed etiam ſi triginta, aut viginti deneget, ac ſibi retineat.

9. Quapropter dicendum eſt, quod gravitas materiæ, non eſt deſumenda ex eo, quod ſit tertia, vel quarta pars; ſed ex eo, quod ſit magna in ſe, conſiderata dignitate ejus, & deformitate reſpectu totius officij, ſecundum prudentiam humanam. Undè in Matutino cum Laudibus, unus Nocturnus eſt quarta pars tantum, & tamen ejus omiſſio cenſetur materia gravis, & è contra in hora tertia, vel ſexta, hymnus cum primo pſalmo, eſt tertia pars, & tamen non cenſetur materia gravis ad finem, *Palud. in 4. ſentent. diſtinct. 15. quæſt. 5. Sylv. ver. hora qu. 12.*

10. Hinc *Diana p. 2. tract. 12. de horis,* poſt Doctorum Collectaneum, dicit medietatem horæ parvæ eſſe materiam notabilem in recitatione privata. Verùm in recitatione publica cenſet eſſe tertiam partem, & ſequitur *Fauſtus lib. 2. de hor. canon. quæſt. 60:* de quo puncto videndus eſt *Portel. in dub. ver. hora canon.*

Digitized by Google

canon. in addit. ad addit in fine, ubi opinionem Navarri ſecuriorem appellat, ex quò cum ſupradictis conſiderat horas canonicas ſecundum ſe. & non in ordine ad totum officium, ut facit *Suar. qui nec quidem placet cum dicit, ubi ſupra num.* 13. quod parvitas materiæ, quæ excuſat à mortali in recitatione privata horarum, non excuſat in recitatione publica, quia utrobique eadem ratio militat; niſi fortè in recitatione publica, interveniat ſcandalum, ut docet *Bonac. diſp.* 1. *de horis canon. q.* 5. *p.* 1. *num.* 3. *& ſequitur Diana cit. loc. & Gavantus in ſuo theſauro, t.* 2. *ſect.* 1. *c.* 5. *tit. de omiſſion. n.* 4.

Quæſt. 39. *An obligatus ad recitandum officium divinum, omittens unam ex horis canonicis, nempè ſextam, aut nonam, peccet mortaliter?*

1. Affirmativa ſententia eſt indubitata apud omnes Doctores: paucis exceptis. quorum collectaneum facit *Suar. t.* 2. *de Relig. lib.* 4. *c.* 25. *n.* 15. *Diana, p.* 2. *tr.* 12. *reſol.* 41. *p.* 5. *tr.* 5. *reſol.* 26. *p.* 6. *tr.* 6. *reſol.* 6. *& p.* 7. *tr.* 11. *reſol.* 2. *Reginald. t.* 1. *lib.* 18. *cap.* 11. *ſect.* 3. *num.* 144. *& Fauſtus lib.* 2. *de horis canon. q.* 58. tùm quia quælibet hora canonica, eſt pars notabilis, & materia gravis officij divini; ergo ejus omiſſio eſt peccatum mortale, nam ſicut omittere in die feſto totam miſſam, vel ejus notabilem partem, eſt peccatum mortale, *juxtà cap. Miſſas,* 2. *de conſecrat. diſt.* 1. & docet Card. Caiet. 2. 2. *q.* 83. *ar.* 13. *in fin.* ità à pari, omittere totum officium, vel ejus partem notabilem, eſt peccare mortaliter, ut multis firmat *Navar. in ſuo manuali, c.* 25. *num.* 97. *& ſeque. & t.* 4. *de orat. cap.* 5. *num.* 41. quod autem quævis hora canonica ſit pars notabilis, & gravis reſpectu totius officij, non cadit ſub dubio, nam parva, vel gravis materia officij deſumenda eſt ex judicio, & æſtimatione prudentum, ut docent indifferenter Doctores, quibus inhæret *Sanch. in ſumm. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 2. at Doctiſſimi, & prudentiſſimi viri (pauciſſimis exceptis) cenſuerunt horam canonicam, licèt parvam, & minimam, adhuc eſſe materiam gravem, & notabilem, etiam reſpectu totius officij divini; ergo non eſt dubitationi locus; tum etiam, quia numerus horarum eſt in præcepto, ex inſtitutione Eccleſiæ, ut conſtat *ex c.* 2. *diſtin.* 91. ibi, *ſeptenarius ſacratus numerus à nobis implebitur, & c. dolentes, de celebrat. Miſſar. & Clem.* 1. *eod. tit.* & multis citatis firmat *Novar. in Lucerna Regu. ver. hora canon. numer.* 12. ergo nequit mutilari, & minui, abſque peccato mortali: tùm item, quia talis omiſſio eſt notabilis deformitas officij; tùm quia ſingulæ horæ præcipiuntur ab Eccleſia, tanquam partes notabiles, & ſubſtantiales officij divini, ac ſi ſeorſim unaquæque præciperetur de per ſe, ut docent *Syl. ver. hora, qu.* 12. *Tab. eod. tit. n.* 18. *Rodriq.* 1. *p. c.* 141. *n.* 17. *Navar. ubi ſupra, & Molſeſ. c.* 5. *ſumm num.* 7. tum tandem, quia ità noviſſimè Sacra Congregatio Purpuratorum authenticè declaravit, teſte *P. Verricello* 1. *p. moral. tr.* 8. *Miſcell. q.* 58. ubi optimo jure retractat, & corrigit; quod dixerat *tr.* 1. *q.* 15.

2. Hinc nullatenus ſunt audiendi *Marchinus de Sacrament. ordin. tr.* 2. *p.* 6. *difficul.* 3. *num.* 5. *Ioan. Caramuel. in Regul. S. Benedicti. diſp.* 118. *num.* 1462. *Iacob. Marcant. in reſolut. paſtoral. p.* 2. *tr.* 5. *c.* 2. *q.* 1. *& Bomartius de horis canon. cap.* 19. *n.* 12. tum quia laxant timoratorum conſcientias: tum etiam, quia loquuntur contra communem ſententiam Doctorum, ac declarationem Sac. Congreg. *loc. dit.*

Quæſt. 40. *An qui non poteſt divinum officium recitare, teneatur illud per alium perſolvere, vel ab alio recitante audire?*

1. Negant *Syl. ver. hora, q.* 4. *n.* 5. *Tab. eod. ver. n.* 19. *Armill. eod. tit. n.* 16. *Navar. t.* 4. *c.* 11. *de orat. n.* 6. *& in Manuali, c.* 25. *num.* 100. & meritò, tum quia hoc nullo jure cavetur, etenim præceptum de officio, eſt de recitando, & non de audiendo; ergo qui officium non poteſt recitare, excuſatur à ſubſtantia præcepti, & per conſequens non tenetur illud per alium recitare: tùm etiam, quia onus recitandi officium, eſt onus perſonale, quod nequit per alium expleri, ergò qui per ſe non poteſt, nec per alium explere tenetur: undè eſtò, quod alium ſubſtituat, non ideò præcepto ſatisfaciet.

2. Benè tamen verum eſt, quod impeditus officium recitare, non malefaceret, ſi aliquid aliud loco officij diceret, nempè tot Pater noſter, & Ave Maria, vel ſi mentaliter aliquot pſalmos recitaret, aut ſi per ſubſtitutum audiret; non dico, quod tenetur, ſed quod benefaceret.

Quæſt. 41. *An obligati ad recitandum divinum officium, peccent mortaliter, ſi illud recitent abſque ulla interiori attentione, adeò, ut teneantur illud repetere?*

1. Paludanus *in* 4. *ſent. diſt.* 25. *q.* 5. *ar.* 5. *concluſ.* 4. *S. Anton. in* 3. *p. ſum. tit.* 13. *cap.* 4. *§.* 8. *Syl. ver. hora, q.* 2. *n.* 13. *in fin.* & alij quamplures, dicunt, interiorem attentionem ad horas recitandas non requiri, ſed ſufficere exteriorem, ut ſcilicet officium recitando, alijs non ſe occupet, qui ſint incompatibilia, cum attentione interiori, nempè loquendo, ſcribendo, pingendo, & ſimilia peragendo, ducunturque, tùm quia nemo poteſt præcipere, aut vetare, quod non poteſt punire, nec poteſt punire, quod non poteſt cognoſcere, & judicare, ſed Eccleſia. extrà confeſſionem, non poteſt cognoſcere, & punire actus interiores: ergo non poteſt eos præcipere, & vetare: unde proverbium eſt, *quod Eccleſia non iudicat de occultis*: tùm etiam, quia difficillimum eſt, interiorem attentionem habere; difficilè autem in mortalibus æquivalet impoſſibili: ergò, tùm itē, quia Eccleſia non injicit laqueum, *cap. de viduis* 17. *q.* 1. nec homines alligare debet oneribus importabilibus, *cap. alligant.* 26. *q.* 7. ergò, tum tandem, quia his non adverſatur *cap. dolentes de celebrat. Miſſ.* tùm quia ibi non præcipitur attentio ſimpliciter, & abſolutè, ſed cum illa limitatione, in quantum Deus eis dederit; tum etiam, quia non eſt credibile, Eccleſiam voluiſſe nos obligare ad actum tàm arduum; cum jugum Eccleſiæ, ſicut, & illud Chriſti, ſit ſuave: ad quod faciunt allegata jura, unde præfati Doctores dicunt, prærecenſitam opinionem, non ſolum eſſe probabilem, verum etiam benigniorem.

2. Oppoſitum verò, quod eſt de jure veriùs, & tutiùs, tenent communiter Doctores, & præcipuè *Cardin. Caiet.* 2. 2. *q.* 83. *ar.* 13. *& in ſua ſummu. ver. hora §.* 3. *Sot. lib.* 10. *de iuſt. q.* 5. *ar.* 5. *concluſ.* 4. *Tab. ver. horæ nu.* 30. *Emin. Turrecremat. cap. cantantes, diſt.* 92. *Ledeſma t.* 2. *q.* 16. *ar.* 6. *p.* 2. *dub.* 2. *Navarr. tom.* 4. *c.* 13. *de orat. n.* 15. *& 46. & c.* 20. *n.* 31. *Rodor.* 1. *p ſumm. c.* 144. *num.* 2. *Mirand.* 1. *p. Manual. q.* 37. *ar.* 11. *Azor.* 1. *p. lib.* 10. *cap.* 12. *qu.* 6. *Suar. t.* 2. *de de Relig. lib.* 4. *cap.* 26. *de attentione, nu.* 26. *Fauſtus de hor. can. lib.* 2. *q.* 105. *ver. his ſuppoſitis, Diana p.* 2. *tr.* 12. *de horis, reſolut.* 2. *& Perſic. in tr. de hor. cap.* 11. *dub.* 1. *n.* 26. & moventur ex multis, tùm quia per præcep-

Digitized by Google

præceptum Eccleſiaſticum nobis datum ad recitandum horas canonicas, non præcipitur tantum hæc actio exterior legendi, aut cantandi, materialiter ſumpta, quæ de ſe indifferens eſt, ut ſit oratio, vel ut ſit ſtudium, aut actio jucunda, & delectabilis cantanti, vel legenti; ſed præcipitur actio illa exterior, ut eſt oratio ad Deum, & cultum ejus; ergo neceſſe eſt, ut ſub hac ratione ſit intenta, & volita, quia niſi ex tali intentione procedat, non eſt oratio, ſed confabulatio. Confirmatur, & magis declaratur, quia actio præcepta debet eſſe humana, ſub qua ratione præcepta eſt, ſed illa externa actio eſt præcepta, non utcumque, ſed ut ſit oratio: ergo ſic debet eſſe humana, ergò ſic debet eſſe intenta, & volita, alias non erit impletiva præcepti; unde recitans ſine tali attentione actuali, vel virtuali, cenſetur non recitaſſe divinum officium, & conſequenter tenetur repetere infrà eundem diem; ſecus peccat mortaliter, & non facit fructus ſuos, tum etiam *ex cap. dolentes 9. de celebrat. miſſar.* ubi S. Papa præcipit ſub mortali, ut divinum officium ſtudioſè, ac devotè celebretur, ut liquet ibi, *diſtrictè præcipientes in virtute ſanctæ obedientiæ, ut divinum officium nocturnum, pariter, & diurnum, quantum Deus eis dederit, ſtudioſè celebrent, pariter, & devotè*, ubi *Gloſa in ver. ſtudioſe, ſubdit, ſtudioſè quantum ad officium oris, id eſt, ſine ſyncopa, devotè, quantum ad officium cordis*, & meritò hoc dicit, *quia ſi cor non orat, in vanum lingua laborat*, ut multis firmat *S. Thom. 2. 2. qu. 83. ar. 13.*

3. Nec obſtat dicere, quod S. Papa *in d. cap. dolentes*, non præcipit modum recitandi officium, ſed ſubſtantiam officij recitari, quia hujuſmodi reſponſio deſtruit textum, quandoquidem antecedenter ad dictum decretum, & multò prius aderat divinum officium in Eccleſia, ut conſtat ex deciſis, & liquet ex textu, qui per extenſum narrat modum, quo tunc temporis perſolvebatur divinum officium, unde conſtitutio fuit edita ad corrigendum malum modum recitandi: adeò ut duo præcepta ſint nobis data ad recitandum officium, utrumque obligans ad mortale; unum de recitando officio, alterum verò de recitando ſtudioſè, ac devotè; ut dicitur *in d. cap. dolentes*, & docet *Cardin. in cit. loc. ſum.* licet alij dicant, quod in dicto decreto *cap. dolentes*, non duo, ſed unũ dumtaxat præceptum ſit, quamvis in eo duæ explicentur conditiones neceſſariæ ad complementum hujus præcepti, quæ ſunt integritas orationis, & attentio, quarum prima explicatur per illam particulam (*ſtudioſè*) ſecunda verò per illam particulam (*devote*) ſed quidquid ſit de his, non poteſt tamen negari, quominus *dict. conſtit. cap. dolentes*, ſit de modo recitandi, non autem de ſubſtantia recitata.

4. Nec item obſtat dicere, quod præceptum *d. cap. dolentes*, temperetur per illam dictionem, *quantum Deus eis dederit*, & quod conſequenter ſic remanet conſilium, & non præceptum, quia erronea eſt iſta interpretatio. nam illa additio, non debet referri ad voluntatem orantis, quaſi quod attentio ſit arbitraria: ſed refertur ad quantitatem attentionis, ità ut ſenſus ſit, quod nemo recitans officium, tenetur habere ſummam, ſeu ſupremam attentionem: ſed tantam, quantam Deus dignabitur ei præſtare, ut benè advertit *Sot. cit. loc. poſt 6. concluſ.* & hic eſt verus ſenſus prædictorum verborum.

5. Nec præterea officit dicere, quod Eccleſia non judicat de actibus interioribus, & conſequenter nequit eos præcipere, quia licèt actus interiores, ſecundum ſe, hoc eſt, nudi, & abſoluti ab actibus exterioribus, non cadant ſub judicio Eccleſiæ, quia inviſibiles ſunt, Verùm quatenus ſunt rationes actuum externorum, ſuntque cum illis conjuncti, ſive uti radices, & circumſtantiæ concomitantes actus exteriores, utique ſubſunt judicio Eccleſiæ; ac proindè poſſunt præcipi, & imponi; & conſtat *ex Clem. Multorum, de Hæreticis*, ubi Eccleſia eos, qui odio, vel amore Hæreticos inquirunt, aut inquirere permittunt, excommunicatione ferit; & docent *Caiet. & Sot. cit. loc.* & patet ad ſenſum: nam Eccleſia præcipit fidelibus, ut in diebus feſtivis Miſſam audiant, quæ quippè auditio Miſſæ, nequit eſſe ſatisfactoria præcepti, ſine actu interiori. Item præcipit ſemel in anno ſacramentaliter confiteri, quippè quæ ſacramentalis confeſſio nequit eſſe ſive interiori actu, utpotè contritione, & dolore peccatorum; item præcipit, ut Sacramenta adminiſtrentur cum intentione faciendi, quod Chriſtus fecit, & facit Eccleſia: qua intentione ſublata, deſinunt eſſe Sacramenta, etenim tria ſunt de eſſentia Sacramenti, materia, forma, & intentio Miniſtri, *teſte Concilio Niceno*, & ſic de alijs de quibus alibi ſcripſimus.

6. Nec præterea nocet dicere, quod ſit difficillimum negotium interiorem attentionem habere, quia ut inquit *Caiet. in ſum. §. 3.* in dicto præcepto nihil aliud exigitur; niſi quod quis animo vacandi Deo horas inchoet, & in contrarium iſte animus non mutetur dùm ſolvit officium divinum; ideoque qui in officio divino advertit ſe cogitate hoc, vel illud, quæ ſunt ab officio extranea, ſed non advertit, quod ab officio diſtrahatur, quamvis voluntariè illa meditetur, non propter hoc animus habitus à principio vacandi officio, eſt mutatus in contrarium, quia nunquam habuit iſte animum recedendi à vacando Deo in illo officio: oportet enim receſſum humanũ à termino à quo, fieri per ſe, hoc eſt, ex intentione. ſaltem virtuali, quæ requirit advertentiam, quæ quippè doctrina Cajetani, eſt præ oculis habenda hominibus ſcrupuloſis, nè facilè intrent in tentationem: nam iſti, ſi bona fide, & cum propoſito attendendi ad recitandum accedant; etiam ſi in fine pſalmi, advertant, ſe fuiſſe diſtractos, nihil curent, nec repetant: ſed iterum ad attendendum mentem applicent, & proſequantur: idemque ſervare debent, etiam ſi non recordentur, ſe omnia dixiſſe, quia, ut *D. Thom. notat. cit. loc.* hæc oblivio non refert, nec ſemper naſcitur ex diſtractione, quamdiù ergò eis non conſtiterit evidenter, ſe mutaſſe propoſitum, vel advertendo, & ſciendo circa alia vagatos fuiſſe, credere poſſunt ſuæ obligationi ſatisfeciſſe, *Navarr. tom. 4. de orat. cap. 13. numer. 29.* & ſequitur *Suár. cit. loc. num. 20.*

7. Quibus additur, quod dictum præceptum de attentione, non ſolum, non eſt difficile, ſed valdè facilè; tùm ob prædicta, tùm etiam, quia ad illud implendum ſufficit, quod recitans officium, unum de his quatuor intendat, videlicet, vel nè erret in verbis, dicendo unum pro alio: vel quod attendat ad ſenſum verborum, applicando affectum ad id, quod verbis ſignificat, vel ad gratiam petitam in oratione, vel officio, vel ad charitatem, vel ſimile, vel ad Deum, ſeu Chriſtum, unde nunquam mortaliter peccatur in hoc, remanente primo propoſito, ut dicit *Caiet. cit. loc. ſum.* & ſequitur *Armill. ver. hora n. 19.* & docet expreſsè *S. Thom. 2. 2. qu. 83. ar. 13. in fin. cap. & tertium argumentum*; exindè vides, quàm debile ſit primæ ſententiæ fundamentum, cùm multis modis propulſetur.

†

Digitized by Google

Quæſt. 42. An ſemper peccet, qui voluntariè ſe occupat in actibus externis, dùm recitat officium: etiam ſi illæ actiones, non requirant magnam attentionem, uti eſt ſe veſtibus induere, vel ſpoliare, ac ſimilia pagere?

1. SAnctus Anton. 2. p. ſum. tit. 9. cap. 3. §. 3. dicit eum eſſe reprehenſione dignum, quia dat ſibi occaſionem evagandi, & irreverentiam committit, etſi per totam horam hoc faciat, vel pro majori parte.

2. Oppoſitum tamen, quod eſt de Jure verius, tenent communiter Doctores; tùm quia ſuppoſito, quod hujuſmodi actiones ſint compatibiles cum interna attentione, fieri poſſunt, abſque ulla læſione illius, tum etiam, quia non ſunt cauſa ſufficiens diſtrahendi recitantem à primævo Propoſito, ad quod facit, quod ſacerdotes dum ſe induunt ad ſacrificandum, vel ſpoliant ſe ſacris veſtibus, dicunt quaſdam privatas orationes, ab Eccleſia approbatas, & non aliunde; niſi quia hæ orationes non diſtrahunt ab attentione requiſita ad ſacrum peragendum; ad quod pariter facit ſtatutum noſtræ Religionis, quo Fratres Clerici monentur, ut ubi ſurgunt è lecto, ſtatim officium B. M. V. recitent, quod docuit S. Dominicus, uti medicinam fructuoſam contra phaſtaſmata mala; prout atteſtantur Card. Caiet. 2. 2 q. 83. ar. 13. ad 3. not. 1. & Sot. lib. 10. de Iuſt. q. 5. ar. 5. concl. 7. & ſequitur Navarr. tom. 4. cap. 13. de orat. num. 48. & ſequen.

3. Verùm ego æſtimo, S. Anton. ubi ſupra, huic ultimæ ſententiæ non adverſari, nam loquitur de attentione incompatibili cum interiori attentione, & diſtrahente ab interna attentione, quod etiam videtur innuere idem Caiet. 2. 2. q. 187. ar. 3. ad 3. ubi ad intentum multa loquitur, ac etiam de cap. dolentes, de celebrat. Miſſar.

Quæſt. 43. An Dominicanus recitans cum Carmelitano, ſuæ obligationi ſatisfaciat?

1. REſpondeo negativè; loquendo tamen de Jure communi, moveor, quia unuſquiſque Religioſus tenetur recitare Divinum Officium, juxtà Breviarium pro ſua Religione approbatum, ut probat tex. cap. de iis, 13. & cap. placuit, 14. diſt. 12. ubi prohibentur Monaſteriorum conſuetudines cum ſæcularibus Eccleſijs commiſceri, & ratio potuit eſſe; quia quantum ad ſubſtantiam, nullibi reperitur conſtitutum officium. quamobrem, diverſæ Eccleſiæ, ac diverſæ Religiones, diverſa canunt, & indiverſis temporibus, diverſa pſallunt; ut expreſsè dicitur in cap. in die Reſurrectionis 15. de conſecrat. diſtin. 5. & docent Cardin. Caiet. in ſummula ver. Hora, §. 2. & Sotus lib. 10. de iuſt. quæſt. 5. art. 4. poſt. 13. concl.

2. An autem hic recitans peccet mortaliter? negant Caiet. & Sot. cit. loc. ſed tantùm venialiter, quia in caſu poſito, non ſubſtantiam, ſed qualitatem, & modum officij tantùm mutat. Verùm Lezana 1. p. ſum. cap. 12. n. 18. dicit, quod peccat mortaliter, quia dicta obligatio recitandi juxtà proprium Breviarium, obligat ſub mortali, quod colligit, tùm ex d. Iuribus, ubi graves pœnæ ponuntur contra aliter recitantes, tùm ex Bulla Pij V. incip. quod à nobis, edita 1568. quæ rigoroſè præcipit Romanum Breviarium eſſe ab omnibus obſervandum, exceptis tamen ijs, qui vel ex Inſtitutione, vel conſuetudine, excedente ducentos annos, alijs Breviarijs uſi fuerint.

3. Verùm enimverò Cajetanus ſcripſit ante tempora Pij V. & conſideravit d. capitula reſpectu Monachorum, quibus ibidem imponitur perſolvere officium, juxta conſuetudinem ſui ordinis; & quia iſta conſuetudo poteſt eſſe præceptiva, & non præceptiva, ſed conſueta, ut pia, & rationabilis, noluit multiplicare præcepta, ultra ea, quæ imponuntur à Jure. Item Sotus loquitur de exemptis, & de ijs, qui non obligantur uti Breviario Romano, qui ſi recitent cum alio Clerico, vel Franciſcano, qui utuntur Romano Breviario, non debent condemnari de mortali, tùm quia Romanam Eccleſiam imitari, non eſt malum: immò hoc meliùs eſt, quàm ab illa differre; tùm etiam, quia Pius V. loquitur de recitando publicè in choro, ſecùs autem privatè; tùm etiam, quia idipſum Summi Pontifices deſiderarunt, quò fit, ut ſublato, ſcandalo, alijſque inconvenientibus, non eſt hujuſmodi Religioſus condemnandus de peccato mortali, & hanc opinionem probabilem exiſtimat Bonac. tom. 1. de Hor. Canon. diſp. 1. q. 3. p. 1. n. 5.

4. Sed Diana 7. p. tr. 11. Miſcell. reſolut. 8. verſ. ſed in hoc, dubitat, an peccat mortaliter Carmelitanus, ſi recitet cum Dominicano juxtà Breviarium Ordinis Prædicatorum, quod non eſt Romanum, in quo caſu dictæ rationes, non concludunt. Verumtamen hæc Dianæ difficultas, difficultatem non habet per allegatam doctrinam Soti, & Cajetani, tum quia modus de Jure communi, non eſt in præcepto; tùm quia non omnis conſuetudo habet vim legis, nec eſt præceptiva, ſed ſæpè ſæpiùs, & maximè in Ordine Prædicatorum, eſt conſueta, ut rationabilis, & pia; etenim Dominicani ex ſtatutis, ſublato contemptu, non obligantur ad mortale; tùm item, quia recitans cum ſocio privilegiato, gaudet illius Privilegio, ut diximus, in tr. de extenſ. Privil. & docet Portell. in dub. ver. Horæ, num. 8. ar. 9.

5. Dixi, loquendo de Iure communi; quia ſecùs de ſpeciali, nam Innoc. IV. quoad hoc conceſſit Minoribus, ut ratione itineris, vel alterius rei cauſa, extrà propria loca degentes, poſſint perſolvere Officium cum alijs fratribus alterius Religionis, ſimul, aut privatim, ut eſt videre in d. Privil. de quo latè infrà quæſt. 64. quo Privilegio, gaudent omnes alij Regulares, ob communicationem Privilegiorum.

6. Nec obſtat Lez. cit. loc. dicens, ſe ignorare, an d. Privilegium ſit vivæ vocis oraculum, quia oracula hodiè ſunt revocata, quia hoc ejus dictum abſolutè non eſt verum, etenim hodiè pluſquam hæri, vivunt oracula publicata ore officialium D. Papæ, nec non, & illa, quæ quærelam non excitant, nec poſſunt præjudicare Epiſcopis locorum, ut conſtat ex Prohemio, & tenore conſtitutionum Vrb. VIII. quas per extenſum habes, tom. 1. Prax. p. 1. tractat. de oracul.

Quæſt. 44. An recitans officium privatim, peccet venialiter, ſi ſine cauſa prætermittat recitare Horas, temporibus determinatis?

1. AFfirmant communiter Doctores; quia quàvis illæ ſanctiones, quæ tempora officij publici determinant, non ſe extendant ad recitandum in privato: adhuc tamen ex decentia, & honeſtate obſervandæ ſunt, etiam in privato; quia horæ, ſive publicè, ſive privatè dicantur, Horæ Canonicæ ſunt; ergò dicendæ ſunt, horis à Sacro Canone determinatis; tùm quia correſpondent ſeptè Miſterijs principalibus noſtræ ſalutis, tùm etiam, quia

Digitized by Google

uia verba ipſius officij, ſæpius temporis meminerunt, quo recitandum ſit officium: ergò invertere, tempus mutare; licet non ſit contra ſubſtantiam, ſt tamen contra accidentale officij: quod ad minùs fert veniale peccatum, ad quod facit *D. Thom.* 1. 2. q. 83. *ar.* 4. *ad* 2. ubi dicit, *Peccatum veniale committi in non ſervando modum rationabilem adimplendi præceptum, quem lex prætendit*, quod occurrit in caſu noſtro, lex enim prætendit Horas Canonicas debere recitari, eo modo, & tempore, à Sacro Canone ſtabilitis, quod colligit ex illo *Apoſtoli ad Roman.* 12. ibi, *exhibeatis Deo rationabile obſequium*, hoc eſt, ut ratio dictat eſſe conveniens & expedire.

2. Idipſum docet idem *S. Thom. quolib.* 5. *ar.* 28. ubi quærit, *utrùm liceat Clerico qui tenetur ad Horas Canonicas, de ſero dicere Matutinas ſequentis diei?* ad quod reſpondendo ait, *quod in hoc caſu conſideranda eſt intentio eius. Si enim prævenit, & hoc facit propter laſciviam, ut ſcilicet quietiùs ſomnolentiæ, & voluptati vacet, non eſt abſque peccato, ſi verò hoc faciat propter neceßitatem licitarum, & honeſtarum occupationum, putà ſi Clericus, aut Magiſter debet videre lectiones ſuas de nocte, vel propter aliquid aliud huiuſmodi: licitè poteſt de ſero dicere Matutinas, & in alijs Horis Canonicis tempus prævenire ſicut etiam fit in ſolemnibus Eccleſiis fit, quia melius eſt, Deo utrumque reddere, ſcilicet debitas Laudes, & alia honeſta officia, quàm quod unum per aliud impediatur.*

3. Hanc præterea Doctrinam ſequitur, *S. Anton. in* 3. *p. ſum. tit.* 13. *cap.* 4. *de Horis Canon.* §. 4. ibi, *officium autem; quod dicitur in privato, ſcilicet non officiando Eccleſiam; ſi dici non poteſt propter occupationes, horis proprijs, meliùs eſt prævenire, quàm tardare quia prævenire eſt Prudentia, tardare verò, eſt negligentia*, hæc ille; Ubi ad intentum *ex Ioanne Andrea in Novellis, cap.* 1. *de celebrat. Miſſar.* refert exemplum de quodam S. Viro, cui dicenti horas ante tempus, Angelus ferebat uvam acerbam, poſt debitum tempus, offerebat uvam marcidam; tempore autem convenienti, afferebat uvas maturas valdè bonas; ad quod item facit illud aliud exemplum de S. Severino graviter in Purgatorio punito, ob Horas Canonicas, omnes ſimul manè recitatas, non ſervatis temporum intervallis, quod refert *Abbas poſtea Victor. III. Romanus Pontifex.* Hinc *Diana* 7. *p. tr.* 11. *Miſcell. reſolut.* 12. Jure optimo invehit contra Caramuelem, tenentem contrarium in Regula S. Benedicti *diſp.* 112. *ar.* 1. *num.* 1411. non ſunt enim in hac materia laxandæ conſcientiarum habenæ.

Quæſt. 45. *An obligati ad recitandum Horas Canonicas in choro, peccent mortaliter, & debeant ſtipendio privari, ſi officium parvum B. M. V. non recitent in choro?*

1. NEgativa reſponſio, eſt hodie indubitata, nam his, ut conſtat ex Bulla Pij V. Breviario Rom. præfixa, ſublatum eſt vinculum recitandi d. officium in choro, ac etiam privatim, quandoquidem obligatio recitandi privatè, eſt acceſſoria ad obligationem recitandi publicè in choro, at principali perempto, perit, & acceſſorium, juxtà *Iur. Regulam*, qua dicitur, *quod acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis*, ergò.

2. Adverte tamen, quod quamvis Pius V. in d. ſua Bulla abſtulerit obligationem recitandi d. officium, reſpectu Eccleſiæ Romanæ: adhuc tamen non abſtulit conſuetudinem recitandi tale officium, reſpectu illarum Eccleſiarum, quæ non ſervant Ritum Romanum, & liquet ibi, *hoc tamen concedimus, ſine præiudicio ſanctæ conſuetudinis illarum Eccleſiarum, in quibus officium parvum B. M. V. in choro dici conſueverat: ità ut in prædictis Eccleſiis ſervetur ipſa laudabilis, & ſancta conſuetudo celebrandi more ſolito prædictum officium*, hæc ibi.

3. Ex quibus benè vides, quod deobligatio jam dicta extenditur ad eos ſolum, qui Romanum Breviarium ſusceperunt, non autem ad eos, qui antiquũ ſuum Ritum retinent, juxtà permiſſionem ejuſdem Pij V. & conſtat *ex contextu d. Bullæ*, ibi, *quod verò in rubricis huius noſtri officij præſcribitur, quibus diebus officiũ B. M. V. ſemper Virginis, &c. Prælati periculum ab ea præſcriptione removendum duximus, &c.* ergò tantùm à rubricis ſui Breviarij, illam vim obligandi aufert, & ſolùm quoad utentes Rom. Breviario revocat obligationem, etiam per antiquas conſuetudines introductam, quod nota diligenter, quia hoc eſt ſpeciale Privilegium utentium Breviario Romano; ſecùs autem non utentium illo; *Bonac. diſp.* 1. *de Hor. Canon. q.* 3. *p.* 1. *num.* 12. *& Suar. tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *c.* 13. *nu.* 14. & liquet ex textu jam extenſo.

Quæſt. 46. *An Religioſi non utentes Breviario Romano peccent mortaliter, ſi omittant recitare in choro officium parvum B. M. V.?*

1. AFfirmativè *Suar. tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 14. *Lez.* 1. *p. ſum. cap.* 12. *num.* 21. *& Gavant. in Comment. ad rubric. ſect.* 9. *cap.* 6. tum quia licet nullibi legatur præceptum hoc, de Jure communi obligans ſub mortali, *Sot. lib.* 10. *de Iuſt. q.* 5. *ar.* 4. §. *de offic. M. V. Tabiena ver. horæ n.* 11. *& Syl. eod. tit. q.* 5. ſufficit tamen illud Regulæ, quod ſuos Religioſos afficit: tùm etiam, quia Pius V. in d. ſua cõſtit. non abſtulit conſuetudinem recitandi officium reſpectu horum, de quibus loquimur, ad quod *Gavant. cit. loc. n.* 6. refert Decretum Sacræ Congreg. Rituum, & liquet ex d. Bulla Pij V. ibi, *ſine præiudicio ſanctæ conſuetudinis, &c.* ergò reſpectu horum conſuetudo remanet ut priùs.

2. Adverte tamen, quod conſuetudo non obligat ad mortale, niſi ex intentione legislatoris, quam cõmunis opinio manifeſtat, ut ſæpe dico, & docet *Syl. ver. hora q.* 6. *n.* 7. ergò debet attendi communis opinio; *Sotus cit. loc.* loquens de hac conſuetudine, dicit, quod non eſt multa antiqua, ſed à tempore S. Bernardi, & paulò ante Religiones mendicantium, & quod non incœpit, tanquam vim habens Præcepti, aliàs alicubi legeretur, ſed ex pietate, & devotione, qua B. V. M. digniſſima erat, ubi ad intentum refert inſtitutum noſtri Ordinis, quo cavetur, ut ſurgentes Fratres illic in dormitorio, ſolvant Matutinum officij parvi B. M. V. ob devotionem, quam habent ergà dictam B. Virginem; quod ſi foret præceptum Eccleſiaſticum, juberetur ſolvi in choro, non ob devotionem, ſed ob obligationem: *Syl. ver. horæ q.* 5. *in fin. ait*, ad illud tenentur ad horas, ratione generalis conſuetudinis; quando & eo modo, quo eſt in conſuetudine Eccleſiæ, cujus officium dicunt, quia fortè non omnis conſuetudo obligat ad mortale; ergò ſi conſuetudo non ſit communis; & univerſalis, non poteſt habere vim præcepti, quod multis firmat *Graff.* 1. *par. deciſ. Aur. lib.* 2. *cap.* 54. *de modo dicendi Horas Canon. n.* 23.

3. Item adde, quod conſuetudo acceſſoria ad conſtitutiones, non poteſt plus obligare, quàm conſtitutiones; ergò debet diligenter conſiderari, an originem habuerit à propria Regula, vel potiùs à conſuetudine, & Ritu univerſalis Eccleſiæ, quod viri prudentis relinquitur arbitrio.

4. Nec his nocet *Navarr. in tom.* 4. *Miſcell.* 77. *de*

orat.

Digitized by Google

*orat. num.*1. ubi dicit, omnes qui tenentur ad Horas Canonicas, teneri ad dicendas horas minores officij B. M. V. ex præcepto Urb. 2. quod etiam dixit *in cap.* 10. *num.* 3. *de orat. & Hor. Canon.* ea ratione fultus; quia ſunt pars horarum. Verùm fallitur multifariè, tùm quia Horæ Canonicæ, multo ante hujuſmodi officium fuerunt inſtitutæ, nàm officium parvum B. M. V. fuit à Petro Damiano Cardinali inſtitutum, Anno Domini 1056. ut plures poſt Baroniũ in eodem anno, in annalibus atteſtantur, quos allegat, & ſequitur *Gavantus cit. loc. n.* 1. 1. Horæ autem Canonicæ fuerunt in Eccleſia à principio naſcentis Eccleſiæ, *ut dictum eſt ſupra q.* 1. tùm etiam, quia licet Urb. II. *in Concil. Claramontano in Aruernis, anno ſalutis*, 1096. cum decretum fuit bellum ſacrum, quo recuperata fuit Terra Sancta; parvum officium B. V. reſtituerit, & præceperit, ut Clerici illud quotidiè recitarent: adhuc tamen fuit datum ad tempus, hoc eſt, durante illo Bello; vel non fuit uſu receptum; ut benè dicunt *Gavant. cit. loc. Suar. tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 25. *n.* 11. & ſequitur *Fauſtus lib.* 2. *de Hor. Can. q.* 143. & colligitur *ex d. conſtit Pij V.* ubi dicit, illud Privilegium à ſe indultum utentibus Breviario Romano, forè conceſſum, ſine præjudicio illius rationabilis, ac ſanctæ conſuetudinis illarum Eccleſiarum, in quibus d. officium B. M. V. dici conſueverat, ergò ante tempora Pij V. conſuetudo aderat, & non præceptum: ſecùs hujus præcepti meminiſſet, & non illius conſuetudinis, unde horæ officij parvi B. M. V. non ſunt partes officij divini, ſed veluti appendices, & additiones ad officium divinum, ut benè notat *Perſicus tr. de Hor. Canon. cap.* 8. *dub.* 5.

5. Ad quod idem facit *noſtra conſtit. diſtin.* 1. *cap.* 1. *de officio Eccleſiæ, fol.* 12. *col.* 3. *ubi ad textum* 1. *ſub litt. B.* præcipitur Fratribus, ut majori, qua poteſt pietate, & devotione ergà Beatiſſimam Virginem, ſpecialem Ordinis Advocatam, officium illius recitent in dormitorijs Conventum, ubi etiam infrà *ſub lit. C. dicitur, declaramus, quod officium B. M. V. certis diebus, in Dormitorio, & in choro intermittitur, & ad ipſum dicendum Fratres non obligantur, &c.* & liquet ex textu, ibi, *audito primo ſigno, ſurgant fratres, & ſtando dicant officium B. M. V. pro tempore*, & non dicit ſemper, igitur officium parvum B. M. V. in Ordine noſtro, non eſt de præcepto, quod ſemper obligat, ſed de Ritu, qui eſt acceſſorius ad conſtitutiones, quæ ſublato contemptu, libidine, & negligentia, non obligant ad culpam, ſed ad pœnam in Conſtitutionibus taxatam.

Quæſt. 47. *An officium Defunctorum ſit in præcepto, adeò ut prætermittentes illud recitare, peccent mortaliter, & teneantur fructus reſtituere?*

1. S*Ant. in* 3. *p. ſum. tit.* 13. *cap.* 4. *de Hor. Can.* §. 4. loquens de officio mortuorum, dicit, quod officium mortuorum videtur inſtitutum indeterminatè, pro omnibus benefactoribus, qui non determinant ſibi anniverſarium: undè videntur teneri ad illud omnes, qui bona illius Eccleſiæ percipiunt. Hoc idem docet *S. Thom. in quolib.* 6. *ar.* 10. ubi quærit, *an Clericus Beneficiatus teneatur in ſcholis exiſtens recitare officium mortuorum?* & dicit, *quod ſic*: loquendo tamen de illo officio mortuorum, quod ordinariè pertinet ad Eccleſiæ officium, tanquam proprium illius diei, ſicut illud, quod in univerſum perſolvitur in die omnium Defunctorum, & illud, quod pariter certò determinato tempore ſolvitur in aliqua Eccleſia, ut puta ſemel in hebdomada, vel ſingulis menſibus; duciturque ex eò, quod hujuſmodi Clericus accipit bona, quæ fuerunt Defunctorum; ergò titulo Juſtitiæ tenetur in ſpiritualibus compenſare: qui enim ſentit commodum, debet ſentire, & incommodum: ac proindè tenetur pro eis officium Defunctorum dicere, ſecùs autem dicendum, quando officium Defunctorum extraordinariè dicitur in aliqua Eccleſia, quia Clericus, qui in ſcholis moratur, & abſens eſt à ſua Eccleſia, non ſit particeps diſtributionum quotidianarum: Hæ namque dividuntur inter eos, qui de præſenti, & actualiter deſerviunt Eccleſiæ: ergò de mente D. Thomæ, tota obligatio recitandi officium Defunctorum, emanat ex acceptatione fructuum beneficij, qui quidem proveniunt ex bonis prædictorum, & ſequitur *Sot. lib.* 10. *de Iuſt. quæſt.* 5. *art.* 4. §. *de officio defunctorum.*

2. Hinc in Ordine Prædicatorum, *diſtinct.* 1. *de officio Eccleſiæ cap.* 1. *fol.* 14. *col.* 3. *in fin.* adeſt præceptum recitandi officium defunctorum in choro ſemel in hebdomada, quò fit, ut omnes Religioſi Clerici teneantur illud ſub mortali ſemel in ſeptimana publicè in choro recitare, vel privatim, ſi fuerint impediti choro intereſſe, & liquet ibi, *item declaramus, quod fratres tenentur ex præcepto, ſemel in hebdomada, totum officium Defunctorum dicere, cum dici debet in Eccleſia, omni antiqua conſuetudine rationabiliter prætermiſſa*, hæc ibi, ex quibus patet differentia dicendi officium Defunctorum, & officium B. M. V. in Ordine Prædicatorum.

3. Exindè pariter colligitur, quod ijdem Fratres, in alijs diebus, in quibus dicuntur tantùm tres lectiones dicti officij, ad hoc non tenentur, niſi hebdomadarius, Diaconus, Subdiaconus, & ille, qui notatus eſt in Tabula pro Miſſa Defunctorum, tùm quia verſamur in odioſis, in quibus non ſit extenſio; tùm etiam, quia ita docent *S. Ant. cit. loc. Armill. ver. horæ, num.* 9. & *Tabien. eod. tit. num.* 12. an verò hi notati in Tabula poſſint onus alijs committere, quæſtio eſt inter noſtrates, non levis, *S. Anton. cit. loc.* dicit, quod iſti non poſſunt propria authoritate alteri committere, quia hoc videtur eſſe onus perſonale, *Syl. verò ver. hora.* §. 6. dicit, quod non eſt onus perſonale, ac proindè poſſunt alteri committere, Verùm *Armilla, & Tab.* ubi ſuprà, dicunt, quod in hoc ſervanda eſt conſuetudo loci.

Quæſt. 48. *Pſalmi Graduales & Pœnitentiales, & Litania, an ſint in præcepto, adeò ut prætermittentes recitare in Choro, peccant mortaliter, ſi non recitent privatè?*

1. NEgativè dico, reſpectu eorum, qui utuntur Breviario Romano, à Pio V. tradito, nam Pius V. *in ſua conſtit. d. Breviario præfixa*, liberat eos ab obligatione ad hæc recitanda extrà chorum ſub peccato mortali: hortatur tamen omnes ad ea dicenda, undè concedit Indulgentias omnibus dicentibus, illis ſcilicet ipſis diebus, in rubricis præfinitis *illu ſcil. qui B. Mariæ, vel defunctorum officium dixerint, toties centum dies, qui verò ſeptem Pſalmos, vel Graduales, quinquaginta, ut eſt videre in conſtit. prædicta*, & docent communiter Doctores; præcipuè *Gavantus in comm. ad rubricas, ſect.* 9. *cap.* 3. & 4. ubi egregiè diſcurrit de pſalmis Gradualibus, & Pœnitentialibus, de Officio B. M. V. & Defunctorum, ac etiam de Litanijs, *Suar. t.* 2. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 25. *nu.* 7. *Petrus de Aragonia*, 2. 2. *qu.* 83. *art.* 12. *dub.* 5. *Azor.* 1. *p. inſtit. lib.* 10. *cap.* 16. *quæſt.* 2. & 4. *Bonac. de hor. can. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *p.* 1. *num.* 12. *quares ſecundo*, &

Digitized by Google

ct, *& Perſic. Neapolit. tract. de horis, cap. 8. dub. 5. num. 3.*

2. Reſpectu verò eorum, qui non utuntur Breviario Pij V. ſed retinent antiquum, tenentur ſervare conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ, ſeu Religionis eo modo, quo recepta eſt: ut docent *Cardin. Caiet. in ſum. ver. horæ*, §. 2. *Navarr. t. 4. c. 10. de orat. n. 4.* nam æquum, & juſtum eſt, ut qui non ſuſceperunt onus recitandi officium Breviarij Pij V. nec gaudeant commodo, ſeù privilegio illius.

3. Dixi *eo modo, quo recepta eſt*, quia non eſt una in omnibus uniformis, unde in meo Ordine, pſalmi Graduales dicuntur in ſingulis Sabbatis, in quibus fit in choro Officium B. M. V. & ſubrogantur in locum officij parvi B. M. V. unde dicuntur ordinariè in dormitorijs Conventuũ, locorumq; noſtri Ordinis; & hoc ideò, quia non ſunt in præcepto, ſicut nec, & officium parvum B. M. V. aliàs prædicta noſtra conſtitutio declaraſſet, prout declaravit de officio Mortuorum.

4. Pſalmi pœnitentiales dicuntur in die Cinerũ in choro. Verùm fratres exiſtentes extrà chorum, ad illos non tenentur, ut dicitur in Rubrica Breviarij illius diei, quia non ſunt partes officij divini, ſed appendices, & additiones ad officium, unde recitantur, finita nona, eodem modo dicuntur in choro in Cœna Domini, finita nona: ut expreſsè dicitur in Rubrica illius diei, abſque ulla tamen obligatione peccati mortalis.

5. Litaniæ ſunt pariter appendices ad officium, quæ in dicto meo Ordine, licet debeant dici in choro poſt Completorium, quandocunque in die ſubſequenti fit de feria: adhuc tamen non afficiunt fratres exiſtentes extra chorum, ut expreſsè dicitur *diſt. 1. de officio Eccleſiæ, cap. 1. fol. 14. col. 1.* ibi, *item declaramus Litanias debere dici in choro, &c.* ex quibus benè vides, quod non omnis conſuetudo eſt præceptiva, etiam ſi exerceatur in choro, ſed poterit eſſe voluntaria, rationabilis, & pia, ut patet de conſuetudine, qua fratres noſtri, poſt Completorium in choro, quandocunque fit de feria, de manu Sacerdotis ſalutarem ſuſcipiunt diſciplinam; quam ſi deſinant ſuſcipere, non ideò ſunt in culpa: contemptu tamen prætermiſſo.

Quæſt. 49. An Litaniæ, quæ dicuntur in die S. Marci, & tribus diebus Rogationum, ſint in præcepto, adeò ut prætermittentes illas recitare, peccent mortaliter, & teneantur pro rata reſtituere?

1. Reſpondeo affirmativè, reſpectu eorum, qui utuntur Breviario Romano, à Pio V. tradito, tùm quia prærecenſitæ Litaniæ, ſunt pars officij recitandi in illis diebus, ut conſtat ex Rubricis, & Kalendarijs dicti Breviarij, extenſis in die S. Marci, ubi dicitur, *Hodie, qui non interſunt Proceſſionibus Litaniarum, dicant illas privatim poſt Matutinum cum ſuis precibus, & orationibus, ſine Pſalmis pœnitentialibus*, hæc ibi, tùm etiam, quia de ipſis extat *Conſtitutio cap. Rogationes de conſecrat. diſtin. 3.* ubi jejunium ſuadetur, Litaniæ verò præcipiuntur: ut docet ibi *Gloſſa in caſu*, tùm item, quia ità docent communiter Doctores, & præcipuè *Suar. t. 2. de Relig. lib. 4 cap. 25. num. 7. & 8. Bonac. diſp. 1. de hor. can. quæſt. 3. p. 1. numer. 13.* ubi ad intentum multa refert, & *Gavant. tom. 2. in commun. ad rubric. cap. 16. num. 3.*

2. Reſpectu verò non utentium Breviario prædicto, dico quod tenentur obſervare morem antiquum recitandi officium in jam dictis diebus; ergo ſi prius ex conſuetudine habebant recitare officium cum dictis Litanijs, eodem modo nunc tenentur, adeò ut ſi non interfuerint publicis proceſſionibus, quæ ſolemniter fiunt in prædictis diebus, teneantur privatim recitare, *Suar. cit. loc. n. 10.*

3. Neque his nocet *Diana, p. 2. tr. 12. de horis can. reſol. 42.* ubi contrariam opinionem dicit eſſe probabilẽ, quia aut Doctores, quos citat, non loquuntur de Litanijs prędictis ſed de Litanijs, quę recitãtur in choro, & dicunt, quod extra chorũ non obligant; aut loquuntur ſine ratione, & textu, nã dũ in d. Bulla Pij V. non excipiuntur, implicitè præcipiuntur, exceptio enim firmat regulam in caſibus non exceptis, *l. nam quod liquidæ, ff. de penult. legata, §. ultim.* undè in Provincijs, & locis, in quibus non fiunt proceſſiones antedictæ, peccarent mortaliter illi, qui Litanias in dictis diebus privatim non recitarent, quia, ut dictum eſt, ſunt pars officij recitandi in illis diebus, & ſequitur *Sanch. t. 2. conſil. lib. 7. cap. 2. dub. 27. num. 2.* cui favet *Perſicus tr. de hor. canon. cap. 8. dub. 6. num. 3.* qui ibidem *num. 8. & ſequent.* ex multis oſtendit cauſam, & cauſas dictarum Litaniarum, & cur dicantur majores, & Minores.

Quæſt. 50. Quotnàm ſint cauſæ excuſantes à recitatione officij, & fructuum reſtitutione?

1. Reſpondeo, quod cauſæ excuſantes à recitatione horarum canonicarum, in genere, ſunt duæ: una intrinſeca, altera verò extrinſeca: illa intrinſeca eſt pariter duplex; una quæ ſe tenet ex parte corporis, altera verò ex parte animi; illa, quæ ſe tenet ex parte corporis, eſt impotentia corporis, quæ multiplex eſſe poteſt, ſecundum varios, & multiplices corporis morbos, quibus corpus redditur impotens ad recitandum divinum officium; unde eò ipſo, quò quis loqui non poteſt, nec ore proferre ea, quæ ad recitandum divinum officium requiruntur, omninò excuſatur à recitando.

2. Illa verò, quæ ſe tenet ex parte animi, poteſt pariter eſſe multiplex, ut ignorantia, ſeù neſcientia recitandi, vel oblivio, carentia Breviarij, & ſimilis.

3. Extrinſeca verò cauſa eſt etiam duplex; quarum una eſt ex neceſſitate actionis, quæ non poteſt conſiſtere cum officio, altera verò ex diſpenſatione Prælati, ad has quatuor cauſas, omnes aliæ reducuntur, ad quarum majorem declarationem, liceat in ſpecie multa quærere.

Quæſt. 51. An infirmitas excuſet à recitatione officij divini?

1. Et dico quod ſic: dummodò ſit gravis, ob quam, infirmus fiat impotens ad pronunciandum, vel nequeat pronunciare, ſine læſione valetudinis ſui corporis, tùm quia non eſt credibile, Eccleſiam velle cum tanto periculo obligare, tùm etiam, quia ſic colligitur *ex cap. Clericus victum, diſtin. 91. quod eſt ex Concil. Carthaginenſi 4.* tùm item, quia omnis lex ad hoc, ut obliget, debet eſſe poſſibilis, & uſui humano accommodata, ut alibi diximus. Secùs verò dicendum eſt, ſi ſit levis, qualis eſſe poteſt dolor ſtomachi, capitis, vel pectoris, ac interdum febris tertiana, aut quartana, cùm talis febris, non ſoleat tota die vehementer affligere, ita ut non vacet tempus ad divinum officium recitandum. *Sot. lib. 10. de iuſt. quæſt. 5. ar. 3. Tab. Armilla, & omnes ſummiſtæ in ver. hora canon. Navar. t. 4. de orat. cap. 11. num. 6. & in*

Manuali, cap. 25. num. 100. *& alijs citatis, Bonac. de hor. diſp.* 1. *q.* 6. *p.* 1. *nu.* 2. ducunturque, quia obligatio dicendi officium divinum, eſt ſtrictiſſima, & conſequenter ab ea non excuſat quælibet levis cauſa. Quibus adde, quod aliud eſt excuſari à recitatione officij in choro, & aliud à recitatione privata, nam fieri poteſt, ut quis excuſetur à recitando in choro, & tamen non excuſatur à recitando privatè, quia gravior cauſa exquiritur ad excuſandum à tota ſubſtantia officij, quàm ad excuſandum à parte, & loco officij. *Navarr. cit. loc.*

2. Sed quid dicendum, ſi dubium ſit circa gravitatem, vel levitatem infirmitatis? & dico. quod in caſu dubio, ſtandum eſt judicio Medici. *Syl. ver. hora, q.* 4. *& eſt communis.*

3. Sed quid ſi Medicus dubitet in caſu prædicto? reſpondet *Bonac. cit. loc. n.* 5. quod infirmus non tenetur dictas horas recitare, & meritò, quia non tenetur ſe periculo gravis damni exponere.

4. Sed majus dubium eſt, an infirmus infirmitate tranſacta, teneatur recitare quæ in infirmitate prætermiſit?

5. Negativè dic, quia onus perſolvendi divinum officium eſt affixum diei in honorem, & cultum ſingulorum dierum: obligatio autem affixa diei, tranſit cum ipſo die, ut patet de jejunio, de Miſſa audienda in die feſto, de Euchariſtia ſemel in anno ſumenda, & ſimili, quæ non obligant ad repetitionem, & docent *Navarr. cit. loc. de orat. cap.* 11. *nu.* 32. *Suar. t.* 2. *de Relig. cap.* 28. *n.* 11. *& Azor. p.* 1. *inſtit. lib.* 10. *c.* 13. *q.* 7.

6. Sed quæres, an qui non poteſt per ſeipſum divinum officium recitare, teneatur per alium ſupplere? & dico quod non, ut dictum eſt ſuprà; quia onus recitandi divinum officium eſt perſonale, & inhæret proprijs oſſibus, & docent communiter Doctores: ergo propria perſona impedita, non tenetur per alium ſatisfacere, nec quidem poteſt, ut patet de baptizando, qui non ſatisfacit præcepto, ſi loco ſui aliquis baptizetur; & de confitendo ſemel in anno, propria peccata; ſi loco ſui, alius ſua peccata confiteatur.

Quæſt. 52. An infirmus, qui non poteſt dicere totum officium, teneatur dicere illam partem, quam poteſt?

1. Rodor. *tom.* 1. *qu.* 42. *ar.* 10. *in fin. &* 1. *p. ſumm. cap.* 145. *concluſ.* 1. *not.* 3. ſub diſtinctione reſolvit, aut infirmitas impedit recitare totum officium, & ſic ad nihil tenetur, aut impedit recitare Matutinum duntaxat, v. g. & non alias horas canonicas & in tali caſu tenetur *ad illam horam*, quam poteſt perſolvere abſque læſione valetudinis ſui corporis. Dico *ad illam horam*, non dico, quod tenetur recitare aliquos pſalmos, aut hymnum, cum nequit recitare totam horam, tùm quia aliàs daretur perplexitas, cum nemo poſſit facilè decernere, quam partem poſſet dicere, & quam non, tùm etiam, quia alias nullus infirmus excuſaretur omninò à dicendis horis: quia nullus tàm graviter ægrotat, ut nequeat aliquam partem earum dicere, quod eſt contra communem ſententiam, ut benè dicit *Navarr. cit loco de orat. cap.* 11. *num.* 11. *ver. pro parte verò.*

Quæſt. 53. An cæcus excuſetur à recitatione divini officij?

1. Affirmativè *S. Ant. in* 3. *p. ſumm. tit.* 13. *cap.* 4. §. 5. dummodò tamen recompenſet per alias orationes; & liquet ibi, *ſi quis autem dimiſit propter aliquam neceſſitatem, puta propter defectum viſus, recompenſat tamen æquivalens per pſalmos, vel orationem Dominicanam, non peccat mortaliter, &c.* Hanc opinionem ſequitur *Syl. ver. hor. qu.* 4. *dicto* 4. *Tab. eod. ver. n.* 21. *Armill. num.* 16. *Sot. lib.* 10. *de iuſt. q.* 5. *ar.* 3. *& alij plures.*

2. Alij verò dicunt, cæcum non excuſari à recitatione officij, ſed teneri memoriter recitare, ſi illud memoria tenet, vel cum ſuo ſocio, ſi illum commodè habere poteſt; quia debitor tenetur ſolvere eo modo, quo poteſt, unde ſi non poteſt totum, tenetur ſolvere ſaltem partem, quam poteſt, *Azor.* 1. *p. inſtit. lib.* 10. *c.* 13. *quæſt.* 3. *& Graff.* 1. *p. deciſ. Aur. lib.* 2. *cap.* 54. *num.* 4. *& Sanch. t.* 2. *conſil. lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 46. *concl.* 2.

3. Sed dices; ſi cæcus pſalmos tantùm ſciat, & lectiones ignoret, an teneatur procurare ſocium? Negat *Sancius in ſelect. diſp.* 15. *num.* 2. ubi dicit, cæcum non teneri Matutinum recitare, quamvis memoria retineat pſalmos, cum lectiones legere nequeat, quia pſalmi ſine lectionibus, non conſtituunt Matutinum, ergò cæcus, qui non poteſt legere lectiones, non tenetur ſolum pſalmos recitare, nec tenetur ſocium quærere, quia præceptum recitandi, non ad id obligat, ſed tantum permittit poſſe recitare cum ſocio: quod eſt privilegium. Privilegio autem tunc utimur, cùm volumus; ergò eo uti cogi non poſſumus, quod dictum lætanter amplectitur *Diana,* 2. *par. tr.* 12. *de horis, reſol.* 44. ex quo duo colligit. Primò, quod habens Diurnum, non tenetur recitare pſalmos ſine lectionibus, & reſponſorijs; quia pſalmi ſine lectionibus non conſtituunt officium, ut dictum eſt. Secundò, quod ſi aliquis ſe offerat cæco in ſocium ad recitandum divinum officium, non tenetur admittere, quia recitare cum ſocio privilegiū eſt, quo uti cogi non poſſumus.

4. Verumtamen dicta ſententia, quod cæcus ſcilicet tenetur procurare habere ſocium ad recitandum, procedit quando cæcus erat ſolitus recitare cum ſocio, *Gavant. t.* 2. *in comm. ad rubric. ſect.* 1. *cap.* 5. *tit.* 1. *n.* 6. *Layman. in Theol. moral. lib.* 4. *tr.* 1. *cap.* 6. *n.* 2. *& Garzia de benef. to.* 1. *p.* 3. *cap.* 1. *n.* 15.

5. Sed quid dicendum, ſi cæcus nihil poſſet memoriter dicere, nec ſolus, nec cum ſocio, tenetur nè cum ſocio recitare, ità ut ei ſatis ſit, ut tantum audiat?

6. Negativè communiter Doctores, quia præceptum eſt de officio recitando; & non ſolum de officio audiendo, tùm etiam, quia, ut dictum eſt ſupra, onus recitandi divinum officium eſt perſonale, quod nequit per alterum adimpleri, ergò perſona impotens recitare, non poteſt cogi per alium ſupplere, non tamen nego, quominus bonum conſilium ſit ſupplere per ſocium, vel per tot Pater noſter, & ſimile *Perſicus alijs allegatis in tract. de Hor. Canon. cap.* 18. *dub.* 5. *num.* 5.

Quæſt. 54. An Surdus teneatur officium recitare?

1. Affirmativè *Bonac. diſp.* 1. *de Hor. Canon. qu.* 6. *p.* 2. dummodò tamen poſſit loqui, quia dum eſt potens ad recitandum, & impotens ad ſeipſum audiendum; tenetur officium recitare, quamvis ſeipſum nequeat audire: Eccleſia enim

enim non obligat ad impoſſibilē, nec ad grave incommodum: & in tali caſu ſufficit, ut mente poſſit attendere, & cognoſcere, quod labijs pronunciat, cùm præceptum ſit de per ſe ad recitandum, & per accidens ad audiendum, hoc eſt, tùnc quando cum ſocio recitat, & poteſt audire.

2. Sed major difficultas eſt, an teneatur ſocium adhibere? Et dico quod non: etiam ſi ſit ſolus, ad quid enim iſta ſocietas, ſi ſenſu audiendi caret? Amplia, ut nec quidem Surdaſter teneatur adhibere ſocium, quia qui vitio ſurditatis laborat, nequit ſine magna vociferatione, labore, & riſu circumſtantiū, ſocium audire, & non eſt credibile, Eccleſiam velle obligare ad tot incommoda, *Paul. Squillanſ. in tractatu de obligat. Cler. p. 1. dub. 13. n. 25.*

Quæſt. 55. Sed maius dubium eſt, an Surdus ſit irregularis?

1. Negativè eruditiſſimus, *Iacobus de Graff. 1. p. deciſ. Aur. lib. 4. de Irregularitate cap. 27. n. 51.* dummodò tamen ſit factus ſurdus poſt ordines ſuſceptos: unde poteſt licitè celebrare, licèt Diacono reſpondente, non audiat; & eſt deciſio *cap. præcepta Canonum 12. diſt. 55.* ubi dicitur, *dignitatem acceptam tempore ſinceritatis, ob ſequentem debilitatem, non amitti*, & liquet ibi. *præcepta Canonum, quibus Eccleſiaſtica regitur diſciplina, ſicut ad Sacerdotium, debiles corpore non patiuntur venire; ità & ſi quis in eo fuerit conſtitutus, ac tunc fuerit ſauciatus, amittere non poteſt, quod tempore ſuæ ſinceritatis accepit*, hæc ibi, ex quibus differentiam vides, inter promotos, & promovendos, quia hi, ſi ſint debiles, & defectum membrorum patiantur, nequeunt ſacris initari: ſi verò poſt ſuſceptos ordines debilitentur, ſunt ſuſtinendi, dummodò tamen hæc debilitas nimiam deformitatem non admittat, ut ibidem dicitur in ſubſequenti capitulo, *ſi evangelica admonitio.*

2. Limitant tamen Doctores, prædictam reſolutionem procedere in privata, & ſubmiſſa celebratione Miſſæ, quia ad Miſſam ſolemnem celebrandam, non eſt ſurdus admittendus, nè riſum excitet, faciendo aliquid extrà tempus, ut alijs allegatis docent *Sayr. de cenſur. lib. 6. cap. 8. num. 17. & Bonac. tom. 1. de irregul. diſp. 7. q. 2. p. 2. n. 7.* verùm ſurdaſter poteſt licitè, alijs ſervatis, utroque modo celebrare, ſubmiſsè ſcilicet, & ſolemniter, cum non ſit penitus ſurdus, ſed aliquo ſurditatis vitio laborans.

Quæſt. 56. An Gravis occupatio excuſet à recitatione officij?

1. Affirmativè reſpondent communiter Doctores, dummodò tamen occupatio ſit honeſta, & neceſſaria, quæ in aliud tempus commodè differri non poſſit ſine ſcandalo, vel peccato, vel ſine detrimento ſui, vel proximi: hinc interdum concionatores poſſunt omittere divinum officium, ſi recitatio officij impediat concionem publicè habendam; ſic pariter publici Lectores, Confeſſarij tempore Jubilei, & ſimiles, ad evitandum ſcandalum, quod poſſet naſci ex prætermiſſione publici muneris, & communis boni, quia non poteſt præſumi, quod Eccleſia cum tanto præjudicio communis boni, & ſpiritualis ſalutis, obliget ad recitandum officium divinum, juxtà illud *S. Bernardi dictum, in lib. de Præcepto, & diſpenſatione*, *quod propter charitatem introductum eſt, non obligat cum charitatis diſpendio*, & ità docent præcipuè, *Syl. ver. Hora qu. 13. num. 18. Tabiena num. 21. Armilla num. 16. eod. ver. Navar. in Manuali cap. 25. num. 101. & tom. 4. de orat. cap. 11. n. 34. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. de Hor. Can. cap. 28. num. 32. Bonac. tom. 1. tr. de Hor. Can. diſput. 1. q. 6. p. 2. n. 1. & Diana p. 7. tr. 11. reſolut. 1.* ubi in fine teſtatur, ſe nolle ſequi opinionem Caramuelis, etſi ſit vir doctiſſimus, *& Lez. 1. p. ſum. cap. 12. n. 25.* Obſerva tamen circa reſolutionem prædictam, eos, qui gravi occupatione detinentur, teneri officium anticipatè recitare; ſi occupatio non ſit repentina, & anticipatam recitationem permittit, *Syl. cum Bonac. cit. loc.*

2. Nec non obligatum ad recitandum divinum officium, non poſſe voluntariè ſuſcipere aliud munus, & officium, cujus executio incompatibilis ſit cum recitatione horarum, nam ſic ſpontè volens, implicitè vult omiſſionem horarum: modò non occurrat gravis neceſſitas ſuſcipiendi tale munus: quidquid dicat *Caramuel. in Reg. S. Benedicti diſp. 116. num. 1438. contra doctiſſimum Suar. cit. loc.* quia obligatio dicendi divinum officium, eſt ſtrictiſſima, & non deſinit obligare: niſi ob gravem neceſſitatem, quæ non licitum, licitum facit, *cap. non licitum de Regul. Iur.*

Quæſt. 57. An carentia Breviarij excuſet à recitatione officij?

1. Affirmat *Bonac. tom. 1. diſp. 1. de Hor. Can. qu. 6. p. 2. num. 4.* quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, *ff. de Regul. Iuris.* At divinum officium ſine Breviario, nequit recitari, ergò. quod intelligo verum, ſi hujuſmodi carentia ſit involuntaria, & ſine propria culpa, ſecùs autem ſi ſit volita, ſaltem in ſua cauſa, *Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. c. 27. & Lez. 1. p. ſum. c. 12. n. 25.*

2. Undè ſequitur, eum, qui de domo diſceſſit, nihil cogitans de Breviario, aut rationabiliter judicans ſe alibi reperturum Breviarium, non peccare, nec teneri ad reſtitutionem fructuum, ſi poſtea divinum officium prætermittat, quia in cauſa non peccavit; excuſante ipſum inadvertentia, vel bona Fide, nec peccavit in actuali omiſſione, ob impotentiam, & carentiam Breviarij: *Suar. cit. loc. num. 9. Graff. 1. p. dec. aur. lib. 3. cap. 54. n. 6. & Navar. tom. 4. de orat. c. 11. num. 38.*

3. Sed hic ſubintrat major difficultas; an hi carentes Breviario, ſine ſua culpa, ſive cum culpa; teneantur dicere ea, quæ ſciunt memoriter? quæſtio eſt inter Doctores non levis, nam quidam dicunt, quod ſi quis non habens Breviarium poſſit recitare memoriter totum officium, vel integram aliquam horam, tenetur, ſi autem Pſalmos tantum ſciat, non autem lectiones, orationes & capitula; non tenetur, quia illi Pſalmi, ut ſic, non ſunt Hora Canonica: ad quam Clericus obligatur: ſunt verò qui dicunt, quod ſi is, de quo agitur, ſciret alias lectiones, ſive capitula, & orationes, tenetur dicere officium ſic mixtum, nempè ex Pſalmis de Feria, & lectionibus, & orationibus de Beata Maria Virgine, quia licet modus in tali recitatione intelligatur mutatus, nihilominus ſubſtantia retinetur.

4. Verùm hæc opinio diſplicet *Dianæ, p. 2. tr. 52. de Hor. Can. reſolut. 30. in fin.* quia obligatus ad recitandum officium, non tenetur aliud recitare, niſi officium occurrentis diei, & meritò hoc dicit, quia Clericus, in caſu poſito, ſic recitans, non recitat officium divinum; ſed duo ſemi officia, quæ non poſſunt ità connecti, ut unum divinum officium conſtituant, nam ex aliquot horis de Dominica, & aliquot de Feria, non conſurgit officium divinum, approbatum à S. Sede, ſed ad libitum puri hominis

Digitized by Google

compaginatum, quapropter cum prima opinione dicendum eſt, quod licet Clericus, in caſu poſito, ſit excuſatus à dicendo toto officio divino, ex quò ſine ſua culpa caret Breviario: adhuc tamen non excuſatur à dicendis Horis Canonicis, quas mente tenet, & poteſt commodè recitare, undè ſi ſciat omnes illas, ad omnes tenetur: ſi aliquas, ad aliquas: ſicut qui debet centum, & non poteſt ſolvere, niſi decem; tenetur decem ſolvere: & ſicut qui non poteſt jejunare totam quadrageſimam, tenetur jejunare in illis diebus, in quibus poteſt, ut benè advertit *Suar. cit. loc. & ſequitur Lez. 1. p. ſum. cap. 12. de officio divino n. 27. & 3. p. ver. Breviarium nu. 9.* ubi ſubnectit, ſcientem aliqualem partem horæ, non teneri illam recitare, ſecùs ſi totam, vel majorem partem illius, quia pars major trahit ad ſe minorem, *l. quod maior pars. ff. de municip. & cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte*, eſſet tamen bonum conſilium, ut quod ignorat, compenſet per tot Pater noſter, & Ave Maria.

Quæſt. 58. An ignorantia excuſet à recitatione officij?

1. RESpondeo affirmativè: dummodò, tamen ſit probabilis, & invincibilis; ſecus autem ſi ſit craſſa vincibilis, ut ſæpè dictum eſt de alijs præceptis, & docent communiter Doctores, & præcipuè *Navarr. tom. 4. de orat. cap. 11. nu. 20. 21. & 38. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. de Hor. Can. c. 26. n. 3. & Bonac. to. 1. diſp. 1. de Hor. Can. qu. 6. p. 3. n. 8.*

2. Quamobrem ignorantia Juris, in hoc præcepto, non excuſat à peccato, quia non poteſt eſſe probabilis, eſt enim hoc præceptum, præſertim in Clericis, vel habentibus beneficium, tàm publicum, & notorium, ut nequeat invincibiliter ignorari, & maximè ab illis, qui tenentur ſcire ſui ſtatus obligationem, & ab illis, qui dùm examinantur ad ordines, & beneficia, interrogantur de obligatione recitandi divinum officium: non tamen nego, quominus ignorantia hæc poſſit eſſe inculpabilis in aliqua Religioſa perſona ignorante, præſertim ſi adhibeat ſidem alicui viro, vel Confeſſori, quem probum, & doctum eſſe exiſtimat, item poteſt eſſe invincibilis in puero, qui penſionem, aut Eccleſiaſticum beneficium recipit in tenera ætate, quando per ſe non poteſt ſatis advertere ad hanc obligationem, nec in ejus cognitionem venit, neque ab illis inſtruitur, qui eum docere tenentur, contra quos invehit *Navar. cit. loc. & ſequitur Suarez. ubi ſupra.*

3. Amplia, ut non ſolùm ignorantia excuſet: verum etiam naturalis oblivio, ſeù inadvertentia, quia hæc comparatur ignorantiæ invincibili; modo tamen ipſamet oblivio, propria culpa non advenerit, ſeù modò prævisa non fuerit, nam qui advertit, ſe aliquoties aliquam horam prætermiſiſſe, ob talem, & talem cauſam, tenetur talem cauſam removere, aut recitationem prævenire, aut tale ſignum apponere, quo ſuæ obligationis recordetur; alioquin omiſſio ei imputatur in cauſa: niſi fortè etiam inadvertentia contigerit in appoſitione ſigni, aut in præventione recitationis, ut benè advertit *Suar. cit. loc. n. 4.* ubi multa dicit de oblivione naturali, & de annexis, & connexis huic quæſito.

Quæſt. 59. An excommunicatio, & interdictum excuſent à recitatione divini officij?

1. S. *Anton. in 3. p. ſum. tr. 24. cap. 76. de cauſa finali excomm. ver. tertio excommunicatus in fin. Syl. ver. hora, quæſt. 3. num. 4. Tabiena, eod. ver. num. 14. §. utrum excommunicatus, Armilla eod. tit. num. 12. & Sotus lib. 10. de iuſt. quæſt. 5. ar. 3. poſt. 2. concluſ. immediatè poſt reſolut. de infirmis*, reſpondent negativè; ducunturque, quia hæ cenſuræ repellunt cenſuratos ab his, quæ ſunt honoris, non autem ab his, quæ ſunt oneris, unde tenentur debita contracta ſolvere, & omne aliud onus ſibi odioſum adimplere, ut expreſsè dicitur *in cap. ſi verè 34. de ſent. excomm.* & liquet ibi, *ſi aliter fieret, videremini vos damnum ex pœnitentia, ipſi verò premium ex contumacia reportare, cùm ad hoc debitum exoluendum ipſi vobis maneant obligati, & ab excommunicatis exigi poſſit, & recipi quod debetur*, hæc ibi.

2. Confirmatur, quia nemo ex delicto ſuo facit conditionem ſuam meliorem: & è converſo, ex merito non debet quis conſequi pœnam, ut dicit *Gloſſ. cap. legi Epiſtolam 36. cauſa 16. q. 1. in ver. deteriores*, ubi ad intentum allegat multa Jura.

3. Confirmatur, & magis declaratur, nam hæ cenſuræ non tollunt ordinem, nec beneficium, nec profeſſionem Religioſorum, ergo neque obligationem recitandi officium, quæ ſequitur ad prædicta, undè tenentur privatim recitare, abſque tamen Dominus Vobiſcum. *Navarr. tom. 4. cap. 7. de Orat. n. 96. Coroll. 11. & cap. 21. n. 17. ver. dico quarto, & in Manuali cap. 25. n. 122. ver. quarta cauſa, & Covarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 13. n. 8. verſ. duodecimo*, & hoc, quod dicitur de excommunicatis, & interdictis, procedit etiam ſi forent Irregulares ſuſpenſi, depoſiti à ſuis ordinibus, & degradati; quia in his omnibus eadem ratio militat.

4. Et quamvis Excommunicatus, excommunicatione majori, teneatur privatim recitare officium, ut conſtat ex allegatis: adhuc tamen non tenetur illud dicere in Eccleſia, ſeù in choro cum alijs: imò prohibetur illud ibi recitare, ut expreſsè dicitur *in cap. ſi quis Epiſcopus damnatus 6. cauſ. 11. quæſt. 3.* undè ſi præſumpſerit, & audeat ibi ſic excommunicatus Divina officia celebrare, efficitur irregularis: communicantes verò cum eo ſcienter, debent ab Eccleſia ſeparari, *ut ibidem dicitur, & in ſubſequenti capitulo, adiuncta Gloſſa in caſu*, & meritò, tùm quia hi cenſurati; ut dictum eſt, per cenſuras privantur omni honore Eccleſiaſtico: tùm etiam, quia privantur omni ſocietate, & commercio Clericali, tum item, quia aliter facientes; videntur malè ſentire de cenſuris.

5. Dixi *maiori excommunicatione ligatus*, quia excommunicatus minori excommunicatione, licèt teneatur ad Horas Canonicas, poteſt tamen illas perſolvere, etiam in choro ſociatim, quia Sacri Canones loquuntur de Excommunicatis majori excommunicatione, & in pœnis, & odioſis, non fit extenſio, ut benè advertit *Syl. cit. loc.*

Quæſt. 60. An S. Papa poßit diſpenſare cum Clericis ſacro Ordine initiatis, cum beneficiarijs, & Regularibus, ut divinum officium non recitent?

1. AFfirmant communiter Doctores, & præcipuè *Syl. ver. Hora qu. 8. Armil. num. 11. Tab. nu. 15. eod. ver. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis, cap. 28. n. 40. & Bonac. tom. 1. de horis, diſp. 1. q. 6. p. 3 n. 1.* quia obligatio recitandi Horas Canonicas, eſt de

ſolo

ſolo Jure humano Eccleſiaſtico, ſuper quo Papa poteſt liberè diſpenſare; etiam ſine rationabili cauſa; quia Jus Eccleſiaſticum poſitivum, eſt objectum ſuæ poteſtatis, ſeù eſt materia, ſuper quam cadit poteſtas Pontificia: undè poteſt illud liberè auferre, confirmare, augere, & diminuere, abſque ulla injuria tertij, nam ſic faciens, utitur Jure ſuo, & de re ſua poteſt facere quidquid voluerit.

2. Nec his obſtant *Panor. cap. 1. de celebrat. Miſſ. Turrecremata in cap. Eleutherius, diſtin. 45. Sotus lib. 10. de Iuſt. q. 5. ar. 5. ad 3. Graff. 1. p. deciſ. Aur. lib. 2. cap. 50. num. 5.* & alij quamplures, dicentes, quod ſubſtantia officij eſt de Jure Divino, modus verò recitandi, eſt de Jure humano, & quod conſequenter Papa non poteſt, quoad ſubſtantiam, officium tollere, ſed modum commutare, quia falluntur toto Cœlo, nam ſubſtantia officij, etiam prout ſupponit pro Pſalmis, nequaquam eſt de Jure divino, nullibi enim legitur tale præceptum divinum; ſed eſt, de hiſtoria divina, ſeu ſacra, aliud namque eſt, eſſe de præcepto divino, & aliud de hiſtoria ſacra, *ut dictum eſt ſupra, & benè advertit Syl. cit. loc.*

3. Objicies, beneficiarius naturali Jure tenetur officium recitare, beneficium enim datur propter officium; ergò ea conditione, & lege Clericus beneficium recipit, ut Eccleſiaſticum perſolvat officium: ergò recitatio divini officij ſaltem in beneficiato, eſt de Jure divino naturali, ſuper quo Papa non poteſt diſpenſare.

4. Verùm deciperis in antecedente, nam hoc ipſum, quod dicis eſſe de Jure naturali, eſt etiam de Jure Eccleſiaſtico; nam licet Regulariter, beneficium detur propter officium, quia ità Sacri Canones ſanxerunt: nihilominus Papa poteſt inſtituere beneficia propter alia munera, ſine hac ſpeciali obligatione recitandi officium, nam hoc, nec Juſtitiæ æquitati, nec Religioni intrinſecè repugnat; ergò non obſtante inſtitutione beneficiorum, quæ nunc eſt, poteſt Papa aliquem eximere à tali onere, quamvis non poſſit hujuſmodi beneficiatum eximere ad ringratiandum Deo, per aliquid indeterminatum voluntarium: quia hoc eſt, de Jure naturali, ut benè advertit *Syl. poſt allegatos, cit. loc. & Suar. ubi ſupra.*

5. Benè tamen verum eſt; quod quamvis Romanus Pontifex poſſit in hoc diſpenſare: vix tamen id facit, ut dicit *Navar. in Manuali, cap. 25. num. 102. ibi, quamvis Papa in hoc diſpenſare poſſit, rariſſimè tamen ſolet, quod item dicit, tom. 4. de orat. cap. 11. numer. 31. & Card. Toletus lib. 2. cap. 14. §. quarta cauſa*, ait, quod Papa non diſpenſat abſolutè, ſed commutat in alias orationes, ac quod facit illud Chriſti dictum, *non veni ſolvere legem, ſed adimplere.*

Quæſt. 61. An D. Epiſcopus loci poſſit diſpenſare cum ſuis ſubditis, nè divinum officium teneantur recitare?

1. NEgativè dic; quia lex ſuperioris; regulariter loquendo, per inferiorem tolli non poteſt *Clem. nè Romani, de elect. in princ.* & docent communiter Doctores: dixi *regulariter loquendo*, quia in aliquo caſu particulari, poteſt licentiam dare; ut ſubditus per aliquos paucos dies ſuum officium non recitet, ut ſi eſſet dubius, an cauſa, quam habet ſit ſufficiens ad ipſum deobligandum, verùm hoc potius eſſet per modum interpretationis, quàm diſpenſationis, & patet de licentia quam dat Epiſcopus laborandi in die feſto, rationabiliter interpretando præceptum Eccleſiaſticum, de non fatigando in diebus Feſtis, in hoc, vel illo caſu non officere: ac item de licentia, non jejunandi in quadrageſima, *Rodriquez 1. p. ſumm. cap. 145. cauſa 4. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis Can. cap. 28. num. 40.*

Quæſt. 62. An Prælatus Regularis poſſit diſpenſare cum ſubdito, nè recitet in choro?

1. ET dico, quod non: niſi fortè ex juſta cauſa, & neceſſaria, ut declaravit *Clem. VIII. in decretis de reform. Regul. & Monachorum n. 1. ibi, cum lectoribus autem, & Prædicatoribus, ſuperiores iis tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, diſpenſare poſſint: idem quoque præſtare valeant cum ægrotis, & ſtudiorum cauſa legitimè impeditis, in eos verò, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, ſalutari pœnitentia, ſuperiores animadvertant ad præſcriptum Regulæ, & conſtitutionum, alimenta etiam, ſi opus fuerit ſubtractione, &c.* & meritò hoc dixit *Clement. VIII. & Vrban. VIII. confirmavit poſt ſuam conſtitut. 26. tom. 4. Bull. Cherub. fol. mihi 270. col. 2.* quia ſuper univerſali conſuetudine Eccleſiæ, & communi Jure Papali, nequit Papa inferior diſpenſare, ſine legitima cauſa, ut dicitur *in noſtris conſtit. diſtinct. 1. cap. 1. de offic. Eccleſ. fol. 13. col. 1. litt. D.* & docet *Vmbertus peritiſſimus utriuſque Iuris Doctor, ſuper conſtit. Fratrum Prædicat. cap. 1. quem referunt, & ſequuntur Cardinales Zabarella, & Turrecramata in cap. Eleutherius 91. diſtinct. Tab. ver. Horæ Can. dicto 16. numer. 17. Navarr. cap. 11. de orat. & Hor. Can. numer. 25. Graff. 1. p. deciſ. lib. 2. cap. 54. num. 9.* & alij multi.

Quæſt. 63. An Prælatus Regularis ex iuſta cauſa, prò unà, vel altera vice, poſſit cum ſuis ſubditis diſpenſare, ut in publica recitatione, quæ fit in choro, valeant unum officium in aliud commutare, utpotè officium de feria, in aliud de ſanctis?

1. REſpondeo affirmativè: dummodò iſta mutatio fiat ex juſta cauſa, tranſeunter, & non perpetuò, quoad accidentalia, & non quoad ſubſtantiam officij, & quod officium, quod aſſumitur ſit contentum in propro Breviario Ordinis, prout docent *Tabiena num. 16. Armilla nu. ver. Horæ Can. Rodor. tom. 1. q. 42. num. 11. Portell. in dub. ver. Horæ num. 7. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 11. de Horis num. 6. & Diana p. 2. tract. 12. de Hor. Can. reſolut. 19 & 36.* & habetur expreſsè in noſtris conſtit. *diſt. 1. cap. 1. de officio Eccleſiæ, fol. 14. col. 3. ſub litt. E. ibi, declaramus, quod Prælati, ſicut poſſunt Fratres ex cauſa rationabili diſpenſare à choro; ità poſſunt eos diſpenſare quoad proprietatem officij quæ inducta eſt ab ordine: non tamen poſſunt eos diſpenſare, quoad ſubſtantiam officij, quin illud dicant fratres quoquomodo; utpotè quando deberet fieri de Feria, poſſent ex aliqua honeſta, & devota cauſa diſpenſare, quod fieret de aliquo ſancto, officium trium lectionum, vel novem, vel ſicut fit de feſto duplici, & ſupra, hæc ibi, ad quod facit Miranda 1. p. Manualis quæſt. 37. ar. 19. & Privil. quæ referuntur hic infrà quæſt. 65.*

2. Neque his poteſt obſtare declaratio Sacræ Congr. juſſu Urb. VIII. edita die octava Aprilis 1628. quæ habetur in novis Breviarijs, ſub tali tenore.

3. *Sacra Rituum Congregatio declaravit; & decrevit, non potuiſſe poſt Bullam Pij V. de Breviario Romano, neque poſſe locorum ordinarios, tàm ſæculares, quàm Regulares, addere Kalendarijs, etiam proprijs ſanctorum officia; niſi ea dumtaxat, quæ Breviarij Romani, rubricis vel Sacra Rituum Congregationi, ſeù Sedis Apoſtolicæ licentia conceduntur: neque propria authoritate, quovis*

prætextu mutare ritum, qui habetur in Kalendario Romano. ſeù rubricis Breviarij in altiorem Ritum, neque extendere conceſſa officia de loco ad locum : item vetuit, *& prohibuit celebrari per totam civitatem, vel Diœceſim; etiam de cuiuſcunque ordinarij authoritate, feſtum cum officio, eo quod in loco adſit Eccleſia Parochialis, vel Regularis, vel Abbatialis, aut aliqua Reliquia : ſed tantùm in ipſius Sancti Eccleſia Titulari, ſeù ubi aſſervatur corpus, aut inſignis Reliquia, & non alibi. Inſignes autem Reliquias declaravit eſſe caput, brachium, crus, aut illam partem corporis, in qua paſſus eſt Martyr, modo ſit integra, & non parva, & legitimè ab ordinario approbata. De Sanctis Epiſcopis locorum. Martyribus Civibus, & alijs feſtis, de quibus in Kalendario Romano, ſeu Rubricis Breviarij, nihil habetur, uti etiam de Beatis nondum canonizatis, nihil propria authoritate conſtituatur : ſed omninò conſulatur Sacra Rituum Congregatio. Decretum quoque nuper editum ſuper electionem Sanctorum in Patronos, & impreſſum omninò ſervetur; & hæc onera decrevit, ſtatuit, & mandavit innovando pœnas Conſtitutionis Pij V. reſpectivè; quod ſcilicet alioquin, non ſatisfiat obligationi recitandi divinum officium.*

4. Non obſtat (dixi) quia licet dicta declaratio ſit authentica, & omni ſolemnitate vallata, adhuc tamen non facit ad caſum noſtrum : quia ſolum prohibet, nè Chalendarijs, etiam proprijs addantur officia Sanctorum à S. Sede non conceſſa, nè ve mutetur ritus officiorum, ſupple in perpetuum; non tamen prohibet quo minus ex cauſa juſta, & rationabili, mutari poſſit officium pro una, aut altera vice, cum hoc ſit diverſum ab eo, quod in dicta declaratione prohibeatur, *Gavan. in theſaur. tom. 2. ſect. 1. cap. 5. tit. 2. de mutatione n. 7. & Pellizz. t. 1. Manual. tr. 5. c. 8. ſect. 1. q. 9. n. 23.*

5. Exindè item ſequitur, ut Religioſus ſubditus ex juſta cauſa poſſit, ut ſupra officium canonicum commutare, ut eruditè docet *Cardin. Caiet. in ſumm. ver. hora, §. fin.* ubi de qualitate, & ritu officij agit; verùm adverte, quod Cajetanus ſcripſit in illo tempore, nec non adverte, quod *Bonac. diſput. 1. de hor. can. q. 3. p. 1. num. 17.* tenet contrarium, & ſuam opinionem multis firmat : de his tamen, qui ſunt addicti Breviario Romano, & de mutantibus Ritum in perpetuum, non oportet dubitare : quia hoc ad ſolum Papam pertinet, ut expreſsè dicitur in præcitato Decreto Sacræ Congregationis.

Quæſt. 64. An Abbatiſſa poßit cum infirmis ſibi ſubditis diſpenſare in recitatione divini officij : ſicut ex privilegio Apoſtolico, poſſunt Superiores Regulares?

1. NEgativè dic; quia fæmina non habet, nec eſt capax juriſdictionis ſpiritualis, quæ neceſſariò requiritur ad diſpenſandum, ſicut eſt capax Superior Regularis, ob quam rationem, nec quidem poteſt ex commiſſione ſui Prælati delegari ad diſpenſandum, quia, ut dictum eſt, ſaltem ex Jure canonico, eſt omninò incapax dictæ juriſdictionis, & conſequenter non poteſt illam, ullo modo exercere, cùm nullus Papa inferior poſſit ſuper Jure canonico diſpenſare.

2. Dixi, *ex iure canonico*, quia non deſunt, qui dicant, fœminam ex jure divino eſſe incapacem juriſdictionis ſpiritualis : & conſequenter, nec ex Papæ commiſſione poſſe dictam juriſdictionem exercere. Verum ego hanc opinionem non teneo. Poteſt tamen dicta Abbatiſſa ex commiſſione ſui Prælati, cauſam excuſantem à recitatione officij declarare, qua declaratione facta, poteſt Monialis infirma abſtinere à recitatione officij; cum hoc faciat, non ex diſpenſatione Abbatiſſæ, ſed legitimi Superioris, & patet de Medico, declarante cauſam ſufficientem ad non recitandum divinum officium, & de Illuſtriſſimis locorum Ordinarijs, qui declarant cauſam, ſed non diſpenſant ad annullandum contractum matrimonij. Papa enim diſpenſat, non autem loci Ordinarius, & docent *Rodriq. t. 1. q. 25. ar. 7. Portel. in dub. ver. Abbatiſſa, n. 1. Miranda de Monial. in fine tractatus & alij plures, quorum meminit Tambur. de Iur. Abbatiſſ. diſp. 32. q. 8. n. 1. Diana p. 5. tr. 9. reſolut. 16. Pellizz. de Monial. c. 10. n. 133. & Verricellus p. 1. moral. tr. 8. q. 28. n. 10.*

Quæſt. 65. Quotnàm ſint privilegia Regularium circa recitationem officij divini?

1. PRimum privilegium, quod habent Regulares ad finem prædictum, eſt illud *Sixti IV.* qui Minoribus conceſſit, non valentibus divinum officium perſolvere benè, ac diligenter in choro, prout tenentur, quod ſi per defectum viſus, vel auditus aliquid prætermiſerint, non tenentur illud omiſſum iterum recitare; ſed dicant unum pſalmum in fine horarum, & hoc ſufficiat eis, ut meliùs eſt videre *in d. privil. quod habetur in libro articulato. Monumenta ordinis, in 1. edit. fol. 62. & in 2. fol. 66. conceſſ. 98. & in ſupplemento fol. 100. conceſſ. 383. & in compend. privil. Mend. ver. officium divinum. §. 2.*

2. Verùm *Navarr. t. 4. c. 19. de orat. nu. 84.* dicit, præfatum privilegium non eſſe privilegium, ſed jus commune : adeò ut ſæpè ſæpiùs non ſit neceſſarium ſupplere, etiam alio pſalmo, quod dictum Navarri ego cenſeo verum, quando, id, quod omiſſum eſt, parum, & minimum ſit, vel prætermiſſum ſine culpa, aut quando quis ex impotentia excuſatur; ſi verò ſit omiſſum cum aliqua negligentia, vel culpa veniali, tunc utile erit privilegium, ut notant *Rod. tom. 1. qu. 42. ar. 3. & Miranda in ſuo Manuali tom. 1. quæſt. 37. art. 20.* ubi ſubdit, hoc privilegium, & ſimilia intelligenda eſſe, quando defectus contingit, non ex dolo, aut malitia, ſed ex humana fragilitate.

3. Secundum privilegium eſt Innocentij VIII. qui eiſdem Minoribus conceſſit, quod quando fratres aliquid dimittunt de officio, non ex dolo, poſſint ſupplere cum aliquo pſalmo, vel dicendo Orationē Dominicanam, vel Ave Maria, ut habetur *in Monumento prædicto ſecundæ impreßionis fol. 69. conceſſ. 149. & in d. comp. cit. loc. §. 3. hoc privilegium intelligit Navarr. ubi ſupra, de parte non notabili.*

4. Tertium privilegium eſt *Leon. X.* qui conceſſit, quod quicunque dixerit, poſt quamlibet horam diei, infra ſcriptam orationem, & in fine illius unū Pater, noſter, & Ave Maria, pro fœlici ſtatu ſuæ Sanctitatis, & Eccleſiæ ſanctæ Dei, conſequatur plenariam remiſſionem omnium defectuum in illa hora, humana fragilitate commiſſarum, oratio autem hæc eſt. *Sacroſanctæ, & individuæ Trinitati, Crucifixi Ieſu Chriſti Domini noſtri humanitati, & Beatiſſime Virginis Mariæ fœcunditati, ſive integritati, & omnium Sanctorū Univerſitati, ſit ſempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni Creatura nobiſque remißio peccatorum per infinita ſæculorum ſæcula. Amen. Et Beata Viſcera Mariæ Virginis, quæ portaverunt Æterni Patris Filium, & Beata Ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Dominum Pater noſter, & Ave Maria, &c.* & habetur *in dicto ſupplemento fol. 61. conceſſ. 208. & in d. compen. ver. officium divinum numer. 5. Navarr. cit. loc.* ait, hoc privilegium eſſe verum privilegium, nam alia ſupradicta videntur potius declarationes juris communis, quam privilegia.

5. Quar-

5. Quartum privilegium eſt *Innoc. IV.* qui conceſſit Fratribus Minoribus, ut quando ratione itineris, vel alterius rei cauſa, extrà Conventus, ſeù loca ſua, quemlibet, vel quoslibet eorum contigerit degere, poſſint divinum officium fratres cum fratribus, aut ſimul cum alijs Regularibus perſonis, vel quilibet ſeparatim facere alio, quàm Romano ordine placuerit, & quod id ſufficiat ad perſolvendum debitum, ad quod ratione Regulæ tenerentur, nec iterum proprium officium dicere teneantur, & habetur *in d. ſupplem. fol.138. concluſ.305. & in d. comp. cit. loc.* §. 4.

6. An autem hoc privilegium ſit revocatum per Bullam Pij V. Breviario Romano præfixam, per quam revocantur omnia privilegia, &c. reſpondet *Rod. 1. p. ſummi. cap.142. concluſ. 2. & alij plures* negativè, quia Pius V. revocavit privilegia, quando omittitur ſemper formula recitandi officium juxtà Breviarium Romanum; non verò quando omittitur aliquibus diebus, juſta de cauſa, quam opinionem probabilem cenſent *Vega 1. p. ſumm. c.128. caſu 25. Petrus Ledèſma 2. p. ſumm. tr. 9. dub. 15. concluſ.3. & Perſic, de horis canon. cap.13. num.9.* ſed alij tenent contrarium, Pium V. ſcilicet revocaſſe omnia privilegia recitandi per aliud Breviarium, diverſum à Romano: etiam pro paucis diebus, ut colligitur ex verbis dictæ Bullæ, & docet *Garz. de beneſ. p.3. c.1. n.179. de qua re vide hic ſupra quæſt.63.*

7. Ultimum privilegium eſt *Innoc. VIII.* qui conceſſit Minoribus, ut ipſorum Profeſſi neſcientes per ſe plenè perſolvere divinum officium, non teneantur ad id ſub pœna peccati mortalis, donec ſciverint illud; dummodò faciant quod in ſe eſt, & dicant ſicut ſciunt, & poſſunt, & ultrà dicant horas laicorum fratrum, & habetur *in d. Monumento ordin. fol.65. & in d. compend. Mendic. cit. loc.* ſed hoc non eſt privilegium, ſed declaratio juris communis, nemo enim poteſt arctari ad id, quod non poteſt. Similia privilegia ſummatim ponit *Perſicus in tr. de hor. can. c. 13. per totum.*

Quæſt. 66. An prædicta privilegia vacent, ſi fuerint edita vivæ vocis oraculo?

1. SUnt qui affirmant, ex quo *Urb. VIII. ſua Conſtit. quæ incipit, Aliàs, edita die 20. Decembris 1631.* revocavit omnia oracula, etiam conceſſa ad inſtantiam Regum, Imperatorum, & ſimilium. Verùm idem *Urb. VIII. per aliam ſuam Conſtitutionem, quam per extenſum habes, tom.1. Prax. tr. de oraculis,* limitavit ſuam prædictam Conſtitutionem: & declaravit, non procedere in oraculis publicatis ore Officialium Papæ, nec in illis, quæ non ſunt præjudicialia Epiſcopis locorum, unde non eſt abſolutè dicendum, quod omnia oracula fuerunt abrogata, ſed talia qualia, *de quibus latè dico cit. loc.*

2. Cætera verò vide apud præcitatos Authores, quæ ſicut, & alia prædicta, extende ad Moniales, cæteris autem paribus: ad gloriam Dei Omnipotentis, cui ſit laus, decus, & honor, in ſæculorum ſæcula. Amen. Salvaque ſemper cenſura Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX COPIOSISSIMUS
RERUM NOTABILIUM

Ferè omnium, quæ in hoc Tomo quarto continentur, ordine alphabetico conſcriptus;

Vbi tr. tractatum, q. quæſtionem, n. numerum, f. folia indicant,

A

Abbas.

ABbas in odioſis, & pœnalibus, non venit nomine Monachorum, tr.3.q.24.n.2.f.45
Abbas poteſt ad libitum revocare beneficium collatum monacho, etiamſi collatio fuiſſet confirmata à Papa, in forma tamen communi, tr.8.q.7.n.2. fol.109
Abbas, hanc revocationem facere non poſſet, ſi collatio fuiſſet confirmata a Papa ex certa ſcientia, ibidem
In Abbatem Monaſterii, eligi non poteſt Clericus ſæcularis, tr.2. q.17.n.6.f.29
Abbas, per benedictionem, habet jus deferendi baculum, & mitram, & conferendi primam tonſuram, ac ordines minores, tr.7.q.19 n.2.f.98

Abbatiſſa.

Abbatiſſæ tenentur ex bonis Monaſterii, ſubminiſtrare monialibus omnia, quæ ad earum vitæ ſuſtentationem pertinent, tr.3. q.5.n.45.f.48
Abbatiſſæ, ſubventiones, quæ monialibus ſupererunt, erogare tenentur in communes uſus Monaſterii, tr.3.q 5.n.46.ibid.
Abbatiſſa, ex communibus Converſis, unam, vel plures aſſignet pro ſervitio monialis infirmæ, vel particulari monaſterio indigentis, tr.3.q.5.n.37. ibid
Abbatiſſis præcipitur acceptare renunciationes bonorum, vel redituum, forſan quoad uſum monialibus conceſſorum, tr.3.q.5. n.45. ibid.
Abbatiſſis præcipitur obſervantia Decretorum Sacræ Congr. & præcipuè eorum, quæ fuerunt lata pro fælici gubernio monialium Civ. Neapolitanæ, & Salern. tr.3.q 5.n.49.ibid.
Abbatiſſa comprehenditur ſub Decretis clauſuræ, tr.3.q.24.n.1. f.66.& q.21.n 3.f.44
Abbatiſſa, ſingulis annis debet reddere rationem Superioribus Monaſterii de ſubventionibus, de proviſionibus, & depoſitis, quæ monialibus ſuperſunt, tr.3.q 5.n.46.f.48
Abbatiſſæ licentia requiritur, ut aliquid dari poſſit à monialibus, etiam titulo eleemoſynæ, tr.2.q.5.n.12.13 & 14.f.47
Abbatiſſa poteſt dare licentiam moniali, ut cum propinquioribus conſanguineis, ſecretè loquatur, tr.3.q.5.n.9.ibid.
Abbatiſſa nequit exire a Monaſterio, etiam januis clauſis, & ſæcularibus ejectis, ut videat ædificium Eccleſiæ, an ſit rectè conſtructum, vel quid ſimile, tr.4.q.1.n.6.46
Abbatiſſis non licet egredi a Monaſterio, nec quidem, ut viſitet Monaſteria ſibi ſubjecta, tr.4.q 1.n.6.ibid
Abbatiſſa, etiam de licentia Epiſcopi, non poteſt exire à Monaſterio ad præſtandum Domino feudi homagium, tract.4. q.15. num.1.f.54
Abbatiſſa præſtare debet homagium debitum Domino feudi per Procuratorem, & præcipue, ſi Dominus feudi erit Eccleſiaſticus, tr.4 q.15 n.1.& 2.ibid.
Abbatiſſa ad præſtandum homagium debitum Domino ſæculari, quod per Procuratorem præſtari non poteſt, exire debet a Monaſterio, cum honeſta tamen, & decenti comitiva, tr.4.q.15. num.2.f.55.
Abbatiſſa debens egredi à Monaſterio, debet præſtare juramentum de ſtatim redeundo, ibid.
Abbatiſſa egreſſura à Monaſterio, tunc dicetur habere honeſtam ſocietatem, quando ſecum habebit duas, vel plures de antiquioribus monialibus, & ſuos Capellanos, tr.4 q.15.n.3.ibid.
Abbatiſſa etiam in caſibus licitis egrediens à Monaſterio, debet habere licentiam Illuſtriſſimi loci, tr.4.q.55.n.3.ibid.
Abbatiſſa in caſibus licitis, ſi Epiſcopus ei injuſtè denegaverit licentiam, poterit authoritate juris exire a Monaſterio abſque ejus licentia, ibid.
Abbatiſſa, & Confeſſarius, interdum ſolent à Superioribus deputari ad licentiandum Artiſtas in caſu frequenti, & neceſſario, ut ingredi poſſint monialium monaſteria, tract.5.q.22.n.4. fol.74
Abbatiſſa non venit nomine monialium in odioſis, & pœnalibus, tr.6.q.16.n.1.f.87
Abbatiſſa canonicè electa debet confirmari, tract.7. quæſt.17. num.1.f.97
Abbatiſſa debet confirmari a ſuo Superiore immediato, tract. 7. quæſt.17.n.4.f.98
Abbatiſſa confirmata debet benedici, ſi fuerit ſolita benedici, tr.7. q. 19. n.1. ibid.
Abbatiſſæ, illæ ſunt ſolitæ benedici, quæ ſunt perpetuæ in officio ibidem
Abbatiſſæ, hodie ſunt omnes triennales in officio Abbatiſſatus, tr 7.q.19 n.1. f.146.& q.20.n.1.f.99
Abbatiſſæ extra Italiam poſſunt de jure communi, finito triennio, reeligi, & continuare ſuum officium, tr.7 q 21.n.6.f.99
Secus vero intra Italiam, tr.7.q.20.n.1.ibid.
Abbatiſſæ a die finitæ adminiſtrationis per triennium debent ſe abſtinere a regimine, & adminiſtratione Monaſterii, tract.7. q.20.n.1.ibid.
Abbatiſſæ monialium, quæ non ſunt verè profeſſæ, non includuntur in Bulla Gregorii XIII. præcipientis Abbatiſſas eſſe triennales, tr.7.q.22.n.1.ibid.
Abbatiſſæ creatæ per præſentationem, nominationem, vel inſtitutionem, non includuntur in d. Bulla, tr.7.q.23.n.1.ibid.
Abbatiſſæ prædictæ, ſi perpetuo præſenteutur, pro perpetuis debent confirmari, ibid.
Abbatiſſa electa ultra triennium, cum electio ſit nulla, non poteſt exercere ſuum officium, neque per triennium, tr.8.q.25.n.1. ibidem
Abbatiſſa eligi poteſt, ut ſit Abbatiſſa minori ſpatio, quam per triennium, tr.7.q.26.n.2. f.100
Abbatiſſa finito triennio, tenetur renunciare officio, tr.7.q.27.n.3. ibidem
Abbatiſſa finito triennio, eſto, quod voce non renunciet, remanet a jure abſoluta, ibid. Niſi fortè aliter ſit a Sacra Congregatione ordinarum, vel introductum conſuetudine.
Abbatiſſa ſi fuerit impedita exercere ſuum officium per triennium integrum, non poteſt ſupplere tempus in anno ſubſequenti, tr.7.q.28.n.1. ibid.
Abbatiſſa habens Abbatiſſatum in titulum, vel adminiſtrationem a S. Papa, poteſt ſuum officium renunciare ad favorem alterius monialis, tr.7.q.29.n.1.f.101
Abbatiſſa regulariter eſt eligenda de gremio Monaſterii, cui eſt præficienda, tr.7 q.35.n.1.f.103
Abbatiſſa, in caſu, quod in monaſterio nulla ſit habilis, ut poſſit eligi, eligenda eſt ex alieno monaſterio ejuſdem Ordinis, ibid. & q.32.n.5.f.102
Abbatiſſa electa ex alieno monaſterio, indiget licentia Papæ, ut de ſuo monaſterio egredi, & aliud intrare poſſit, tract.7. quæſt.35. num.1. f.103
Abbatiſſa, oportet quod habeat ætatem quadraginta annorum, & octo profeſſionis, cum vita laudabili ibid.
In Abbatiſſam poteſt eligi, quæ trigeſimum annum exceſſerit, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerit, in caſu, quod in eadem, vel alio monaſterio ejuſdem Ordinis non reperiatur, quæ habeat qualitates requiſitas, tr.7.q 35.n.1.f.103. & q.32.n.5.f.101
Abbatiſſa, & Diaconiſſa convertuntur, tr.7.q.37.n.3.f.105
Abbatiſſa, ſi diabolico ſpiritu inducta, corrumpi ſe permiſerit, eo ipſo erit privata, tr 7.q.38.n.6.ibid.
Abbatiſſa ita corrupta, & privata, ſi corruptio erit ſecreta, diſpenſabitur ab Epiſcopo, ſi verò notoria, diſpenſabitur a Papa, ibidem
Abbatiſſa, quod ſit virgo, non eſt de jure divino, neque naturali, neque eccleſiaſtico, tr.8.q 38.n.7.ibid.
Abbatiſſam eſſe virginem, non ſolum decentiſſimum eſt, ſed valde neceſſarium, ut caput correſpondeat membris, tr.7.q.38.n.9. f.106
Abbatiſſa, non eſt neceſſe, quod ſit virgo in monaſterio Convertitarum, vel viduarum, tr.7.q.38.n.9.ibid.
In Abbatiſſam non poteſt eligi monialis bigama, quæ bis nupſit,

abſq; diſpenſatione Apoſtolica, tract.7. quæſt.39. num.1. & 2. ibid.

In Abbatiſſam non poteſt eligi filia Sceneci, vel hiſtrionis, ibid. num.2.

Abbatiſſa illa dicitur, quæ præficitur monaſteriis monialium, habens dignitatem cum adminiſtratione, tract.8. quæſt.1. num.1. ibidem

Abbatiſſa dicitur Diaconiſſa, non quaſi ei conferatur aliquis ordo, ſed quia ei confertur aliqua benedictio, ex qua poteſt inchoare horas, & legere homilias in choro, tr.8. quæſt.1. n.2. ibidem

Abbatiſſa, quare dici ſoleat ſubdiaconiſſa, Præsbyteriſſa, & Epiſcopiſſa, tr 8.q 1.n.3. ibid.

Abbatiſſa non eſt capax poteſtatis ordinis, tract.8. quæſt.2. num.1. & ſeq. f.107

Abbatiſſa in ſuas ſubditas habet quamdam poteſtatem maternam, domeſticam, & civilem, qualem habet mater in filios, & magiſtratus in Cives, tr.8.q.2.n.4. ibid.

Abbatiſſa inquirens de aliquo crimine, poteſt præcipere ſub mortali ad detegendam veritatem, ſicut quilibet Judex, tr.8.q.6. num.4. f.109

Abbatiſſa non eſt capax juriſdictionis ſpiritualis, tr.8. q.3.4. & ſeq.f.159.& q.2. n 2. f.108

Abbatiſſa abſolvere non poteſt moniales, quæ ad invicem ſe percuſſerunt, tr.8.q.9.n.1 f.109

Abbatiſſa nequit inſtar Prælatorum, indicere ſubditis præcepta ſpiritualia, tr.8.q.4.n.2 f.107

Abbatiſſa ſi faciat præcepta ſpiritualia inſtar Prælatorum, non tenent, ibid.

Abbatiſſa verè, & propriè Prælata non eſt, tract.8. quæſt.4.n.2. ibidem

Abbatiſſæ, vovent moniales obedire, ſed juxtà poteſtatem, cujus ipſa eſt capax, tr.8.q.4.n.4.f.108

Abbatiſſæ poteſtas eſt inſtar poteſtatis matris familias, cujus eſt imponere præcepta temporalia ſpectantia ad bonum politicum communitatis, tr.8.q.4.n.4.ibid.

Abbatiſſa exigens obedientiam ſibi promiſſam, illam exigit, tanquam mater a filiis, ibid.

Abbatiſſa non poteſt abſolutè præcipere in virtute ſanctæ obedientiæ, vel ſub præcepto formali, ibid.

Abbatiſſa, an ſaltem ex delegatione Papæ poſſit aliqualem juriſdictionem ſpiritualem habere, tract.8. quæſt. 5. num.1. & ſeq. ibid.

Abbatiſſæ obediendum eſt ſub mortali, ſi in Religionis regula eſſet præceptum obligans ſub mortali ad obediendum Abbatiſſæ in aliquo caſu, tr.8 q.6.n.3.f.108

Abbatiſſa habet aliquam juriſdictionem ſibi conceſſam à Confirmante Regulam, qua poteſt cogere ad regulares obſervantias, & earum tranſgreſſores punire, tr.8.q.6.n.4. ibid.

Abbatiſſa poteſt monialium vota irritare per poteſtatem dominativam, quam habet ſuper illas, tr.8.q 8.n.2.f.109

Abbatiſſa non peccat, irritando ſine cauſa, vota ſupererogationis facta a ſubditis, tr.8.q 8 n.3.ibid.

Abbatiſſa de jure communi, excommunicare poteſt moniales ſubditas, tr.8.q 9.n.1. ibid.

Abbatiſſa de jure communi non poteſt ſuſpendere, vel interdicere, tr 8 q.9.n.5. f.110

Abbatiſſa de jure ſpeciali privilegiato poteſt excommunicare, ſuſpendere, & interdicere, tr.8 q.9.nu.7. ibid.

Abbatiſſa non poteſt ex commiſſione Prælati diſpenſare cum monialibus in jejuniis, & quibuſdam legibus eccleſiaſticis, tract.8. quæſt.6. n.2. f.108

Abbatiſſa non poteſt diſpenſare ſuper votis monialium, nec illa commutare, tr.8.q.10.n.1. f.110

Abbatiſſa non poteſt diſpenſare diſpenſatione propriè dicta cum ſuis monialibus in legibus eccleſiaſticis, tr.8.q.11 n.1. ibid.

Abbatiſſa, diſpenſatione impropriè dicta diſpenſare poteſt in jejuniis regulæ, legibus eccleſiaſticis, & ſimilibus, tr.8.q.11. num.2 ibid.

Abbatiſſa, in ejus monaſterio habente beneficium curatum, poteſt Clericos inſtituere, illiſque beneficia, & capellas conferre, tr.8. quæſt.12.n.1.ibid.

Abbatiſſa, prædictos Clericos inſtituere poteſt, inſtitutione, quæ dat poſſeſſum, & titulum, non verò inſtitutione, qua datur poteſtas exercendi curam animarum ligandi, atque ſolvendi, ibid.n.2. f.111

Abbatiſſa in matutinis, evangelium legere poteſt, tr.8.q.13. n.1. ibidem

Abbatiſſæ in monitionibus, & exhortationibus in clauſtro, vel Capitulo faciendis, tenentur ſervare propriam Regulam, tr.8. quæſt.13. num.2.ibid.

Abbatiſſæ, licet de jure communi canonico nequeant prædicare, & docere, hoc tamen intelligitur de lectione & prædicatione publica ſecus autem in clauſtro, & capitulo, ibid.

Abbatiſſa quamvis nequeat ſuas moniales benedicere publicè, hoc eſt ratione ſui officii; poteſt tamen illas benedicere, & aqua benedictâ aſpergere ad modum, quo Pater filios benedicit, tr.8. quæſt.13.num.3. ibid.

Abbatiſſa habet liberam adminiſtrationem rerum ſui monaſterii, dummodo non ſit arctata ex ſua regula, conſuetudine, vel Prælatis ſuæ Religionis, tr.8.q.16.n.1.ibid.

Abbatiſſa non poteſt prætermittere conſenſum, & conſilium Capituli in iis, quæ hujuſmodi conſenſum, & conſilium de jure poſtulant, ibid.

Abbatiſſa de jure communi, cum conſenſu capituli, poteſt negotia ſui monaſterii agere, contrahere, & inſtrumentare ſine licentia alterius Superioris, tr.8.q.18.n.1 ibid.

Abbatiſſa poteſt monialem cogere ad ea omnia, quæ ſunt ſecundum Regulam, & illa tenetur obedire, tr 8.q.19.n.1.f.112

Abbatiſſa poteſt cogere monialem ſibi ſubditam ad exercendum munus contra pactum in profeſſione initum, tr.8. q.19.n.1. ibidem

Abbatiſſa poteſt compelli ab Epiſcopo, nè recipiat habitum, vel ad profeſſionem aliquam monialem, niſi prius ipſum certiorem fecerit, tr.9.q.8.n 6.f.116

Abbatiſſæ eligi debent per modum ſcrutinii, & non alias, tr. 7. quæſt.15.num.4 f.97.

Abbatiſſæ confirmatio certam formam à jure præſcriptam non habet; unde fieri poteſt, ut libet, oretenus, vel ſcripturâ, tract.7. quæſt.17.num.6.f.78

Abbatiſſa quantam fructuum vel pecuniarum quantitatem poteſt elargiri, vel aliis dandi licentiam concedere, tract.8. q.17. num.1.f.111

Abbatiſſa in caſu, quo novitia monialis graviter ægrotaverit extra monaſterium, poteſt, & debet delegare facultatem alicui viro Religioſo, ut ejus profeſſionem recipiat faciendam in vim privilegii Pii V. tr.11.q.14.n.1.f.132

Abbatiſſa de per ſe non poteſt ad profeſſionem admittere, ſed ex commiſſione illius Prælati, cui monaſterium immediatè ſubjicitur, tr.12.q.12.n 6.f.140

Abbatiſſa (ſecundum aliquos) & Prælatus cum ſe habeant cumulativè, quoad acceptandam profeſſionem monialis, datur inter eos præventioni locus, tr.12.q 12.n.7 ibid.

Abbatiſſa non poteſt ſuam monialem ad profeſſionem recipere, Epiſcopo de ejus profeſſione non certiorato, tract 12.q.28. num.1. f.144

Abbatiſſa non poteſt moniali concedere licentiam expendendi ſuum peculium, ut libet, tr 15.q.34.n.6. f.202

Abbatiſſa abſolutè concedere poteſt ſuæ moniali facultatem dandi ſuo Confeſſario valorem triginta aureorum, ſingulis annis, tr.15 q 34 n.11 ibid.

Abbatiſſa concedens licentiam moniali ad ſuperfluos ſumptus, peccat mortaliter, ſicut etiam peccat monialis ea licentiâ abutens, tr.15.q.26.n.3. f.203

Abbatiſſa ob poteſtatem dominativam, quam habet ſupra moniales, poteſt in materia gravi præcipere ſub mortali, & moniales tenentur obedire, tract.17.quæſt.32. num.1.f.230. & tr.8. quæſt.2.num.4.f.107

Abbatiſſa non poteſt cum infirmis ſibi ſubditis diſpenſare in recitatione divini officii, ſicut ex privilegio, poſſunt alii Superiores Regulares, tr.18.q.64.n 1. f.258

Abbatiſſa, nec quidem ex commiſſione ſui Prælati, poteſt delegari ad diſpenſandum, ut ſupra, ibid.

Abbatiſſa faciens, vel permittens aliquam perſonam ingredi in monaſteria monialium abſque licentia, dat in pœnas, tract.5. quæſt.2.num.17.f.63

Abnegatio.

Abnegatio propriæ voluntatis, & ſubjectio ad voluntatem Superioris, ſunt de intrinſeca ratione voti obedientiæ, tract.17. quæſt.5.n.1.f.219

Abſolutio.

Abſolvere non poteſt Epiſcopus ab excommunicatione publica Papæ reſervata, tr.4.q.8.n.5.f.52

Secus, ſi periculum ſit in mora, & recepta prius cautione de ſtando mandatis Papæ, tr.4.q.8 n.5 ibid.

Abſolvere poteſt Epiſcopus ab excommunicatione Papæ reſervata, dummodo ſit occulta, tr.4 q 8.n.7 ibid.

Secus, ſi ipſe, & abſolvendus fuerint extra propriam Diœceſim, tr.4.q.8. n 8. ibid.

Abſolvi poſſunt moniales a ſuis Confeſſariis, in foro conſcientiæ à cenſuris occultis, & pœnis Papæ reſervatis, tract.4 quæſt.8. num.10.ibid.

Abſolvere præſumentes ab excommunicationibus Bullæ Cœnæ Domini, incidunt in excommunicationem Papalem, tract.5. quæſt.5.num.1 ibid.

Abſolventes ab excommunicationibus prædictis ex animi ſimplicitate, excommunicationem papalem non incurrunt, tr.5. quæſt.5. num.1. ibid.

Abſolutio nulla eſt, ſi detur à Confeſſario, qui fuit examinatus, ſed nondum habuit ab Epiſcopo approbationem, tr.13.q.5.num.3. f.146

Digitized by Google

Rerum Notabilium.

Abſolutio ſacramentalis dari non poteſt ei, qui confitetur per litteras, vel per nuncium, tr. 13. q. 57. n. 1. & ſeq. f. 166.
Abſolutio ſacramentalis eſt actus juriſdictionis, qui de ſua natura petit exerceri in ſubditum, tr. 13. q. 8. n. 1. f. 148
Abſolutionis ſacramentalis quis capax eſſe non poteſt, niſi voce, vel nutu in præſentia Sacerdotis, ſua peccata confiteatur, tr. 13. quæſt. 58. num. 1. f. 167
Abſolvi non poteſt moribundus, qui in abſentia Confeſſarii, Confeſſorem petiit, vel ſigna pœnitentiæ dedit, tract. 13. q. 50. num. 1. & ſeq. ibid.
Abſolvi tamen poteſt infirmus prædictus ſub conditione præſenti, ibid. n. 13. f. 168
Abſolvi poteſt a cenſuris, non verò à peccatis, infirmus, qui Confeſſario abſente pœnitentiam petiit, ſed antequam veniret Sacerdos, obmutuit, vel in phreneſim dedit, tr. 13. q. 58. n. 4. f. 167
Abſolvere non poſſunt Confeſſarii regulares, vi cujuſcumque privilegii, à caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſervatis, tract. 13. q. 33. n. 1. f. 153
Abſolvi poſſunt moniales abſque ullo onere à reſervatis, pro illa vice, qua Superior recuſaverit concedere facultatem eas abſolvendi, tr. 13. q. 39. n. 1. & 2. f. 156
Immò abſolvi poſſunt toties, quoties facultatem petunt, & non obtinent, ibid.
Abſolvere poſſunt Prælati regulares ſuos ſubditos ab omnibus iis, à quibus Epiſcopi abſolvere poſſunt ſeculares, tract. 4. q. 8. num. 10. f. 52
Ad abſolvendum à peccatis venialibus, ſufficit poteſtas Ordinis, tr. 13. q. 4. n. 5. f. 146
Abſolutio, & Confeſſio ſunt actus perſonales, ideò non ſunt delegabiles, tr. 13. q. 57. n. 5. f. 166

Abſtinentia.

Abſtinentia moderatur delectationes carnis circa cibaria, tract. 16. q. 1. n. 3. f. 210
Abſtinentia ab omni actu venereo, ſive interno, ſive externo, communis eſt voto ſolemni, & voto ſimplici caſtitatis, tr. 16. quæſt. 7. n. 1. f. 211
Abſtinentia ab omnibus tam licitis, quam illicitis venereis, dicitur caſtitas perfecta, virginalis, & religioſa, tract. 16. quæſt. 1. num. 5. f. 210

Acceſſus.

Acceſſus nullus pateat ad moniales, niſi ex rationabili cauſa, & de licentia ejus, ad quem ſpectat. tr. 3. q. 2. n. 15 f. 32
Acceſſus ad monialium monaſteria de jure communi, omnibus univerſaliter prohibetur, tr. 6. q. 2 n. 1 f. 81
Acceſſus hujuſmodi ante tempora Bonifacii VIII. nullibi reperiebatur prohibitus, tr. 6. q. 2. n. 8. f. 82
Acceſſus iſte de ſe intrinſecè non eſt malus, ſed indifferens; unde dicitur malus quia prohibitus, non è contra, ibid. num. 8. ibidem
Acceſſus ad moniales prohibetur laicis, ſub pœna excommunic. tr. 3. q. 1. n. 4. f. 30 & tr. 6. q. 18. n. 3. f. 87
Accedentes laici ad monaſteria monialium, ultra pœnas præſcriptas à Jure Canonico, & ab Ordinariis, dant in pœnas ſolvendi Regio Fiſco ducatos tercentum, & alias arbitrarias, tr. 6. quæſt. 18. nu. 4. f. 87
Acceſſus ad moniales prohibetur Clericis, tr. 3. q. 11. n. 4. f. 39
Acceſſus hujuſmodi ſub gravibus pœnis prohibetur Religioſis, tr. 6. q. 5. n. 2. f. 82
Acceſſus ad monaſteria monialium dicit illum actum, ſeu motum localem, quo quis ſe transfert, vel transferri ſinit ab aliquo in dict. monaſteria, tr. 6. q. 1. n. 1. f. 81
Acceſſus ad monaſterium idem eſt, ac accedere ad moniales, ibidem
Acceſſus hujuſmodi cum prohibetur, nomine monaſterii non venit monaſterium materialiter, ſed formaliter ſumptum: hoc eſt, non veniunt parietes, ſed ipſæmet moniales, tr. 6. q. 1. n. 1. ibidem
Acceſſus, cauſa audiendi divina, vel alia cauſa, aliena tamen à loquutione, & ab aſpectu monialium, non prohibetur, tract. 6. quæſt. 1. num. 2. ibid.
Accedens ad Eccleſiam exteriorem monialium, ſi ibi ex feneſtella communionis loquatur cum aliqua moniali, dat in pœnas, tr. 6. q. 1. n. 2. ibid.
Accedentes, ſive Clerici, ſive Laici ad moniales exemptas, dant in pœnas latas ab Ordinario, tr. 6. q. 19. n. 3. & ſeq. f. 88
Acceſſus ad moniales requirit cauſam rationabilem, & manifeſtam, tr. 6. q. 34. n. 1. f. 91
Pro acceſſu ad moniales, requiritur multò minor cauſa, quam pro ingreſſu ad monialium monaſterium, tr. 6. q. 34. num. 1. ibidem
Ad acceſſum, ſufficit quæcumque cauſa pia Prælato manifeſta, non verò ad ingreſſum, ibid.

Accipere.

Accipere, retinere, & dare, ſi fiant à Regularibus, independenter à voluntate ſuperioris; prohibentur, tr. 15. q. 30. n. 1. f. 132. ſunt namque actus dominii, ibid.
Accipere, retinere, vel conſumere res parvi momenti, excuſant Regularem à peccato, & à vitio proprietatis, tr. 15. q. 30. n. 2. fol. 132
Accipere aliquid independenter à voluntate ſuperioris, eſt actus dominii, ſeu proprietatis, tr. 15. q. 37. n. 1. f. 134
Accipere aliquid pro ingreſſu Religionis, vel profeſſione, Simonia eſt, tr. 10. q. 8. n. 1. f. 123
Accipere aliquid pro victu, & ſuſtentatione monialis, Simonia non eſt, tr. 10. q. 8. n. 1. & 3. ibid.
Accipere aliquid ratione monetæ mutuo traditæ, non eſt licitum, tr. 2. q. 7. n. 8. f. 25
Accipere eſculenta abſque licentia, prohibitum eſt Regularibus, tr. 15. q. 37. n. 6. f. 203
Accipere ſine licentia, quæ ſunt neceſſaria ad vitam, cum à ſuperiore denegantur, licitum eſt, tr. 15. q. 37. n. 7. ibid.
Accipere poſſumus ſine licentia in eodem monaſterio, ubi eſt licentia dandi, tr. 15. q. 37 n. 9. ibid.
Accipere reliquias ſine licentia, non reddit monialem proprietariam, tr. 15. q. 44. n. 1. f. 206

Accipiens.

Accipiens aliquid à monacho pro uſu turpi, & vano, non tenetur reſtituere monacho, ſed monaſterio, tr. 15. q. 26. n. 2. f. 197
Accipiens, & clam inſumens res uſu conſumptibiles ad cibum ſcilicet & potum pertinentes, non peccabit mortaliter, niſi damnificatio Religionis nimia eſſet, tr. 15. q. 50. n. 2. f. 200
Accipiens aliquid à moniali ob turpem amorem, tenetur reſtituere quicquid accepit, etiamſi ipſe prius aliquid moniali ſit elargitus, tr. 15. q. 42. n. 2. f. 205
Accipiens Prælaturam invitus, & coactus ex quo non habet ſufficientem ſcientiam, non peccat: ſecus ſi ſponte, & non coactè, tr. 17. q. 39. n. 2 f. 232

Acta.

Acta juriſdictionalia facta ab excommunicato publicò, & manifeſto, ſunt irrita, tr. 12. q. 26. n. 3. f. 143
Acta juriſdictionalia facta ab excommunicato tolerato, valida ſunt, ibid.
Acta litis, quænam ſint, & quæ acta judicii, tr. 7. q. 18. n. 3 f. 98

Actiones.

Actiones interdictæ in decreto Sac. Concil. Trid. ne mulieres cogantur ingredi monaſteria monialium, tr. 9. q. 2. n. 2. f. 113

Actor.

Actor ſequitur forum rei, tr. 10. q. 24. n. 1. f. 128. & tr. 2. q. 9. n. 1. fol. 26

Actus.

Actus proprii profeſſorum, quinam ſint, tr. 12. q. 4. n. 1. f. 136
Actus agentium non operantur ultra eorum intentionem, tr. 17. q. 13. n. 4 f. 222
Actus ſimpliciter, & abſolutè interiores, non ſubjiciuntur legi humanæ, ſed ſoli Deo, tr. 17. q. 19. n. 1. f. 225 & tr. 18. q. 41. num. 5. f. 249
Actus interiores, qui per accidens conjunguntur actibus exterioribus, utique ſubduntur judicio humano, ibid. n. 2. f. 225
Moniales tenentur obedire Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ, non ob illius Juriſdictionem ſpiritualem, ſed ob poteſtatem domeſticam, ſeu civilem & dominativam, quam ſupra illas habent, ibid.

Moniales Choro addictæ, licet ex vi regulæ vel voti, ſpeciale præceptum non habeant recitandi officium, adhuc tenentur ſub mortali illud privatim perſolvere, ſi deſtiterint eſſe in choro, tr. 18 q. 9. n. 1. & ſeq. f. 239

Monialibus prohibetur habere oſtium, per quod ex monaſterio introiri poſſit in earum Eccl. tr. 3. q. 1. n. 6 f. 31

Moniales infirmæ etiam Converſæ & Novitiæ, recipiantur in infirmaria, tr. 3. q. 5. n. 17. f. 35

Moniales in infirmaria non audeant particulares ſumptus ſibi facere, tr. 3. qu. 5. n. 19. f. 35

Monialis ſollicita & charitate præſtans eligatur pro infirmaria, tr. 3. q. 5. n. 20 ibid.

Monialis infirmaria tenetur reddere rationem de expenſis factis pro infirmis, tr. 3. q. 5. n. 20 ibid.

Moniales accedere non audeant ad infirmariam, niſi febri, vel alio morbo laborent, tr. 3. q. 5. n. 2 ibid.

Moniales ad infirmariam non accedant, niſi de conſilio Medici, ibidem.

Monialibus prohibentur inſtrumenta muſica, exceptis organis in exteriori Eccleſia, tr. 3. q. 5. n 24. ibid.

Moniales, ſolæ in ſuis Eccleſiis officium divinum perſolvere debent, tr. 3. q. 5. n. 25. f. 36

Monialibus ſubminiſtrentur omnia, quæ ad eorum vitæ ſuſtentationem neceſſaria ſunt, tr. 3. q. 5. n 45. ibid.

Moniales prohibentur exturbare vel impedire vitam communem tr. 3. q. 5. n. 45. ibid.

Moniales omnes totius orbis tenentur ad clauſuram, tr. 3. q. 16. n. 1. f. 41

Moniales tenentur obedire Prælato præcipienti clauſuram, etſi clauſuræ derogatum ſit, tr. 3. q. 22, n. 4. f. 44

Moniales indigentes ſervitiicicibus, poſſunt de licentia Superioris, recipere intra ſepta fœminam ſæcularem, ad earum famulatum, tr. 5. qu 29 n. 2. f. 78

Moniales debent permanere in ſuis monaſteriis ſub perpetua clauſura, tr. 3. q. 2. n. 16. f. 32

Ad moniales nullus pateat acceſſus, niſi ex rationabili cauſa, & de licentia ejus ad quem ſpectat, tr. 3. q. n. 2. 16. f. 32

Monialibus non licet poſt profeſſionem exire à ſuo monaſterio, etiam ad breve tempus, niſi ex aliqua cauſa legitima ab Epiſcopo approbanda, tr. 3. q. 2. n. 18 & ſeq. f. 32

Moniales inobedientes & contradictores clauſuræ, poſſunt Epiſcopi per cenſuras, aliaſque pœnas compeſcere, etiam invocato, auxilio brachii ſæcularis, tr. 3. q. 2. n. 18. f. 32

Monialium monaſteria ingredientes abſque debita licentia in ſcriptis, ipſo facto pœnam excommunicationis incurrunt, tr. 3. q. 2. n. 18. f. 32

Monialibus prohibetur exire à monaſterio etiam prætextu viſitandi conſanguineos, tract. 3. quæſt. 2. num. 2. f. 33. & tr. 4. q. 1. num. 7. f. 46

Moniales poſſunt egredi à ſuis monaſteriis, cauſa magni incendii, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ, tr. 3. q. 2. n. 12. f. 33

Monialibus in caſibus prædictis, extra monaſterium ſtare non licet, niſi ad tempus neceſſarium, ibidem.

Monialibus in prædictis caſibus egredi non licet, niſi cauſâ cognitâ ab Epiſcopo & Superioribus, quibus cura monaſterii incumberet, & de eorum licentia in ſcriptis, tr. 3. q. 2. n. 21. ibid.

Moniales egredientes, ſeu licentiam exeundi eis concedentes, concomitantes, ac illarum receptatores, quicumque ſint, excommunicationis ſententiam Papæ reſervatam incurrunt, ibidem.

Moniales ſubjectæ regularibus exemptis, poſſunt cogi ad clauſuram ab Epiſcopo loci, tr. 5 q. 4. n. 1. & ſeq. ibidem.

In monialium Eccleſiis, non permittantur crates ferreæ, ſed ſint extrà eas, tr. 3. q. 5. n. 2. f. 34

In monialium collocutoriis, ponantur duæ crates ferreæ, diſtantes ab invicem ſaltem per ſpatium duorum palmorum tr. 3. q. 5. n 3. f. 34

Digitized by Google

In monialium feneſtrellis confeſſionalibus, configantur laminæ ferreæ, minutis foraminibus perforatæ, tract. 3. q. 5. num. 4. ibidem.
Monialium feneſtrella Euchariſtica ſit alta medio palmo, lata, palmo integro, tr. 3. q. 6. n. 5. ibid.
Monialium feneſtrella Euchariſtica, binis foriculis, ac ſeris, & clavibus occludatur, ibid.
Moniales, ſive in ſuſceptione habitus, ſive in profeſſione, ſeu conſecratione earum, nihil ſingularibus monialibus erogent, ſed quod offertur, id univerſim tribuatur, tr. 3. q. 5. n. 6. f. 35
Moniales, ingrediendo religionem vel profitendo, lauta convivia non faciant, ſed ſobria tantùm, ibid.
Monialis, collocutorium interiùs non ingrediatur, niſi vocata & à ſua Superiori venia ei data fuerit, tr. 3. q. 5. n. 9. f. 35
Moniales auſcultatrices ſemper interſint, aſſiſtant & audire debeant, quidquid à monialibus in collocutorio dicitur, ibid.
Moniales poſſunt de Abbatiſſæ licentia, abſque aſſiſtentiâ auſcultatricum, ſecretè loqui cum propinquioribus conſanguineis, tr. 3. q. 5. n. 9. ibid.
Moniales non ſcribant, neque recipiant litteras abſque licentia Abbatiſſæ, & niſi ab eadem fuerint ante perlectæ, ibidem. num. 10
Monialibus prohibetur dare aliquid, etiam nomine eleemoſynæ, abſque licentia Abbatiſſæ, tract. 3. quæſt. 5. num. 12. 13. & 14. ibidem.
Monialibus interdicitur conficere ſtruppata & alia ſimilia, ut ea vendant abſque Abbatiſſæ licentia, ibidem. n. 14.
Monialium Officiales nihil, niſi de re & pecunia monaſterii expendant, tr. 3. q. 5. n. 15. ibid.
Moniales facientes teſtamentum, vel de rebus ſibi aſſignatis ad uſum diſponentes, moriuntur proprietariæ, tr. 3. q. 5. num. 16. ibidem.
Monialibus permittantur feneſtræ ad ſolum lumen recipiendum, tr. 3. q. 5. n. 23. ibid.
Monialibus & earum Eccleſiis, non permittatur cantus figuratus, ſed tantùm cantus firmus, tr. 3. q. 5. n. 24. ibid.
Monialibus eſt prohibitum, privatas ſibi Miſſas celebrari facere in earum Eccleſiis, præter eas, quæ à Capellanis ſibi deputatis, impenſis monaſterii celebrandæ ſunt, tr. 3. quæſt. 5 num. 26. ibidem.
Monialis ſua negotia vel lites non tractet, niſi cum iis, qui pro communibus negotiis & litibus deputati ſunt, & de licentia Præfectæ, tr. 3. q. 5. n. 28. f. 36
Moniales catellos tenere prohibentur, tr. 3. q. 5 n. 31. ibid.
Monialibus liberum eſt confiteri vel non confiteri Confeſſario extraordinario, tr. 3. q. 5. n. 35. ibid.
Monialis poteſt egredi è monaſterio abſque metu pœnarum concurrentibus juſtâ cauſâ & legitimâ licentiâ, tract. 4. qu. 1. n. 1. f. 46.
Moniales non poſſunt propriè diſpenſari ab Abbatiſſa in legibus Eccleſiaſticis, tr. 8. q 11. n. 1. f. 110
Secùs verò diſpenſatione impropriè dicta, ibid. n. 2.
Moniales abſque licentia Sedis Apoſtolicæ transferri non poſſunt ex uno in aliud monaſterium, neque ratione Prioratus vel alterius officii, tr. 4. q. 16. n. 5. f. 55
Moniales totius orbis, & cujuſvis ſtatus vel ordinis, tenentur ad clauſuram, tr. 3. q. 16. n. 1. f. 41
Moniales ex rationabili cauſâ poſſunt recuſare Confeſſarium pro eis deputatum, ſive ordinarium, ſive extraordinarium, tr. 13. q. 20. n. 1. f. 149
Moniales Choro addictæ tenentur ſub mortali recitare officium divinum, vel in Choro, vel privatim, tr. 18. q. 9. n. 1. f. 238
Monialis occultè projiciens cibaria ad cœnam præparata, quia ſibi non placent, proprietaria eſt, tr. 15. q. 31. n. 1. f. 201
Monialis vidua ſeu corrupta, ſine diſpenſatione Apoſtolica non poteſt eligi in Abbatiſſam, tr. 7. q. 38. n. 1. & ſeq. f. 105
Monialis bigama etiam indiget diſpenſatione Apoſtolicâ, ut in Abbatiſſam eligi poſſit, tr. 7. q. 39. n. 1. f. 106
Moniales vovent obedire Abbatiſſæ juxtà poteſtatem, cujus ipſa eſt capax, quæ eſt inſtar poteſtatis matris familias, tr. 8. q. 4. n. 4. f. 107
Moniales ſicut & Religioſi non habent velle nec nolle, tr. 8. q. 18. n. 2. f. 111
Monialis reclamare poteſt contra nullitatem ſuæ profeſſionis, tr. 12. q. 30. n. 1. f. 145
Monialis dicens de nullitate profeſſionis, non poteſt per Epiſcopum loci extrahi a monaſterio, & in loco tutiori poni, inſcio D. Papa, & Sac. Congreg. inconſultâ, tr. 12. qu. 31. num. 1. ibidem.
Monialis, ſi poſt quinquennium dicat profeſſionem ſuam eſſe nullam, poteſt in monaſterio coactè detineri, uſque dum non fuerit à S. Papa declaratum, tr. 9 q. 2. n. 7. f. 113
Moniales non poſſunt induere puellas ſub nomine tertiariæ, ad habitandum in ſæculo extra clauſuram, tr. 9. qu. 18. num. 3. fol. 118
Moniales vi Bullæ Cruciatæ aut ſimilis Indulti particularis, non poſſunt ſibi eligere Confeſſorem, qui eas abſolvat à reſervatis, tr. 13. q. 38. n. 1. & ſeq. f. 156
Secùs in monialibus Epiſcopo ſubjectis, ibid. n. 3.
Moniales tenentur confiteri Confeſſori ordinario, tr. 13. q. 23. n. 1. f. 150
Monialibus omninò aſſignetur Confeſſarius extraordinarius, tr. 3. q. 5. n. 35. f. 36
Moniales etiam Epiſcopis ſubjectæ, tenentur ſuſcipere unam de Regulis approbatis, tr. 2. q. 1. n. 2. f. 22
Moniales tenentur omnes præſtationes ipſis aſſignatas, Superioribus fideliter notificare & conſignare, quæ erunt per communes Officiales monaſterii exigendæ, tr. 3. q. 5. n. 3. f. 37
Moniales poſſunt legitimè per Eccleſiam compelli & obligari ad perpetuam clauſuram, tr. 3. q. 12 n. 1. f. 39
Moniales de clauſura exire non poſſunt, nec tempore peſtis, ſi poſſent cuſtodiri in aliqua parte monaſterii vel medicamentis adjuvari, tr 4. q. 1. n. 5. f. 46
Nec in caſu magni incendii, quando ignis extingui poſſet aquâ, vel aliquo alio medio, ibid.
Monialibus non licet exire a monaſterio, niſi ex legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda, ibid.
Monialibus non licet egredi à monaſterio etiam in caſibus neceſſariis, niſi de licentia Superiorum Ordinum & Epiſcopi loci ibidem.
Monialibus licitum eſt egredi à monaſterio ex cauſa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, tr. 4. q. 1. n. 3. f. 45 & q. 1. n. 2. f 46
Monialis morbo gallico affecta, non poteſt licitè exire à monaſterio, ut in domo parentum curetur, tr. 4. q. 3. n 1. f. 48
Monialis nequit exire à monaſterio, in caſu, quod Superior recuſaverit ei dare licentiam, ex quo cauſa exeundi eſt dubia, tr. 4. q. 5. n. 11. f. 50
Monialis exire poterit abſque licentia in caſu neceſſitatis urgentis, & periculum ſit in mora, etiamſi Superior recuſaverit dare prædictam licentiam. tr. 4. q. 5. n. 12. ibid.
Secus in caſu admittente moram reclamandi apud Sanctam Sedem, ibid
Monialis poteſt eligi in Abbatiſſam alterius Conventus, ubi neceſſitas id petit, tr. 4. q. 16. n. 2. f. 55
Monialis, ſi arte dœmonis faciat ſe ferri per aerem ſuprà proprium monaſterium, an violet clauſuram? tract. 4. qu. 29. n. 1. & ſeq. fol. 60.
Monialis aſcendens ferocem equum, ſi vi equi extrahatur extra ſepta, an frangat clauſuram? tr. 4. q. 30. n. 1. & ſeq. f. 60
Monialis licitè egreſſa, ſi exindè fornicetur, non per hoc frangit clauſuram, tr. 4. q. 32. n. 1. ibid.
Monialis licitè egreſſa, in caſu, quo degeret in aliqua domo privata ad recuperandam ſanitatem, poteſt licitè ingredi, & ab Abbatiſſa admitti in aliud monaſterium ſui Ordinis, ut ejus animus recreetur abſque alterius Superioris licentia, tract. 5. qu. 14. n 1. fol. 69
Monialis audiens, ſed non reſpondens ſibi alloquenti, non efficitur excommunicata, tr. 6. q. 13. n. 3. f. 86
Moniales ex illegitimo thoro procreatæ non comprehenduntur in motu proprio Sixti V. contra illegitimos, tr. 7. qu. 37. n. 7. fol. 104
Moniales Choriſtæ poſſunt dici Clerici; admiſſæ verò ad communitatis ſervitia, dicuntur laicæ. tr. 1. q. 26. n. 1. f. 21
Moniales, quicquam commodato non accipiant pro ipſarum Eccleſiis ornandis, ſed proprio ſint ornatu contentæ, tr 3. q. 5. n. 36. f. 36
Monialibus prohibitum eſt ornamenta Eccleſiæ, aliis commodare, ibidem.
Monialibus, particulares Converſæ non concedantur; etſi conceſſæ fuerint in communitatem redigantur, ibidem.
Moniales ſeorſum in propriis lectis dormiant, tr 3. q. 5. num. 40. fol. 36
Monialium, ſuam unaquæque cellam habeat, ibid.
Moniales plures in una cella commorari non poſſunt, ibid.
Moniales etiam Converſæ, non recipiantur, niſi monaſterium habeat pro ſingulis, ſingulas cellas, tract. 3. quæſt. 5. num. 41. ibidem.
Moniales in quolibet monaſterio, ſint in aliquo certo numero, definiendo ab earum Viſitatoribus, tr. 3 q. 5. n. 42. ibid.
Monialibus Civitatis Neapol. deſtinentur pro ſingulis annuatim, ducati quinquaginta, pro ſingulis verò Converſis, quadraginta, ibid.
Moniales ſuprà numerum non recipiantur, niſi ſint cellæ prodis & aliud non obſtiterit, tr 3. q 5. n 43. ibidem.
Monialis non recipiatur, niſi prompta fuerit pecunia pro dote vel eleemoſyna conſueta, tr 3. q 5. n. 44 ibid.
Monialis non recipiatur, nec etiam in Converſam, niſi promiſerit amplecti inſtitutum vitæ communis, tract. 3. quæſt. 5. num. 45. ibidem.

Monialibus prohibetur eſſe in choro cum Clericis & monachis, tr.3.q.11.n.3.f.39

Monialium inſtitutum dicentes eſſe humanum inventum, ſunt reprehendendi, tr.3.q.10. n.5.f.38

Moniales antiquitùs exire poterant è monaſterio, de licentia Prælatæ, ſecùs verò hodie, tr.3.q.11.n.5.f.39

Moniales, ante tempora Bonifacii VIII. non tenbantur ad clauſuram, in vim præcepti ſibi facti à Domino Papa, ſed ſecundùm quod continebatur in Regula, tr.3 q.14.n.4.f.41

Monialis violans clauſuram, unum tantùm peccatum mortale committit, tr. 3.q.15.n. 1. & 3. f. 41

Monialis, ſi tenetur ad clauſuram ex præcepto Eccleſiæ & ex voto; violans ipſam, duo peccata committit, tr. 3.q. 15.n.2.& 5. fol. 41

Moniales poſſunt Converſas admittere, dummodò ſervatis ſervandis ſuo tempore ſint profeſſuræ, tract. 3.quæſt.18. num.13. fol. 44

Monialibus neceſſitate preſſis, permittitur habere Converſas extra monaſteria, in domibus tamen contiguis, tr.3.quæſt. 18.n. 14. ibid.

Moniales, concurrentibus juſtâ causâ & legitimâ licentiâ, poſſunt egredi à monaſterio abſque metu pœnarum, tr.4.q.1. n.1. f. 46

Moniales non poſſunt egredi à monaſterio, nec quidem ad ſublevandam extremam neceſſitatem conſanguineorum, tr.4.q.1. n. 2. ibidem.

Monialibus, neque in caſibus expreſſis in Bulla Pii V. licet egredi, niſi urgente neceſſitate, ita ut illis alio modo non poſſit occurri, niſi per egreſſum, tr.4 q. 1. n. 4. ibidem.

Monialibus debetur licentia egrediendi a Clauſtro in caſibus belli ingruentis, ingentis alluvii, vel ſimilium, tr. 4.q. 2. n.12. & 13. f. 47

Monialibus in caſu veræ epidemiæ, licitum eſt de licentia exire à monaſterio, tr. 4.q.3. n. 1.ibid.

Monialis graviter ægrotans, & niſi exeat & curetur, certò ſit moritura, non poteſt licentiari à monaſterio, ad finem, ne moriatur, tr 4 q.4.n.1. & ſeq.ibid & q. 11. n.4. f. 53

Monialis in caſibus repentinis belli, ignis, aquæ, terræ motus, hoſtilis incurſus & ſimilium, licitum eſt, ſine licentia exire à monaſteriis, tr.4.q. 5. n. 12. f. 51

Monialis egreſſa ut ſuprà abſque licentia, tenetur ſuo Superiori cauſam ſui exitus ſignificare, tr. 4. q. 5. n. 13. ibid. Durante tamen egreſſu, ſecus ubi monialis ad clauſuram redit.

Monialis licitè egreſſa à ſuo monaſterio, tenetur ſtatim regredi, finitâ egreſſus causâ, tr. 4 q.6.n.1 ibid.

Monialis egrediens à monaſterio de licentia Superioris, injuſtâ tamen causâ, ſi de injuſtitia cauſæ, erit dubia, erit tuta in conſcientia, ſecùs autem, ſi non fuerit dubia, tr. 4. qu. 7. num. 1. ibidem.

Monialis egrediens è monaſterio de licentia Papæ, etiam ſine juſta cauſa, non dat in pœnas, neque aliud peccatum committit, tr.4.q.7.n.2. ibidem.

Monialis egrediens à monaſterio ſine licentia, eo ipſo afficitur papali excommunicatione, & dat in alias pœnas, tr. 4. q.8. n.1. fol 52

Monialis poteſt licitè clauſuram exire, ſi ab hoſte invaſa, non poterit evitare mortem, niſi inde fugiat, tr. 4. q. 11. n. 2. f. 53. & ibid. q. 10. n. 1 f. 57

Monialis neceſſitate urgente, quæ non admittit Superiorem adire ratione diſtantiæ, vel quia ad eum non patet aditus, vel non eſt tutus acceſſus, poteſt licitè clauſuram exire, tr. 4. q. 11. n. 2. fol. 53

Monialis ita egreſſa, tenetur ſuum egreſſum Superiori ſignificare, ut cauſam probet, & ſuo ſtatui providcat, ibid n 3

Monialis injuſtè & graviter vexata ab Abbatiſſa, non poteſt clauſuram exire ad illam excuſandam vel conveniendam coram Superiore, tr 4.q. 12.n.1.f.54

Monialis, etiam injuſtè damnata ad perpetuum carcerem proprii monaſterii, non poteſt inde fugere abſque metu violationis clauſuræ, tr. q. 13. num. 5. ibidem.

Monialis, non per hoc, quod ei juſtè ſit impoſita pœna mortis vel mutilationis, poterit licitè fugere à clauſura, tr. 4. q. 13. nu.6. ibidem.

Monialis, ſtrictiùs monacho tenetur ſervare clauſuram, tr.4.q.14. n. 1. ibid.

Monialium cauſæ, negotia, lites, & alia hujuſmodi, fiant per earum Procuratores, tr.4.q.15.n. 1.ibid.

Monialis non poteſt de ſola licentia Superioris transferri ex uno in aliud monaſterium, causâ novæ fundationis, vel reformationis, ſive Præfectionis, ſed requiritur licentia Sedis Apoſtolicæ, tr.4.q.16.n 4. & ſeq. f. 55

Moniales, quando transferuntur de uno in aliud monſterium, aſſocientur à perſonis gravibus, & ſanguine proximioribus, & in aurora, tr. 4.q. 16. n. 6. ibid.

Moniales non poſſunt transferri ad monaſteria noviter erecta, niſi eadem monaſteria authoritate Apoſtolicâ exſtructa priùs fuiſſe conſtiterit, tr 4.q.16.n.8.f.56

Monialis incorrigibilis, non poteſt expelli à monaſterio, tr. 4. q. 17.n.1. & ſeq f. 56

Monialis, ſi fuerit incorrigibilis, non eſt rejicienda, ſed punienda & carceribus proprii monaſterii mancipanda, tr. 4.q. 17. nu. 3. ibidem.

Monialis non poteſt abſque licentia Sedis Apoſtolicæ tranſire ad ſtrictiorem Religionem, tr.4.q. 18.n. 1. ibid.

Monialis de dicta licentia, tranſiens de una ad aliam Religionem, quatuor conditiones ſunt ei neceſſariæ, tr. 4. qu. 18. num. 2. ibidem.

Monialis tranſiens ad aliam Religionem, tenetur in ea renovitiare & profeſſionem emittere, tr. 4. q. 18 n 5. ibid.

Monialis tranſlata ad aliud monaſterium causâ pœnitentiæ, debet alimentari per monaſterium, à quo transfertur, tr. 4. q. 18. n.5. ibidem.

Monialis de licentia Papæ tranſlata de uno in alium Conventum, ſuam dotem deferre non poteſt, tr 4. q.19.n.1.& ſeq. ibid. & tr. 10.q.19.n.1. f. 177

Monialis profeſſa de bonis acquiſitis primo monaſterio, nullatenùs poteſt diſponere, tr. 4.q. 19. n. 2. f. 57

Monialis, nec intuitu conſervandæ propriæ famæ, poteſt exire ſine legitima & ſpeciali licentia, tt.4.q.20.n.4. ibid.

Monialis non poteſt licitè exire à monaſterio ad vocandum medicum, vel Confeſſarium pro alia moniali ex repentino morbo laboranti in extremis, tr. 4. q. 21.n.2.& ſeq ibid.

Monialis dæmoniaca exorcizatur in Eccleſia exteriori ejuſdem monaſterii, tr. 4.q.22.n.1. f. 58

Monialis dæmoniaca exorcizanda eſt ab habente facultatem à Sac Congreg. tr. 4.q. 22.n.2. ibid.

Monialis exorcizanda debet comitari à perſonis conſanguineis, vel aliis mulieribus provectæ ætatis, ibid.

Monialis exorcizatio debet fieri ſine ſtrepitu & Eccleſiæ januâ clausâ, uſquedum energumena ad monaſterium reducatur, ibidem.

Monialis exorcizata reducatur ad monaſterium, tectè & ſine diverſiculo. ibid.

Monialem exorcizans ultra facultatem à Sacra Congregatione obtinendam, debet eſſe ad actum hujuſmodi ab Ordinario approbatus, ibid.

Monialis, licet invalidè profeſſa, non poteſt exire à monaſterio ante declaratoriam Judicis & Sancta Sede inconſultâ, tr. 4. q. 23.n. 3.& ſeq. ibid.

Monialis ſtans in oſtio aperto monaſterii, non violat clauſuram, tt. 4. q.24.n.1. f. 59

Monialis exiens de clauſura medio corpore, hoc eſt, uno pede poſito intrà, altero verò extrà clauſuram, non violat clauſuram, tr. 24. n. 2. ibid.

Monialis extracta per jocum, vel impulſa, quoad totum corpus extra clauſuram, non violat clauſuram, tract. 4.q.24. n.3.& 4. ibidem.

Monialis, ſi ambobus pedibus exeat oſtium clauſuræ, ad unum palmum, incidit in pœnas, tr.4.q.25.n.2.& ſeq. ibid.

Monialis exiens ad illud ſpatium, quod mediat inter portam interiorem clauſuræ, & exteriorem januam, ambobus pedibus, etjam violat clauſuram, tr. 4.q.25.n. 2. ibid.

Monialis exiens à clauſura, etiam (ut ita dicam) ad momentum, violat clauſuram, tr. 4. q.25.n. 4. ibid.

Monialis ſedens in porta clauſuræ, ſi extenderet ambos pedes vel manus extrà, ſtante tamen corpore intrà clauſuram, non dat in pœnas, tr.4. q.25.n. 5. ibid.

Monialis ſe ponens intra rotam, ſi eam volvat versùs partem exteriorem, ad quam ſæculares accedant, violat clauſuram, tr. 4. q.26.n.1. ibidem.

Monialis ſedens in fune appoſita in ſuperiori limine portæ clauſuræ, ſi toto corpore à terra elevato, modo reciproco ſe agitabit, modo exeundo, modo ingrediendo clauſuram, dat in pœnas, tr.4.q.27. n. 1. & 2. f. 60

Monialis aſcendens ſuper tegulas tecti, non violat clauſuram, tr. 4. q. 28.n.1.f. 60

Monialis, quæ virili more quaſi equitans, ſuper muros monaſterii inſederit, non violat clauſuram, ibid. n.3.

Monialis ambulans ſuper tectum porticus exteriùs annexæ ipſi monaſterio, quæ conſtructa eſt non ad uſum monialium, ſed exterorum, violat clauſuram, tr. 4. q. 28 n. 3. ibid.

Monialis aſcenſa ſuper arborem, ſi proceſſerit ad ramum omninò prominentem extrà murum clauſuræ, violabit clauſuram, tr. 4.q. 28.n. 4. ibidem.

Monialis, ſi ex aliqua fune pendens, faciat ſe toto corpore extra feneſtram, violabit clauſuram, tr. 4. q. 28. n. 5. & 6. ibid.

Monialis clavigera monaſterii, prævidens ſe inter ſomniandum, exituram à Conventu, ſi non curabit inpedire, dicitur clauſuram violare, tr. 4. q.31.n. 1. ibid.

Monialis ex inadvertentia, oblivione, vel negligentia admittens illici-

Digitized by Google

illicitè ingredi ſuum monaſterium, non dat in pœnas, tr. 5. q. 5. n. 1. f. 65.

Monialis privata, quæ alteri mandat vel conſulit, ut aliquem ingredi faciat vel permittat, non ligatur excommunicatione, tr. 5. q. 6. n. 1. f. 65

Monialis invitans vel conſulens, ut quis ingrediatur ſuum monaſterium, ligatur cenſura, tr. 5. q. 6. n. 1. ibid.

Monialis privata ſcalam exhibens, aut aliud poſitivè operans, ut extranea perſona abſque debita facultate monaſterium ingrediatur, ſubjicitur pœnis, tr. 5. q. 7. n. 1. ibid.

Moniales confabulantes vel comitantes perſonas illicitè ingreſſas in eorum monaſteria, dant in pœnas, tr. 5. qu. 9. num. 2. & ſeq. fol. 66

Monialis in extrema neceſſitate, quæ moram non patitur ſine certo periculo vitæ, admittere poteſt illicitè ingredientem in ſuum monaſterium, abſque eo quod det in pœnas, tr. 5. q. 10. num. 3. fol. 66.

Monialis admittens in clauſuram pueros diſcretione carentes, non afficitur pœnis, tr. 5. q. 11. n. 6. & ſeq. ibid.

Moniales, hujuſmodi pueros admittentes in clauſuram, poſſunt per accidens peccare mortaliter, tr. 5. q. 11. n. 13. f. 67

Monialibus prohibendum eſt, ne pueros recipiant, etiam lac ſugentes, tr. 5. q. 11. n. 14. ibidem.

Monialis licitè egreſſa à ſuo monaſterio, iter agens, poterit ut in hoſpitium ingredi aliud monaſterium ſui Ordinis, & ab Abbatiſſa admitti, abſque alterius Superioris licentia, tr. 5. q. 14. n. 1 f. 69

Monialis licitè iter agens per loca, ubi non eſt monaſterium ſui Ordinis, ſed alterius, poterit ut in hoſpitium ibi admitti, de licentia tamen Superioris illus monaſterii, & non aliter, tr. 5. q. 14. n. 2. ibidem.

Monialis licitè egreſſa, non poteſt gratia recreandi animi, vel inviſendi monialem conſanguineam, admitti in aliud monaſterium diverſi Ordinis, nec quidem de licentia Superioris, tr. 5. q. 14. n. n. 2. ibidem.

Moniales ſuperſtites, capitulariter & per vota ſecreta, poſſunt in locum prædefunctæ Monialis, admittere eam puellam, quæ illis viſa fuerit, præcedente tamen Epiſcopi exploratione, tr 9. q. 16. n. 3. f. 118

Monialis debet ſecum afferre dotem, eamque monaſterio aſſignare, tr. 10. q. 1. n. 4 f. 120. & q. 2. n. 1. & ſeq. ibid.

Moniales velatæ, tam intra, quam ſuprà numerum, abſque dotali eleemoſyna admitti non poſſunt, tr. 10. q. 2. n. 4. f. 120

Moniales prodigè expendentes monaſterii bona, ad finem exigendi exceſſivas dotes à recipiendis, peccant mortaliter, tr. 10. q. 8 n. 1. f. 122

Monialium Superioribus, non eſt permiſſum facere dilatationes, pro dotibus monialium ſolvendis, tr. 10. q. 10. n. 2. f. 124

Monialis delinquens, cùm careat bonis, punienda eſt in perſona juxtà qualitatem delicti, tr. 10. q. 17. n. 3. f. 127

Monialis, cujus dos occupata fuit à fiſco ob ipſius hæreſim, vel aliud delictum, alenda eſt ſumptibus monaſterii, ibid. n. 2.

Monialis infirma, ſi finito Noviciatu & anno ætatis ſexto decimo, profiteatur in vim privilegii Pii V. & deinde ſtatim morbo ingraveſcente moritur, dos ejus pertinet ad monaſterium, tr. 10. q. 13. n. 1. & ſeq. f. 128

Moniales non ſubſunt decretis generalibus Clementis VIII. de novitiando in certis locis, à Sacra Congreg. aſſignatis, tr. 11. q. 3. n. 1. f. 129

Moniales tenentur de neceſſitate novitiare in monaſteriis, ad id fundatis de licentia Papæ, ibid. n. 2.

Moniales non poſſunt novitiare in locis, quæ dicuntur conſervatoria fœminarum, tr. 11. q. 3. n. 2. ibid.

Monialis profeſſa dubitans, an ſit baptizata, ſi ad cantelam denuò baptizetur, etiam ad cautelam debet denuò profiteri, alio tamen novitiatu non peracto, tr. 12. q. 20. n. 1. f. 141

Moniales excommunicatæ adhuc poſſunt date ſuffragium in profeſſione vel receptione novitiæ, & profeſſio & receptio valida erunt, tr. 12. q. 26. n. 2. f. 143

Moniales veræ excommunicatæ prohibentur eligere, tr. 12. q. 26. n. 2. ibidem.

Monialis, ſi poſt profeſſionem prorumpat in marem, ejus profeſſio invalida erit, tr. 12. q. 27. n. 1. f. 144

Monialis prædicta, cùm fuerit invalidè profeſſa, ubi fuerit à monaſterio ejecta, poterit matrimonium contrahere & ſimilia, tr. 12. q. 27. n. 2. ibid.

Moniales tempore Jubilæi, quomodò ſibi eligant Confeſſarios, tr. 13. q. 31. n. 1. f. 152

Moniales tempore Jubilæi poſſunt ut ſingulæ nominare Confeſſarium, eumque Epiſcopo proponere, tr. 13. q. 31. n. 4. ibid.

Moniales de rigore præcepti obligantis ſub mortali, non tenentur niſi ad Confeſſionem annuam & Communionem in Paſchate, tr. 13. q. 1. n. 1. f. 145

Moniales, de conſilio & honeſtate religioſi, tenentur ad confeſſionem menſtruam, ibid. n. 2. & 3

Moniales ex propriis ſtatutis, poſſunt ad menſtruam confeſſionem ſub peccato obligari, tr. 13. q. 1 n. 6. ibid.

Moniales, an poſſint tempore Jubilæi eligere quoſcumque Confeſſores ab Ordinario approbatos, ſed non deputatos ſpecialiter ad earundem confeſſiones audiendas, variant Doctores, tr. 13. q 30. n. 1. & ſeq f. 151

Moniales ſubjectæ Epiſcopo loci, tenentur caſibus ab eodem Epiſcopo generaliter latis pro Diœceſi, tr. 13. q. 34. n. 2. f. 153

Moniales à reſervatis ſunt abſolvendæ ab earumdem Superioribus, tr. 13 q. 35. n. 1. f. 153

Moniales poſſunt per ſuos Superiores abſolvi à caſibus Bullæ Cœnæ & Papæ reſervatis, dummodò ſintus in occultis, & in foro conſcientiæ, tr. 13. q. 40. n. 1. f 157

Moniales per ſuos Superiores & in foro conſcientiæ, abſolvi etiam poſſunt à caſu hæreſis occultæ ibid. n. 2.

Moniales etiam ob enormem exceſſum ab Epiſcopo abſolvi debent, in caſu tamen neceſſitatis & deficientibus Superioribus proprii Ordinis, tr. 13. q 40. n. 4. & 5 ibid.

Moniales, ſi renuerint collocare confeſſionalia in Eccleſiis exterioribus, poſſunt & debent interdici, tract. 13. quæſt. 41. num. 1. ibidem.

Monialis ſollicitata in confeſſione, cùm è clauſura exire nequeat, debet denunciare per chirographum, tr. 13. q. 49. n. 1. f. 162

Monialis Confeſſarium in confeſſione ſollicitans, etiamſi ipſe conſentiat, non eſt denunciandus. tr. 13. q. 52. n. 2. f. 163

Monialis non poteſt recipi ad profeſſionem ab Abbatiſſa, Epiſcopo de ejus profeſſione non certiorato, tract. 12. qu. 28. n. 1. fol 144

Monialibus in communi, ſaltem bis in anno, debet dari Confeſſor extraordinarius, tr. 13. q. 24 n. 1. f. 150

Moniali laboranti in extremis, poteſt Epiſcopus ſpecialem Confeſſarium concedere tr. 13. q. 29. n. 1. f. 151

Moniales non poſſunt abſolvi à caſibus Epiſcopo reſervatis, à Regularibus quantumvis privilegiatis, tract. 13. quæſt. 33. num. 1. fol. 153

Moniales poſſunt abſolvi à reſervatis, toties, quoties facultatem petunt & non obtinent, tr. 13. q. 39. n. 2. f. 156

Moniales in favorabilibus veniunt ſub nomine monachorum, tr. 2. q. 3. n. 3. f. 23

Moniales poſſunt cogere vicinum ad vendendum ſibi domum contiguam, neceſſariam pro conſtructione vel ampliatione monaſterii, tr. 2. q. 6 n. 1. & ſeq. f. 24

Moniales poſſunt cogere vicinum ad locandam ſibi domum pro ampliatione monaſterii, tr. 2. q. 7. n. 1. & ſeq. ibid.

Moniales non habeant feneſtras in pariete clauſuræ, è quibus aſpici poſſunt, niſi neceſſariæ ſint ad lumen recipiendum, tr. 2. q. 8. n. 6. f. 25

Moniales, an ſint præferendæ fratribus, in caſu, quod quis in teſtamento legaverit, ut de ſuis bonis conſtruatur monaſterium, non diſtinguendo de maſculis vel de fœminis, tr. 2. q 10. n. 1. & ſeq. f. 26

Moniales ab omni jure Parochiæ ſunt immunes, tr. 2. qu. 11. n. 3. fol. 27

Monialibus eſt aſſignandus ab Epiſcopo loci Capellanus, ad hoc, ut de manu ejus Sacramenta recipiant, dummodò ſunt ei ſubjectæ, tr. 2. q. 12. n. 3 ibid.

Moniales gaudent privilegio fori & canonis, & exemptionis à gabellis, tr. 2. q. 13. n. 1. & ſeq. ibid.

Moniales nequeunt ſe ſubjicere Epiſcopo, inconſulto Domino Papa, tr. 2. q. 15. n. 6. & ſeq f. 28

Moniales ſi ſe ſubjiciant Prælato non ſuo, facient contra jus Papæ & Generalis Ordinis, tr. 2. q. 15. n. 8. f. 28

Moniales, ſi auferantur à regimine regularium, adhuc tenentur obſervare ſtatuta ſui Ordinis, tr. 2. q. 16. n. 1. & ſeq. f. 29

Moniales, licet ſubdantur Epiſcopis, non per hoc deſinunt eſſe moniales Ordinis, v. g. S. Dominici, nec deſinunt profiteri regulam ſui Ordinis, tr. 2. q. 16. n. 1. ibid.

Moniales ſubeſſe viſitationi & correctioni Epiſcopi, non eſt viſitari & puniri ſupra vel contra regulam, tract. 2. qu. 16. num 3. ibidem.

Moniales per hoc, quod ſubduntur Epiſcopis, non per hoc earum ſtatus religioſus mutatur quoad ſubſtantialia, tr. 2. qu. 16. n. 2. ibidem.

Moniales debent inſtrui circa Regulam, quam profeſſæ ſunt & jurârunt obſervare, tr. 2. q. 17. n. 6. f. 29

Moniales circa obſervantiam Regulæ, melius inſtruuntur à Religioſis ejuſdem Regulæ, quàm ab alienis, ibid.

Moniales S. Claræ primò fuerunt ſubjectæ Prælatis Ordinis, deinde ſubmiſſæ Juriſdictioni cujuſdam Cardinalis, & tandem ſub Julio II. fuerunt reſtitutæ gubernio Prælatorum Ordinis, tr. 2. q. 17. n. 7. f. 29

Moniales v. g. S. Dominici, ex quo per S. Papam ſubjiciuntur regimini & juriſdictioni Prælatorum Ordinis v. g. Minorum, gaudent omnibus gratiis & privilegiis illius, tr. 2. q. 10. n. 1. & 2. f. 30

Monia-

Digitized by Google

Monialis, peculiiuſum non debet habere pænes ſe, ſed apud depoſitariam monaſterii, tt.15 q. 19.n.4.f.195

Monialis clam accipiens de cibariis monaſterii, ſi ea inſumat, an ſit proprietaria, tt. 15. q. 30. n. 1.& ſeq. f. 100

Monialis, quæ occultè projicit cibaria ad cœnam præparata, eâ ſolâ ratione, quia ſibi non placent, eſt proprietaria, tt.15.q.31.n. 1. fol. 201.

Secùs ſi hoc faceret publicè, vidente Prælato & non contradicente, ibidem. n 2

Monialis reſiſtens Prælato ſuo, poteſt uti rebellis, contumax & temeraria, carcerari, & ad præſcriptum Conſtitutionum, vel Sacrorum Canonum graviter puniri, tt. 15.q 31.n 2. f.201

Servatis tamen ſervandis, & rea audita in juribus ſuis, ibidem

Monialis, ubi per profeſſionem conſtituitur ſub dominio monaſterii, non eſt amplius ſui juris, ut patet de ſervo & filio familias, tt.15.q 32.n.5. f.201

Moniales caveant à delectationibus moroſis, de rebus venereis & vanis colloquiis, à petulantia oculorum, à munuſculis, litteris & nunciis, per quos illicitas amicitias fovent, ab imaginibus obſcœnis, ab omni objecto impudico & turpi converſatione, tt. 16.q.9.n.1. f. 212

Moniales ſtudeant humilitatem cordis habere, & ad reſiſtendum motibus carnis, auxilium à Deo poſtulent, ibid.

Moniales, ex univerſali Eccleſiæ conſuetudine obligante ſub mortali, tenentur ad divinum Officium, tt.18 q.9.n.1 f.238

Moniales etiam recitant Officium divinum nomine totius Eccleſiæ, & cenſentur deputatæ ad publicè orandum, ſicut Clerici, & alii Regulares, ibidem.

Moniales per ſolemnem profeſſionem æqua lance deputantur ad Chorum, ſicut & Regulares, ibid.

Monialis, ut licitè expendat peculium ſibi permiſſum, debet exponere cauſam ſuæ Abbatiſſæ, tt. 15.q.19.n.4.f.195

Monialis, neque de licentia Prælati poteſt expendere ſuum peculium, ut libet, tt. 15. q. 34. n. 6. f. 202

Monialis de licentia Abbatiſſæ poteſt ſuo Confeſſario dare valorem triginta annorum, ſingulis annis, tt.15 quæſt. 34. num. 11 ibidem.

Monialis utens licentiâ habitâ ad ſuperfluos ſumptus, peccat mortaliter, tt 15.q.36.n.3. ibidem.

Monialis pudicitiam violare attentantes, etiam verbis vel litteris, virginum corruptores dicuntur, tt. 16.q. 13.n.8 f. 213

Monialem corrumpens, quot & qualia peccata committat, tt 16. q. 14.n.1.ibid.

Monialem corrumpens, ultra peccatum luxuriæ, ſacrilegus eſt, tt. 16.q.15.n. 1. f. 214

Monialem corrumpens verbis, oſculis, &c an incidat in peccatum reſervatum contra corruptores monialium, tt.16. q.17.n.1 & ſeq ibidem.

Monialis licitè exiſtens extra clauſtra non includitur in reſervatione facta ab Epiſcopo, contra violantes moniales degentes intra ſepta, tt. 16. q.17.n.4.ibid.

Monialium Superiores caveant, vel devenire ad torturam, vel eam condemnare Papâ inſcio, & Sac. Congreg inconſultâ, tt.16. q. 20 n 2.f.216

Monialis, quas conditiones habere debeat, ut eligi poſſit in Abbatiſſam, tt. 7.q 35.n.1.f.103

Monialis, quæ bis nupſit, Abbatiſſa eſſe non poteſt, abſque diſpenſatione Papæ, tt.7.q.39.n.1.& 2.f.106

Monialis, filia ſcœnici vel hiſtrionis, non poteſt eligi in Abbatiſſam, tt.7.q.39.n.2. ibidem.

Monialis non poteſt ſibi à barbi tonſore facere incidere venas, niſi de prævio conſilio medici, Phyſici, Præfectæ & diſcretarum monaſterii, tt. 5. q. 25. n. 8. f. 76

Moniales S. Claræ & Conceptionis, non poſſunt cogi ad recipiendas educandas, tt 5.q.32. n.6.f. 79

Monialis audiens, ſed non reſpondens ei, qui ſibi loquitur, non incidit in excommunicationem latam contra alloquentes, tt. 6. q. 13.n.3. f.86

Moniales regularibus ſubjectæ alloquentes cum Regularibus, etiam ejuſdem Ordinis licentiam non habentibus, incurrunt pœnas & cenſuras latas in conciliis Provincialibus vel Epiſcopalibus, tt. 6.q.30.n.1.f. 91

Monialis, ut poſſit eſſe electrix Abbatiſſæ, quot conditiones habere debet, tt. 7.q.4.n.1. f. 93

Monialis, ut poſſit eligere, debet eſſe in Religione, tacitè, vel expreſsè profeſſa, ibid

Monialis, ſicut & monachus, non poteſt eſſe tacitè vel expreſsè profeſſa, niſi poſt ſexdecim annos completos ſuæ ætatis, tt. 7. q. 4.n. 2. ibid.

Monialis, ſi exceſſerit ſexdecim annos, & perſeveraverit per annum in religione, licet non emiſerit profeſſionem expreſſam, cùm jam cenſeatur tacitè profeſſa, poteſt dare votum in electione, ibid.

Monialis ut eligat, de Jure communi requiritur, ut ſit libera ab omni impedimento Canonico, tt.7.q.4. n.3 ibid.

Monialis in Ordine Prædicatorum non habet vocem activam, niſi poſt annos duodecim à profeſſione, ibid. n.4.

Monialis in Ordine Minorum non habet votum in electione Abbatiſſæ, niſi habeat tres annos habitus in circa, ſed hodie oportet, quod habeat quatuor annos profeſſionis, tt.7.qu 4. num. 5. ibidem.

Monialis non poteſt ſeipſam in Abbatiſſam eligere, tt.7.q.5. n.1. ibidem.

Moniales hodie tenentur eligere per modum ſcrutinii, & per vota ſecreta, tt.7.q.5.n.6 f 93.& q.15.n. 2. f.97

Moniales noſtri Ordinis tenentur ſub privatione vocis, eodem die electionis, reſici auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, tt.7.q. 6.n.1 f.93

Moniales Officiales à Capitulo inſtitutæ ad finem adminiſtrandi bona monaſterii, perſeverant in Officio, uſque dum aliter Superioribus viſum fuerit, tt.7.q.14. n.1.f.100

Monialis major profeſſione erit Vicaria monaſterii finito triennio Abbatiſſæ, niſi fortè aliter repetiatur à Sac. Congr. ordinatum, tt.7.q.27.n.3.ibidem.

Monialis, ad hoc, ut poſſit in Abbatiſſam eligi, de Jure communi duo copulativè debet habere, ſcilicet quod ſit expreſsè profeſſa illius monaſterii, & quod annum trigeſimum compleverit, tt. 7. q. 32. n. 1. f. 101

Monialis in Ordine Prædicatorum, ad hoc, ut poſſit eligi vel eligere, debet habere ad minus duodecim annos à profeſſione expreſſa, tt.7. q.32.n.3.ibidem.

Monialis de jure novo Concil. Trid. non poteſt eligi minor annis quadraginta ſuæ ætatis, & quæ habeat octo annos poſt profeſſionem expreſſam, tt.7.q.32. n.5. ibidem.

Monialis, quæ annum trigeſimum exceſſerit, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerit, an in aliquo caſu poſſit in Abbatiſſam eligi, tt.7.q 32.n. 5. ibid.

Monialis, ut poſſit eligi in Abbatiſſam abſque ulla diſpenſatione, ſufficit annum quadrageſimum ſuæ ætatis inchoaſſe, tt.7.q.33. n.1. f. 102

Monialis illegitima, an poſſit eligi in Abbatiſſam, abſque diſpenſatione Papæ, tt.7.q 37.n.1.& ſeq. f.104

Moniales gaudent privilegiis monachorum, tt. 7. q. 37. num.6. ibidem.

Monialis vidua ſeu corrupta, an poſſit eligi in Abbatiſſam ſine diſpenſatione Apoſtolica, tt.7.q.38.n. 1. & ſeq f. 105

Moniales ſubditæ non peccant, petendo ab Abbatiſſa, ut abſque cauſa irritentur ſua vota ſupererogationis, tt. 8. qu. 8. num.3. fol. 109

Monialibus licitum eſt ex rationabili cauſa contradicere receptioni puellarum, tt.9.q. 9.n.1.f.116.

Moniales, ob quas cauſas debeant tonderi, tract. 9. qu. 12. num.3. fol. 117

Moniales illegitimæ, ſi aliàs ſint idoneæ, poſſunt eligi ad Officium & dignitatem Abbatiſſæ, vel Priorissæ, & ad alia monaſterii munia, tt. 9.q.6.n.2.f.114

Monialis ſollicitata, ſi credat, confeſſorem ſollicitantem eſſe fraternè corrigibilem, aut emendatum, vel confeſſum ſuum delictum coràm Inquiſitore, excuſatur à denunciatione, tt. 13. q. 50.n. 1. f 162

Monialis ſollicitata, ſi timeat ex denunciatione periculum mortis, vulneris, truncationis membri, infamiæ, vel amiſſionis honoris, excuſatur à denunciatione, ibid.

Monialis ſollicitata in confeſſione, etiamſi conſentiat, tenetur denunciare, tt.13.q.51.n.1.f.163

Moniales à Sanctis Apoſtolis originem traxerunt, tract. 1. q.18.n. 3.fol. 17

Moniales, etiam olim utebantur ſpeciali habitu, ſociatim vivebant & ſerviebant Choro, tt. 1.q.20.n.3.f. 18.

Moniales ab Hæreticorum calumniis acriter defenſæ à D. Thoma, tt. 1.q.20. n. 3. ibid.

Monialis communiter appellatur monacha græcè, latinè ſola, vel ſolitaria, tt.1.q.25.n.1. f.19

Monialis dicitur ſanctimonialis, hoc eſt ſanctitati adſcripta, ibid. num. 2.

Monialis aliquando dicitur caſu monialis, quia ex voto promiſſo, perpetuam caſtitatem ſervare tenetur, ibid.

Moniales, regulariter loquendo profitentur vitam contemplativam, tt. 1.q. 27.n.1.ibid.

Morbus.

Morbus contagioſus eſt cauſa, ut monialis egredi poſſit à ſuo monaſterio, tt. 4.q. 1.n.2.f.46

Morbus contagioſus, ſi poterit mederi, vel ſi moniales poterunt cuſtodiri in aliqua parte monaſterii, etiam in caſu contagii, prohibitum erit monialibus egredi à monaſterio, tt. 4.q. 1. n.5. ibidem.

Morbus gallicus non eſt cauſa legitima, ut monialis de licentia Superioris egrediatur de monaſterio, tract.4. qu.3. n. 1.f. 47

Digitized by Google

Morbus non contagioſus, licet ſit graviſſimus, debet examinari à Papa, an ſit ſufficiens cauſa ad contrahendam monialem de clauſura, tr. 4. n. 19. fol. 49

Morbus gallicus non includitur ſub nomine epidemiæ, t. 4. q. 3. n. 1. f. 47.

Vide infirmitas.

Mors.

In mortis articulo, omnibus modis licitis ſubveniendum & occurrendum eſt ſaluti animarum proximi, tr. 13 qu. 29. num. 1. fol. 151

Motus.

Motus interni concupiſcentiæ, quos, vel omnino homo comprimit, vel ſecundùm rationis regulam componit, ſunt materia proxima caſtitatis, tr 16. q. 1. n. 5. f. 210

Motus prædicti, ſi omninò comprimantur, ita ut ab omnibus, tam licitis, quàm illicitis venereis perpetuò abſtinere proponatur, caſtitas perfecta dicenda erit, virginalis & religioſa, tr. 16. q. 1. n. 5. ibidem.

Motus interni concupiſcentiæ, ſi tantùm componantur, ita ut ſolùm ab illicitis quis abſtinere decernat, erit caſtitas imperfecta & conjugalis, tr. 16. q. 1. n. 6. ibid.

Mulier.

Mulieres præſumentes ingredi monaſteria virorum, dant in pœnas appoſitas in Bulla Pii V. incip. Regularium perſonarum, tr. 5. q. 2. n. 6. f. 62

Mulieres non ſunt viris deſponſandæ ſine dote, ad ſuſtinendum onera matrimonii, tr. 10. q. 2. n. 1. f. 120

Mulieres nec ſunt Deo dicandæ, niſi habeant competentem dotem pro veſtitu & vitæ ſuſtentatione, ibidem.

Mulierum familiaritas & collocutio frequens non poteſt diu eſſe, quin præcipitet, tr. 13. q. 45 n. 4. f. 159

Mulier petens divortium & ſeparationem à thoro, non debet audiri, niſi ſervatis ſervandis, & cum citatione partis adverſæ, tr. 5. q. 27. n. 1. f. 77

Mulier cum ſit incapax juriſdictionis ſpiritualis, non poteſt dici propriè Prælata, ſed ſecundùm quid, tr. 7. q. 37. n. 4. f. 104

Mulier non eſt capax alicujus characteris ſeu Ordinis, tr. 8. q. 1. n. 2 fol. 106

Mulier de jure divino tenetur ſilere, tr. 8. q. 2. n. 1. f. 107

Mulier eſt in ſtatu ſubjectionis, & ideò non poteſt habere aliquam Juriſdictionem ſpiritualem, tr. 8 q. 2. n. 3. ibid.

Mulieri committitur aliquis uſus clavium, ſicut eſt habere correctionem in mulieres ſubditas, propter periculum, quod imminere poſſet, ſi viri cum mulieribus cohabitarent, tr. 8. q. 2. n. 3. ibidem.

Mulier loquens cum moniali abſque licentia, præciſo dolo & ſcandalo, non ſubeſt excommunicationi Synodali Neapol. tr. 6. q. 29. n. 1. & 2. f. 90

Mulieres, quæ tranſmittuntur ad monaſteria ad evitandum pericula, quæ eis imminent, tenentur ad leges monaſterii, ad quod declinant, tr. 3. q. 21. n. 3. f. 39.

Mulieres prohibentur ſolitariè vivere extrà clauſuram; & ita viventes, nullatenùs ſunt tolerandæ ab Epiſcopis locorum, tr. 14 q. 10. n. 1. f. 174

Mulier convertita, licet foret inhabilis ad velum nigrum, non ideò eſt repellenda, tr. 10. q. 20. n. 1. f. 127

Mulier convertita nihil dat pro dote, vel dotis nomine, ſed nomine, eleemoſynæ vel elementorum, ibid.

Mulier ſollicitata, ſi non poteſt induci per ſeipſam ad denunciandum, poteſt Inquiſitor concedere Confeſſario, ut recipiat denunciationem per ſcripturam juratam à denunciante, quæ ſuperiori ſtatim exhibenda eſt, tr. 13. q. 49. n. 1. f. 162

Mulier ſollicitata, ſi renuat denunciare, res tota deferenda eſt Summo Pontifici, ejuſque oraculum omninò expectandum, ibidem.

Mulier ſollicitata, quæ conſenſum præbuit, in denunciatione facienda de Confeſſario ſollicitante, non tenetur denunciare ſuum conſenſum, tr. 13. q. 51. n. 2. f. 163

Nec Inquiſitores de hoc conſenſu præſtito inquirere debent, ibid.

Nec actuarii illum ſcriberere debent, in caſu, quod mulier denuncians, ſponte illum propalaverit, ibid.

Mulier ſollicitata, ſi credat Confeſſorem ſollicitantem eſſe confeſſum ſuum delictum coràm Inquiſitoribus, an timeat ex denunciatione periculum mortis, vulneris, vel infamiæ, excuſatur à denunciatione, tr. 13. q 50. n. 1. f. 162

Mulieres non poſſunt cogi ad ingreſſum monaſterii monialium, tr. 9. q. 1. n. 2. f. 113

Mulieres peperiſſent ſine dolore, Adamo non peccante, tr. 16. q. 13. n. 3. f. 213

Mulier domi manens, ſi faceret profeſſionem in manibus potentis illam recipere, eâ conditione, ut in domo ſua remaneret, ad clauſuram non teneretur, tr. 3. q. 17. n. 2. f. 36

Mulieres vulgariter dictæ Beguinæ, cùm nullam profiterentur regulam approbatam à S. Sede, fuerunt ſuppreſſæ, t. 14. q. 15. n. 16 f. 179

Mulier, ſicut non poteſt habere poteſtatem ordinis, ita nec poteſtatem ſpiritualem, tr. 8. q. 4. n. 1. f. 107

Vide fœmina.

Multa.

Multa fieri prohibentur, quæ ſi facta fuerint, tenent, tr. 12. q. 28. n. 1. f. 144

Hoc dictum procedit in jure ſimplici; ſecùs autem qualificato, dante formam actui, vel habente clauſulam irritantem, tr. 7. q. 34. n. 6. f. 103

Vel hæc regula tenet, niſi habeat legem oppoſitam prohibentem, ibid.

Multa quærunt & acquirunt eleemoſynaliter Fratres Minoritæ, ſed horum dominium ſtat ac reperitur apud S. Papam, tr. 10. q. 5. n. 5. f. 122

Munera.

Munera erogare licitum eſt Religioſis, ex licentia tamen Superioris & juſta de cauſa, tr. 15. q. 34. n. 4. f. 202

Munuſcula, licet ſint permiſſa, adhuc tamen nequeunt frequenter elargiri, tr. 15. q. 34. n. 3. ibid.

Munerum viciſſitudo, etiam exigui valoris interdicitur Confeſſariis monialium ſub pœna ſuſpenſionis, tr. 3. q. 5. n. 11. f. 35

Munera, xenia, vel dona, in receptione habitus, vel in profeſſione, prohibentur dari ſingularibus monialibus, ſed quicquid datur, in communi tribuatur, tr. 3. q. 5. n. 6. ibid.

Munerum immoderata elargitio, reſiſtit & adverſatur religioſæ paupertati, tr. 15. q. 34. n. 5. f. 202

Muſica.

Muſica inſtrumenta prohibentur monialibus, exceptis organis, quæ in exterioribus Eccleſiis permittuntur, tr. 5. q. 5. n. 24. f. 36

N.

Natura.

NAtura dictat promiſſa præſtari, tr. 15. q 8. n. 1. f. 188. & tr. 17. q. 11. n. 1. f. 221.

Naturalis oblivio ſeu inadvertentia excuſant à recitatione officii, dummodò propriâ culpâ non advenerint, tr. 18. qu. 58. num. 3. fol. 256

Nazarei.

Nazarei in veteri teſtamento cum voto ſe Deo dedicabant, tr. 1. q. 7. n. 3. f. 6

Nazarei in veteri teſtamento quinam vocabantur, & quæ tenebantur obſervare, tr. 14. q. 4. n. 2. & 3 f. 241

Nazarei fuerunt figura monachorum noſtri temporis, tr. 1. q. 15. n. 1. f. 15.

Nazareis ſimiles ſunt & correſpondent quodammodo Religioſi novæ legis, tr. 14. q. 4. n. 4. f. 171

Neceſſitas.

Neceſſitas urgens legem non habet, & tranſgreſſores facit innocentes, tr. 4. q. 5. n. 12. f. 51

Neceſſitas extrema parentum cognoſcenda eſt à S. Sede, ad hoc, ut monachus poſſit exire à clauſtro ad illam ſublevandam, tr. 4 q. 14. n. 1. f. 54

Neceſſitas extrema parentum monialium ſuccurrenda eſt eleemoſynis monaſterii, in qua degit monialis, tr. 14. q. 14. num. 1. ibidem.

Neceſſitati ſpirituali proximi, tenemur ſub mortali ſubvenire, etiam cum vitæ & facultatum periculo, tr. 4. q. 21. n. 3. f. 57

Neceſſitas extrema, quod illicitum eſt, licitum facit, tr. 5. q. 10. n. 4. f. 60. & tr 13. q. 28. n. 2. f. 151

Neceſſitas requiſita ad obtinendam licentiam ingrediendi ad moniales, non eſt accipienda logicè, aut phyſicè, hoc eſt pro extrema, ſed moraliter. tr. 5. q. 19. n. 6. 7. 8. & 9 f. 72

Neceſſitas moralis prædicta tunc dicitur adeſſe, quando miniſterium exercendum concernit moralem monaſterii neceſſitatem, nec per moniales commodè exerceri poteſt; tr. 5. q. 19. n. 10. ibid.

Neceſſitas, quæ poſtulatur pro licentia ad ingrediendum monialium Clauſuram eſt duplex, communis & ordinaria, alia verò extraordinaria, & utraque habet ſuam latitudinem, & nunc bonum temporale, nunc verò ſpirituale reſpicit, tr. 5. q. 19. n. 12. ibidem.

Neceſſitate urgente, cui ſolæ moniales non poſſunt occurrere, & Prælatus creditur conceſſurus, poſſunt ingredi earum clauſuram perſonæ extraneæ neceſſariæ, tr. 5. q. 19. n. 14. f. 73

Negatio.

Negatio eſt malignæ naturæ, ut deſtruat quicquid inveniat & oppoſitum inducat, tr. 15. q. 10. n. 2. f. 189

Negotiatores.

Negotiatoribus & mercatoribus tantùm licita eſt ratio lucri ceſſantis, tr. 10. q. 10. n. 3. f. 124

Nemo.

Nemini licet exercere æmulationem in malo, tr. 15. q. 5. num. 4. fol. 187

Nemo poteſt plus Juris in alium transferre, quam quod ipſe habeat, tr. 15. q. 25. n. 1. f. 197

Nemo ex ſuo delicto facit ſuam conditionem meliorem, tr. 18. q. 59 n. 2. f. 256

Nemo

Digitized by Google

Nemo cenſuratur, niſi priùs monitus, tr.6.q.18.n.1 f.87
Nemini Chriſtianorum licet ob cuſtodiam rerum fortunæ invaſorem occidere, tr.1.q.2.n.4.f.19
Nemo poteſt præcipere aut vetare, quod non poteſt punire, tr.18.q.41.n.1.f.248
Nemo tenetur ad culpam, niſi voluntate propriâ deflexerit, tr.3.q.12.n.6.f.40
Nemo tenetur parere cum gravi ſuo vel alterius incommodo, nec poteſt ſe ad id obligare, tr.17.q.22.n.7.f.216
Nemo tenetur obedire Prælato præcipienti ſuprà vel contra Regulam, vel contra Deum, vel proximum, tr.17.q.15.n.3.f.213
Vide Nullus.

Nihil.

Nihil licitè accipere poſſumus ratione monetæ mutuo traditæ, tr.2.q.7.n.8.f.25
Nihil dari poteſt à monialibus etiam titulo eleemoſynæ, ſine licentia Abbatiſſæ, tr.3.q.5.n.12.13.& 14.f.35
Nihil ſingularibus monialibus erogetur in ſuſceptione habitus, ſive earum profeſſione, tr.3.q.5.n.6. ibidem.
Nihil proprium poſſidere eſt tuta via aſcendendi ad gradum perfectionis, tr.3.q.5.n.45.f.36
Nihil hodie poteſt excipi vel opponi contra clauſuram monialium, tr.3.q.16.n.7.f.42
Nihil eſt melius continentiâ pro quo poſſit fieri compenſatio, tr.1.q.13.n.9.f.12
Nihil poteſt eſſe in humanis rebus & corporalibus honore, tr.1.q.21.n.1.f.18
Nihil Deo futurum eſt, tr.1.q.2.n.9.f.2
Nihil cum ſcandalo faciendum eſt, tr.4.q.13.n.5.f.54. & tr.15.q.28.n.3.f.199
